



ita, & libertatem Clericis concedunt, libertatem in sacri-  
 tate curat: Respondet, incurrere, quoniam immunitatem  
 Clericis Ecclesie sanctione debitam pettingit.  
 nec, si laicus tributa, vectigalia, & quas vulgo gabel-  
 las appellat, a Clericis exigat, erit in exigendo  
 peccatus, quia exigit quod sibi non debent, & ab eo, qui  
 non debet, erit etiam quodammodo sacrilegus, quia con-  
 trariam Clericis debitam delinquit. Ita etiam si Cleri-  
 cis ordinibus iniurius, cum femina rem habeat, sacri-  
 crimine, ac poena tenetur iuxta veterem sententiam, quo-  
 ni non solum Ecclesiastica lege castitatem servare debet, sed  
 etiam quia Ecclesie decreto, dum ad sacros ordines promove-  
 ratur, ac vouet, se castitatem seruaturum.  
 Quarto quaeritur, Quando quis sacrilegium committit in  
 sacrum peccando? Respondet, tunc nimium, cum ali-  
 quod sacrum loci sanctitas polluitur. Sciendum est, locum ali-  
 quem consecrari, hoc est, religiosum, & sacrum effici adhibitis  
 ritibus quibusdam Ecclesie precationibus, ad sacramenta in eo  
 celebranda, seu populo fidei ministranda, ad Missarum sacrificia offe-  
 randa, ad officia Ecclesiastica obeunda, ad mortuos sepulcra  
 mandos, Deo venerationem, & cultum deferendum. Quan-  
 do aliquis contra haec in loco sacro delinquit, sacrilegi-  
 um contrahit, quoniam violat loci sanctitatem. Præterea, si  
 Ecclesiastica, quæ constituit immunitatem, libertatem, ho-  
 norum, & cultum, non tenetur, sacrilegi-  
 um committit, si in loco sa-  
 cro hanc Respondet, sane multa. Primum est, in loco sacro ali-  
 quem occidere, & propositum, de consecratis. Secundum,  
 humanam sanguinem per iniuriam enormem effundere, & cir-  
 cumproponi. Tertium, voluntate humanam semem emittere,  
 & Ecclesie, de consecratis, distinct. i. c. signifi. de adult. quibus  
 ritibus polluitur, & violatur Ecclesia. Sicut, verbo, Consecr. 2. q. 5.  
 Quartum est, confugiens ad locum sacrum per vim extrahere.  
 sicut antiquitus, 17. q. 4. Quintum, Paganum, siue infidelem, aut  
 sacro baptizatum non iniuriam, aut fideliem quempiam excom-  
 municationis vinculo ligatum sepelire, quo etiam casu pollui-  
 tur Ecclesia, c. Ecclesiam, de consecratis, dist. 1. & cap. consulti,  
 de consecratis Ecclesie, sextum, loco sacro res commendatas, aut  
 in eo depositas, violenter clam surripere, c. quilibet, 17. q. 4. & Glo-  
 sa. 1. in septimum, Ecclesia non potest loco arceis, aut propu-  
 lta, de immunitate Ecclesie, & Doctores ibidem, sicut, verbo, im-

non tribus, aut caracteribus rubro colore tinctis, non  
 Septimo quaeritur, Fas ne sit in floribus, herbis, fructu  
 colligendis, aut animalibus custodiendis, uti certis veteri-  
 cris, aut certas preces adhibere ad eam rem componendas,  
 commodatas, ut ab eis morbi, & vitia, & quicquid adven-  
 tui mali habeant, arceantur. 5. Thom. 2. 2. q. 96. art. 4. respondet  
 esse Apostolorum Symbola, aut precationem Dominicam, aut  
 alia verba sacra, praeterim cum signo Crucis, recitare, dum mo-  
 do spes, & fiducia non in hincis, syllabis, aut nudis ipsis nomi-  
 bus, & vocibus, sed in Deo ipso seruum Opificis, & liberali bono-  
 rum omnium largitore ponatur. Alioqui enim non liceret, id fa-  
 cere, ut constat ex cap. Non liceat. 2. 6. q. 5.  
 Vltimo quaeritur, An rudes, & imperiti homines grauer pec-  
 cent, cum bona fide abique expressa demonis inuocatione, su-  
 perstitiosa, & vana rituum obtinatione; Respondet, si cum re-  
 bus, factisq; suis superstitiose aliquid adhibent, id scilicet est  
 cian, aut haeretic, fas id sit, necne, eis grauer peccare, quia li-  
 cet voluntate careant euocadi demonem, scilicet tamen vana,  
 & superstitiosa obtinatione rituant, aut saltem dubitant, sit pe-  
 perstitiosa necne, nam eo ipso, ab ea abstinere debuissent, ne pe-  
 riculum incurrerent superstitiosis, vel impietatis, si tamen bo-  
 na fide putent nihil superstitiosum, & vanum contineri, cum  
 credant id, quod operantur, perit, agunt, fieri posse vi, & facili-  
 tate, naturae, vel potestate Dei, vel Angelorum opera, aut quia  
 vident illud idem pios, & religiosos homines facere consue-  
 se, non peccant, quoniam ob ignorantiam bona fide excusantur.  
 Debet tamen a Prebytero, qui eorum confessiones excipit, ad-  
 moneri, ut se in posterum ab huiusmodi superstitiosis obsequa-  
 tionibus abstinant, quia cum sint superstitiosa, eo ipso sunt  
 mala per se, ac proinde omnino cauenda, & fugienda, ut vana,  
 & inanes.

*De sacrilegio, quod contra Religionem committitur.*  
 Cap. XXVII.

**P**rimo quaeritur, quidnam sacrilegij nomine intelligatur;  
 Respondet, si proprie, & precise sumatur vocabuli Etymolo-  
 gia; sacrilegium est rerum sacratarum furtum. Unde sacrilegi-  
 loco tamen sacro depositam, aut commendatam furantur. Post-  
 ea tamen latius est nomen acceptum, & translatam ad signifi-  
 candum peccatum, quo res sacra possunt, aut indigne, & impi-  
 tractantur. Et hoc modo sumptum sacrilegium est peccatum, quod

adeo, non omnes sacriligos, ipso iure communi excom-  
 munitate esse affectos, sed debere post monitionem canoni-  
 cam, nisi satisfecerint, excommunicatione damnari. Sic Abbas  
 in de furtis n. 2. & manifeste liquet ex c. Quisquis, sacri-  
 legum, 17. q. 4. & Glossa in cap. Omnes Ecclesie 17. q. 4. Quar-  
 tes, in sacriligio ipso iure excommunicatione afficiantur: Respon-  
 deo, quatuor esse sacriligorum genera nimirum. Qui manus vio-  
 lentas in clericos iniiciunt, occidendo, percussendo, verberando,  
 aut aliquo alio modo eos indignè tractando, c. Siquis suadente,  
 17. q. 4. Deinde, laici qui collectas, & quas vocant gabellias, ra-  
 leas, decimas, præfrantias, & alia similia onera Clericis, aut Ec-  
 clesijs absque Romani Pontificis facultate imponunt, aut ab eis  
 exigunt, aut etiam imposta à sponte dantibus recipiunt. Item,  
 qui per se, vel aliu, directo, vel indirecto casu, exequi, pro-  
 curant, aut eisdem auxilium, consilium, fauorem, vorum, aut sus-  
 fragium palam, vel occulte, præstare audent, quæ quidem ex-  
 communicatio cõnnectitur in Constitutione Pontificia, quæ Bul-  
 la cœne Domini vocatur. Præterea ipso iure in excommunica-  
 tionem incurrunt, qui violant immunitatem personarum, vel  
 rerum Ecclesiasticarum, vt conuenitur in eadem Constitutione:  
 de quibus excommunicationibus suo loco tractabimus. Postre-  
 mo in Conc. Trid. sess. 2. c. 1. de Reformatione sic statuitur: Si  
 quem Clericorum, vel laicorum quacumque is degradare, etiam  
 Imperiali, vel Regali præsumptum, in tantum, malorum omnium  
 radix cupiditas occupauerit, vt alicuius Ecclesie, seu cuiusvis sa-  
 cularis, siue regularis beneficii, Montis picatis, aliorumq; pio-  
 rum locorum iurisdictiones, bona, census, ac iura, etiam sedita-  
 lia, & emphiteotica, fructus, emolumenta, seu quascumque ob-  
 uentiones, quæ in ministerium, & pauperum necessitates con-  
 uerti debent, per se, vel alios vi, vel timore, incurrat, seu etiam per  
 suppositas personas Clericorum, aut laicorum, seu quacumque  
 arte, aut quocumque quaxato colore in proprios usus conuertere,  
 et illi omne vsuare præsumpserit, seu impedire, ne ab his, ad  
 quos iure pertinet, percipiantur, is anathematizandi sub-  
 iacatur, quando iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, & redi-  
 tas, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam  
 ex donatione supposita personæ peruenierint Ecclesie, cuiusque  
 administratori, siue beneficiario integre restituerit; ac deinde à  
 Romano Pontifice absolute iurisdictionem obtinuerit. Quod si eiusdem  
 Ecclesie patronus fuerit; etiam iure patronatus ultra prædictas  
 personas eo ipso priuatus existat. Clericus vero, qui nclanda fran-  
 dis, & vsurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit  
 eidem peccatis subiacetur; necnon quibuscumque beneficiis pri-

PROMPTVARIVM  
 MORALE  
 SVPER EVANGELIA  
 DOMINICALIA  
 TOTIVS ANNI.

A D { Instructionem Concionatorum.  
 Reformationem Peccatorum.  
 Consolationem Piorum.

*Ex Sacris Scripturis, SS. Patribus, & optimis quibusque  
 authoribus studiose collectum.*

Authore THOMA STAPLETONO, ANGLIO,  
 S. Theol. Doctore, & Regio Professore Louanij.

PARS HYEMALIS.

Rom. 1.


*Euangelium virtus Dei est in salutem omni credenti.*



LUGDVNI,  
 APVD  
 IOANNEM BAPTISTAM BVISSON.

M. D. XCII.

*es de el collegio de la comp<sup>a</sup> de Jesus de Soria  
 y de su biblioteca duplicado*





AMPLISSIMO, OMNIQUE

VIRTUTVM HEROICARVM

*genere celeberrimo Antistiti, R. Domino  
IOANNI SARACENO, ad D. Veda-  
stum Atrebatensem Abbati dignissimo,  
& Maiestatis sue Catholica in Status  
Belgici intimo Senatu Consiliario pru-  
dentissimo,*

THOMAS STAPLETONVS veram  
& perpetuam felicitatem precatur.



VVM duo sint, sapien-  
tissime Antistes, Reli-  
gionis nostræ capita; fi-  
des recta, & obedien-  
tia mandatorum; quæ  
utraque vno quasi ver-  
bo Apostolus comple- Gal. 5. 6.  
xus, vocat *fidem per dilectionem operantem*; &  
adhuc breuiùs, *nouam in Christo creaturam*: quæ  
etiam duo, tanquam Christianæ professionis

\* 2 compen

Act. 20.

2. Tim. 1.

Hebr. 6.

compendium frequenter coniungit; de se ipso dicens, quod *in Asia per triennium docens, nihil subtraxerit utilium, sed omne consilium Dei annunciauerit; testificans Iudæis & Gentilibus pœnitentiam & fidem in Christum:* Timotheum autem suum monens, *ut formam teneat sanorum verborum in fide ac dilectione;* ac denique ad Hebræos, religionis nostræ fundamentum vocans *pœnitentiam ab operibus mortuis, & fidem in Deum:* hæc autem utraque Satanæ opera & ministrorum eius, hoc nostro infelici & calamitoso seculo, in his saltem Europæ partibus, maximè labefacta, penèque abolita & extincta fuerint; fides quidem sana per innumeras hæreses, easdemque teterrimas; obedientia verò mandatorum, dilectio Dei & proximi, pœnitentia ab operibus mortuis, & noua in Christo creatura, per neglectam, iacentem, penèque conculcatam vitæ verè Euangelicæ & Christianæ disciplinam: Ego sanè, vt hæctenus, donante Deo, contra hæreses horum emptorum, fidem orthodoxam, Catholicam, Apostolicam, Romanam, certis editis opusculis defendere, propugnare, confirmare & illustrare conatus fui; sic nunc & deinceps contra horum temporum peccata, & quasi abundantem iniquitatem, virtutis ac pietatis studium,



DEDICATORIA.

dium, quantum in me est, iuuare & promo-  
uere, diuino mihi adstipulante numine, de-  
creui. Quod dum facio, etiam ipsas hæreses  
horum temporum radicitus excindere videri  
possum. Non enim illæ aliunde natæ sunt,  
aut ex alia causa incrementum acceperunt,  
quàm ex peccato, peccandique effrenata qua-  
dam & insana libidine, qua illi omnes vehe-  
menter laborarunt, qui horum temporum  
hæreses, carni iucundissimas, in orbem inue-  
xerunt, aut etiam magno cum applausu ex-  
ceperunt, & obuijs vlnis amplexati sunt. Hanc  
sanè hæresum hodie grassantium causam ex-  
stitisse, tum in Oratione quadam olim excusa,  
tum in Promptuario nostro Catholico ma-  
nifestum feci.

Quum igitur anno superiore Catholicum Domin. 7 post  
Pentec. & in  
festo SS. Si-  
monis & Iudæ.  
Promptuarium super totius anni Euangelia,  
tam Dominicalia quàm de Festis cōfecissem,  
quo contra horum temporum hæreses Con-  
cionatores aliqua breui supellectile instrue-  
rem; animum tunc subijt meum, eadem quo-  
que circa Euangelia operam ad mores for-  
mandos, virtutemque & pietatem pro con-  
cione inculcandam nauare. Sicut enim do-  
ctrina fidei, sic & doctrina morum nullo alio  
loco, aut tempore, aut modo, aprius, salu-  
brius, efficacius tradi ac doceri posse mihi

Ephes. 4.

videbatur, quàm per vocem & ministerium  
Pastorum atque Doctorum, quos dedit Chri-  
stus Ecclesie sue ad consummationem sanctorum,  
& ædificationem corporis Christi, hoc est, ad  
perfectionem fidelium ac piorum, & ad re-  
formationem ac recollectionem peccato-  
rum & impiorum. Hoc videlicet medio ad  
salutem ordinario Deus vti voluit: vt quem-

Rom. 10.

admodum *fides ex auditu est, auditus autem  
per verbum Christi*, vtique Euangelicum; sic  
& obedientia fidei, totaq; dilectio per quam  
fides operatur, atque ad eò vniuersa homi-  
nis salus ex auditu quoque esset per verbum  
Christi & Euangelium eius. Quod quidem

Luc. 11.

ita se habere Christus Dominus verbis ma-  
nifestissimis docere voluit, eos *beatos* vocans,  
*qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud*; eos  
in æternum miseros, & à Deo alienos, atque  
extorres pronuncians, qui non audiunt, cum

Rom. 9.

diceret: *Qui ex Deo est, verba Dei audit: vos  
propterea non auditis, quia ex Deo non estis.*  
Quem vtrumque locum Euangelicum in  
hoc Opere latè tractauimus. Quare nulla  
meliori via pietati propagandæ aliquam scri-  
bendo operam impendere me potuisse iudi-  
caui, quàm si ad ipsa Euangelia, quæ in Ec-  
clesia Catholica legi per totum annum, &  
tractari solent, materiam omnem moralem,

quæ

## DEDICATORIA.

quæ ex ipso textu Evangelico ad literam erui & colligi potest (neque enim ex sensu mystico, nisi semel atque iterum, vbi id necessariò faciendum videbatur, hoc facere volui) studiosè colligerem, & ad Concionatorum maximè instructionem vberem ac solidam, quicquid collectum esset, in lucem darem.

Quem sanè animi mei conceptum, necdum ita altè impressum vt planè obfirmatum gererem, cum anno superiore hoc ferè tempore R. Amplitud. tuæ, pro ea qua nos dignatur familiaritate, obiter aperuissem; non cessauit deinceps tam verbo quàm scripto me ad hoc Opus tam pium, tamque Reipub. salutare, assiduè sollicitare, instigare, extimulare; adeòque vt in hoc Opus primo quoque tempore omni studio incumbere, fidem quòdammodo dare atque spondere, pro eo quo flagrat publicæ utilitatis ac promouendæ pietatis desiderio, me coëgit. Quam in rem celerius expediendam, tum vt quaterniones mei per suos subinde describerentur, procurauit; tum vt typis elegantissimis hoc Opus prodiret, etiam antequam absolutum esset, cum optimo totius Belgij typographo studiosè egit. Ego igitur, vt in Opus ipsum (vtinam eadem felicitate qua celeritate) vehementer incubui, ne plus apud

me valere alterius instigatio, quàm proprium diuino honoris & cultus desiderium videretur: sic idem Opus R. Amplitud. tuæ felicibus auspiciis inchoatum, assidua commendatione acceleratum, & cura demum ac labore mox typis euulgandum; sub alio quàm eiusdem nomine prodire nec volui, nec debui. Optimo sanè iure R. Amplitud. tuæ hoc quicquid est operis ac laboris mei dedicatur, cui Opus ipsum tantopere semper placuit, & qui Authorem Operis ingenti sua & continua liberalitate magis sibi semper ac magis obstrictum reddit. Nam vt propter illud, hoc officium pergratum fore dubitare non possum; ita propter istud, hoc qualecunque officium prorsus à me deberi, dubitare non debeo. Quanquam etsi neutrum horum esset, talis tu tamen ac tantus Antistes es, talis pietatis cultor, & tantus literarum amator, vt hoc Opus ex officina literaria profectum, & ad pietatis incremēta destinatum, R. Amplitud. tuæ non possit non esse longè gratissimum. Illud verò ad Operis quoque ipsius commendationem mirificè faciet, nec ad cohonestandum modò, sed ad illustrandum quoque in primis valebit, quòd sub eius Antistitis clarissimo nomine prodeat, cuius in amplissima fortuna ingeniū splendidissimū,  
nec

nec voluptatum spurcitia scedatum, nec auaritiæ sordibus immersum, nec vanitatis studio contaminatum, nec ignauo otio marcidum iacet; sed, vt excelsum, & ad maximum peccus decet, in Reipub. vtilitate procuranda, in literarum studio & propagatione, & in curis & negotiis perpetuò honestissimis, loco & ordine suo dignissimis collocatum, feliciter viget, floret, fructificat: quem præterea naturæ & gratiæ dotibus ornatissimum, vt consilio ac sapientia præcellere, sic morum candore & suauitate commendatissimum esse; ideóque & authoritate & gratia vnum præ cæteris sui Ordinis Patribus plurimum valere, omnes norunt.

Accipe igitur Antistes sapientissime & optime, quo soles omnia candore & beneuolentia, & quo soles maximè Stapletoni tui qualescunque labores literarios fauore & gratia, Promptuarium hoc nostrum in Christi Euangelia Morale; & in bibliotheca tua, optimis quibusque & selectis Authoribus instructissima, quam anno superiore cum magna voluptate perlustraui, in infimo aliquo subsellio ei locum concede. Sanè istud vt fructus amplitudine aliis nostris opusculis, tuo hætenus celeberrimo nomini dicatis, præstat & latius patet; sic & ad tuorum erga

EPISTOLA DEDICATORIA.

me beneficiorum memoriam diuturnum  
 magis fore confido. Quæ certè vt animo  
 meo nunquam excidere possunt, ita omni  
 quo possum officio agnoscere, ac studio cõ-  
 pensare non desinam. Deum Opt. Max. eni-  
 xè precor, vt R. Amplitud. tuam Ecclesiæ  
 suæ, huic Belgio, & nobis quàm diutissimè  
 incolumem esse, ac florere iubeat. Duaci,  
 nona Septembris, 1589.

R<sup>dæ</sup> admodum & Amplif.  
 Dom. V.

humilis seruator.

*Thomas Stapletonus.*

AD EVNDEM REVEREND<sup>M</sup>  
ET AMPLISS. D. IOANNEM SA-  
RACENVM, Abbatem Vedastinum, eiusdem  
Authoris carmen ἐυχαισινδῶ.



CONCEPTVS, natus, grata nunc ve-  
scitur aura,  
Sarracene, tuis hic liber Auspiciis.  
Si viuit, fructumque facit victurus in  
annos,

Vt medicina egris, vt noua flamma piis;  
Si iuuat orantes sublimi è sede Magistros;  
Sarracene tuis detur id Auspiciis.  
Si placet inspectus, si vultu prodit honesto;  
Sarracene tu is debet id Auspiciis.  
Si citò conscriptus, citò prelo traditus; illud  
Sarracene tuis omne fit Auspiciis.  
Sic opus hoc nostrum, sic cetera nostra loquuntur,  
Quàm sis doctorum, quàm pietatis amans.  
Sarracene sacer, monachis Prefecte sacrat is,  
Per sua quos Diuus claustra Vedastus habet;  
Sarracene Pater, primi pars magna Senatus;  
Digna tuo sunt hæc Ordine, digna Loco.

T. S. I. S.

P R A E

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Rom. 1.



I V I N A illa Apostoli ad Romanos  
 verba ; *Non erubescō Euangelium : vir-  
 tus enim Dei est , in salutem omni cre-  
 denti ; si quantam in se vim habent ,  
 tantam in Christianis pectoribus  
 ἐνέργειαν & efficaciam haberent ; si quantum so-  
 nant , tantum intelligerentur ; si quantum do-  
 cent , tantum caperentur : nec sub titulo doctrinæ  
 Euangelicæ , qui se hodie Euāgelicos vocant , & hæ-  
 retici sunt , carnis causam agerēt ; nec alioqui Catho-  
 lici & Orthodoxi , ab Euāgelica doctrina sic vita &  
 moribus discreparent . Nam hēretici quidem sic E-  
 uāgeliū esse Dei virtutem ad salutem omni credenti  
 existimant & docēt , vt per dulcissimas gratiæ & re-  
 missionis peccatorum promissiones in Euangelio  
 cōprehensas & prædicatas , fideque speciali vnici-  
 que applicatas , se omnem salutē certō & infallibi-  
 liter consequi , errore grauissimo , sibi persuadeant .  
 Sic enim aiunt Euāgelium esse virtutem Dei , id est ,  
 Deum , per Euangelium prædicatum , operari in cor-  
 dibus credentium omnem salutem : ita quidem , vt  
 qui audit per Euangelij prædicationem Filium Dei  
 pro humano genere incarnatū , & acerbissimē pas-  
 sū , redemptionem nostram operatum esse ; *factum  
 esse propitiatorem pro peccatis nostris ; factum esse nobis iu-  
 stitiam , sanctificationem , redemptionem ;* & hæc audiens  
 credit , fidēque has promissiones apprehendit ; ille  
 per hanc suam fidem indubitanter saluus fiat . In hūc  
 finem Euangelium illi toto anno per certas par-  
 tes , in Dominicis maximē diebus ( Festorum enim  
 nec eadem apud illos omnes nec magna ratio habe-  
 tur ) legunt & exponunt . Hic apud illos totius Euā-  
 gelicæ*

Rom. 3.  
 1. Cor. 1.



PRÆFATIO AD LECTOREM.

gelicæ prædicationis finis est. Catholici verò & orthodoxi Euangelium alia quidem fide audiunt, & ad salutem in Christo consequendam non gratiæ tantum promissiones, quas Euangelium adfert, sed & præcepta bene viuendi, quæ Christus in Euangelio passim tradit, necessario pertinere, certissime credunt: quæ tamen illa vitæ ac morû præcepta sint, quæ Euangelium tradit, quanta sit illorum vis, qui modus, quæ ratio, quæ & quanta sit vitæ Christianæ iuxta Euangelium instituendæ innocentiæ, sanctimoniam, perfectio; plerique, pro dolor, aut ignorant, & in sua ignorantia pereunt (*qui enim ignorat, ignorabitur*) aut 1. Cor. 14. parum aduertunt, minusque opere præstant, & per hoc *scientes voluntatem Domini, & non facientes illam, multis plagis vapulabunt.* Atqui Apostolus Paulus tam Luca 12. contra fiduciariorum hereticos & Euangelij corruptores, quam contra molles & ignauos Catholicos, vitæ Evangelicæ desertores, diserte profiteretur: *Non erubescio Euangelium: virtus enim Dei est, ad salutem omni credenti.* Scripsit hoc ad Romanos, qui populus, Leo serm. 1. *ut omnibus tunc penè dominabatur gentibus, sic omnium gentium* Nat. Apost. Petri & Pauli. *seruiebat erroribus; & magnam sibi assumpsisse videbatur religionem, quia nullam respuerat falsitatem:* qui etiam sub Imperatore tunc flagitiosissimo, Nerone, in summa fortuna, summa vitæ licentia perfruebantur, non secus omni vitiorum genere cõtaminati, quam innumeris erroribus seducti. Ait igitur, & quidem sermonis sui exordium hoc facit: *Non erubescio Euangelium.* Euangelicæ prædicationis non me pudet. Non erubescio prædicare Christum Iesum, & hunc crucifixum. Non erubescio doctrinam Euangelij, mortificatione plenam, doctrinam Crucis. 1. Cor. 1. *Iudæi quidem signa petunt, & Græci sapientiam querunt: vos Romani vtrumque desideratis; quia & incredulitate*

Iudæos,

## P R Æ F A T I O

Iudæos, & fastu Græcos facilè adæquatis. Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, potentem aliquem Messiam & thaumaturgon expectantibus; Gentibus autem stultitiam, doctrinam subtilem & elegantem, politicam atque placentem desiderantibus; ipsis autem vocatis ( id est, credentibus) Iudæis atq; Græcis, Dei virtutem, & Dei sapiētiam. Est enim Euangelium vtcunque de Christo crucifixo, quem imitari, cui conformari, post quem crucem suam vnumquemque tollere necesse est, virtus Dei ad salutem, id est, potenter & diuinè salutifera omni credenti: est doctrina salutem æternam adferēs. Ea complectitur Euangelica prædicatio, per quæ opere completa, Deus salutem nostram, quotquot credimus, operatur. *Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem.* Iustitia & totius vitæ reſtitudo, non humana, non qualè Numa, Lycurgus, Solon, Socrates, Plato, aut vlla seu lex, seu sapientia humana tradidit, sed diuina; *Iustitia Dei*, quæ ex Deo est, quam De<sup>o</sup> docet, & suæ gratiæ adiutorio in cordibus operatur, in hoc Euangelio, in hac Euangelica doctrina reuelatur, perspicuè & manifestè proponitur: *ex fide* tamen, id est, illis quorum *corda fides purificauit*, non simpliciter credente quod audit, sed studiosè exequente quod credit, & de virtute in virtutem ambulante. Hoc est enim, *ex fide in fidem*, ex fide incipientium, in fidem proficientium, vt exponit Chrysostomus. Est ergo *Euangelium virtus Dei, ad salutem omni credenti*; non quia solùm credēdo saluamur, nec quia salutis nuncium tantùm credentibus adfert, sed quia *Iustitia Dei*. tota vitæ innocentia, integritas, reſtitudo, quam Deus à nobis credentibus postulat, quam Deus per Filium suum nobis patefieri voluit, quam Dei gratia per Spiritum eius nobis datum, in nobis opera

Euangelium  
quo modo  
virtus Dei ad  
salutem.

Rom. 1.

Act. 13.

In comm. ibid.

## AD LECTOREM.

operatur; in hoc Euangelio nobis reuelatur & manifestatur, vt nullus iam excusationi locus relinquatur: nullus sanè, vel ignorantie quid Deus fieri velit; vel infirmitatis, vt id fiat quod Deus fieri voluit.

Quid, quòd in Euangelio iustitia Dei, iustitia bonorum operum, ex Dei adiuuante gratia sic reuelatur, vt hanc iustitiam qui negligunt, sempiternas illis pœnas Euangelium comminetur? Ideo statim subiunxit Apostolus: *Reuelatur enim ira Dei de cælo* (haud dubiè in ipso Euangelio) *super omnem impietatem & iniustitiam hominum, eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent*; id est, verum cognoscentes, & virtutis ac iustitiæ viam profitentes, per impietatem & iniustitiam quam exercent, veritatem mendacij arguunt, & arguendo detinent atque impediunt, ne liberè à quibusuis exerceatur. Qui enim Euangelium profitentur, totius virtutis ac pietatis magistrum, nec iuxta Euangelium vitam instituunt; perinde faciunt ac si aliter sentirent quàm dicerent: ideo quò; quatum alios verbo hortantur, tantum toto vitæ instituto deterrèt. In hos iram de cælo Euangelium reuelat. An nõ ira de cælo est; *Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores*: quod ei dictum est, qui in nuptiis Filij Dei discubuit non habens vestem nuptialem, primæ charitatis stolam? An nõ ira Dei de cælo est; *Seruum inutilem eijcite in tenebras exteriores*: quod ei dictum est, qui donis gratiæ, fide, charitate, scientia, ad suum & aliorum profectum vsus non est? An nõ ira Dei de cælo est; *Tradidit eum tortoribus, quoad redderet vniuersum debitum*: quod ei dictum est, qui legem charitatis fraternæ, post acceptam peccatorum remissionem, violare ausus est? An non ira Dei de cælo est; *Amen dico vobis, nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cenam meam*: quod de illis dictum est, qui

Euangelium  
impiis iram ad  
fert.

Rom. 1.

Matth. 23.

Matth. 25.

Matth. 18.

Luc. 14.

qui partim ambitione, partim avaritia, partim carnis cura præpediti, doctrinæ Euangelicæ institutū non amplectuntur? Sic ergo Euangelium, quod Apostoli prædicarunt, nobis est *virtus Dei ad salutem*, est potenter & mirabiliter ex Dei gratia salutiferum, si iustitiam Dei in eo reuelatā studiosè tenemus, & iram de cælo in eo patefactam ( omnem impietatem cōtra Deum, & omnem iniustitiam contra proximum abdicādo) religiosè & piè cauemus. Hoc totum nos docet Euāgelium Redemptoris nostri Iesu Christi. Docet quid ad salutem amplecti, quid fugere oporteat. Docet quæ virtuti præmia, quæ sceleri & maleficio pœnæ debeantur. Docet vitæ rationem & institutum non molle, otiosum, contaminatum, sed asperum, operosum, magnaque puritate plenum. Docet denique id totum, propter quod *apparuit omnibus hominibus gratia Salvatoris nostri Dei; videlicet, ut abnegantes omnem impietatem, & secularia desideria, sobriè, iuste, & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloria magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi.*

Euāgelium sanè hoc docet, sed succinctè, breuiter, quasiq; in suis principiis & fontibus. Quicquid enim tota reliqua Scriptura seu legalis, seu prophetica, seu hagiographa, & propriè moralis, seu Apostolica, vel in figuris & mysteriis, vel in plenis concionib<sup>9</sup>, vel in præceptis & institutis moralibus, vel in diuinis exhortationibus latiùs complectitur, hoc totum in Christi Salvatoris nostri doctrina (*in quo omnes thesauri scientiæ & sapientiæ reconditi erant*) tanquam in fontibus & principiis suis continetur. Ille enim, *quæcunque audiuit à Patre suo, nota fecit nobis.* Ille paucis verbis multa loquutus est. Breues cōciones, parabolas succinctas, tot præcepta quot sententias,

Tit. 2.

Co'off 2.

Joan. 15.

tias, sed infinita sapientia plenas, tradidit. Hoc ut in toto passim Evangelio fit, ita maximè in illis Evangelij partibus, quas, ut ad nostrum vsum maximè accommodatas, Ecclesia & sponsa Christi, consiliorum eius maximè conscia, per singulas Dominicas, & præcipua Christi ac Sanctorum festa, populo prælegendas selegit.

Ego igitur, scopo & fine Evangelij, què ex Apostolo iã explicui, mihi ante oculos posito, & altiùs cõsiderato, peccati quoque regno (quod nunc non secus apud credentes, quàm apud incredulos obtinet) perspecto, operæpretium me facturum putavi, remque & Deo meo, cui deseruio, gratam, & tum multis alijs, tum mihi ipsi valde salutarem, si in singulis per annum Evangelij loca moralia, quæ propriè ad pietatem & virtutem faciunt, quæ propriè docent *Iustitiam Dei ex fide*, & *iram de cælo reuelant*, quæ propriè *erudiunt omnem impietatem & secularia desideria abnegare, pieq; iuste, ac sobriè viuere*, annotarem; iuxta illos Evangelij textus & particulas, quæ propriè ad mores facere videbantur. Nec annotarem modò (quod ipsum per se nõ est nullum Concionatori adiumentũ) sed, qua potui diligentia, varia supellectile vndequaq; conquisita, locupletarẽ. Primùm quidem dispersos illos per reliquã sacram Scripturã riuulos ad hos fontes Evangelicos reducendo, & locorũ membra suis capitibus atq; principijs adaptando; siue per veterum legalium typum aliquem aut allegoriam, siue per Propheticas conciones, siue per Hagiographorũ sententiã morales, siue per historiã veteris exempla, siue denique per Apostolicas exhortationes, locus Evangelicus annotat<sup>9</sup> illustrari & cõfirmari posset. Quo sanè toto in genere, ut primam, ita maximã operam impendimus.

Operis ratio.

Operis intentio.

dimus. His adiunximus SS. Patrum non simplices assertiones, (quæ in doctrina purè morali non mihi tantùm pondus habere sunt vitæ,) sed vel expositiones loci Euāgelici, vel tractationes neruofas; in quibus aut exemplum, aut argumētum, aut collatio, aut typus, aut allegoria contineretur. Nec his cōtentus, corrafi, vnde cunq; potui, ad singula loca illustranda, Similia ex rerū naturis petita, eaq; appositissima & maximè genuina. His addidi, quantū vel inuenire, vel meminisse valui, varia Sanctorū exempla, eaq; non nisi ex probatis & authenticis authoribus desumpta, quos semper ad marginē noto. Ex prophanis denique authoribus tum exempla, tum apophthegmata studiosè collegi. Illa enim si nunc nos non cōfundunt, in extremo iudicio cōdemnabunt; sicuti de publicanis, & meretricibus, & Ninivitis, Iudæorū respectu. Christus in Euāgelio dicit.

Porrò in Similibus & Exemplis vndequaq; colligendis tanto diligētior fui, quanto mihi persuasi magis, vix quicquā esse ad permouendos auditores his duobus aptius & accommodatius. Quod enim apud doctos facit demōstratio & argumentatio ex necessarijs concludēs, hoc apud populum facit apposita similitudo, ex rerū naturis & vulgari vsu petita. Sicut autē doctrina per præcepta est via longa & difficilis; sic via breuis & efficax est quæ per exempla traditur. Et nihil magis intellectum conuincit, remque ad oculum perspicuam facit, quàm quum quod suadere voles, in re simili, eaq; vulgari, aut in exemplis aliorū sic se habere demonstras. Scriptores autem & collectores Similitudinum hac ætate plurimi fuerunt. Quorum primi eas distribuerunt secundum authores diuersos, ex quibus ea collegerunt, vt Lycosthenes & Erasmus, nulla loci aut argu-

menti

*Matth 23.  
Luca 11.*

*Similium  
collectio.*

*Lycosthenes.  
Erasmus.*

menti habita ratione. & hi collectores omnium minimè vtilis fuerunt. Alij ordinè rerum, vnde Similitudines sumuntur, sequebantur; idque dupliciter: vel res ipsas iuxta naturas suas in classes distribuendo, posteaq; illis moralè Similitudinè subnectendo, vt fecit frater Petrus Berchorius in suo *Reductorio morali*, & Pierius Valerian<sup>9</sup> in suis hieroglyphicis; quæ etiã tradendi ratio parùm vtilis fuit, quia iuventuti difficilis: vel materias ipsas morales ordine quidè alphabetico, sed iuxta rerum quoque singulas classes disponendo, vt fecit copiosè Ioãnes à sancto Geminiano, in sua *Summa de Exēplis ac Similitudinibus rerū*. Cui simile, sed multo inferius, multoq; sterilius opusculū scripsit Otho Vverdmüllerus, à Gesnero editum; cui titulum dedit, *Similitudinum ab omni animalium genere, lib. 6.* & horum labor ceteris multo vtilior fuit. Alij tamen magis ad rē accedentes, ordinem locorū sequuti sunt, vt primùm Alardus, sed multo post vberius Ioannes Dadræus; qui tamen vterque non nisi ex Patribus, aut authoribus Christianis, sua Similia decerpserūt. Porrò magnā Similium copiam, etiã iuxta locorum ordinem, ex Seneca & Plutarcho cōsarcinavit Ludouicus Granatensis, vir de pietate & morali doctrina optimè hoc seculo meritis, in suis *Collectaneis philosophiæ morali*, & in Silua; quæ tamè Collectanea, nō Similia seorsim posita, sed integros illorū authorū textus atq; discursus, Similibus passim refertos, tradūt. Fuerūt denique hoc tempore qui tam Cōcionibus, quàm alijs de re theologica scriptis, Similia elegātissima magno studio insparserūt. Quo sanè in genere, etsi Ludouicus Granatensis in suis Cōcionibus, alijsq; opusculis planè diuinis, magnā copiam suppeditauit (quanquam vt multa scripsit, ita eadem Similia

Berchorius.  
Pierius Va-  
lerianus.

Ioan. à S. Ge-  
miniano.

Vve: dmyllerus.

Alardus.  
Dadræus.

Lud. Grana-  
tensis.

P R Æ F A T I O

Philippus.  
Diez.  
Didacus Stella.

Hector Pintus.

S. Bonaventura.

Exemplorum.  
collectio.

Ann. 1544.  
Parisii.

multis in locis iterum atque iterum repetijt) tamen meo iudicio palmã hæcenus tulit Philippus Diez in suis Cõcionibus, eique proximus accedit Didacus Stella in suis in D. Lucam Commentarijs lógè doctissimis, & doctrina morali instructissimis, atq; in libello suo aureo, De contemptu mundi. Hector quoque Pintus, scriptor eruditus, elegans admodũ & pius, in cõmentarijs in Esaiam, Ezechielem, Danielẽ, Amos, & Threnos; sed potissimũ in Ezechielẽ; atque itẽ in Dialogis suis De imagine vitæ humanæ, qui ex Lusitano idiomate in Gallicũ versi sunt, Similia habet exquisitissima. Sed & D. Bonaventura in sua *Dieta. salutis*, tum multa, tum egregia protulit ad mores Similia. Nos ex his omnib°, & ex ipsis SS. Patribus, maximè D. Chrysofomo & D. Basilio; Similia vndequaq; collecta, nec nisi magis selecta, propria, & ingenua, suis quæq; locis, iuxta omnia per annũ Euãgelia reposuimus: vt ita quæ ad eandẽ rem pertinent simul posita, in vsum vnicuiq; parata, quasiq; in proxima potetia ad actum essent.

Exẽpla sacra, primũ S. ipsæ Scripturæ, tum historiæ Ecclesiasticæ Eusebij, Theodoret, Socratis, Sozomeni, Euagrij, Zonaræ, Nicæræ, Nicephori Gregoræ, Nicephori Callistæ, Pauli Diaconi, Vitæ Sanctorũ in septẽ tomis Laurëtij Suriij, Praturũ Spirituale, liber egregius & autheticus, vtpote in Cõcilio Niceno 2. citatus, Calsianus, & interdum M. Marulus, suppeditarũt. Exẽpla prophana & apophthegmata, Plutarchi vitæ, eiusque Moralia, Senecæ opera, decem illi authores qui Imperatorum vitas scripserunt, quos in vnum volumen ante annos 40. Robertus Stephanus redactos, elegãtib° typis edidit, Ammianus Marcellinus, Diogenes Laertius de vitis Philosophorũ, Ælianus de varia historia, Valerius



lerius Maximus, ac postremò recentiores pauci, Baptista Fulgosius, Dominus Brusonius, Raphael, Volaterranus, subministrarunt.

Sed in his omnibus tam Exemplis quàm Similibus, eum modum ac rationem prudens cōcionator tenebit, vt nec omnia vnus Euangelij loca in vna cōcione tractet, sed vnum atque alterū, aut ad summum tria; nec quę in vnoquoq; loco inueniet vberius interdū collecta omnia proferat, aut quā plurima possit proferre cōtēdat, ne odiosa multitudine auditores obruat; nec etiā quæuis & sine delectu accipiat, sed iuxta auditorum captū illis vtatur. Nō enim idcirco in vnoquoque Euāgelio varia annotauimus loca, & in quolibet vt plurimū loco (maximè quando recurrit, quod certè in plerisq; accidit, nōsque diligenter ad Lectoris vsum in singulis annotauimus) tam multa & varia attulimus, vt in vna cōcione quāta fieri possit copia & multitudo proferretur (quo ego nihil arbitror fore vani<sup>9</sup>, nisi fortè in doctorum & magnorū virorū corona, qui solidioris & plurimi cibi capaciores sunt, & ex vno verbo multa capiunt, quia verbū sapiēti sat est) sed vt cū delectu & iudicio assumpta, dexterèq; & copiosè amplificata ac dilatata, pluribus formandis cōcionibus subseruiant. Satius enim fuerit, duo aut tria in vno aut altero loco Exēpla, totidēque aut paulo plura Similia, cum certis S. Scripturarū sentētis (quæ copiosius afferri possunt) Patrūmq; vno aut altero loco, egregiè explicare, dilatare, amplificare, premere, vrgere, suis omnibus circūstātis exornare, penèq; palpanda Auditori præbere (quod D. Chryostomus facere solet, eūmq; imitatus Ludouicus Granatēsis) quàm veluti ad varię lectionis & memorię ostentationē, multa concisè dicere, &

multam quasi farraginem auditori deuorandam ingerere, quæ admirationem momentaneam excitet, sed affectum & cor non penetret. Nam neque cibus cõfertim ingestus nutrit, sed onerat; nec densa pluuia terram irrigat, sed inundat; nec acruus, sed dispositio lapidum, edificium facit. Deniq; non clauorum numerus asseri leuiter insertus, sed vnus aut alter clauus fortiter impactus, crebrisque ictibus incussus, fabricæ compingendæ accommodatus est. Hæc dixerim, ne nostra qualiscunque copia illis ad superfluum luxum vertatur, quibus ad honestam & frugalem instructionem collecta fuit.

Concionatoris  
vita verbo res-  
pondeat.

Non est autem opus, vt diuini verbi tractatores, patres ac fratres meos, ego omnium minimus, & peccator maximus, admoneam, quasique sus Mineruam doceam; aut hinnulus leonẽ ad prædas capiendas informem: illud in primis, & ante omnia vt curent ne vita verbo dissentanea sit; ne, quod aliorum humeris imponũt, ipsi digito nõ attingant; ne, quod in templo verbo ædificant, domi suæ & quotidiana conuersatione destruant. Iam in hunc finem quædam huius argumenti loca in hoc \* Promptuario Dominicali, ex proposito, quoties textus aliquis Euangelicus occasionem dabat, tractaui; idque, maximo, vt potui, cum apparatu. Dignentur tam illi, quàm omnes literati & docti, qui ferè communem cum illis in hac parte causam habẽt, ea loca percurrere. Fortè vel torporem, si quo laborant, excutere, vel currentibus calcar addere illa lectio poterit.

\* Domi. 2. Ad-  
uent. text. 4.  
3. Aduent. text. 3.  
2. post Pascha,  
text. 3. & 3.  
Dom. 3. post Pẽt.  
text. 1.  
12. post Pente.  
text. 2.  
17. post Pente.  
text. 1.

Locorum fon-  
tes,

Ad loca porrò moralia eruẽda, Christi Saluatoris non solùm sententias & verba, sed & facta quoque ipsa adhibui: nec Christi modò, sed & eorũ quibus Christus bene facit, facta & dicta locis moralibus eruendis seruierunt. Christi sanè, quia quum *imagini*

*eius conformes nos fieri oporteat, ut Paulus docet; eius-<sup>Rom. 9.</sup>  
que imitatores esse: qualem se Paulus fuisse profiteretur;<sup>Psal. 3.</sup>  
& qui in Christo manere se dicunt, debent, sicut ille ambu-<sup>1. Ioan. 5.</sup>  
lavit, & ipsi ambulare, ut D. Ioannes monet: necessa-  
riò sequitur quòd omnis Christi actio, nostra est in-  
structio. Aliorum verò, quia quorum facta & verba,  
seu fidei, seu humilitatis, seu cuiuscunque alterius of-  
ficij signa & argumèta Christus laudavit vel remun-  
neravit, ad imitationem & formandos mores meritò  
trahi debent: sicuti etiam si qua in aliis vituperavit,  
aut vituperatione digna aliquo signo ostendit, ea  
quoque ad vitij fugam documento nobis esse pos-  
sunt. Et verò fortasse in quodlibet Euàgelium loca  
moralia alius quispiã, me oculator, facile deprehē-  
derit, & annotata atq; tractata fuisse optauerit. De  
hoc quidem non est dubium, quia plus vident oculi  
quàm oculus; nec totam Scripturæ Evangelicæ fœ-  
cunditatem moralem ego me affecutum vlllo modo  
profitebor. Sed parcior fui, quia nec vim literæ  
Euangelicæ facere volui, sed ea solùm loca annora-  
re, quæ propriè & genuinè ex ea quasi spòte proma-  
narunt; nec à te proposita ad materias prorsus ab  
Euangelio præsentis alienas digredi: quod aliqui hac  
ætate fecerunt, & quidè non rarò in suo (quem vo-  
cat) Concionatorum Thesauto Thomas, à Trugillo.  
Etsi enim nihil sanè pro concione importunè dicitur,  
quod piè & salubriter dicitur; tamen aliud est  
Euangelium diei ex professo tractare, & ex eius tex-  
tu dicendi materiam haurire; aliud de re quavis ex  
alio quouis sacræ Scripturæ libro apud populum  
differere. Quod posterius qui facit, ut profectò piè  
eum & rectè facere nemo negauerit; ita hoc dum  
facit, Euangelium diei se populo explicare si profi-  
tetur, vanus & ridiculus fuerit.*

PRÆFATIO

Loca Christo  
sæpius incul-  
cata.

Iam verò , quum quædam sint loca moralia, quæ Christus Redemptor sæpius inculcauit, & vehemētius docuit, ea nos , vt frequentius tractare oportuit, ita accuratiùs & vberius tractare conati fuimus. Concionatores verò ea apud populum frequentius proponere, iisque diutius immorari par erit. Ea loca sunt : Dilectio Dei & proximi, cum operibus misericordiæ : Humilitas, & contra superbiam : Contemptus mundi, & contra auaritiam : Fiducia in Deum, & contra diffidentiam : ac postremò, de tolerandis malis. Quæ sanè loca ter quaterve aut quinques vt minimum , aliqua verò decies , alia sæpius tractata & explicata sunt.

Operis medio-  
critas.

Nemo tamen existimet , siue in illis , siue in aliis (etsi multas paginas in quibusdam locis consumpsimus, planèque larga manu sparsimus) eam à nobis rerum copiam suppeditatam hîc esse, vt de suo quisque addere vel facilè nequeat, vel superuacaneum iudicet : imò verò nos nostram infantiam & tenuitatem prodidimus. Et quæ ad mores ac pietatem faciunt, in Sacra pagina, & apud SS. Doctores sine numero sunt. Sed animò fuit, quod penes nos erat, in commune conferre. Id Deo, id cuius pio & cãdido Lectori gratum fore arbitror. Nemo tamen propter hæc nostra , omni aut disponendi sua, aut quærendi plura, labore liberatum se opinetur. Poterit enim quisque, tum à se iam ad mores collecta, his in locis, quasi in ppriis cellulis, reponere ; tum quæ postea priuata lectione & obseruatione inuenturus est, ad hæc loca referre, & suum indies Promtuarium augere. Non diffitebor, Concionũ Philippi Diez quadruplicium, aut certè dupliciũ. Thesauri Thomæ à Trugillo, (quamquam omnium ille paucissima dedit) commentariorum quoque Di-  
daci

daci Stellæ (ex quo vno Thomas à Trugillo optimam suarum collectionum partem accepit, nunquam ferè nominato authore) & Pauli à Palatio in Euangelia ex D. Luca & D. Matthæo desumpta, quasi medullam & substantiam vniuersam hîc cõtineri. Nam Granatensem non nisi in decem postremis post Pentecostem Dominicis inspexi; exceptis Similibus, quæ ex omnibus eius concionibus mihi olim collegeram. Sanè ex vno Philippo Diez, & Stellæ commentariis in Lucam, plura deprompsimus, quàm ex omnibus simul aliis.

Similia à nobis collecta, rarò certo authori tribuimus, nisi fortè ex SS. Patribus desumpta; primùm qui eadem apud diuersos authores inueniuntur, vt quis propriè author & inuentor fuerit, deprehendere nequierim; deinde, quia parum interest quis ex modernis author dicatur, quum dubitari vix debeat, ex priscis authoribus (vt ego in multis aduer-ti) ea fuisse desumpta: postremò, ac maximè, quia omnino admodum non refert, quis eorum author fuerit, scire. Similitudo enim autoritate minimè eget; sed seipsam commendat, si apta est; commendari ab authore non debet, si inepta est. Satis est, à me omnia collecta, nulla inuenta fuisse. Alias huius Operis rationes in ipso procæmio videre licet.

Ac decreueram sanè omnia Euangelia, tam in Dominicis quàm in Festis Christi & Sanctorum legi solita, quoad loca moralia, vno tractu explicare, quemadmodum in Promptuario Catholico, quo ad doctrinam hodie controuersam, feci: sed quia hæc explicatio locorum circa solas Dominicas ad Opus expectatione maius excreuit, & nostram curtâ suppellectilem vehementer exhaustit; sed & hîc loca moralia complura tractata haud dubiè sunt, quæ in

Simillium au-  
thores cur ali-  
quando præ-  
termissi.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Euangelis Festorum vsui esse possunt: propterea has partes Dominicales in lucem dare satis esse duxi; reliquam operis intentionem in aliud tempus reiiciens, vbi illud Deus dabit.

Operis vtilitas.

Illud vnum addam, etsi Concionatorum instructioni hoc Opus potissimum, nostraque intentio subseruiant; tamen id nunc tale esse perspicio, vt cuius Christiano Lectori vberimum fructum adferre, & in primis salutaris esse ei<sup>9</sup> lectio possit: siue ad peccati cuiuscunque fugam & cautelam, siue ad quamlibet ferè virtutem capeffendam, siue ad Dei amorem, mundi que contemptum animo instillandum, aut etiam roborandum: sine quibus saluus fit nemo. Doctos verò, & politioris literaturæ amantes, huius Operis varietas in hoc genere maxima plurimum oblectabit. Id vnum in toto Opere quilibet Lector inueniet, præter bonam materiam parum verborum esse. Quare quot hîc virtutum & virtiorum loca tractantur, tot sunt ad pietatem exhortationes, ne dicam cõciones. Deum enixius precor, vt illum fructum hæc nostra collectio adferat, quem ego vnicum in colligendo spectauit, Dei gloriam, & proximorum ædificationem. Christiane Lector, bene vale: & ex huius Operis lectione si quis fortè virtutis stimulus, aut peccati horror, aut Dei amor, aut mundi contemptus, animo tuo solito altiùs insederit; pro omni laboris nostri mercede, me peccatorem tuis apud Deum piis precibus interdum iuua. *Oremus pro inuicem, vt saluemur.*


Duaci apud S. Amatum. 7. Septembris, 1589.



P R O M P T V A R I V M  
M O R A L E S V P E R  
E V A N G E L I A  
D O M I N I C A L I A  
T O T I V S A N N I .



Proœmium.

 V O D nuper , fauente  
& propitio Christo , ad  
reuincendos pro concio-  
ne nostri temporis here-  
ticos , Promptuarium  
Catholicum , super om-  
nia totius anni Euange-  
lia , tam de Dominicis , quàm de festis Christi  
& Sanctorum eius , in lucem emisi , in quo ad ve-  
ritatem orthodoxam vel stabiliendam vel defen-  
dendam , Concionatores verbi aliqua bona supel-  
lectile instruere conatus sum ; fuit illud non mihi  
fortè adedò difficile & arduum : vel quia longa  
in hoc doctrine genere exercitatio mea , & con-  
trouer

Paris apud  
Sonnium  
1589.

trouersiarum professio plus quàm decennalis, tum ad inueniendum, tum ad disponendum quæ eò pertinebant omnia, magnam mihi facultatem adferre potuit; vel quia doctrina fidei etiam à quolibet Doctore, naturæ dotibus ac præsiidiis ornato, satisque diligenti & industrio, facillè perspicere & inueniri, commodè quoque tradi & doceri poterit.

Difficultas  
Operis.

Nunc verò Opus aggredior, (fauente & annuente Christo) non mihi tantùm multo difficilium, vt in hoc genere minùs exercitato (quum in scholastica palæstra, quam per omnem ferè ætatem triui, veritatis magis intelligendæ, quàm virtutis capeffendæ causa agatur) verùm etiam per se omninò difficillimum; & ad quod non tam naturæ quàm gratiæ & Spiritus diuini singularia præsidia requiruntur: vt ad mores formandos, ad pietatem animis auditorum instillandam, ad virtutes inferendas, extirpanda vitia, Concionatorem verbi ex textu Euangelico similiter instruam, & egregiam illi atque selectam supellectilem subministrem. Animus nempe est, & ad hoc iam dudum vehementer exarsi, adeoque in altero; Promptuario concinnando, cogitare cœpi (nausea quadam, & fastidio contra hereticos semper rixandi, mihi inter scribendum oborto) Promptuarium Morale super omnia totius anni Euangelia, tam Dominicalia quàm de Festis, ad in-

stru



PROOEMIUM.

structionem Concionatorum, contra huius temporis, vel omnium potius temporum peccata emit-  
tere, & pietatem, atque omnes virtutes, ma-  
ximè mundi contemptum, ac celestium rerum  
desiderium, fidelium animis instillare per hu-  
ius Promptuarij supellectilem, sicuti per alte-  
rius, ipsam fidem & sanam doctrinam corrobo-  
rare volui.

Sed hoc mihi Opus eo difficilius esse presentio,  
& ante primas Operis lineas auctas fore auguror,  
quo ab eapietate & animi puritate me longius  
abesse, heu, nimis verè agnosco, quæ ad huiusmo-  
di Opus perficiendum necessaria esse videtur. Et si  
enim docere non vera tantum, sed & bona homo  
improbis, & impura vitæ potest ( vnde Phari-  
sæos ipsos, homines ita impuros, vt sepulchris Matth. 23.  
dealbatis eos verè Christus comparauerit, ita  
nihilominus iussit audiri, vt ea quæ dicerent,  
seruare & facere suos doceret, seruare quæ ad  
doctrinam, facere quæ ad mores pertinebant)  
tamen sic bona docere, sic pietatem & solidas vir-  
tutes explicare, vt textus ipsius Euangelici loca  
singula perspicias, & perspecta ex alijs cognatis  
locis illustres, in quibus Spiritus sanctus vel ta-  
lem virtutem docet, vel tale vitium taxat, &  
vtriusque aut media aut remedia suggerit, id est,  
vt fontes ipsos puritatis & pietatis vel inuenias  
ipse, vel ab alijs inuentos obserues, & cum dele-  
ctu

PROOEMIUM.

Et tu sequaris, ipsosque seu inuentos, seu delectos, in suos riuulos, & lata camporum spatia deducas, quasi que in intimam cum Deo familiaritatem receptus, ipsa adyta recludas, & cellaria ac thesauros ipsos diuine sapientiæ aperias, istud profectò solis, vt puto, spiritualibus viris, & qui puro ac defecato pectore Deum colunt, saltem qui peccatum ipsi non secus quàm à facie colubri fugiunt, & veri virtutis amatores atque cultores sunt, concedi solet.

Authòris intentio.

Hoc autem nobis in hoc Opere propositum est, ipsa loca textus Euangelici diligenter notare, ex quibus vel ad virtutem hortari, vel à vitio deterrere auditorem Concionator poterit: eademque loca ex Scripturis sanctis, sanctorum Patrum documentis, rerum gestarum exemplis, tam sacris, ( veteris instrumenti allegorias & typos conquirendo) quàm etiam profanis ( hominum huius mundi sapientum apophthegmata, sapienter dicta aut facta consèctando ) ac denique variis à rerum natura & consuetudine petitis Similibus, eut confirmare aut illustrare. Hec enim omnia ad persuadendum accommodata sunt, magnamque vim habent.

Vehementer igitur & meritò formido, quoad primi generis supellectilem magis pretiosam, ne, vitam ipse satis impuram & valde terrenam agens, ad hoc tantum opus perfici

PROOEMIUM.

perficiendum minimè omnium idoneus inueniar.

Ceterum Dei misericordia & Christi gratia fretus, quæ & meis criminibus, uti spero, ignoscet, & meas tenebras sua diuina luce collustrabit, tentabo interea quid humeri valeant, quid ferre recusent. Dabit fortasse operari & perficere, qui dedit velle. Quòd si desiderio vires non respondeant, & voluntati non succedat effectus; id saltem consequar, ut nec bonas horas malè collocem, nec de abscondito talento à Domino meo redarguar: & demum aliquam mihi atque aliis, etsi non quæ publicè sufficiat, priuatam tamen supellectilem colligam.

Non sum autem nescius, varias hac nostra etate & doctissimas Euangeliorum Explicationes, & Conciones egregiè morales prodixisse, quales sunt Isidori Clari, Ioannis Pipini, Ludouici Granatensis, Philippi Diez, & aliorum quorundam. Sed aliud fuit horum institutum, aliud nostrum. Illi integras Conciones, quas ad populum habuerunt, & in quibus tum doctrine capita, tum ea quæ ad mores tractabant, postea scripserunt, veteres Patres imitati: quæ haud dubiè multa egregia supellectile Concionatorem iuuant, Sed singula textus Euangelici loca, vnde variam materiam ad mores pertinentem depromat Concionator,

Sermonarij  
nostri téporis.

nec

nec annotarunt illi, neque tractarunt, imò aliqua Euangelij particula pro themate proposita, siue ad doctrinam, siue ad mores faceret, tum reliquas partes saepe non tractant, tum in saliam scripturam digressi, nihil interdum minùs quàm Euangelium diei exponunt.

Deinde est illa super vnumquodque Euangelium vnica Concio, vel, vt habent aliqui, duplex, aut ad summum, & in quibusdam tantùm Euangelij quadruplex. At Euangelici textus loca, quæ quidem ad mores faciunt, (hoc enim maximè nostra referre, & hanc partem maximè ad salutem facere cogitavi; potèstque & debet hæc pars multùm amplificari, vrgeri, dilatari, premi, & illustrari, cum doctrinæ veritas paucis explicetur, nisi fortè in dubium vocatas; cui parti in altero Promptuario satisfacere conati sumus) sic ego singula annotare, & annotata tractare proposui, vt ex vna explicatione nostra, super quodlibet Euangelium plurimæ Conciones formari non difficulter queant.

Rursum illi quorum integræ Conciones existant, verbis sepe numero magis quàm materia abundant, & amplificationem potiùs, certàmque interdum dispositionem, quam Inuentionem iuuant. At ego semper iudicavi in Inuentione quidem iuuandos Concionatores; in dispositione verò, atque ipsa amplificatione, suum quémque iudi-

*iudicium & agendi morem, quasiq̄ue genium sequi debere. Satis enim ridiculum & absurdum est, diuini verbi tractatorem; qui debet ex spiritu loqui, & pro re nata, propria quadam actione uti, suo tempore & loco monere, hortari, docere, blandiri, terrere, fouere, pungerē; totum suum sermonem ex alienis verbis formare, in alieno semper vestigio pedem ponere, quasi magistri dictata repetere, & ad vocem alterius saltare. Quare nullum aut minimum illi fructum reportant, qui in Doctoris cathedra sic semper discipulos agunt, ut aliena non tantum inuentione, sed etiam dispositione utantur. Nam ut illud laudabile est, ac multis propemodum necessarium, certè tutissimum, si bonos & probos Authores sequuntur (nam ex solo spiritu, more Apostolico, concionari perpaucorum hodie est) sic istud non indignum modò, verum etiam absurdum valde, & quod totam concionem insulsam & insipidam atque inutilem reddat. Quare illi mihi multo & prestantius & vberius de officio Ecclesiastæ mereri, & in publicum consuluisse videntur, qui variam Concionatoribus supellectilem & materiam, eamq̄ue textui Euangelico appositam & accommodatam, suppeditarunt, ut non extra metas currat oratio, quàm qui integras suas conciones hac ætate ediderunt.*

Quo in genere bonam certè nauauit operam  
 Pars Hyemalis.                      A                      Aegidius

Aegidius.  
Topiarius.

*Aegidius Topiarius, qui iuxta Villa-vincentij tabulas per omnia totius anni Euangelia atque Epistolas, certa loca annotauit, in quibus quid à Concionatore tractari commodè posset doceretur.*

Thomas.  
Beauxamis.

*Quem, ut videtur, imitatus Thomas Beauxamis super omnia quæ per Quadragesimam leguntur Euangelia, vberius id præstitit: in singulis docens quæ ad doct. inam, quæque ad mores facerent. Sed*

Thomas à  
Trugillo.

*omnium copiosissimè id præstare voluit Thomas à Trugillo, in suo quem vocat Thesauro Concionatorum, vbi ad pleraque textus Euangelici loca, ex Scripturis & Patribus variâ materiâ coaceruat.*

*Qui liber si suo titulo responderet, noster certè hac in parte vel alterius cuiusquam labor superuacaneus fuisset. Ceterùm ille nec ea semper loca annotauit, quæ nos annotanda duximus, nec circa loca ipsa ab eo annotata, ea obseruauit, quæ nobis obseruanda videntur, nec denique verba ipsa textus Euangelici tractat aut premit, sensusque diuinos elicit (quod nos facere conati sumus) sed ex veteribus & nouis Scriptoribus multa ad verbum transtulit, & magnam dicendi materiam studiosè collegit. Verùm quid propriè ex vnoquoque loco morali depromi salubriter queat, minimè sibi querendum proposuit. Sed nec illum delectum ac iudicium in veteribus proferendis, sacrisque Scripturis applicandis adhibuit, quin facile plura ac meliora depromere volentibus locum reliquerit: &*

*sepe*

ſepè admodum ( id enim moneri lectorem expedit, ut alieno damno cautus fiat ) ad Patres remittit, ubi vel nihil tale inuenias, vel quod parum ad rem faciat, ut in quàm multis aliena fide uſus fuiſſe videatur. Ego verò ea demum apud Chriſtianum auditorem maximam vim & pondus habitura ſemper iudicaui, tam ad doctrinam ſtabiliendam, quàm ad mores formandos, quæ ex ipſorum Chriſti verborum proprietate, circumſtantijs, vi, & energia, Chriſtum Dominum dicere ac docere voluiſſe, demonſtrari poſſet: ſiue id primariò ac principaliter dicendum ſenſerit, ſiue iuxta ſolemne Sacrarum Scripturarum fœcunditatem, ex ipſo ſuo ſermone intelligi, & neceſſariò conſequi voluerit.

Hoc ergo nobis in hoc Promptuario Morali propoſitum eſt, in ſingulis per annum Euangelijs, tam de Dominicis quàm de Feſtis, ſi vita, vale-  
Operis in-  
tenuio.  
 tudo, & negotia cætera permittent, loca ſeu textus ſingulos obſeruare & annotare, vnde aliquod ad bonos mores, & pietatis ſtadium promouendum depromi documentum queat: moxquæ documentum inde depromptum, & locum inuentum, materia & ſupellectile morali, quantum poſſumus copioſa, ex alijs Scripturis ad eam rem facientibus, ex ſanctis Patribus, & optimis quibùſque Authoribus petita, locupletare; & Exem-

*plis ac Similibus crebrò exornare: non sanè aut  
 verbis superfluis rem eandem dicendo, aut ser-  
 mone accurato quicquam amplificando; sed res  
 ipsas simpliciter proferendo, & accumulando  
 (non tamen absque certo ordine ac methodo, ubi  
 partitio loci id feret) & materiam vberem sub-  
 ministrando, (in qua tamen delectum magis quàm  
 copiam affectauimus) planeque præter materiam  
 nihil: quam postea Concionator quisque, prout  
 volet, disponet, exornabit, amplificabit,  
 atque etiam locupletabit. Rem er-  
 go nunc ipsam propitio  
 Christo aggre-  
 diamur.*

P R O M





# PROMPTVARIII

## MORALIS SVPER

### EVANGELIA DOMINICALIA,

#### *Pars Hyemalis.*

#### Euangelium Dominicæ I. Aduentus.

**E**RVNT signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione Luca 21. sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes calorum mouebuntur. Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & Maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam & omnes arbores: Quum producant iam ex se fructum, scitis quoniam propè est aestas. Ita & vos, quum videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt.

#### PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. Erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris & fluctuum, &c. De extremi iudicij terrore.
2. Hæc fieri incipientibus, respicite, &c. Scitote quoniam propè est regnum Dei. Cur hora iudicij incerta.
3. Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Certa & necessaria & assidua iudicij diuini expectatio.

1. Erunt signa in sole & luna, & stellis: & in terris pres-

*sura gentium, præ confusione sonitus maris & fluctuum  
arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ  
superuenient vniuerso orbi.*

Iudicij extre-  
mi terror.

**L**O C V S moralis de extremi iudicij terrore, quem vt semper ante oculos haberemus, Christus his verbis expressit. Quos enim Dei amor, cœlestium bonorum desiderium, virtutis studium à peccatis non auocant; illos extremi saltem iudicij tremendi expectatio detërrebit. Hoc igitur medium proponit Christus. Idcirco sermonem his verbis concludit: *Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.* & apud Matthæum: *Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.*

Luca 21.

Matth. 24.

Loci partitio.

Ad hunc locum explicandum tria tractari possunt. Primum, quantus est huius extremi iudicij terror. Secundò, quare nescitur dies eius. Tertio, ad quid eius expectatio & memoria est utilis. quæ omnia in hoc Euangelio insinuâtur.

Prima pars.  
Terror diuini  
iudicij.

Matth. 24.

Ioel 2.

Terrorem describit Dominus in verbis citatis; quia cœlum & terra patientur. *Signa in sole & luna & stellis*, illa erunt, quòd lumen omnia amittent. Sic Matthæus: *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, quod & Ioël de hoc die prædixit: Sol & luna obtenebrati sunt, & stelle retraxerunt splendorem suum.* In terris quoque & in mari repentinæ & horrendæ erunt mutationes, de quibus & Aggæus: *Ego commouebo cœlum & terram, & mare & aridum.* Hęc ideo fient, vt terreantur peccatores; *arescent homines præ timore*: & vt iudicis irascentis aduentus terribilis significetur. De quo Dauid: *Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius*, id est, peccatores. Docent hæc Christi verba, quòd omnia tunc elementa, ipsæque corpora cœlestia tum in seipsis dira patientur ad terrorem impiorum, tum in ipsos quoque impios agent, varios illis cruciatus, non animi tantum, sed & corporis inferendo, iuxta illud Sapientiæ: *Accipite armaturam zelus illius, & armabit creaturâ ad vltionem inimicorum. Acuet diram iram in lanceâ, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* Huius diei terrorem omnes Prophetae diligenter prædixerunt; quia eius præscientia & recordatio, in omni semper ætate, statu, ac tempore fidelium necessaria est. De hoc die Esaias, *Ecce dies domini venit, crudelis & indignatione plenus, & ira furorisq;*, ad ponendum ter-

Aggæi 2.

Psal. 96.

Sapient. 5.

Esa. 13.

ram in

ram in solitudinem, & peccatores conterendos in ea. De hoc die Ezechiel: *Finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te: ecce* Ezech. 7.  
*venit. Immittam furorem meum in te, & iudicabo te iuxta*  
*vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas. Et*  
*non parcet oculus meus super te, & non miserebor: sed vias tuas*  
*ponam super te, & scies quia ego Dominus percutiens.* Dei insoletis  
 vrgendum & premendum hoc insolens Dei epitheton. **Qui** enim epitheton.  
 solet semper alioqui *misericors & miserator Dominus, bonus* Exod. 30.  
 & *benignus, & faciens misericordias super millia, nuncuparis* Psal. 85. 102. 110.  
 hoc die erit *Dominus percutiens.* Si de hoc die Dauid: *Co-* 111. 144.  
*gnoscetur Dominus iudicia faciens. In operibus manuum suarū*  
*cōprehensus est peccator. Et iterum: Dominus manifestè veniet;* Psal. 9.  
*Deus noster non silebit. In conspectu eius exardescet ignis, & in* Psal. 49.  
*circuitu eius tēpesta valida. Aduocauit cœlū de sursum, & terrā*  
*discernere populum suum. Denique huius diei terror quātus*  
 sit, graphicè describit Sophonias: *Dies illa, dies ira, dies tribu-* Sophon. 1.  
*lacionis & angustia, calamitatis & miseria, dies tenebrarum &*  
*caliginis, dies nebula & turbinis, dies ruba & clangoris super ci-*  
*uitates munitas, & super angulos excelsos, id est, superbos pec-*  
 catores terræ. **Quibus** omnibus Prophetis conformiter Apo- Rom. 1.  
 stolus contra impœnitentes impios proclamat: *Tu secun-*  
*dum impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ.*  
 Diem iræ vocat, quia dies misericordiæ præterit.

Hic est secundus Christi aduentus, non iam humilis, Duplex Christi  
 mansuetus, misericors; sed in maiestate sua terribilis, iracū- aduentus.  
 dus. Primò venerat vt noster, vt *paruulus qui datus est nobis,* Esai. 11.  
 pro nobis iudicandus. Secūdo venit vt suus, in *Maiestate sua,*  
 iudicaturus orbem. In primo aduentu tanquā paruulus Da- Allegoria.  
 uid contra Goliath inermis pugnauit, diabolum in infirmita- 1. Reg. 17.  
 te vicit. In secundo, contra ingratum Nabal, armatus Da- Matth. 24.  
 uid & iratus descendit, dicens: *Verè frustra seruauit omnia*  
*quæ huius erant in deserto. verè frustra tot humano generi*  
 beneficia contuli, tot misericordias feci, carnem pro homi-  
 nibus assumpsi, mortem pertuli, viua voce docui, Apostolos  
 misi, Spiritum sanctum dedi, sacramēta gratiæ reliqui, toties  
 peccantibus peperci, tot etiam naturæ & terræ bona imper-  
 tiui: *& non perijt quicquā* (quantū in me erat) *de cunctis qua*  
*ad hominē pertinebant, & reddidit mihi malū pro bono.* Ingra-  
 ti & stulti homines; huic Nabal stulto similes, meis acceptis  
 beneficiis, diabolo tamen & carni seruierūt, nec missis à me  
 pueris, pauperibus, & minimis meis, paxillū panis esuriētib<sup>9</sup>  
 dare, aut nudos eos vestire, aut in carcere positos visitare vo-

luerunt. *Hæc faciat Dominus inimicis David, & hæc addat, si reliquere de omnibus quæ ad eum pertinet usque mane, mingentẽ ad parietẽ.* Talis est secundus Christi aduentus. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.*

*Psal. 74.*

*Hebr. 10.*  
Iudex inexorabilis.

*Homi. 22. ad pop.*  
*Antiocha.*

Nulla hic occurret irato Dauidi Abigail, quæ pro Nabal intercedat. Nullus in die iudicij intercessionis locus: quod ex Scripturis pulchrè ostendit Chrysostronus, *Vide (inquit) non indutum veste nuptiali ex sponsali domo expulsus, & neminem pro illo intercedentẽ. Vide talentũ habentẽ creditum, & non negociatũ, & quomodo pro illo intercedit nemo. Respice mihi quinq; virgines exclusas, & æquales pro ipsis non deprecas.* Est ergo huius diei terror inexplicabilis, ubi veniet Iudex inexorabilis.

*Hierem. 1.*

Qui noluit in hac vita videre virgam vigilantem, & temporali Dei castigatione, vel voluntaria corrigi, videbit in extremo iudicio ollam succensam, vt ex visione Ieremiæ notauit Chrysostronus loco citato. Vidit enim Propheta primũ *virgam vigilantem*, postea *ollam succensam*. Qui noluit amplecti manus Filij Dei in cruce expansas, pro nobis mortui, horrendè incidet in manus Dei viuentis, & in sua Maiestate venientis. Qui noluit seruare duas tabulas mandatorum, sentiet virgam Aaronis non iam clausam in Arca, sed prolatam ad vindictam. *Tunc enim parebit signum Filij hominis: Crux Christi, virga directionis & iustitiæ, olim dirigens, nunc percutiens. Ecce venit, & quis sustinebit aduentum eius?* ait alius Propheta. Quanto enim magis antea misericors fuit, tanto nunc crudelior erit. Patientia læsa fit furor: & adamantem ferunt omnium lapidum durissimum, ubi semel dissoluitur, in minutissimas sic dissipari partes, vt cerni vix queat.

*Math. 24.*

*Psal. 44.*

*Malach. 3.*

*Plinius natural.*  
*hystor. lib. 17. c. 4.*

Deinde & illud ad maiorem huius diei terrorem expendere, quod huius iudicij sententia pœnam adfert, non temporalem, sed æternam: simulque considera quàm acerbum est momentaneas quasi huius vitæ pœnas sustinere. Quæ considerans Gregorius, *Quomodo, inquit, toleranda est pœna quæ reprobatur, si ferri non potest ira quæ purgat? Cogita (ait Chrysostronus) quod trium dierum febrem hic non toleramus. Si iudicium pœnas cernentes obruimur, & hoc vix quinquaginta annis damnationi obnoxij; quale est Christi tribunal, non tantum in quinquaginta annos, sed in infinita protendens secula pœnam!* Hoc nẽpe est quod Dauid dixit: *Etenim sagittæ tuæ transeunt; vox tonitru tui in rota. Sagittæ Dei sunt, plagæ huius vitæ temporales*

Iudicij sententia.

*Moral. lib. 21.*  
*cap. 16.*  
*Loco citato.*

*Psal. 76.*

temporales de quibus per Moysen dixit: *Congregabo super Deuter 32. eos mala. Complebo sagittas meas in eis. Consumentur fame, &c.* Sed vox tonitruū Dei, quæ in die iudicij datur, idcirco quæ à Propheta *dies tubæ & clangoris* nuncupatur, in rota est, id est, exitum non habet in modum rotæ.

Postremò huius iudicij terrorem, strictissimū iudicis examen ostendit. Quid enim minutius in genere peccati verbo otioso? Et tamen dicit Christus: *Omne otiosum verbum quod locuti fuerint homines, rationem reddent de eo in die iudicij.* Sed & intima cogitationum secreta scrutabuntur. *Tunc enim illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Tunc dicitur (ait Chrysostomus loco citato, & post eum S. Hieronymus) *Ecce homo, & opera eius.* Cogitet autem vnusquisque, si vel in hoc auditorum confesso occultum eius crimen publicaretur, quantam hoc ei confusionem pareret! Hoc est videlicet *scrutari Hierusalem in lucernis, & fodere parietem, & videre abominabilia quæ facit populus.* Tunc singulis impijs impœnitentibus fiet quod Dauidi minatus est Nathan Propheta: *Tu fecisti in abscondito: ego autem faciam hoc in conspectu solis,* id est, toto spectante mundo. Nunc certè peccata impiorum ita occultantur, quasi in libro Dei, non atramento perlucido, sed citri succo scriberentur, cuius scripturæ nullum apparet vestigium. Atqui quæ citri succo scribuntur, vbi igni admota fuerint, clarè leguntur. In igne iudicij extremi (iudicabit enim seculum per ignem) singula peccata legentur. Quod prospiciens Dauid, dicit: *Intellexisti cogitationes meas de longè, funiculum meum, & semitam meam inuestigasti, & omnes vias meas prauidisti.* Similiter & sanctus Iob: *Signasti quasi in sacco delicta mea, & gressus meos dinumerasti.* Quæ omnia si in temporali hac vita Deus facit, in extremo iudicio multo faciet exactiùs, si in iustis hoc facit, qualis Iob & Dauid erant; quanto magis faciet in impijs! Vnde D. Bernardus: *Quid in Babylone tutum si in Hierusalem manet scrutiniâ? Si iustus vix saluabitur, peccator vbi parebit? Quid facient tabulae quando tremunt columna? ait B. Gregorius, Quid virgula deserti, quando cedrus percutitur? Si in viridi ligno (in hac præsentia iustitia Dei, quæ misericordia non caret) tantum iudicium exercetur, in arido quid fiet? vbi nullus misericordiæ locus erit. Denique de exactissimo tunc futuro actionum nostrarum scrutinio proferendū quod scribit S. Basilius: *Non confusè aut summatarim, aut indigestè peccata nostra carnentur, sed singula per partes, vt sese habent,**

Iudicij examē.

Matth. 12.

1. Cor. 4.

In Zachar. c. 12.

Ezech. 8.

2. Reg. 12.

Simile.

Psal. 139.

Iob 14.

Serm. 55. in Cât.

Moralium in Iob

lib. 17. cap. 19.

Luca 23.

In lib. de vera

virginitate.

velut in pictura noscentur. Exempli causa, quomodo ad patrandum quisque adulterium properans è lecto surrexit, quibus passibus incedens usus est: quo motu corporis lentiore ac concitatore; quem habitum dum procederetur assumpsit, & qua ex parte irumpēs, uxorem alienam violauit: quo item ordine huic mulier ad nefarium opus se substravit. Hæc, inquam, omnia velut in tabula, per partes diligenter expressa, cernentur. Nec opus tantum externum, sed & intima cogitationes. Hæc ille iuxta Christi doctrinam, dicentis: *Nihil est opertum quod non reuelabitur.* Quæ singularum turpitudinum & impietatū reuelatio, quia in hac vita vel non fit, vel rarissimè fit, idque ex parte tantum; in extremo iudicio exactissimè & plenissimè fiet. Ex his ergo vel omnibus vel aliquibus explicare, tractare, & amplificare concionator poterit, prout tempori & loco conuenire videbit, & pro illa quam habet dicendi facultate, diuini & extremi iudicij terrorem.

2. *His fieri incipientibus, respicite, &c. scitote quoniam propè est regnum Dei.*

Iudicij hora  
incerta,  
Luca 21.

LoCVS moralis de extremi iudicij hora incerta, & omnibus incognita. Hoc enim in isto Euangelio Christus apertè docuit. Rogantibus enim discipulis, *Quod signum aduentus tui, & consummationis seculi?* Christus non quando, sed qualis eius aduentus erit, respondet. Modum patefacit, tempus celare voluit. Ideo signa ostendit non prognostica & longè præcedentia, sed coniuncta & proximè præcedentia. Huc enim tendit huius Euangelij scopus. *His fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra: quia appropinquat redemptio vestra. Videte ficulneã & omnes arbores: quum producūt iam ex se fructū, scitis quoniam propè est æstas. Ita & vos quum videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnū Dei:* vel, vt Matthæus scribit, *quia propè est in ianuis:* & Marcus, *In proximo est in æstis.* Signa ergo illa terribilia in Sole & Luna, & stellis, & mari, & terra, proximum & repentinum Christi aduentum atque iudicium ostendunt? sicut fructus iam enati, æstiualem maturitatem in proximo designant.

Luca 27.

Matth. 24.  
Marc. 13.

Luca 21.

Simile.

Quare Christus adhuc expressiùs adiunxit in hoc Euangelio. *Attendite ne superueniat in vos repentina dies illa. Tanquã laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre.* Laqueo assimilat Iudicij tēpus. Sicut enim auis aut fera nihil minùs quàm laqueum suspicatur, sed per campos illa liberrimè volitat, per siluas ista intrepidè discurrit, prædã querens,

querens, hominum tamen arte & industria, bestiis istis prorsus incognita, in laqueos repente incidunt morti destinatae: sic omnino terrenis, tamquam praeda perpetuò inhiantibus, Dei providentia, hominibus huiusmodi incognita, iudicij diem derepente induxit, & ad certam damnationem irretitos tenet. Apud Matthæum furi assimilatur. *Si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, nec sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia quæ nescitis hora Filius hominis venturus est.* Sic à Christo edoctus Petrus: *Adueniet dies Domini sicut fur.* Sic & Paulus: *Ipsi diligenter scitis, id est, accuratè didicistis, & firmissimè creditis, & ob oculos semper habetis, quòd dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet.* Rursum hunc repentinum aduentum suum Christus Dominus clarissimo exemplo diluuij orbis terrarum expressit: *Sicut in diebus Noè, ita erit aduentus Filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium, comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, usque ad eum diem quo intrauit Noè in arcem, & non cognouerunt donec veniret diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus Filij hominis.* Tribus ergo modis docet Christus repentinum fore hoc iudicium, sicut est laqueus, sicut fur, sicut diluuium.

Causam quoque repentini aduentus adiungit, vt attendamus, vt vigilemus, vt semper parati simus. Si præsciret auis aut fera laqueos, quàm diligenter euitaret! Nam & ideo si fortè ex laqueo euasit, ad eundem locum vix vnquam postea redit. Contra fures extruuntur domus bene munite, clauduntur ostia, feræ, pessula, vigiles, canes adhibentur, ciuitates totæ mœnibus clauduntur. Si par esset animæ cura & æternæ salutis ratio, qualis est vitæ tēporalis & bonorum terrenorum custodia, non minùs ad diē iudicij vnusquisque paratus semper esset. Hanc causam repentini iudicij Christus euidenter expressit: Apud Matthæum: *Ideo & vos estote parati.* Apud Marcum: *Videte, vigilate, & orate. Nescitis enim quando tempus sit.* Apud Lucam in hoc Euangelio: *Vigilate itaque omni tempore, orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis: stare, non concidere; subsistere, non perire; diligere aduentum Domini, non odisse: sicut casta coniunx non intrepidè tantum, sed etiam cupidè expectat reditum mariti sui, seruusque fidelis reditum Domini sui.* Hæc repentini iudicij ratio tollit & refecat prorsus omnem vitæ bene gerendæ dilationem. *Non tardes Ecce conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subirò enim*

Iudicium Dei  
cur incertum.  
Simile.

Matth. 24.

Mar. 13.

Luca 21.

Simile.

enim

*Simile.* enim veniet ira illius, & in tempore vindicta disperdet te. Si Rex vnam ciuitatem tibi dono daret, ea conditione, vt infra vnam horam literas donationis expedires, & diploma regium apponi curares; qua diligentia per te & tuos vtereris, ne illa tibi hora elaberetur! At hæc vita quasi vna hora (neque enim adhuc vnam horam certò tibi superesse scire potes) tibi à Deo concessa est, vt caelestem hæreditatem acquiras, in

*Mar. 13.  
Luca 21.*

*Simile.*

*vigila* e contra peccatum, & orare pro Dei gratia atque misericordia vel ad momentũ cessas? At fortè quia vides multos longeuos esse: longã quoque tibi vitam promittis. Sed nõne vides æquẽ multos in florenti atate, atque adedò derepente abripi? Planè nemini iam mors repentina videri debet, quæ quotidie ante oculos nostros tot ex hac vita rapit. Quis à furioso non sibi bene caueret, quem videt omnes prætereũtes ferire? Mors instar furiosi nemini parcat, rarò præmonuit.

*Simile.*

Verũ porcis in hac parte similes sumus. Porci enim cõspiciti necesse socij, & audito grunnitu, quem ingentem illud ferè solum animal occidendum edit, accurrunt omnes, grunniũt & ipsi, ac tũ multuantur valde: vbi autem semel occisus porcus vociferari desierit, statim ad lutum & stercora redeunt, nihil ampliũ curantes. Sic homines terreni, carnales, voluptuarij, interim dum moritur notus quispiam, interim dum funus effertur, moueantur, terrentur, perturbantur: factis e: equiis, citò obliuiscuntur, ad sordes voluptatum & vetera peccata redeunt. Periculi plena est emendationis dilatio, & peccatorum reiteratio. Nauis etsi multa onera capiat, tamen tam diu onerari potest, vt submergatur. Contra peccatores in peccato perseuerantes, vox Dei illa est:

*Simile.*

*Esa. 1.*

*Super quo percutiam vos ultra addentes prauitatem?* Castigare eos in hac vita desinit Dominus, qui peccatis suis modum non ponunt, qui emendationem differunt, qui omni tempore non vigilant, non orant; vt sic in æternum eos puniat. Qui audit tonitrua, metuit fulgura. Hoc Euangelium tonitruum est futuri iudicij. Metuamus fulgura iustitiæ diuinæ. Quanto diutius viximus, quanto plura supplicia peccatis nostris debita euasimus, tanto certius & citius venturum iudicium expectemus.

*Simile.*

*Ælianus de  
var. hist. li. 9.  
Aposh-  
thegma.*

Theramenes ciuis Atheniensis quum domus ruinam (quæ statim, illo egresso, cecidit) euasisset, exclamauit: O Iupiter, cuiam me tempori reseruas? Nec multo post, à triginta tyrannis vicentiam bibere coactus, interiit. Idem peccato-



tori statuendum, qui post peccatum perpetratum impenitens manens, Dei manum non sensit, iuxta illud: *Ne dixeris, peccavi: & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens reparator.*

Porro hæc perpetua extremi iudicij memoria, timor, expectatio ad plurima conducit. Primum, frenum quoddam peccati est. Vnde S. Basilius: *Si quando te senseris ad aliquod prouocari peccatum, ad mentem reuoca formidabile illud, nec ulli mortalium tolerabile Christi iudicium: & hoc quasi freno animam cohibe.* Nempe sicut sol omnes stellas suo fulgore obscurat, sic solius iudicij memoria suo terrore omnes animæ concupiscentias extinguit, ut est apud D. Clementem. Vnde & David docet, obliuionem iudicij, causam esse peccatorum. Quum enim dixisset, *Inquinata sunt uia eius in omni tempore*, subiunxit rationem reddens, *Auferuntur iudicia tua a facie eius.* Contra uero memoriã iudicij à peccato custodire idem docuit, *Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.* Qui clauo confixus est, nec in hanc, nec in illam partem mouere audeat: nec ad dexteram declinat, nec ad sinistram. Talis clauus timor iudicij est. Deinde qui timet iudiciũ, effugiet illud. Nisi timuissent Niniuitæ, subuersi fuissent. Generi Lot, quia non timebant, nec credebant monenti, futurũ mox iudicium Dei, perierunt cum Sodoma. Qui Noë prædicantem audire noluerunt, perierunt in diluuiio. Filij Iacob in prima profectioe in Ægyptũ, quum nihil timerent, in magna mala inciderunt, à Ioseph vexati, in suspicionem vocati, in uincula coniecti. In secunda autem profectioe, ubi cum maximo timore accesserunt omnia eis prospere successerunt. Maxima uirtutum custodia timor est. Sicut fortissimo milite domum custodiente,

domus illa à latronibus nocturnis tuta est; ira timor futuri & furtiui iudicij reddit nos ab eius periculis tutos. Exemplum illustre uide apud S. Chrysostomũ, ubi ostendit Antiochenos, qui propter deiectas eius & uxoris statuas, repentinò quodam & populari tumultu, Imperatoris iustã iram atque uindictam uerementissimè timentes, sic ad Deum inuocandum, & pietatis opera facienda conuersi sunt, ut opulentissima illa ciuitas magis tunc uideretur religiosorum cœnobium, quàm congregatio ciuium. Et profectò quemadmodum qui causam aliquam grauem coram iudice pendentem habet, de illa sua causa semper sollicitus cogitat, loquitur, tractat; & qui Imperatorem aliquem cum ingenti exercitu ad ciuitatem suam aduentare audiret, causamque aduentus in bonum-ne aut in malum

Eccl. 2.  
Tertia pars.  
Timor iudicij uilis.

1.  
Homil. in  
Psal. 33.

Simile.

Recognit. li. 9.

Psal. 10.

Psal. 118.

Simile.

2.  
Chry. sost. hom.  
2. in 2. Thess.

Exempla.

Gen. 43.

Simile.

Homil. 15. ad  
pop. Ant.

Simile.

lum nesciret, de illo solo aduentu cogitaret: sic si causa salutis nostræ cordi nobis esset, de illo tremendo iudicio in quo omnes nos astare oportet, reddentes rationem eorū omnium quæ gessimus, & in quo qualis nobis Christus adueniet nescimus, memoriā nunquam deponeremus, perpetuò cogitaremus. Vnde elegāter Climacus: *Sicut qui esurit recordatur panis, sic qui saluari cupit, non potest non recordari extremum iudicium.* Et, vt sapienter scripsit Eusebius Emisenus; *Magna iam est pœna peccati, metum atque memoriā futuri perdidisse iudicij.* Mūdani videlicet, & voluptatum sectatores similes sunt hominibus rusticis, qui securè agunt, nec vnquam de palatio regio, aut de Regis ipsius vel iustitia erga malefactores, vel liberalitate erga bonos cogitant. At pij fideles, & timentes Dei iudicia, similes iis sunt qui in aula regia versantes compositè se gerunt, semper ad respondendū parati. Talis quum S. Hieronymus esset, hanc vocem sæpe vsurpauit, aliosque ad eam vsurpandam hortatus est: *Sive comedam, sive bibam, sive aliquid aliud agam, semper insonat auribus meis vox illa horrida: Surgite mortui; venite ad iudicium.* Denique sola infidelitas hunc iudicij metum animis mortalium eximit. vnde S.

De d. foret.  
grad. 20.  
Houil. de la  
1. 000.

*Simile.*

In reg. monac.  
cap. 30.

Ad virg. la-  
psam cap. 8.

*Si mente cornerent homines peccatores quale iudicium imminet mundo, sensus humanus non dispergeretur vanitate seculari, si non infidelitate grauaretur.*

3. *Cælū & terra trāsibunt, verba autē mea non trāsibūt.*

Iudicij extre-  
mi expecta-  
tio certa.

L O C V S moralis explicandi & premendi certissimā & necessariam, & assiduam extremi iudicij expectationem; ideoque ab illis malis medijs omni studio cauendi, quæ eius perpetuam expectationē animis nostris eximūt, & penitus paulatim delēt. Idcirco enim hanc illustrem asseuerationē Christus hoc loco adiecit, quam aliās in hoc loco adiecisse nō legitur. Docet nempe verba hæc sua, quibus aduentum suum gloriosum in extremo iudicio descriperat, magis firmā, certā, solida, & stabilia esse, quā ipsum cælum & terram, quæ mortaliū iudicij prorsus immutabilia & firmissima esse videntur. Cætera enim in ipsa terra nasci & interire quotidie videmus. Orbium quoque & siderū cælestium motū ratione & sensu cōprehendimus. Atqui, nec terram ipsam nec cælum moueri vnquam cernimus, aut mouenda esse, vel immutāda vel destruenda, certa & euidenti ratione intelligimus. Et tamen tanta est futuri iudicij firmitas & certitudo, vt cælo ipso ac terra firmiora sint. Nam ipsa quidem trāsibunt, & vt ait

Ioannes,

Ioannes, *mutabuntur in calum nouum, & terram nouam: &* vt Apocal. 21.  
 ait Petrus, *Cali magno impetu trāsibunt, & elementa calore sol-*  
*uentur, terra quoque & quæ in ipsa sunt opera, exurentur: &*  
 vt Esaias prædixit, *Cali sicut fumus liqueſcēt, & terra sicut ve-*  
*ſtimentum atteretur: ac denique vt Dauid cecinit, Opera ma-*  
*nuum tuarū sunt cali: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & om-*  
*nes sicut veſtimentū veteraſcent: sed verba hæc mea de futuro*  
 certiffimè hoc extremo iudicio non tranſibūt, non mutabun-  
 tur, sed opere complebuntur. Debetis ergo illa certiffimè &  
 firmiffimè credendo expectare, expectando cauere.

## EVANGELIUM DOMINICÆ II.

A D V E N T V S.

**Q**UVM audisset Ioannes in vinculis opera Chri-  
 sti, mittens duos ex discipulis suis, ait illi; Tu es Matth. 11.  
 qui vēturus es, an alium expectamus? Et respon-  
 dens Iesus, ait illis: Euntes renūtiare Ioanni qua  
 audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi  
 mundantur, surdi audiunt, mortui resurgūt, pauperes euan-  
 gelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in  
 me. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de  
 Ioanne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento  
 agitata? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vesti-  
 tum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.  
 Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, &  
 plus quàm Prophetam. Hic est enim de quo scriptum est:  
 Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præ-  
 parabit viam tuam ante te.

## P E R I C O P E moralis huius Euangelij.

1. Ioannes in vinculis. De persecutione & varia tribulatione iusto-  
 rum in hac vita.
2. Mittens duos ex discipulis suis ad Iesum, ait. De cura & charitate pa-  
 storum, & patrum erga oues & liberos suos.
3. Euntes renūtiare Ioanni. De modestia seruanda in sui ipsius com-  
 mendatione.
4. Quæ audistis & vidistis. De officio boni pastoris, in doctrina &  
 operibus.
5. Pauperes euangelizantur. De paupertate spiritus, humilitate, & man-  
 ſuetudine ad cælestia capienda.
6. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. De vero Christianismo.

7. *Illic autem abeuntibus, cepit Iesus dicere de Ioanne.* Contra adulatōres, & de nemine coram laudando.

8. *Quid existis in desertum videre?* De laude & gloria iustorum etiam in hac vita.

9. *Arundinem vento agitatam?* De fortitudine animi, libertate spiritus, & constantia seruanda.

10. *Hominem mollibus vestitum?* Contra molliem, luxum, & omnem vestimentorum excessum.

1. *Ioannes in vinculis.*

De tribulatione iustorum in hac vita.

**L**OCVS moralis de tribulatione, persecutione, & variatione iustorum in hac vita. Ioannes Baptista, quo non surrexit maior inter natos mulierum, & natiuitate celebris, & vitæ sanctitate illustris, & officio ac vocatione excellens: in vincula cōiicitur, in carcere detinetur, infami supplicio tollitur; sublatu, hosti capitali deridendus proponitur; capite in disco allato, conuiuij tempore præciso, ad omnem contumeliam exposito, ac denique mulierculæ vilissimæ libidini dato: Herode interim incestis nuptiis potito, in regno, in epulis, in voluptate, saltante Herodiade, & matris foedissimum præceptum exequente. Hæc videlicet est fors iustorum, multa temporaliter mala perpeti, vt cælestibus bonis in æternum fruantur. Sic suis Christus prædixit: *Mundus gaudebit, vos autem contristabimini.* Quare Apostoli & primi Christiani tribulationes huius vitæ, vt rem Christianismo propriam, expectarunt. Sic Paulus: *Nemo moueatur in tribulationibus nostris. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus.* id est, ad hoc destinati & vocati sumus. Sic idem cum Barnaba, *confirmantes animas Discipulorū, exhortantēque vt permanerent in fide,* addiderunt: *quonia per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei.* Hæc est Christianorum vocatio, hæc fors iustorum. de qua Christus apertissimè: *Qui vult venire post me, tollat crucem suam quotidie, & sequatur me,* id est, tribulationes & tentationes quæ illi quotidie obueniunt, ferat patienter sicut ego tuli. Hanc generalem sortem iustorum Paulus quoque expressissimè tradit. *Omnes (inquit) qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.* Si causas huius conditionis, & sortis iustorum explicare libeat hoc loco, eas breuiter exponemus. Primum, omnis tribulatio est fidei & charitatis verè Christianæ probatio, iuxta illud Apostoli: *Tribulatio patientiam, patientia probationem operatur.* Vnde & illud Sapientis: *Tanquam aurū in fornace probauit illos, & inuenit eos dignos se.* Quomodo autem tribulatio sit vera probatio, pulchrè explicat

*Ioan. 16.*

*1. Thessal. 3.*

*Act. 14.*

*Lucæ 9.*

*2. Timot. 3.*

Tribulatio, fidei & charitatis probatio.

*Rom. 5.*

*Sap. 3.*

S. Augustinus: *Voluntas Dei est aliquando ut sanus sis, aliquando ut agrotas. Si quando sanus es, dulcis est voluntas Dei; quando autem agrotas, amara; non es recto corde; quia non vis voluntatem tuam ad Dei dirigere voluntatem, sed ecōtra.* Probavit te ergo tribulatio an Deum toto corde dilexeris. In hoc sensu Apostolus dixit: *Si extra disciplinam estis, ergo adulteri estis, non filij.* Paternam quippe castigationem verus filius æquanimitè feret. Sic etiã fidem probat, unde Augustinus: *Surgunt procella stagni huius, vides malos florere, bonos laborare. Tentatio est, fluctus est. Et dicit anima tua, O Deus, Deus, ipsa est iustitia tua, ut mali floreant, boni laborent? Dicis Deo, Hęcine est iustitia tua? Et Deus tibi respōdet, Hęcine est fides tua? Hęcine tibi promisi, aut ad hoc Christianus factus es, ut in seculo floreres? Hęc ille. Nempe quum ex fide vivat iustus, fides autem sit reram sperandarum substantia, basis & fundamentum, verè fidelis ille est qui bona futura expectat, non qui præsentibus bonis gaudere vult. In quo ergo fides firma & recta est, adeò rebus aduersis non perturbatur, ut omnia prospera suspecta habeat, metuens ne præsentibus affluens bonis, æternis excidat. Ad fidei ergo probationem tribulantur in hac vita iusti. Alia causa tribulationis iustorum in hac vita, est ipsa Dei erga illos dilectio, & fauor singularis. Quod ne cui paradoxum videatur, ex Scripturis, adeoque euidenti ratione breuiter ostēdatur. Tobia viro iusto graui cæcitate percusso, dicit Angelus Raphael: *Quia acceptus eras Deo, necesse erat ut probatio tentaret te.* Sic Christus in Euāgelio: *Dico vobis amici mei; Nolite timere eos qui corpus occidunt, &c.* Amicos vocat, quos ad sanguinis pro iustitia effusionem inuitat. Ideo autem amicos appellat: quia maximum amicitia & charitatis argumentum tales præbent. Quemadmodum enim amicitia humanæ officium postulat, nō solūm ut alter pro altero amicus libenter laboret, & laborādo patiat, sed etiam ut alter ab altero officia laboriosa exigat, atque audacter & familiariter laborandi ac patiendi materiã alter alteri præbeat; sic inter Deum & iustos fit: quorum est arctissima, & omnē humanam superans dilectio. Nec inter amicos tantūm, sed & inter superiores ac subditos hęc dilectionem cernimus. Subditus, pro Rege quem diligit; filius, pro patre quem amat; ciuis, pro Magistratu quē reueretur, nihil ferè arduum recusabit. Imo dilectionis argumentum interpretabitur, si quid ei arduū imperetur. Pulchrè Seneca: *Nihil eo infelicius, cui nihil euenit aduersi. Argumentum est à Deo**

Enarrat. in  
Psal. 35.

Hebr. 13.

Prefat. in  
Enarrat. 2 in  
Psal. 25.

Fidelis quis,  
Hebr. 11.

Tribulatio,  
amoris diuini  
signum.

Tobia 12.  
Luca 12.

Similia.

In lib. de Provi-  
dentia Dei.

illum contemni, ut imbellem & ignauum. Ignominiam iudicat gladiator cum imbellem componi. Scit enim sine gloria vinci, qui sine periculo vincitur. Idem facit Dei prouidentia. Fortissimum quemque aggreditur, aduersus quem suam vim intēdat. Ignem experiebatur in Mutio, paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo, venenū in Socrate, mortem in Catone. Hæc ille ethnicus: Sed in his omnibus totus finis, tota merces erat vana gloriola iuxta illud Poëtæ:

*Vicit amor patria, laudisque immensa cupido.*

At multo felicitiùs & fortiùs in seruis suis experitur Deus suorum fortitudinem, fidem, dilectionem. Sic expertus est ignem in Laurentio, paupertatem in Francisco, exilium in Athanasio, tormenta in Vincentio, silentium in Arsenio, lachrymas in Ephremio, labores in Pachomio, ieiunia in Eua-grio, solitudinem in Honorio, nuditatem in Antonio, cæcitatē in Tobia, vlcera in Iobo, patientiam in Moyse, persecutionem in Dauide, lapides in Stephano, crucem in Petro, gladium in Paulo, vincula & carceres in Ioanne Baptista: denique in alijs innumeris, seu Martyribus, seu Confessoribus innumera vel tormentorum, vel aliarum afflictionum genera. Hos omnes Deus arctissimè dilexit: & hos omnes Deus variè in hac vita affligi voluit. Alia causa est ipsa virtutis perfectio in hac vita, & consequenter gloriosa merces in altera. *Beati estis* (ait Christus) *quum persequuti vos fuerint homines, & dixerint omne malum aduersus vos mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in calis.* Sic & D. Iacobus: *Omne gaudium existimate fratres, quum in varias tentationes incideritis, scientes quòd probatio fidei vestra patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habeat, ut sitis perfecti & integri, & in nullo deficientes.* Nempe hæc est perfectio Christiana, non solùm declinare à malo & facere bonum, sed etiam tolerare mala, & pati aduersa. In patientia enim nostra possidemus animas nostras, & à diebus Ioānis Baptista vsque nunc, qui ferè primus arduū vitæ genus exercuit, & in carcere decollatur, Regnum calorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: quod totum non ad Dei rigorem, sed ad nostram glorificationem pertinet. Vnde Chryso-stomus: *Volens Deus hominem glorificare, tentat illum, non cum iudicio (id est, seuerè) hoc faciat, sed ne sine causa glorificet: nempe, ut nostræ glorificationis nos quoque cooperatores esseamus; quo nihil humana naturæ gloriosius confecti potuit. Nempe Deus paternum gerit in nos affectum, non mat-*

Tribulatio,  
virtutis per-  
fectio.

Matth. 5.

Iacobi 1.

Psal. 36.

Luca 13.

Matth. 11.

In Mat. hom.  
14. operis im-  
perf.

ternum,

ternum. Pater filium labori mancipat, vel opificio addicit, vel *Similia.*  
 ad militiam emittit, vel negotiationi tradit, vel ad studia &  
 literas collocat, vt sic ad honores vel opes acquirendas per-  
 ueniat. Mater verò filium suum domi in officina residere  
 perpetuò veller, quietamque & tranquillam semper apud se  
 vitam agere Rursum in castris non nisi fortissimis & charis-  
 simis suis militibus periculosa Dux imperat. Lectissimos, &  
 quos promouere cupit, emittit, qui nocturnis insidijs hostes  
 aggrediantur, qui iter hostium explorent atque intercipiãt,  
 qui præfidiũ aliquod loco deiciãt, denique qui robur ipsum  
 exercitus hostilis inuadant. Nemo eorũ qui sic exeunt, dicit:  
 Malè de me Imperator meruit, aut malè mihi voluit, nisi  
 ignauus fortè aut imbellis quisquam: sed contrà, si strenuus  
 miles est, & militis nomine dignus, sic dicit: Bene de me iudi-  
 cavit Imperator, bonam de me opinionẽ se habere ostendit;  
 bene mihi voluit & honori meo consulere. Sic se res haber  
 inter nos & Deum. *Militia enim est vita hominis super terrã.* *Iob. 7.*  
 Et, *omnes currimus in agone.* Certare igitur, cõtendere, & con-  
 tra omnia aduersa Dei prouidentia nobis immissa, pugnare  
 debemus. *Nemo enim coronabitur, nisi qui legitimè certauit.* *1. Cor. 9.*  
 Plura de hac materia in alijs Euangelijs, vbi magis proprius  
 erit dicendi locus. *2. Tim. 2.*

2. *Mittens duos ex discipulis suis ad Iesum, ait.*

**L**ocus moralis, de cura & charitate seu pastorum erga  
 Loues, seu patrũ erga filios suos. Ioãnes enim non propter  
 se illos ad Christũ mitt, nec propter se quæsiuit an ille Mes-  
 sias esset. Non enim potuit eum ignorare, quem antea digito  
 demonstrauit, dicens, *Ecce Agnus Dei, &c.* quem apud aquas  
 confessus erat, dicẽs: *Ego debeo à te baptizari, &c.* quem etiã  
 apud Sacerdotes & Scribas ad eum missos ingenuè prædica-  
 bat, dicens: *Non sum dignus soluere corrigiam calceamẽti eius.*  
*Sed* (ait Hieronymus) *sibi quærens, suis discipulis discere voluit.*  
 Sic Elizæus mittit filios Prophetarum per montes & ardua,  
 vt quærent tribus diebus Eliam, quem ipse ascendente vi-  
 derat. Quum enim tot sua testimonia suis adhuc discipulis  
 non satisfacere Ioannes videret, hac arte elicere voluit lucu-  
 lentam probationẽ, quòd Iesus esset Christus, ne ex sola hu-  
 militate alteri hunc honorem detulisse suis discipulis, præ-  
 ceptorẽ suum nimis amantibus, videretur. Ioannes ergo iam  
 in carcere & morti proximus, non sui, sed suorum discipulo-  
 rum curam habet. Non mittit ad Herodem vt liberetur, sed  
 suos

Pastorum &  
 patrum cura.

Ioan. 1.  
 Matth. 3.

Ioan. 1.  
 Ad Algasiam  
 q. 1.  
 4. Reg. 2.

*Simile.* suos ad Christum vt instruantur. Tanquam si prouidus pater moriens, filios suos consignet fideli tutori, & cupiens eos bene instructos relinquere, sic suos mittit ad Christum, ab eo docendos & in fide confirmandos. Sic Paulus in ipsis vinculis curam Ecclesiæ gerit, ad Philippenses, ad Epheseos, & ad Philemonem in carcere Romano scribens. Sic etiam ad

*Exemplum.* Colossenses in Epheso comprehensus scripsit. Quemadmodum candelæ accensa etiam in carcere conclusa, per rimulas tamen lumen emittit, sic Ioannes, qui *erat lucerna ardens & lucens*, charitatis suæ ardorem foras emisit. Concludi charitas non potest. Quanto magis plena libertate gaudentes, & summa potestate ac facultate bene rem gerendi præditos

*Simile.* Episcopos & Pastores, perpetuam ouium suarum curam habere oportet? Canon Apostolicus iubet, vt si Episcopus electus non admittatur à populo loci (non sua culpa, sed populi refractarij vicio) clerici illius ciuitatis excommunicentur, qui non fuerunt correctores populi inobedientis. Eadē debet esse cura parentum erga liberos. Diogenes patrem percussit cuius filium insolentem vidit. Lacedæmonij, quum duo fratres inter se dissiderent, mulctam dixere patri, quòd eius negligentia, orta inter eos similtas esset. Aliud Ioannes suo exemplo docuit, qui etiam vt discipulos formaret, ignorantiam ipsemet prætexebat, sicut magistri chori tonum aliquando excedunt, vt alij cantores congruum tonum accipiant.

*Ioan. 5.* Episcopos & Pastores, perpetuam ouium suarum curam habere oportet? Canon Apostolicus iubet, vt si Episcopus electus non admittatur à populo loci (non sua culpa, sed populi refractarij vicio) clerici illius ciuitatis excommunicentur, qui non fuerunt correctores populi inobedientis. Eadē debet esse cura parentum erga liberos. Diogenes patrem percussit cuius filium insolentem vidit. Lacedæmonij, quum duo fratres inter se dissiderent, mulctam dixere patri, quòd eius negligentia, orta inter eos similtas esset. Aliud Ioannes suo exemplo docuit, qui etiam vt discipulos formaret, ignorantiam ipsemet prætexebat, sicut magistri chori tonum aliquando excedunt, vt alij cantores congruum tonum accipiant.

*Can. 36.* Episcopos & Pastores, perpetuam ouium suarum curam habere oportet? Canon Apostolicus iubet, vt si Episcopus electus non admittatur à populo loci (non sua culpa, sed populi refractarij vicio) clerici illius ciuitatis excommunicentur, qui non fuerunt correctores populi inobedientis. Eadē debet esse cura parentum erga liberos. Diogenes patrem percussit cuius filium insolentem vidit. Lacedæmonij, quum duo fratres inter se dissiderent, mulctam dixere patri, quòd eius negligentia, orta inter eos similtas esset. Aliud Ioannes suo exemplo docuit, qui etiam vt discipulos formaret, ignorantiam ipsemet prætexebat, sicut magistri chori tonum aliquando excedunt, vt alij cantores congruum tonum accipiant.

Parentum cura erga liberos.

*Lact. in Diog.*

*Exemplum.*

*Plutarch. in Lacon.*

*Simile.*

### 3. *Euntes renuntiate Ioanni que audistis & vidistis.*

Modestia seruanda.

**L**ocus moralis, de modestia seruanda in sui ipsius existimatione & commendatione. Christus rogatus de re maxima, & de summa ab orbe condito dignitate, an esset Messias & Saluator mundi, non respondet se illum esse, sed ex doctrina & operibus iudicandum relinquit, an sit verus Messias, nec ne. Superbi semetipsos & sua facta prædicant. Nabuchodonosor in sua superbia sic loquitur: *Nonne hæc est fortitudinis mea, & in gloria decoris mei?* At Christus de seipso nihil affirmat, sed duo certissima argumenta profert quibus interrogato satisfaciat, doctrinam & opera. Sic docet nos humilitatem & modestiam, vt non verbis sed operibus commendari velimus. Ideo non dicit, cæcos illumino, mortuos resuscito; sed, *cæci vident, mortui resurgunt, &c.* In bonis operibus non est dicendum, ego hoc feci; sed, Deus fecit. Bonorum

*Exempl.*

*Dan. 4.*

*Dionys. Carth. in cap. 18. Eccles.*

bonorum



norum enim operum potissimam partem Deus facit. S. Hugo dicere solebat: *Mala mea purè mala sunt, & mea sunt: bona autem mea nec purè bona sunt, nec mea sunt.*

4. *Qui audistis & vidistis.*

**L**ocus moralis, circa officium Pastoris seu Præpositi cuiuslibet Ecclesiastici, qui ex duplici hoc capite, doctrina & operibus commendari debet, sicuti Christus per ea innotescere voluit, cuius illi in terris vicem gerunt. Sic Paulus Christi imitator: *Qua audistis & vidistis in me, hæc agite; & Deus pacis erit vobiscum.* Sic suo Timotheo præscripsit: *Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione.* Doctrinam verbi cum bona conuersatione coniungit. Qui enim dicit & non facit, similis est illi qui numismate ad nihil aliud vitur, nisi ad numerandum; quod de Græcis dixit Anacharsis Scythæ, qui verbotenus magni erant philosophi, sed vita & moribus leuissimi. vnde illud Solonis ad Græcos apud Platonem in Timæo: *Vos semper pueri estis, senex autem Græcorum nemo.* Moribus nempe pueri erant. Cuius rei tale exemplum narrat Plutarchus. Senex quidam in ludis Olympicis diu multumque inter Græcos perambulans, nec locum inueniens, ad Lacedæmonios tandem peruenit, vbi non solum pueri omnes illi assurrexerunt, verum etiam viri multi locum dederunt. Id factum quum cæteri Græci, quotquot aderant, magno applausu approbassent, exclamat senex: *Heu miseriam! Omnes Græci norunt quid sit honestum, sed eo soli vtuntur Lacedæmonij.* Monendi hoc loco Pastores, ne fortè omnes illi norint optimè quid sit honestum, sed eo soli vtantur laici. Rectè monuit Seneca: *Eum elige Doctorem, quem magis admiseris quum videris, quàm quum audieris:* videlicet qui ex vitæ sanctitate magis commendetur quàm ex doctrina. Sicuti monstruosum est vt homo maiorem habeat linguam quàm manum; sic cuius maiora sunt verba quàm opera, præter naturam facit. *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum.* Christus magistris Ecclesiarum dixit: *Vos estis sal terra, propter sanam doctrinam qua cõdiendi erant populi, vt recta saperent. Vos estis lux mundi, propter exempla virtutum; vt luceat lux vestra coram hominibus, & videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in celis est.* Ad eos verò qui dicunt & non faciunt, clamat Apostolus: *Qui alium doces, teipsum non doces? Qui predicas non furandum, furaris? qui dicis non mæchandam,*

Pastoris officium.

Philipp. 4.

1. Tim. 4.

Simile.

Plutarchus in lib. de profectis morum.

Apophthegma.

Exemplum.

In Lacon.

Epist. 34.

Simile.

Matth. 5.

Rom. 2.

*mæcharis?* Nempe huiusmodi prædicando optima, & facien-  
do pessima, nihil aliud quam suum ipsi processum contra se-  
suu processum ipsos egregiè formant, vt iudex tandem toto viso processu,  
doctrinæ optimæ, & vitæ contrariæ, sententiam pronuntiet:  
*Ex ore tuo te iudico serue nequã.* Sanè si quis scit voluntatẽ Do-  
mini & non facit eam, vapulabit plagis multis; is qui & scit &  
docet, vapulabit plurimis, si non facit eam. Pulchrè Seneca:  
Nullos peius mereri de omnibus mortalibus iudico. quàm qui phi-  
losophiam (multo magis Euangelicam doctrinam) velut ali-  
quod artificium venale didicerunt, qui aliter viuunt quã viuẽ-  
dum esse præcipiunt. Non magis potest talis prodesse præceptor,  
quàm gubernator in tẽpestate nauisebundus. Non est loquendũ,  
sed gubernandũ. Et alio in loco: Nihil proderit dare præcepta,  
nisi prius amoueris obstantia præceptis. Non magis quàm prode-  
rit Duci arma in conspectu militũ posuisse propius, quæ admonisse  
quæ ipse nunquam exercuerit. vt ad præcepta quæ damus possit  
animus ire, soluendus est. Planè iuxta illud Christi, *Alligant*  
*onera grauiora, & imponunt ea humeris aliorum, & digito suo no-*  
*lunt ea mouere.* Alligatur enim & graue fit onus subdito,  
quod qui imperat non ipse præstat. Putat enim subditus ferri  
non posse, aut certè parum interesse an feratur, quod à præci-  
piente superiore ferri non videt. Si enim aut ferri posset, aut  
necessariò ferri deberet, ipse Magister ante omnes hoc facer-  
eret. Qui docet igitur & non facit, duplex onus imponit;  
vnum præcepti, alterum mali exempli. Nam vt omne præ-  
ceptum per se graue est, nisi charitas accedat per quam fit  
leue: ita adhuc grauius est quum illud non ferunt, qui ad fe-  
rendum valentiores videntur. Sicuti enim leue fit quando  
exemplo præcurrit magister (facilius enim est imitari faciẽ-  
tem, quàm obedire iubenti) sic graue fit quando onus de-  
ponit. Christus ergo bonus Magister, vt se Messiam, vt se  
Magistrum omnium iustorum ostendat (*vnus est enim Ma-*  
*gister vester, Christus,*) iubet discipulos Ioannis renuntiare  
ea quæ audiuerant & viderant. Iubet doctrinã & opera eius  
attendi. Neq; verò obstat quòd opera miraculosã Christus  
hic intelligat. Nam vt illa tunc necessaria erant ad fidem ho-  
minum animis ingenerandam (*Miraculis enim, ait Augusti.*  
*concordauit auctoritatẽ, auctoritate meruit fidem, fide contraxit*  
*multitudinem,*) sic postea bona opera prædicatorũ necessaria  
sunt ad fidei opera producenda. Noua planta dum adhuc te-  
nera est, sæpe irrigatur; vbi autem in arborem adoleuit, so-  
le magis caret quàm frequenti pluuia. Fides miraculis irri-  
gari

Doctor malus  
suu processum  
facit.

Luca 19.

Luca 12.

Epist. 109.

Similia.

Epist. 95.

Matth. 23.

Malus Magi-  
ster dupliciter  
onerat.

Matth. 23.

De utilita. cred.  
cap. 14.

Simile.

Greg. hom. 29. in  
Euang.

gari debuit vt cresceret; sed vbi creuit, luce bonorum operum, luce exemplorum magis indiget, quàm miraculorum frequentia. *Qui mundo credente non credit* (ait Augustinus) *De ciuita. Dei,*  
*magnum est ipse prodigium.* Proximum est quod monet Iacobus *lib. 22. cap. 8.*  
*Tu mihi ex operibus ostende fidem tuam.* Tales enim fructus hæc arbor profert. Est nunc igitur doctrina cum bonis operibus in magistris animarū ita necessaria, sicut doctrina sana cum miraculis in primis illis plantatoribus, Apostolis & Apostolicis viris, maximèque in Christo omnium Magistro necessaria fuit. *Iacobi 2.*

### 5. Pauperes euangelizantur.

**L**ocvs moralis de paupertate spiritus, de humilitate cordis, de animi mansuetudine & submissione, solo & proprio doctrinæ cœlestis capiendæ medio. Christus hoc inter miracula enumerat, quòd non sublimes spiritus, nec superba ingenia, nec subtiles & acuti homines Euangelium suscipiunt, sed humiles, mansueti, paruuli. Hactenus Philosophi & sapientes huius mundi alios auditores & sectatores non habuerunt quàm ingenia selectissima, acutos & subtiles homines, superbos & gloriæ cupidos. Tales Platonis Academia, talex Zenonis Stoa admisit; tales cum Aristotele deambulabant. Plato neminem, nisi prius geometram, id est, in mathematicis principiis acuratè & subtiliter versatum, in suam Academiam recepit: & tamen erat eius doctrina tota penè moralis. Nouum itaque erat ad Euangelicam doctrinam suscipiendam non nisi pauperes, id est, humiles, mites atque mansuetos à Christo vocari. Prædixit hoc Esaias, & in se completū Christus asseruit: *Spiritus Domini super me; Euā-* *Luca 4.*  
*gelizare pauperibus misit me.* quod apud Esaiam sic legimus: *Annunciare mansuetis misit me, vt mederer contritis corde.* *Esaiæ 61.*  
*Sic alibi idem Propheta: Super quem requiescet spiritus meus? Ibidem 66.*  
*super humilem & tremementem sermones meos.* Euangelica nimirum & cœlestis doctrina quia nō arte & ingenio acquiritur, sed Dei gratia & dono impartitur, ideo non nisi ab humilibus capi potest. *Deus enim humilibus dat gratiam: superbis autem resistit.* *Iacobi 4.*  
 Ideo sapienter Augustinus: *Nisi pietas & pax quadam mentis accedat, de fide nihil intelligi potest.* *De vtilit. cred. cap. 12.*  
 Sicut ergo vas se demittit in puteū, & incuruat se vt aquam hauriat; sic animus humanis demittere se debet, vt cœlestem doctrinam capiat. *Simile.*  
 Quæ sublimia sunt, & supra captum nostrum, inuadi; aut vi capi non possunt: vel arte, vel pre-

- Simile.* *Simile.* *Simile.* *Similia.* *Simile.*
- cibus utendum, ut eò perueniatur. Sed quia in cœlestibus arti locus non est, precibus, & humili spiritu agendum. Videmus formicas propter exiguum corpusculum, arborem quantumvis excelsum inuadere, ad summum usque fastigium conscendere, per quælibet minutissima folia tutò discurrere: Sic humilibus solis datum est altissima fidei mysteria penetrare. Plura diximus de hac materia in altero Promptuario nostro Catholico contra hæreticos. Nam ut acetum acre non fit nisi ex optimo vino, sed corrupto; sic maximi hæretici ex maximis ingeniis per superbiam corruptis. Talibus Christus suæ sapientiæ thesauros non committit. Hoc enim esset *proijcere sancta canibus, & margaritas porcis*. Sunt enim superbi omnes ferocitate canes, & ruditate porci, qui res pretiosissimas non nisi carnaliter capiunt, & ex affectibus humanis iudicantes, quasi pedibus conculcant. Sed contrà, ut prudens mercator, non otiosis aut curiosis, sed iis quos emere velle putat (quæ talibus indigent, suamque indigentiam agnoscunt) merces suas ostendit; sic Deus non superbis, qui per se satis sibi sapere, & omnia mysteria intelligere videntur; sed humilibus, qui suam ignorantiam agnoscen-  
tes, auidè diuinos magistros audiunt, sua cœlestia mysteria communicat. Sic Christus coram Herode nulla voluit facere miracula, ac ne loqui quidem aliquid. Rursus quemadmodum parentes tunc demum thesauros suos filiis patefaciunt, opèsq; & substantiam paternam eos scire permittunt, quum eos iam adultos viderint, & puerilis lasciuæ vitia respuisse, esseque morigeros & obsequentes; ita anima humana donec humilis & Deo deuota atque obediens fiat, ad cœlestium rerum cognitionem à Deo non admittitur. Certè ut vas repleti non potest nisi priùs euacuetur, sic anima humana, nisi per valde modicam sui reputationem, id est, vacuum se reputando, cognitione rerum diuinarum repleti non potest. Ideo prophani Philosophi, *dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt*. Nihil ergo mirum si solis pauperibus euangelizat Christus. Hoc est quod dicit Apostolus: *Elegit Deus infirma mundi, ut qua sunt fortia confundat*. Doctrina enim humilium, est confusio superbiorum. Sed & in hoc maior est Dei gloria, Nam ut ille demum summus artifex est, qui ex vilissima quaque materia excellens tamen artis suæ opus producere potest: sic Christus se Magistrum peritissimum ostendit, qui pauperes maximè, simplices, idiotas, ipsa quasi peripsemata ac purgamenta mundi (ut Apostolus loquitur)

loquitur) cœlestium myſteriorum diſcipulos idoneos, atque adeo Magiſtros fecit. Magnæ artis eſſe videtur, ex iſtis corticibus pomorum, ſaccaro & melle conditis, delicatiſſima bellaria conficere. Maius eſt homines rudes, & mundi iudicio ſtultos, Euangelicæ doctrinæ lucē ſic colluſtrare, vt ſint iſti poſtea lux mundi, & ſal terræ. Pauperes ergo euangelizantur, vel quia ſic Euangelicæ doctrinæ ratio poſtulat, vel quia cœleſtem Magiſtrum ſic decet, vel quia ad Dei gloriam hoc in primis pertinet.

### 6. *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.*

**L**OCVS moralis de vero Chriſtianismo. Chriſtianus <sup>Rom. 7.</sup> Scandalizari in Chriſto quid. <sup>1.</sup> qui non erubeſcit Euangelium, qui nihil à ſe alienum putat quod Chriſti eſt. Veri hominis illa vox erat, & maximo cum applauſu accepta: *Homo ſum, humani nihil à me alienum exiſtimo.* Scandalizantur in Chriſto non ſolum omnes infideles & increduli, de quibus Paulus: *Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam,* propter iſtam doctrinam de Chriſto; ſed etiam omnes impij, tam increduli quàm credentes, propter Chriſti virtutes in eo ſcandalizantur. In India Orientali, & regnis Iapanicis, multi Reges etſi fidem Chriſti, quoad doctrinam, amplecti parati eſſent, tamen propter vitæ innocentiam, quam Chriſtiana religio præcipit, amplecti noluerunt. Multi Philoſophi quia factum & gloriam huius ſæculi quaſi pro ſummo bono habebant, quam Chriſtus condemnat, & humilitatem docet, dicens: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde,* à Chriſtiana religione exhortuerunt. Vade ſic Platonicos alloquitur Auguſtinus: *Quia Chriſtus humiliter venit, & vos ſuperbi eſtis, ideo Platonici quàm Chriſtiani eſſe maluiſtis.* Omnia vitia in Chriſti virtutibus ſcandalizantur. Superbus in Chriſto humili, & omnes contumelias atque opprobria vſque ad crucem ſuſtinente. Auarus in Chriſto paupere, & non habente ubi reclinet caput ſuum. Quem Chriſtus ad perfectionem hortabatur, *reſceſſit triftis, quia dives erat;* id eſt, amator diuitiarum, & avarus. Gulofus in Chriſti ſobrietate, qui multum & ſæpe ieiunauit, ſuſque ieiunandum prædixit, *quando ſponſus auferretur ab eis.* Multi hodie Catholicam deſerunt, & ad hæreticos tranſeunt, quia ieiunare ſe non poſſe aiunt. Tales ſcandalizantur in Chriſto, <sup>1. Cor. 1.</sup> <sup>2.</sup> <sup>Epittolæ Indi- cæ & Iapanicæ.</sup> <sup>3.</sup> <sup>Martb. 11.</sup> <sup>De ciuita. Dei lib. 10. cap. 20.</sup> <sup>4.</sup> <sup>5.</sup> <sup>Luca 9.</sup> <sup>Luca 18.</sup> <sup>6.</sup> <sup>Martb. 9.</sup> <sup>Ephes. 4.</sup>

7. & in corpore eius, quod est Ecclesia, præscribente ieiunia. Libidinosus in Christi puritate, qui nasci voluit de virgine, & docet quosdam castrare se propter regnum cælorum, & per Apostolum suum Paulum hortatur omnes ad virginitatem, & prohibet ipse mœchiam omnem, etiam mentalem. Multi ex clero ex hac Christi doctrina hodie scandalizati abierunt retrò, & in hæreses apostatarunt. Desidiosus & ignavus, atque acedia laborans, scandalizatur in Christi frequentissima oratione, in qua pernoctabat, ad quam sine intermissione faciendam hortabatur. De omnibus his verum illud est quod in Euangelio dicitur: *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant enim eorum mala opera.* Nam ut luscii solem non vident, & nocturæ oculus lucē offenditur; sanus autem oculus lucis splendore etiam delectatur: sic omnes impij quorum corda sunt tenebræ, & non nisi opera tenebrarum faciunt, Christi luce, omniumque virtutum splendore offenduntur & scandalizantur. Horum omnium voces describit Sapiens: *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & impropereat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplina nostræ.* Tale scandalum Iudæos ad Christum occidendum impulit. Tale scandalum hodie hæreticos ad persequendos Catholicos, maximè de clero, & monachos impellit. Michol superba deridet saltantem & tripudiantem Dauid coram Arca Dei. Populus alienigena, Iudæos téplum reædificantes, primum deridebant, postea quibus poterant modis impediabant. Impiorum vox de vita iustorum est: *Nos vitam eorum reputabamus insaniam.* De Christo prædicante, & ad omne virtutis genus hortante, dixerunt Iudæi: *Dæmonium habet, & insanit. ut quid eum auditis? Quum Sacramenti sui mysterium aperiret, de corpore manducando, & de sanguine bibendo scandalizati, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest audire eum? Ad hanc doctrinam etiam hodie scandalizati multi hæretici, abierunt retrò, Christo relicto, quia corpus eius, quod est Ecclesia, deseruerunt. Quibuscunq; doctrina Christi, vel Ecclesiæ eius, insana, stulta, superflua, dura, superstitiosa videtur, illi omnes in Christo scādalizantur. Hæretici hodie, quia toti carnales sunt, primo suo magistro Lutero similes, scandalizantur in Christo propter doctrinā de necessitate bonorum operū. Lutherus, lectis illis Pauli verbis: *Iustitia Dei in eo* (scilicet Euangelio) *reuelatur, tale scandalū passus est, ut sic scribat: Odera istud vocabulū, Iustitia**

Iustitia Dei, quod usu & consuetudine omnium doctorum doctus erant philosophice intelligere de iustitia formali & actiua, qua Deus est iustus, & peccatores iniustusque punit. Ego autem non amabam, imò odiebam iustum, & punientem peccatores Deum, tacitèque si non blasphemia, certè ingenti murmuratione indignabar Deo, dicens: Quasi verò non satis sit miseris peccatores, & aternaliter perditos peccato originali, omni genere calamitatis oppressos esse per legem Decalogi, nisi Deus per Euangelium dolorem dolori adderet, & etiam per Euangelium nobis iustitiam & iram suam intentaret. Hæc ille ad verbum. Hoc itaque scandalum passus, fingit iustitiã Dei in Euangelio nullam aliã esse quàm iustitiam fidei iuxta sensum suum, id est, qua sumus iusti per fidem, credendo solum in Christum, & eius iustitiam nobis imputatam apprehendendo per fidem. Quod totum eius scandalum, atque insaniam huius scãdali, alio in loco refutatum dedimus. Similiter Flaccus Illyricus scandalizatus, affirmat illa Christi verba in Euangelio, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*, non esse vocẽ Euangelij, sed legis, id est, ad veterem legem pertinere, & hodie non obligare. Quod etiam eodẽ in libro refutauimus. Hoc istorum nebulonum scandalum sequuti hodie innumeri, atque ita scandalizati, & ipsi Christum deseruerunt. Sed beati Catholici qui in hac Christi doctrina nõ sunt scandalizati. Beati plenius iusti & pij Catholici qui in nulla Christi doctrina scandalizantur. Qui voluntatem suam in omnibus Christi voluntati conformat, ille demum non scandalizatur in Christo: ille beatus est. Quemadmodum enim ferrum frigidum, etsi millies malleo contundatur, formã tamen nouam non accipit, nisi igne calefiat: sic anima, etsi intellectum optimè instructum habeat, fideque sana imbutum, nouitatẽ tamen vitæ non induet, vt sit Christo conformis, nisi igne charitatis voluntas accendatur, vt Christum verè amando, omnem eius voluntatem libenter exequatur, & in nullo contra eius voluntatem scandalizetur. Scandalizantur in Christo qui propter persecutiones cõtra Ecclesiam exortas turbantur in fide, de quibus Christus dixit. *Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem.* Quod hodie in persecutione Anglicana ad literam locum habet, vbi tradunt se inuicem Christiani, filius patrem de audita Missa accusat, vt hæreditatem viuo patre consequatur: frater fratrem, vxor maritum, maritus vxorem, seruus dominum

Lutheri scandalum.

De iustificat. lib. 5. c. 7.

In Clau. par. 2.

Non scandalizari in Christo quid.

Simile.

13.

Matth. 24.

Anglicana persecutio.

dominum religionis Catholicæ accusat, vel in fauorē hære-  
 sis, vel vt Principi gratificetur, vel vt bolum aliquem emun-  
 gat. Hæc illi scandala patiuntur propter persecutionē publi-  
 cam & acerbissimam quæ illuc vident. Scandalizatur in Chri-  
 sto infirmus, vidēs laborare & vexari bonos, florere & trium-  
 phare malos: de quo scandalo superius diximus ad illud: *Ioā-  
 nes in vinculis*. Scandalizantur multi etiā boni & satis alioqui  
 firmi in Christo, propter tardam malorum vindictam, retri-  
 butionem bonorum. Dicunt sæpe multi: Toties orauī, & non  
 fui exauditus; tot pauperibus eleemosynas erogauī, & nunc  
 ipse ego: tot periculis pro fide & iustitia me exposui, & ad-  
 huc laboro. Sed omnes isti oblitī sunt, quòd *in patientia ma-  
 lorum possidebunt animas suas*, non in præsentī retributione  
 bonorum: quòd *iustus ex fide viuit, quæ est substantia rerum  
 sperandarum, & argumentum non apparētium*: quòd Christus  
*veniet, & non tardabit*. Latissimè patet hic locus. Nos fontes  
 tantum ostendimus, & capita rerum notamus, quæ diligens  
 concionator amplificabit.

7. *Illis autem abeuntibus, cæpit Iesus dicere de Ioanne.*

Contra adula-  
 tores.

**L** O C V S moralis, neminē laudandi vel coram, vel apud  
 intimos eius amicos & familiares, qui omnia illi postea  
 referent. Christus laudaturus Ioannem, non id facit, nisi post  
 discipulorū eius discessum. Notauit hoc S. Chrysostomus his  
 verbis: *Quam bene, recedentibus discipulis, cæpit laudare Ioan-  
 nem! non sicut quidā blanditores homines, qui libenter hominem  
 in facie laudant, aut quādo vident amicos eius fideles adesse, aut  
 domesticos, quos credunt nuntiaturus illi quicquid audierint. In-  
 sipiens gaudet laudari in facie: vir autem sapiens quando lauda-  
 tur in facie, flagellatur in corde*. Nullo ergo modo hominem  
 in facie laudare debes. Si enim sapiētē eum putas, molestiam  
 illi exhibes. Si insipientem existimas, eius insipientiam laudi-  
 bus tuis foues & auges. Hoc ergo laudis genere nihil perni-  
 ciosius, nihil etiam in communi conuersatione vulgari-  
 us. Adulatores huiusmodi sunt, de quibus ait Scriptura: *Verba  
 bilinguis quasi simplicia: ipsa perueniūt vsque ad interiora ven-  
 tris* Et rursum: *Auertantur statim erubescences, qui dicūt mihi,  
 Euge, Euge*. In quæ verba Augustinus: *Duo sunt genera perse-  
 cutorum, vituperantium & adulantium. Plus persequitur lin-  
 gua adulatoris, quàm manus intersectoris*. Quare D. Gregorius  
*linguam adulantis locustæ comparat, quæ vastauit Ægyptios: &  
 alibi, canibus Lazari vulnera lingentibus*. Lingunt enim adu-  
 latores

Homil. 17.  
 operis imperf. in  
 Matthæum.

Proverb. 18.  
 Psal. 69.

Enarrat. ibidem.  
 Moral. lib. 30.  
 cap. 20.  
 Homil. 40. in  
 Euang.



latores ambitiosa hominum corda, & latentia vitia non sanant; sed ad tempus refrigerant & alleuiant. Vnde alibi exponens verba Psalmi supra citata, ait: *Adulatio si ad tempus patienter suscipitur, augetur & paulisper demulcet animum, vt à rigore sua rectitudinis mollescat in delectatione sermonis.* Hoc autem vbi adulatio effecerit, & molliores reddiderit atque pigriores, qui prius in pietate feruebant postea magis palpando, etiam planè desides & ignauos reddēdo, penitus occidit. Vnde D. Hieronymus: *Adulatorum noxia blandimenta, velut pestes animæ fuge. Nihil enim est quod tam facile corrumpat mentes hominum, nihil quod tam dulci & tam molli vulnere animum feriat.* Quo autem mollius hoc vulnus est, eo cauendum magis. Vnde D. Chrysostomus salubriter monet, vt *adulatores magis quàm contumeliosos vitemus. Maior enim non attendentibus ex adulatione pestis, quàm ex vituperatione oriri solet.* Nempe vt Salomon scripsit: *Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.*

Cuius rei veram causam hæc similitudo docere nos potest. Sicut enim venator leni sibilo feram allicit vt gradum figat, quo certius sagittam in eam dirigat (quamprimum enim ceruus venatoris audit sibilum, sistit gradum) in eundem modum diabolus animarū venator robustus, per linguam adulatorum, qui sunt diaboli sibilus, hominem sistit à cursu virtutis, & ad vanam sui ipsius considerationem attractum, sibiq; iam placentem firmat, vt ita cessantem iam & sibi placentem, venenatis sagittis superbiæ, acediæ, & aliorum peccatorum transfigat. Hanc etiam ob causam adulatio in Scripturis oleo peccatoris comparatur. *Corripiet me iustus in misericordia. Oleum autem peccatoris non impinguabit cor meū.* Nostra enim natura hac in parte velut natura cicadæ est: quæ si oleo aspergatur, moritur: si autem aceto, reuiuiscit. Sic enim nos adulatio per superbiam occidit: castigatio per humilitatem conseruat. Adulator ergo tibicini comparari potest. Sicut enim ille, etsi manu neminem in bello interficit, tuba tamen sua alios ad interficiendum incitat, ideoque etiam ab hostibus occiditur tanquam iustus aduersarius: sic adulator tuba vanæ laudis fratrem interficiens, homicida spiritualis est. Quemadmodum enim qui audierunt symphoniam, ferunt se cum in auribus modulationē illam quæ cogitationes impedit, nec ad seria patitur intēdi: sic adulatorum sermo diutius hæret quàm auditur, nec facile est dulcē sonum animo excutere; & prosequitur & durat, & intervallo recurrit. Quare, vt eleganter

*Homil. 11. in  
Ezechiel.*

*Epist. ad Celan-  
tiam.*

*Homil. 89. in  
Mattheum.*

*Proverb. 27.*

*Quæd lupensa  
in Oseam c. 10.  
Simile.*

*Phil. Diez. conc.  
1. in Domin. 22.  
post Pentecost.*

*Similia.  
1.*

*2.  
Senec. epist. 123.*

3.  
In lib. de vitiosa  
verecundia.

4.

5.

6.  
Anton. Par. de  
reb. g. ff.

Alphonfi l. 3.  
Sto. ferm. 12.

Apophteg-  
ma.

Adulatio con-  
tumelia peior.  
Ioan. 8.

Matt. 9. & 11.

eleganter scripsit Plutarchus, qui præbent aures palponibus, nihil differunt ab iis qui crura præbent supplantantibus. Afficiuntur quoque ut fues, quæ dum fricantur & titillantur, facile se deiici patiuntur, ut de illis facias quod liber. Denique similes sunt amphoris, quæ auribus facile circumferuntur. Ipsi autem adulatorum (ut solebat dicere Alphonfus Aragonum rex sapientissimus) sunt similes lupis, qui titillando & palpano, alios vorare solent. Nam & verè deuorant quos infatuant, & non nisi fatuos & prurientes auribus deuorant. Vnde adulatorem peiorem esse coruo, Antisthenes dixisse fertur. Nam coruus hominibus mortuis, adulator autè viuus oculos euellit, illos adulatione excæcans. Tanta enim vis est laudum, adeoque homines illarum desiderio capiuntur, ut ab eis penitus excæcentur. Christus in Euangelio quum maledicentes sustinisset, adulantes acerrimè increpauit. Quum enim Iudæi Samaritanum illum & demoniacum vocarent, simpliciter negans, respondit: *Ego demonium non habeo, &c.* Et rursus quum mendacij arguunt, dicentes, *Tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuum non est verum*, mitissimè respondet: *Si ego testimonium perhibeo de meipso, &c.* At verò quum adulerentur, dicentes, *Magister volumus à te signum videre*, respondit: *Quid me tentatis hypocrita?* Rursus quum dicerent, *Magister, scimus quia verax es, & veritatem doces*, asperè respondit: *Generatio praua & adultera.* Ladislaus Poloniae rex adulantes sibi colaphizabat. Rogatus cur id faceret, quia (inquit) percutientes repercutio. Hoc spiritu Christiano præditi esse debemus, ut vel coram laudantes, vel alienas de nobis laudes, nobis præsentibus commemorantes, aut verbo aspero, aut saltem tristi vultu repellamus. Adulator enim cuius beatitudo est placere, si displicere se videat, denuo non loquitur. Christus igitur, cuius omnis actio nostra est instructio, laudare Ioannem volens, vera laude dignissimum, non solum eo absente id facit, sed etiam absentibus & recedentibus Discipulis eius, qui totum ei renuntiaturi haud dubiè erant.

### 8. Quid existis in desertum videre?

Virtus laudanda,

**L**Ocus moralis de laude & gloria iustorum etiam in hac vita. Etsi enim neque laudis causa virtus capeffenda est, sed propter Dei amorem; neque coram laudare tutum aut decorum est, laudando verò adulari turpe est; tamen tum  
virtus

virtus ipsa laudem mereret maximam, tum eam suo loco ac tempore, & absque adulationis vitio laudare (quod Christus hic fecit) imprimis laudabile est, vtile quoque & fructuosum, interdum etiam necessarium. Quæ singula hoc loco tractari possunt. Sanè virtutem laus, vt umbra corpus sequitur, & fugientem quidem sequitur, appetentem & accurrentem fugit. Et quæadmodū medici, quum vident ægrotos salutare cibos fastidire, noxios appetere; salutaribus noxios adiungunt, vt dum auidè sumunt quod noxium est, sumant etiam quod illis salutare futurum est: sic eodem planè consilio Deus, vt homines à vitiorum turpitudine ad honestatem traduceret, in illis de decus & ignominiam, in hac decus & gloriam, quam homines naturaliter appetunt, collocavit. Sicut etiam in aruo quod legeti proscissum est, aliqui flores inter nascuntur; non tamen huic herbulæ, quamuis delectet oculos, tantum operis insumptum est; aliud fuit serenti propositum, hoc superuenit: sic honor, laus & gloria non est vel causa, vel propria, & sola merces virtutum; accessio tamen est quasi naturalis, & cum ipsa virtute accrescens: quod & Christus satis expressit, quum diceret, quum bona opera luci splendenti comparat: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in calis est: à quo videlicet est omne datum optimum, & omne donum perfectum.* Certe ethnici, vt honorem, virtutis comitem indiuiduum esse docerent, Honoris templo Virtutis templum ita coniunxerunt, vt non nisi per virtutis templum ad illud honoris introire cuiquam liceret. S. Ioannes Baptista sic omnem laudem humanam fugit, vt desertum peteret, ab omni humana conuersatione remotus, & laudè alienus. At sic laudatur, vt nemo vnquam mortalium magis. Si enim Alexander Magnus Achillis statuam coronans, exclamabat: O te felicem cui mortuo talis contigerit præco! Homerum significans, qui eum defunctum tota Iliade celebravit; quanto felicior S. Ioannes, cui etiam viuenti Christus præco fuit? Amplificare istud insigniter poterit.

Circa aliorum laudes, vbi nulla adulationis species est, versari laudabile est, quia charitatis hoc magnum argumentum est. Christus hic laudans Ioannis sanctitatem, & illum publicè prædicans, docet nos, vt quum de proximo agitur, si volumus rectè, & secundum Euangelium agere, bona de eo loquamur: non mala: quum vix quisquam adeò

malus

*Similia.*

*Laus virtutis comes.*

*Simile.*

*Seneca in lib. de beata vita cap. 19.*

*Matth. 6.*

*Iacobi 1.*

*Panormis. l. 1. de reb. gest. Alphonfi.*

*Cic. pro Archia.*

*Apophthegma.*

*Laudare charitatis est.*

Plutarchus in  
Carone Vricensi.  
Apophthe-  
gma.  
Homil. 3. ad  
pop. Antioch.

Offic. lib. 3.  
cap. 3.

1. Cor. 13.

Rom. 1. & 16.

1. Cor. 11.  
Philip. 1.

Coloss. 1.

2. Theff. 1.

3. Theff. 1.

malus sit, de quo aliquid boni dici nequeat. Quo in genere detractorem Memmium egregiè taxauit Cicero in Senatu. Illo enim in Senatu dicente, totas noctes Catonem ebrium esse (quia tunc genio indulgebat) respondit Cicero: *At illud non addis, eum totos dies ad aleas ludere: quod videlicet tempus Reip. negotijs impendit.* Eleganter Chrysofomus, *Dic, inquit, proximo detrahenti: Habes quem laudes? Aures aperio ut unguenta suscipiam. Si verò malum velis dicere, obturo aures. Non enim sterco & cœnum accipere sustineo.* Pulchrè etiam Ambrosius: *Hæc (inquit) lex natura est, qua nos ad omnem stringit humanitatem, ut altera alteri, tâquam vnius partes corporis inuicem deferamus.* Hæc legem Apostolus docuit, quum diceret charitatis hoc proprium esse, *ut non gaudeat super iniquitate, congaudeat autem bonitati.* Sic Apostolus Paulus, charitate plenus, in omnibus ferè Epistolis suis, suorū virtutes laudat Romanorum obedientiam & fidem sic prædicat, ut de vtraq; dicat, *eam in vniuerso mundo prædicari & annuntiari.* Corinthiis scribit: *Laudo vos fratres, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* De Philippenfis dicit: *Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri, semper in cunctis orationibus meis, pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationē faciens, super cōmunicatione vestra in Euāgelio Christi, id est, super communi afflictione pro Euāgelio Christi: confidens hoc ipsum, quòd qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diē Christi, id est, diem extremi iudicij.* Ad Colossenses scribit: *Gratias agimus Deo; &c. audientes fidem vestram in Christo, & dilectionem quā habetis in sanctos omnes, id est, fideles.* Tessalonicēses egregiè laudat, dicens: *Et vos imitatores nostri facti estis, & domini, excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio sancti Spiritus, ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Achaia & Macedonia. A vobis enim diffamatus est sermo Domini, non solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omni loco fides vestra qua est ad Deum, profecta est, ita ut nō sit nobis necesse quicquā loqui.* Et in altera Epistola: *Gratias agere debemus semper Deo pro vobis fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrevit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusque vestrum in inuicem: ita ut & nos ipsi in vobis gloriemur, in Ecclesiis Dei pro patientia vestra & fide, &c.* Magnæ & egregiæ hæc laudes sunt, studiosè ab Apostolo commemoratæ, quia laudari virtutis ergo, idque à laudato viro, in primis laudabile est. Ac ne in genere tantū suos laudare velle, sed à particulari cuiusquā laude

Jaude abstinere videatur, etiam Timotheum suum non mediocriter laudat, quum scribit: *Nocte ac die desiderans te videre, memor lachrymarum tuarum, ut gaudio implear, recordationem accipiens eius fidē, qua est in te non ficta.* 2. Tim. 1.

Fructuosum porrò & vtile hoc esse tum Christus hac oratione docuit, qui coram turbis Ioannis virtutes prædicauit, ut eas illi imitarentur, vel saltem ut earum nomine doctrinam & prædicationem eius tanto libentiùs amplecterentur, tum res ipsa per se docet. *Sicut enim pictores exemplar diligenter aspiciunt, ut ad eius lineamenta & colores imaginem exprimant; sic qui virtutum imaginem in seipso exprimere vult, Sanctorum vitas, dicta & facta diligenter inspiciat oportet.* Laudari virtutem vtile est.

Notum est illud: Miltiadistrophæa Themistoclem dormire nõ sunt passa. Maximus ad rem bene gerendam stimulus est, quum, quod arduum videtur, ab alio fieri cernimus. *Qui febribus laborant, & appetitum planè deiectum habent, quum alios coram se auide comedere eisdem cibos vident, quos illi fastidiosè respuunt, excitantur sæpenumero ad comedendum: Sic desidiiosi ad virtutum opera, aliorum rectè factis sic interdum commouentur, ut abiecta ignauia, & ipsi operari gnauiter contendant.* Simile. Basil. epist. 1.

Sunt quippe virtutes quasi optima quædam odoramenta: vnde Apostolus suas pro Christo passionem, esse *odorem vitæ in vitam* scripsit. *Quemadmodum suauia aromatum odoramenta proprium quiddam per aërem continentem spirant, quibus præsentem recreantur; ita vir bonus toti sibi commemorantium contubernio salutaris & iucundus est.* Simile.

Sed ut ipsa aromata tunc maximè spirant, quum vel confriantur, vel conteruntur: sic virtutum opera tunc maximè mouent, quum laudantis oratione explicantur, ut hinc Christus Ioannis virtutes etiam oratoriè tractat, interrogationibus acutis auditores excitans. Porro facit proposita alterius virtus, ut qui ea caret, vel in ea deficit, sui defectus conscius fiat, & penuriam suam ac nuditatem agnoscens, erubescat, ac melior euadere conetur. 2. Cor. 2. Basilus hom. in Gord. mart.

Quemadmodum enim pauperes, vel mediocri fortuna vtentes, quum diuitum thesauros, & exquisitam supellectilem vident, suam vel paupertatem, vel mediocritatem clariùs perspiciunt, & euidentiùs cognoscunt: sic peccatores, vel communem, & satis neglectam vitam agentes, quum Sanctorum admirabiles virtutes, patientiam, mortificationem audiunt; vehementer & confunduntur de proprijs defectibus, & compunguntur ad emendationem faciendam. Simile.

*Pintus dial. 1. cap. 3. Simile.*

Laudari virtu-  
tem necessa-  
riò.

Genesis 31.  
Allegoria.

Simile.

Necessarium porrò esse vt aliorum virtutes & rectè facta subinde proponantur ac publicè laudentur, vel hinc ostendi potest, quòd sic à natura comparatum sit, vt qualia in alijs vel audimus, vel cernimus, talia ferè imitari & facere soleamus. Quemadmodum enim oues iacob intuentes virgas maculosas & varias, similes agnos pariebant; sic iuxta exempla quæ cernimus, seu bona seu mala, impetus animi operantur. Quod quum propemodum naturale sit, magna est interdum necessitas Sanctorum & fortium virorum præclaras virtutes studiosè laudari. Eodem quippe ferè labore bonis atque malis operibus assuescimus. Quemadmodum enim si quis viginti annos scribendo insumat, negligat autem emendatè scribendi curam, ideòque deformes semper characteres effingat, is planè tam longo scribendi vsu nihilo dexterior in scribendo euadet, sed qualis ab initio fuit, talis etià in fine erit; at si biennio saltem proposito eleganti exemplari accuratè scribat, & seipsum quotidie superare contendat, non dubium quin elegantissimus scriptor euadat; quod etià in quauis alia corporis exercitatione vsum habet; sic omnino in virtute capessenda, si vel neglectæ vitæ homines, vel mediocriter bonos in viuendi ratione imitamur, nunquam ad virtutis apicem perueniemus; sed etiam si tota vita contendimus, inter inimos aut mediocres semper subsistemus; at verò si exactam pietatis curam habentes, & optimos bene viuendi magistros imitamur, si præclaris & celeberrimis virtutum operibus audiendis atque cernentibus assuescimus, nihil dubium quin breui tempore in viros consummatos euademus. Hanc itaque ob causam præclarissimæ & perfectissimæ virtutes, Christi Saluatoris exemplo, subinde proponendæ sunt. Sic Esaias concionatur: *Attendite ad Abraham Patrem vestrum*. Sic Apostolus: *Mementote prepositorum vestrorum, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamiini & eisdem*. Sic suos filios Matathias hortatur ad fortiter pro legibus Dei pugnandum, exemplo Phinees proposito. Sic & Iudith, veterum exemplorum memor, fiduciam accipit occidendi Holophernis.

Esaias 51.  
Hebr. 13.

1. Machab. 2.  
Iudith 8.

### 8. *Quid existis in desertum videre?*

**L**Ocus alius moralis, de pia ac deuota sanctorum virorum visitatione, eorum maximè qui à mundo segregati, solitariam atque eremiticam, certè cæteris perfectiorem vitam agunt, exemplo piorum Iudæorum, qui Ioannem Baptistam

Baptistam videndi causa in desertum exierunt. Sed hunc locum in alio Promptuario, contra hæreticos horum temporum, super hoc ipso Euangelio tractauimus.

9. *Arundinem vento agitata?*

**L**ocus moralis, de fortitudine animi, libertate spiritus & constantia seruanda in rebus tristibus, in veritatis defensione, in recto & honesto tenendo. Christus enim his verbis has D. Ioannis virtutes celebrare voluit, eo quod & liberè Herodem officij sui monuerit, dicens, *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*, & tempori non cesserit ad Regis libidinem se conformans; & denique quod liberè & fortiter fecit, constanter etiam in carcere tenuerit. Arundo enim vento agitata, homines significat vitij contrarij laborantes, hominibus placentes, tempori seruietes, ad omnem tentationis pulsam herbam porrigentes, & animum mutant. *Quid per arundinem (ait Gregorius) nisi carnalis animus designatur, qui mox vt fauore vel detractioe tangitur, statim in partem quamlibet inclinatur? Arundo igitur vento agitata, Ioannes non erat, quem à status sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat.* Hæc ille: quæ & ipsa vocabuli proprietas docet, quam sic exponit Chrylostomus: *Calamus est vacuus, & nullam habet virtutem: & ideo quocumque flante vento, huc illuc impellitur. Sic homo carnalis, in quo nulla est fidei medulla, nec virtus veritatis, qualiscumque tentatio subierit, inflectitur.*

D. Ioannes nec Herodis potentiam timet, nec Iudæorum assentationi cedit. Illius improbat incestas nuptias: his tentantibus an Christum se profiteri veller, *confessus est, & non negauit, quia non sum ego Christus.* Arundo vento agitata, fuit primus parens Adam, qui ad primam vxoris vocem; & Eua, quæ ad primum serpentis sibilum recessit à Deo, & consensit peccato. Omnes frequenter recidiantes in peccatâ, vel labentes, sunt arundines vento agitatae Ioannes talis arundo non erat, qui nulli peccato celsisse legitur. Hoc etiam in eo Christus commendare voluit: totius videlicet vitæ innocentiam. Vt à Christo laudem & gloriam consequamur, debemus esse vt arbores fixæ & bene radicatae, non vt arundines leues. Vnde Apostolus: *Sicut Christum accepistis, ita ambulate in eo, radicati & superadificati in ipso, & confirmati in fide.* Et rursum: *Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati.* Ad hanc animi fortitudinem & constantiam in bono sæpè hortantur

Mat. 6.

Hom. 6. super Euang.

Hom. 27. in Mat. operis imperf.

Ioan. 1.

Paulus à pat. latio in Mat. cap. 11.

Coloss. 2.

Ephes. 3.

Ecccl. 5.

Ecccl. 27.

Esaia 41.

Psal. 1.

Inconstantia  
in bono cau-  
sa,

Hebr. 13.

Thren. 1.

Psal. 72.

Simile.

Matth. 7.

Ecccl. 15.

2 Reg. 14.

Matth. 10.

Luca 21.

Simile.

Simile.

De fortitudi-  
ne spiritus  
contra pec-  
catum.Bonavent. in  
Dieta salutis  
cap. 30.

Luca 13.

Scripturæ. *Non te ventiles (ait Sapiens) in omnem ventum: & esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui. Et iterum: Homo sanctus in sapientia manet sicut sol: stultus sicut luna mutatur. Et de huiusmodi Propheta dicit: Neque plantatus, neque satus, neque radicus in terra truncus eorū. Repentē flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos. Huiusmodi etiam arundines notat Dauid, dicens: Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quem projicit ventus à facie terræ. Leuitatis huius & mutabilitatis causæ sunt, v acuitas gratiæ, latēs intus peccatum, & quia soli stamus, non innixi Christo. Singula docet Scriptura. De primo ait Apostolus: Optimum est gratiæ stabilire cor. De secundo ait Ieremias: Peccatum peccauit Ierusalem, ideo instabilis facta est. De tertio Dauid dicit: Mibi adharere Deo bonum est. Nam vt arundo columnæ alligata, nullo vento cōcutitur; sic homo fragilis Christo adhærens, nulla tentatione commouetur. hoc est *adificare domum nostram supra firmam petram*. De hoc dicit Ecclesiasticus: *Et firmabitur in illo, & non flectetur; & continebit illū, & non confundetur*. Tales in Scriptura laudantur. Dauidi dicitur: *Sic est Dominus meus Rex, sicut Angelus Domini; qui, nec maledictione nec benedictione mutatur*. Illis beatitudinē decernit Christus, *qui perseuerauerint vsque in finem*. Et Apostolus suis dicit: *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis: ideo dispono vobis regnum, &c.* Sicut aurum in aquam coniectum, non amittit colorem nec pretium; in ignem verò coniectum etiā purius redditur, & splendidius; sic vir iustus & sapiēs in aqua prosperitatis non amittit virtutem; in igne tribulationis fit illustrior. Contrā, impius est simili luto, qui in aqua dissoluitur, & in igne induratur. Nam in secundis luxuriatur, in aduersis fit obstinatus in malo. Rursus iustus est sicut figura quadrata, quæ in quamcunque partem voluitur, sui similis, & sibi constans est. Impius sicut Chamæleon est, quæ ad omnem rerum speciem, quibus admouetur, mutat colorem; excepto quòd album non recipiat, sicuti impius nulli se virtuti addicit, quum ad omnia vitia pronus feratur. Commendatur hic ergo à Christo, præter constantiam in bono, etiam fortitudo spiritus cōtra malum cōtra falsum, contra durum & aduersum. De quibus singulis dicēdi hęc locus esse potest.*

Fortitudo spiritus cōtra peccatum, tam est in hac vita virtus necessaria, quàm est viatoribus baculus, non arundineus, sed inflexibilis. Hanc necessitatem Christus docuit, dicens: *Contendite intrare per angustam portam*. In quæ verba Gregorius:



gorius: *Dicitur angusta porta introitum, pramissit, Contendite: Moral. lib. 12.*  
*quia nisi mentis contentio ferueat, vnda mundi non vincitur, per cap. 28.*  
*quam animus semper ad ima reuocatur.* Nempe sic cogitan-  
 dum: Quoties ad meliora nitimur, quasi contra istum flu-  
 minis conamur. Vnde S. Hieronymus: *Si paululum se quis ve-* Lib. 3. contra  
*miserit, quomodo qui aduerso flumine lembum trahit, si remise-* Pelagianos.  
*rit manus, statim retro labitur, & fluctibus aquis quò non vult, Simile.*  
*ducitur; sic humana conditio, si paululum se remiserit, discit fra-*  
*gilitatem suam, & multa se non posse cognoscit.* Porro Ioannes  
 quomodo in hoc genere cõtenderit, tota vitæ eius solitudo,  
 asperitas, sanctitas, etiam ipsis Iudæis & hostibus eius loque-  
 batur. Nam & Herodes ipse inuitus & tristis eum occidit:  
 quia *metuebat eum, sciens esse virum iustum & sanctum, & Marci 6.*  
*audito eo multa faciebat.*

Altera fortitudo in defendenda veritate, & cõtra falsum, Fortitudo spi-  
 non minùs in S. Ioannè excelluit. De hac paulo vberius, his ritus contra  
 saltem temporibus, dicendi locus est. Infinitas enim hodie falsum.  
 arundines passa est Ecclesia, quæ quouis doctrinæ vento se  
 circumferri sinentes, relicto Christo, retrorsum abierunt.  
 Contra hanc sædam leuitatem, veterum Christianorum  
 ferrea fortitudo ob oculos poni potest, aliquot exemplis ma-  
 gis illustribus in medium prolatis, max̃ me eorum qui prin-  
 cipum vel minis, vel blanditijs nihil cesserunt, sicut Ioannes  
 Baptista Herodis potentiam nihil veritus, libidini eius se  
 fortiter opposuit. In Concilio Ariminensi scriptum erat de-  
 cretum contra Arianos. Illud decretum cæteri Episcopi Eu-  
 sebio Samosateno Episcopo custodiendum dederunt. Con-  
 stantius Imperator Arianus hoc cognito, mittit ad Euse-  
 bium, vt decretum ad eum trãsmittat. Negat id se facturum  
 Episcopus, nec depositum apud se alienaturum sine Patrum  
 consensu, qui deposuerant. Iratus Imperator, iterum mittit,  
 minitans dexteram ei præscindere, ni reddat. Episcopus lecta  
 epistola, portigit nuncio vtramque manum, dicens: Vtram-  
 que potius præscinde. Neque enim decretum hoc, quod tam  
 illustre est impietatis Arianae testimonium, areddm Au-  
 gusto. Et laudauit Imperator Episcopi constantiam. Valenti Theodor. lib. 4.  
 Ariano Imperatori ad bellum contra Gothos proficiscenti, cap. 34.  
 Isaacius eremita occurrit; & frenũ equi tenens, Quò pergis,  
 inquit, qui contra Deum rebellasti, & à Deo desertus es? Hos  
 enim Barbaros contra te excitauit, sicut tu contra Ecclesiã  
 Catholicã hæreticorũ linguas acuisi. Cessa ergo, & Catho-  
 licis ecclesias redde; vel ex prælio nunquã viuus reuertèris.

*Exempla.*

*Theodor. hist.*  
*Ecc. 2. c. 311*

*Theodor. lib. 4.*  
*cap. 34.*

3. Reg. 22.

*Theodor. ibidem.**Zonaras.**Ambros. epist.*

29. &amp; 32.

*In vita eius per  
Palladium.**Vide Apologet.  
nostrum in 3.  
Thomis.**In vita singulo-  
rum apud Sur.**Constantia fi-  
dei contra ius-  
sa Principum.**Theodor. libr. 5.  
cap. 39.**Niceph. lib. 24.  
cap. 20.*

Quod & sic accidit. Erat hic Isaacius alter Michæas contra Achab. Britannio quoque Scythopolis Episcopus eundem Imperatorem in faciem coarguit de persecutione fidelium Catholicorum: & uterque hoc nomine vincula sustinuit. Excelluit in hoc fortitudinis genere sanctus Ambrosius, qui Theodosium Imperatorem, propter iniustam eadem Theofalonicensium, excommunicavit, & à templi ingressu prohibuit: qui eundem, post reconciliationem, chori cancellos ingredi volentem, exire per Diaconum iussit: qui eundem iterum acriter reprehendit circa Iudæorum Synagogam, Constantinopoli ab eius præfecto ethnico ædificari permissam, à Christianis incendio absumptam, & ab Imperatore reædificari iussam, effecitque ut contrario mandato nullam Iudæis Synagogam permitteret. Idem Valentiniano iuniori Imperatori Ecclesiam pro Arianis constantissimè negavit. Excelluit quoque in eodem genere S. Chrysostomus, qui Eudoxiam Imperatricem, eo quòd viduæ Callitropæ vineam iniuste ablaram reddere admonita noluit, ab Ecclesiæ ingressu prohibuit: & Gainæ Gothorum præfecto Ariano Ecclesiam Constantinopoli concedere, Arcadium Imperatorem non permisit. Sic S. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus Henrici I. iniustis legibus vsque ad mortem se opposuit. Sic Ioannes Roffensis, & Thomas Morus, aliique innumeri Henrici VIII. procaci libidini vsque ad sanguinem restiterunt. Sic S. Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis, Edgarum Angliæ Regem adulterantem publicè coërcuit. Sic S. Lambertus Pipinum Austriæ Ducem cum Alpaide pellice ius coniugale violatè, & S. Stanislaus Cracouiensis Episcopus Boleslaum Poloniæ Regem, simili scelere adulterantem, vsque ad sanguinis effusionem redarguerunt. Omnes isti S. Ioannis Baptistæ partes egerunt, & non erant arundines vento agitatæ, sed arbores in Christi charitate radicatæ, & bene fundatæ super firmam petram. Sed circa fidei confessionem, contra iussa Principum & Regum, fortitudinis & constantiæ exempla nunc quædam illustria proferamus, propter nostri temporis arundines, ut Regum & Principum voluntati religionem suam conformarunt. Persarum rex Hormisdas, virum nobilem, quia Christum negare noluit, omnibus exutum, & laceris indutum, camelorum custodem fecit. Longo post tempore eum in hoc squalore videns rex, pristinæ fortunæ recordatus, & commiseratus, in palatium reduci, & nobiliter vestiri iubet.

iubet, móxque vt Christum neget, hortatur. Cui ille, bys-  
 sinas suas vestes statim conscindens, si propter istas (inquit)  
 me fidem abnegaturum putas, eas denuo accipe. Atque ita  
 cum ignominia rursus eiectus, fidem suam fortiter serua-  
 uit. Sames, vir nobilis, & qui mille seruos aluit, à Rege  
 Persarum omnibus bonis exutus, coactus est vni ex seruis *Tripert. hist. lib.*  
 suis omnium abiectissimis seruire, cui & vxorem eius Rex *10. cap. 32.*  
 desponsat, vt hac ratione eum à fide reuocaret: qui nihil  
 his commotus aut mutatus, fidem nihilominus integram  
 semper seruauit, omnem hanc iniuriam & indignitatem  
 libenter pro Christo passus. Iustina Valentiniani iunioris *Tripert. hist. lib.*  
 mater, Ariana, vocato Beneuolo, **Quaestore**, iubet vt velo- *9. cap. 20.*  
 citer proponat legem contra Catholicos. Recusantem hoc  
 facere: maioribus eum cingulis, id est, maioribus propo-  
 sitis honoribus, inuitauit. Beneuolus autem discingens se,  
 balteum ante pedes Augustæ proiecit, dicens, nec illum  
 honorem, neque maiorem se velle habere pro impietatis  
 mercede. Hunericus Vandalorum Rex, Arianus, Saturnum *Victor lib. 1. p. 1.*  
 procuratorem domus suæ, virum honoratum, quia hære- *sec. Vand.*  
 sim Arianam profiteri noluit, omnibus spoliatum, vt men-  
 dicum è domo eiicit, vxore quoque eius camelario in con-  
 iugium tradita. Sed & fortis illa erat confessio fidei quam  
 fecit Terentius Dux Valenti Ariano Imperatori. Reuersus *Theod. lib. 4. cap.*  
 ille ex Armenia cum magna victoria, quum eum Impera- *32. hist. Eccl.*  
 tor petere quam vellet mercedem iuberet, id tantum pe-  
 tiit, vt vna Antiochiæ Ecclesia Catholicis daretur. Iratus  
 Imperator petitionis schedulam lacerauit, & vt aliud ali-  
 quid peteret, iussit. Terentius fragmenta schedulae recoli-  
 git: & hoc, inquit, de tua Maiestate totius mercedis loco  
 accipiam, nec aliud petam. Barbarè quidem Valens iste: sed  
 magis barbarè Elizabetha Angliæ Regina hæretica, quæ  
 Sebastianum Londinensem ludimagistrum, quum infi-  
 gnem comædiam Regiæ exhibuisset, quæ illi egregiè pla-  
 cuerat, & mercedem quam vellet petere iussisset, illæque  
 nihil aliud quàm suæ conscientiæ libertatem peteret, vt si-  
 ne vlla vexatione Catholico more viuere permetteretur, in-  
 dignata muliercula, astantibus nobilibus dixit: Videte, ob-  
 fecro, bonus iste vir conscientiam habet: sed in carcerem  
 abeat, donec inanes hos conscientiæ scrupulos deponere  
 discat: móxque pro omni mercede carcerem reponat.  
 Non Christianam, etsi hæreticam, sed ethnicam aliquam,  
 aut atheam te audire existimes. Eadem Elizabetha apud

Elizabethæ  
 Angliæ Regi-  
 næ barbara cum  
 delitas.

D. Geffordum nobilem Catholicum Anglum splendide excep-  
 cepra, post omnes eisdemque maximas impensas, capti-  
 uum illum secum, sola religionis causa, abduxit. Sed &  
 Richardum Shelleium, virum nobilem, hac sola causa,  
 quod Catholicorum nobilium nomine libellum supplicem  
 pro aliqua religionis Catholicæ toleratione, & barbari cu-  
 iusdam statuti mitigatione, Reginae porrigere ausus esset,  
 immanissimis primum contumeliis exceptum, in carcerem  
 retrusit, ubi non ita multo post squalore confectus interiit.

*Theodor. lib. tit.  
 cap. 33.*

Sed ut ad vetera redeamus, non minus fortiter quam Te-  
 rentius Dux, alius Dux eiusdem Imperatoris Trajanus fe-  
 cit: qui à Gothis semel profligatus, ideoque magnis igno-  
 minis ab Imperatore affectus, & ignavia ac timiditatis ac-  
 cusatus, liberè respondit: Non ego à Gothis victus sum,  
 sed tu, ô Imperator, qui contra Deum bellum gerere non  
 cessas. Denique quot ferè vel martyres, vel nobiles fidei  
 confessores in Ecclesia fuerunt, tot huius fortitudinis in fa-  
 cie Principum exempla fuerunt, sed alia aliis magis illu-  
 stria. Leuitatem verò illam arundineam, in causa fidei quo-  
 tibus vento fauoris Principum agitatam, etiam ipsi reges ac

*Lib. 1. cap. 14. &  
 Sozomenus lib.  
 2. cap. 6. histor.  
 Eccles.*

Principes exosam non rarò habuerunt. Constantius, Con-  
 stantini Magni pater (ut narrat in vita Constantini Eusebius  
 Pamphili) initio imperij sui, vocatis omnibus domesticis  
 suis, ait, eos qui sacrificare diis vellent, apud se mansuros  
 loco & honore pristino: qui id recusarent, ut recederent,  
 gratiasque agerent quod eos grauius persequi nolleret. Qui-  
 busdam ergo Christianis sacrificantibus, aliis verò aulam  
 potius quam fidem deserentibus; hos apud se retinuit, ma-  
 gnòque in honore habuit Imperator; alios verò aula sua  
 expulit: dicens, eos Regi suo nunquam fideles fore, qui  
 Deo infideles extitissent. Theodoricus Arianus in Africa

*Theodorus Le-  
 stor lib. 2. Colle-  
 ctaneorum.*

Rex, ministrum quendam Catholicum habuit, valde sibi  
 charum & in deliciis. Hic, ut magis domino suo placeret,  
 Arianus fieri voluit. Quo cognito, capitis eum supplicio  
 affecit Rex, ei dicens: Si Deo tuo fidem non seruasti, quo-  
 modo mihi, qui homo sum, seruabis? Hac poena si horum  
 temporum arundines plecterentur, lenius apud eum iudi-  
 cem postea fortè punirentur, qui dixit:

*Luca 9.*

*Qui me erubuerit  
 coram hominibus, & ego erubescam eum coram patre meo.*  
 De tertio fortitudinis genere in reus aduersis constanter fe-  
 rendis, magis proprius erit in aliis quibusdam \* Euàgeliiis  
 dicendi locus.

\* *Domin.*

\* Dom. 4. post Epiph. text. 1. Dom. 5. post Epiph. text. 3. Dom. Sexa. text. 8. Dom. Quinq. text. 3. Dom. 1. Quad. text. 1. Dom. 3. post Pasc. text. 1. Dom. Penthe. text. 5.

## 10. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum?

**L**O C V S moralis contra molliitiam, luxum, omnémque  
 Lexcessum vestimentorum. Christus Ioannem laudatu-  
 rus, etiam ab hac parte eum laudat, quòd vestitus sobrieta-  
 te, imò & asperitate vsus sit, vestitus pilis camelorum, &  
 zona pellicea. Hæc enim ad asperum vestiendi genus, non  
 ad ciuile aliquod pertinuisse, in altero Promptuario contra  
 hæreticos demonstrauius. Sed nunc vt illa asperitas vesti-  
 tus singularis virtus est, etsi non necessaria; sic molliities om-  
 nis vestimentorum & luxus prorsus peccatum est, Deòque  
 displicet, & multorum malorum vel causa, vel effectus &  
 argumentum est. quæ hoc loco omnia tractari possunt, imò  
 & debent, propter horum temporum in hoc peccati gene-  
 re summam deprauationem. Appositè Gregorius: Nemo, in-  
 quit, existimet in luxu & studio pretiosarum vestium peccatum  
 deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Dominus Ioan-  
 nem de vestimenti ipsius asperitate laudasset. Si hoc culpa non  
 esset, nequaquam Apostolus scæminas à pretiosarum vestiũ  
 appetitu comperceret, dicens: Non in veste pretiosa. Nempe sic  
 ad Timotheum scribit? Similiter & mulieres in habitu orna-  
 to; cum verecũ dia & sobrietate ornantes se: non in tortis crini-  
 bus, aut atro, aut margaritis, vel veste pretiosa; sed quod decet  
 mulieres, promittentes parietem per opera bona. Rursum, vt sa-  
 pienter alibi idem notauit Gregorius, Si cultus subtilium &  
 pretiosarum vestium culpa non esset, nequaquam sermo Dei  
 tam vigilanter exprimeret, quòd diues qui torquebatur apud  
 inferos, bysso & purpura indutus fuisset. Sanè Elaias inter reli-  
 qua peccata Ierusalem, etiam hoc enumerat. Et ornasti (in-  
 quit) te regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. Et rur-  
 sum, In illa die auferet Dominus ornamentum calceamento-  
 rũ, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, &  
 discriminalia, & periscelidas, & murenulus, & olfactoriola, &  
 inaures, & annulos, & gēmas in frõte pendētes, & mutatoria, &  
 palliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & vit-  
 tas, & theristra. Obseruandũ hic quàm studiosè Propheta to-  
 tam illam curiositatis muliebris farraginem, ad maiorē eius  
 infamiam & turpitudinem ostendendam, enumerat: docens  
 singula apud Deum numerata esse, & ab eo singula auferen-  
 da, vt quæ cum grauiter offendant. Huius generis luxum &

De luxu vesti-  
mentorum.Homil. 6. super  
Euang.

1. Timot. 2.

Homil. ult. super  
Euang.

Esaia 57.

Esaia 3.

2. Petri. 3.

D. Petrus disertè prohibet, de mulieribus, dicens: *Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, & indumenti vestimentorum cultus.* Nempe à Christo hunc luxum prohiberi, sobrietatem in hoc genere commendari, non secus quàm in cibo & potu, optimè intellexerant. Superfluitatem omnem tunc Christus sustulit, quando sollicitudinè prohibuit: *Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur?* Nimiam autem hanc anxietatem, curam, sollicitudinem, vnde nascitur luxus & superfluitas, ex variis capitibus Christus reprobatur & refutat.

Matth. 6.

Primum ex Dei prouidentia, quæ si omnibus patet, maximè fidelibus. De vestimento, inquit, *quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant neque vident. Si autem fœnũ agri Deus sic vestit, quãto magis vos modicæ fidei!* Rursum, quia Gentile hoc, non Christianum est: hoc est, infidelitatis & dissidentia in Deum argumentũ est. Vnde vocat eos *modicæ fidei*: & addit: *Hæc enim omnia Gentes inquirunt.* Tertio, quia ordinem rerum perturbant, dum huius rei curã Dei cultui & seruitio anteponunt. Ideo adiecit: *Primum quærite regnum Dei, &c.* Quarto, quia Deum purè colētibus, ista non deerunt: ideo subiunxit: *Et hæc omnia adicientur vobis.*

Vide infra Do-  
min. 14. post. Pē-  
tecost. text. 4.  
Matth. 10.

Quod si sollicitudo circa ipsa necessaria sic Deo displicet, quanto magis curiositas circa superflua? Hoc diligenter amplificabit concionator. Rursum Christus docet Apostolos vnica tunica contentos esse, & ipse nisi vnica tota vita gessit. Laudat Apostolus veteres iustos inter cætera, etiam hoc asperitatis in vestitu nomine: *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis.* Talis erat S. Ioannes Baptista, & hoc eum nomine Christus hic laudat, vt intelligamus, luxum vestimentorum Deo grauitè displicere, austeritatem & simplicitatem vehementer placere.

Hebr. 11.

Sic porro luxus iste, & mollities Deo displicet, vt ab illo grauitè puniatur: quod per Esaiã expressit, dicens: *Et erit pro suaui odore fætor, & pro zona funicul<sup>9</sup>, & pro cristati crime caluitiũ, & pro fascia pectorali ciliciũ.* Nepe iuxta illud Apoc. *Quantum se glorificauit & in delicijs fuit, tantũ date illi tormentũ & luctum.* Delicias autem illas postea commemorans quales essent, addit: *Negotiatores terra flebunt & lugebunt super illã, quoniã merces eorũ nemo emet amplius: merces auri & argenti, & lapidis pretiosi, & margarita, & byssi, & purpura, & serici, & cocci.* quæ omnia ad luxum vestimentorum pertinent. Hæc futuram Dei ultionem diuitibus huius seculi exprobrat diuus

Esaiã 3.

Apoc. 18.

diuus Iacobus: *Agite nunc diuites, plorate & ululate in miseriis vestris quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrescunt & sunt, & vestimenta à tineis comesta sunt*, id est, tantam vestimentorum superfluitatem habuistis, vt ea nō vlli vsui applicata, sed à tineis comesta, & planè consumpta, non corrosa tantum aut vitiata fuerint. Ideo plorate & ululate, non propter vestimentorum iacturā, sed in miseriis vestris, quæ aduenient vobis propter vestimentorum luxum. Sic & D. Hieronymus ex Scripturis edoctus, grauem Dei vindictam contra hoc luxus genus describit, diuites hūc in modum alloquēs, vt diuus fecit Iacobus: *Vos in tunicis aurum textis: illo (Paulus eremita) ne vilissimū quidem vestimentū habuit mancipij vestri. Sed è cōtra-rio illi quidem pauperculo paradysus patet: vos auratos gehenna suscipiet. Ille vestem Christi, nudus licet, tamen seruauit: vos vestiti sericis, indumentum Christi perdidistis.* Idem ad Latam de institutione filia, *Nec (inquit) collum auro & margaritis premas, nec caput gemmis oneres, nec capillum irrufes, & ei aliquid de gehenna ignibus aspiceris*, quos videlicet vel in hac vita, vel in altera pati necesse est. Exemplum refert V. Beda in historia gentis nostræ. Edildrida Regis filia, & duorum regum vxor, virgo tamē, quum in vltima ætate iam virginum Abbatissa facta, ingenti quodam tumore ac dolore maxilla siue colli premeretur (ex quo etiam dolore mortua est) multum delectata fuit in hoc genere infirmitatis, ac solita dicere: *Scio certissimè, quia meritò in collo pondus læguoris porto in quo iuuenulam me memini superuacua monilium pondera gestasse: & credo quòd ideo me superna pietas dolore colli voluit grauari, vt sic absoluat à reatu superuacua leuitatis, dum mihi nunc pro auro & margaritis de collo rubor tumoris, ardorque promineat.* Hec ibi. Refert quoque D. Hieronymus exemplum fanè terribile, de Prætextata nobilissima matrona; quæ quum Eustochij virginis neptis suæ caput gemmis ornasset, & neglectum crinem mundano more pexisset, accepta visione manus passa est protinus arefactas, & quinto post mense (vt visio prædixit) interiit. Moxq; concludit D. Hieronymus. *Sic gemmas & pretiosissima ornamenta Christus defendit.* Dicendum in hac causa, quod in alia quadam scripsit S. Cyprianus: *Tormenta paucorū, exempla sunt omnium.* Huc pertinet quod Scriptura dicit: *Visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina.*

Sed nunc causas explicabimus, propter quas mollities ista & luxus vestimentorum (quod vix hodie peccatum videtur, imò ad necessariam quandam honestatem pertinere putatur)

In vita Pauli eremita.

Epist. ad Latam.

Exempla.  
Hist. Eccl. gent.  
Ang. lib. 4.  
cap. 19.

In epist. ad Latam de iustit. filia.

In serm. 5. de lapsis.

Sophon. 1.

Causa cur luxus vestimentorum Deo displicet.

1.  
De considerat.  
lib. 3.  
Serm. super  
Missus est.  
In Apolog.
- In epitaphis  
Paula.
- Lib. 1. de virgin.
- Lib. de habitu  
virginum.
- Eccli. 19.
1. Tim. 2.
- Erasin. lib. 4.  
Apophtheg.
- Suetonius in  
Augusto cap. 73.
- Macrob. lib. 2.  
cap. 5. Saturn.
- tur) res sit adeo Deo ingrata, & quæ tam grauitè displiceat. Primum, quia cultus ille corporis exterior nimius, mollicies & luxus, certum est indicium & argumentum animi prorsus neglecti. Sic D. Bernardus: *Vestitium curiositas, deformitatis mentium & morum indicium est.* Et iterum: *Quanto amplius corpus foris propter vanam gloriam componitur atque ornatur, tanto interius anima fœdatur & sordidatur.* Rursum alio in loco: *Exterior superfluitas interioris hominis indicium est.* Sic S. Hieronymus Paulam non minùs sanctâ, quàm nobilem matronâ dicere solitam scribit: *Si vidisset aliquam comptiorem, contractione frontis, & vultus tristitia arguebat errantem, dicēs, munditiam corporis atque vestitus, anima esse immunditiâ.* Idem censuit D. Ambrosius, quum scriberet: *Neglecta decoris cura placet: & hoc ipsum quoddam nos non ornamus, ornatus est.* Sic D. Cyprianus: *Serico & purpura induta, Christum sincerè induere non possunt: auro & margaritis adornata & monilibus, ornamenta mentis & corporis perdiderunt.* Ex Scripturis verò hoc totum sanctæ istæ personæ didicerunt. Sic enim legimus: *Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enuntiât de eo.* Quâ ob causam Apostol<sup>9</sup>, quum vestes pretiosas mulieribus interdixisset, subiūgit: *Sed quod decet mulieres, promittētes pietatem per opera bona.* Nempe mulier sobriè vêtita promittit aspicientibus castitatē; cōpta verò, & superflua curiositate ornata, promittit impudicitiam meretriciâ. Hoc sanè & ipsi ethoici iudicare poterant. Philippus Macedonum Rex quendam ex Antipatri amicis in numerum iudicum asseripserat: verum post, vbi cognouit illum tingere barbam & capillos, submouit eam, dicens, qui in capillis fidus non esset, eum in rebus gerendis videri non dignum cui hideretur. Celebre est hac in re Augusti Cæsaris dictum: *Vestitus insignis ac mollis, superbia vexillū est, nidūque luxuriæ.* Ostendit videlicet animi superbiam, & fouet luxuriam. Vnde & ipsè simplici amictu utebatur, & in suis, qui secus facerent, ægrè ferebat. Quæ Italia eius filia licentiori quàm par erat vestitu ad eum ingressa, eum grauitè offendisset, postero die mutato vestitu, iterum Augustum salutauit, quam vbi vidisset, ait: *Quanto probabilius est hic cultus tam honestus in filia Augusti! Cui respondit: Hodie me parentis, heri verò mariti mei ornaui oculis.* Et ista quidem acutè inuenit excusationē in peccato: sed grauius erat tanti Imperatoris iudicium, qui personam nobilem luxum maximè dedecere sapiētèr iudicauit; quàm iuuenis mariti affectio, qui ad libidinē & voluptatē superflue ornari vxorē voluit.



luit. Et huius quidem libidinem plurimi mali Christiani sectantur, Augusti grauitatē pauci. Porro mollem cultum corporis, animi effeminati in viro potissimum iudiciū esse, falsè, sed sapienter Diogenes docuit. Cum enim adolescens quidam comprior, ei quæstiūculam proposuisset, *Non tibi prius, inquit, responsurus sum, quam sublatis vestibus ostenderit utrum masculus sis an femina.* Ex cultu parum virili notauit animi mollietatem. Idem indoctos & ineptos homines splendide vestitos, *χρυσόμυθους*, id est, oues aureo vellere, vocauit. Laudat merito Clemens Alexandrinus Lacedæmoniorum institutum, qui solis meretricibus floridas vestes, & aurum mundum gestare permiserūt: quia probas mulieres huiusmodi superfluum cultum minimè decere iudicabant. Sic Lysander & Archidamus Lacedæmonum Principes ea recusarunt indumenta pretiosissima, quæ ad eorum filias Dionysius Siciliæ tyrānus miserat; timentes maximè, ne hisce deformiores animis fierent. Ob quam etiam causam, & vt tantorū Principum filia corrumpere, hostis Dionysius amicitia specie miserat. Idē quippe Dionysius adeò exosam habuit in vestitu luxuriam, vt malefactoribus, qui suppliciis afficiendi erant, ignosceret, si pretiosarum vestium fures essent: quo facilius Syracusani ab huiusmodi luxuriis abstererēt. Flauio Vespasiano quum adolescentens quidam gratias ageret pro iuuperata Præfectura, quoniam vnguento fragrabat, & nutu contemptus est, & grauitate increpitus. Malle, inquit Imperator, alium oluisset. Mox & literas concessas reuocauit. Omnes hi iudicarunt, animo molli, effeminato, & ignauo illos omnes esse, qui vestimentorum mollietatem conlectarentur. Quod in Christianis maximè quàm absurdum & turpe sit, D. Chrysostrmus his vobis exponit: *Si quis domum tuam aureis velit de pensis ornare, te verò nudum in cilicij sedere cogeret, an æquo animo id ferre posses? Nunc verò nō alius, sed tu ipse domicilium anima tua (corpus dico) auro & gemmis exornas, animam verò in turpitudine cilicij sedentem negligis.* Imperator Seuerus humili vestitu contentus, sic factum suum defendit: *Imperatoria Maiestas virtute constat, non corporis cultu.* Multo magis Christiana & Ecclesiastica dignitas virtute constat, non corporis cultu. Vnde S. Augustinus: *Verus ornatus Christianorum, non tantū nullus fucus mendax est, verum ne auri quidem vestisque pompa, sed mores boni.* Præclare quodque D. Cyprianus, *Ornamentorum & vestium insignia, & lenocinia suorum non nisi prostitutis & impudicis feminis congruunt.*

Laert. lib. 6. de  
vita Philos.

Apophtheg-  
ma.

Padagog. lib. 2.  
cap. 10.

Steph. Bellengar-  
dius in volum.  
sent. ad verbum,  
Vestimentum  
& Vestitus.

Suetonius in vi-  
ta Vespas.

Homil. 70. in  
Matthæum.

Brufonius lib.  
3. cap. 13.

Apophtheg-  
ma.

Epist. 73. ad  
Possidium.

De habitu vir-  
ginum.

Et nullarum ferè pretiosior cultus est, quàm quarum pudor vilis est. Hanc igitur ob causam grauitèr Deo displicet & exosus est vestimentorum luxus: quia animi planè neglecti, dissoluti, effeminati, corrupti, totus ille apparatus certum indicium est.

## 2. Causa.

Huc accedit quòd omnis vestimentorum luxus non indicium tantum, quasiq; effectus est animi corrupti, sicut fumus ignis indicium est, & pallor morbi; vt notauit Clemens Alexandr. verum etiã idem causa quoque & origo est multorum malorum, ipsumq; animu corrupit. Vnde D. Bernardus: *Mollia dicuntur vestimenta, quia mollem faciunt animu.*

*Pedag. lib. 3.  
cap. 17.*

*Serm. 9. ad sororem.  
In Apologia ad  
Guil. Abb.*

Et alibi: *Queritur ad induendum, nõ quod utilius, sed quod subtilius inuenitur: nõ quod repellat frigus, sed quod superbire compellat.* Et paulo post: *Quando vestem empturus lustras vrbes fora circuis percurris nudinas, domos scrutaris negotiatorum, cunctam euertis singulorum supellectilem, ingentes explicas cumulos pannorum, attrectas digitis, admoues oculis, solis opponis radio: quicquid grossum, quicquid pallidum occurrerit, respuis: si quid autem sui nitore ac puritate placuerit, illud mox quanto libet pretio satagis tibi retinere: rogo te ex corde facis hæc, an simpliciter? Cum studiosissimè quaris quod quia rariùs inuenitur, pretiosius emitur, ignorans facis hæc, an ex industria? Ex cordis thesauro sine dubio procedit, quicquid foris apparet vitiosum. Vanum cor vanitatis notam ingerit corpori. Non tanto curaretur corporis cultus, nisi priùs neglecta fuisset mens inculta virtutibus.*

## Simile.

Hæc ille, hominum in hac parte vanitatem graphicè describens, et si de quibusdam tantum sui tēporis monachis hæc scripserat. Nempe quemadmodum ex patrido ligno vermes enascuntur, qui enati, lignu ipsu magis corrodunt: sic ex superbia, animi vanitate, & cōcupiscentia oculorū nascitur omnis cultus superfluus, & vestimentorum luxus; idemq; postea luxus superbiam magis fouet, auget, consummat. Vnde Clemens Alexand. in suo Pedagogo: *Ea que à sceminis ad luxum cōparantur, ab eis tanquã penna detrahenda sunt, vt que instabilè superbiam ac mollitiem, inanesq; voluptates procreent: quibus excitata, & quodammodo alate, sæpè à matrimonio resiliunt. Quocirca scemina honestè ornãda, & pudico pudore astringendæ sunt, ne à veritate propter mollitiem dissuuant.* Hinc videlicet illa lex Lacedæmoniorū superius citata; quã ita strictè obseruarunt, vt (quemadmodu narrat Ælianus) Ephori, id est, supremi eorū Magistratus, quotidie inspectiones obirēt vestimentorū, si quid in illis fortè à decenti, iustoq; ornatu alienum

*Lib. 3. cap. 11.*

*Variarum hist.  
lib. 14.*

alienum inueniretur. Similiter & ob eandem causam apud Athenaus lib. 12. cap. 6. ex Phylarcho lib. 25. histor. Syracusanos cautum erat, ne mulieres auro ornarentur, neq; floridas vestes gestarēt, neque purpureos habētes contextus, nisi si qua se publicā meretricem esse fateretur. Alia quoque fuit lex, ne quis vir se auro ornaret, superuacaneisq; vestibus vteretur differētibus, nisi se mœchum esse fateretur aut cinnēdum. Huc pertinet quod grauissimē scribit Tertullianus, Lib. de cultu fem. luculēter ostendens quātum reatum secum adferat hic vestimentorū luxus. *Diuino (inquit) operi satana ingenia superinducere quā sceleratū est? Serui nostri ab inimicis nostris nihil mutuātur. Milites ab hoste Imperatoris sui nihil concupiscunt. De aduersario enim eius in cuius manu sit, aliquid vsui postulare trāgressio est. Christianus à malo illo (sic diabolū vocat) adiuuatur? Nescio an hoc nomē (Christiani) ei perseueret. Quātū autē à vestris disciplinis & professionibus aliena sunt quā indigna nomine Christiano, faciē factā gestare, quib? simplicitas omnis indicitur? Effigiē mētiri, quibus lingua nō licet? appetere quod datū nō sit (id est, formē puchritudinē quā natura negauit) quibus alienū abstīnēdum? speciem exercere quibus studiū pudicitia est? Credite, benedictis, quomodo precepta Dei custodietis, lineamēta vestra nō custodietes? Hęc ille, docens verā quodāmodo Christianitatē hoc inani & vanissimo luxu amitti. In eodē libro paulo pōst, quomodo etiā proximis malū inferat idē luxus, docet: *Quid alteri periculo sumus? Quid alteri cōcupiscētiā importam? Nescio an impunē abeat, qui alicui fuerit causa perditionis. Perit enim ille simul in tua forma, si cōcupierit, & admisit iā in animo quod cōcupiuit: & facta es tu gladius illi. Certē vt culpa vaces, ab inuidia nō liberaberis: vt dū in alicuius agro latrociniiū gestū est, crimē quidē Dominū non cōstringit, dū restamen eius ignominia notatur, ipse quoq; infamia aspergitur. Hęc ille. D. Antonin? Archiepiscopus Elorētinus fœminas omnes impudico & meretricio habitu vestitas, quasi instrumēta dæmonū ad perdendas animas, ex tēplis omnibus suā ciuitatis expulit. Nec dissimiliter Tertulliano D. Chrystom?: *Quid enim ornaris, dic qua so? vt viro placeas? Igitur domi hoc facias. Hic verò contrariū sit. Domi rudior, foris comptissima procedis. Si autem proprio vis viro placere, aliis ne cura vt placeas. Si verò aliis placere vis, non potes placere tuo. Hęc ille Ibidem docet, vt modò Tertullianus, quantum professioni Christianæ repugnet hoc genus vanissimi luxus. *Dic mihi, si quis tibi regalem dedisset vestem, tu verò supra illam seruire quoddā nacta indumētum superindueres? Annon, praterquā quod dedecus Simile.****

committe

Lib. de cultu fem. min.

In vita eius apud. Suetonium tom. 3.

Homil. 10. in epist. ad Coloss. Vide etiam hom. 28. in epist. ad Hebr. cap. 12. Ibidem.

*committeres, pœnas quoque meritò dares? Tu verò celi & Angelorum Dominum per baptismum induta es, dicente Apostolo, Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis, & terrenis adhuc immoraris? luxuriæ vestem indueris? Hæc ideo dixi, quòd magnum quidem in seipso malum est studium illud ornandi, etiam si nullū malum ex eo nasceretur, sed liceret tutò & citra periculum habere. Hæc rursum ille. His etiam conformiter docet Cyprianus, quantam Deo Creatori injuriam faciunt quæ se externo ornatu nimium curiosè adornant mulieres. Si quis (inquit) pingendi artifex vultum alicuius, & speciem, & corporis qualitatem amulo colore signasset, & signato iam, cõsummatogq; simulachro, man<sup>o</sup> alicuius afferret, ut iam formata, iam picta, quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iusta indignatio videretur. Tu te existimas impudè laturum tanta temeritatis audaciã, Dei artificis offensam? Et si enim impudica circa homines, & mœsta fucis lenocinantibus non sis, corruptis tamè, violatisq; qua Dei sunt, peior aduitera detineris. Hęc ille. Horum ergo omnium malorum ineptissimus hic vestimentorum luxus causa est. Animum mollem & delicatum facit. Superbiam & fastum generat ac fouet. Satanæ vestem Christi vestimento superinducit. Alienam concupiscentiam excitat. Naturæ auctori injuriam facit.*

*Lib. de habitu virginum.*

3.  
Temporis dispendium.

Sed inter alia adhuc mala, quorum causa est, nõ infimum etiam hoc est, quòd mollietiem hæc qui sectatur, maximum in eo cultu tēporis sui dispendiū faciunt. Si enim nullo malo fine curiositas illa adhiberetur, saltē multū in ea tēporis malè perdunt, iuxta illud Comici: *Dum moliantur, dum comantur, annus est.* Quod ex alio poëta Græco, qui similiter hanc inanem curiositatem, & tēporis iacturam descripsit, citat Clemens Alexand. in suo Pædagogo: *Venit ipsa, transit, accedit? Non transit, venit, adest, abest, tergitur, accedit; smegmate saponeve purgatur, pectitur, eiecit, teritur, lauatur, se contempletur, componitur, unguentis perfunditur, ornatur, ungitur; & si quid non habeat, enecatur. Ter enim, non semel, digna sunt que pereant, qua Crocodilorum excrementis vtuntur, qua spuma sepiarum unguuntur, qua supercilia fuligine illinunt, & fucis genas terunt. Quæ ergo vel poëtis ethnicis erant odio propter mores, quãto magis à veritate reijcienda sunt!* Hęc Clemens. Luxuria tamen Anglicana, regnante illic altera Cleopatra, omnem hæc insanam curiositatem superat, vbi Lecestrij Comitissæ, hominis infamis, & nostri seculi (vno excepto diademate) Sardapali, putatitia vxor lacte se totam abluere consuevit, vt procacissi-

*Lib. 3 cap. 3.*

procacissimæ viri libidini satisfaceret. S. Nonnus Episcopus Heliopolitanus, videns Pelagiam meretricem Antiochenam In vita S. Pelagii apud Suerium s. Octob. fortè in platea trāscentem, vsque ad eò comptam & ornatā, vt nihil in eius vestibus cerneretur præter aurū, margaritas & gēmas; diu illā aspiciens & considerans, postea ad altantes dixit: Quot putatis horas expendit hæc mulier, dum in cubiculo suo se lauat, & componit, omnem diligentiam impendens, ne quid possit in ea decoris ac pulchritudinis, desiderari, vt placeat omniū oculis? Similiter Pambus eremita Alexandriā ex eremo descendens, rogante Athanasio Episcopo, quum vidisset ibi mulierem in pompa sumptuosius exquisitiūque ornatam, quo homines ad se spectandum inuitaret, lachrymas profudit. Rogantibus cur lachrymaret, respondit se duabus rebus fuisse commotum; vna, quòd videret mulierem sibi exitium parare: altera, quòd ipse non tanta cura ac studio ad placendū Deo, quanto illa ad hominibus flagitiosis blandiēdum, incumberet. Nempe de huiusmodi verissimum est, quod non minùs faceret quàm sapienter dicere solebat Thomas Morus, pietate & eruditione clarissim<sup>9</sup> vir;

Socrates hist.  
Eccles. lib. 4.  
cap. 18.

Quàm plurimos in hac vita eo labore infernum mercari, cuius vel dimidio cælum lucrati fuissent. Vnde idem vir sanctus domicellæ cuidam, quæ multo cum labore atque etiam dolore crines cōplicabat, vt frons lata esset, tunicamq; cōstringebat, vt gracili corpore videretur, dixit: Nisi Deus tibi pro hoc tuo Apophthetico labore infernum reddat, magnā tibi profectò iniuriā faciet. gma.

In vita Thom.  
Moric cap. 12.

Iam verò huius generis luxus hoc maximum malum est, quòd totus ad vanam gloriā destinatur: nec vllum alium aut fructum quærit, aut finem respicit, quàm vt hominum oculis placēdo, inanem aliquā laudem & existimationem reportet. Quæ vna re vt nihil in se ineptius, ita nihil Dei legibus & Christianæ vocationi repugnantius. Rectè monuit Sapiens:

4.  
Luxus ad vanam gloriam destinatur.

In vestitu ne glories vnquam, nec in die honoris tui extollaris. Eccl. 11. Similia. Qui enim in superfluo cultu gloriatur, perinde facit ac si de panniculis & fascijs, quibus vulnera obuoluuntur & alligantur, gloriaretur. Nihil enim aliud sunt speciosa vestimenta, quàm ægri & malè affecti animi quædā quasi medicamēta, sine quibus perpetuò cruciaretur, nec in publicū prodire auderet. Quemadmodum enim cui est impositum cataplasma, & cui inuncti sunt oculi, vel ipso aspectu præbet morbi suspicionē; ita fuci, tincturae, & affectatus ornatus animā intrinsecus egrotare significat, ait Clemēs. Vnde D. Gregorius: Quòd pro sola inani gloria vestimentum pretiosus quaritur, res ipsa testatur: quum

Eccl. 11.

Similia.

Padag. lib. 3.  
cap. 7.

Homil. ult.  
super Euang.

nemo velit ibi preciosis vestibus indui, ubi ab alijs non possit videri. Diuēs quoque domi cum vxore & familiaribus cibum capiens, supellectilem pretiosam non ostentat: vocatis conuiujs, omnia exponit, docens hoc ipso, quod non propter se, sed propter opinionem aliorum, illa pretiosa apud se habet. Hæc autem est omnium vanitatum maxima vanitas, velle

Lib. 2. epist. 47.

ex ornatu vestiũ aliquid apud homines existimationis quærere. Pulchrè Seneca: *Quemadmodum stultus est qui equum empturus, non ipsum inspicit sed stratum eius ac frenas; sic stultissimus est qui hominem aut ex veste, aut ex conditione qua vestis modo nobis circumdata est, aestimat.* Eleganter Apelles, quum vidisset quendam ex suis discipulis pinxisse Helenam multo auro ornatã: *O adolescens ait, quum non posses pingere pulchram, pinxisti diuitem.* Tales sunt qui ex ornatu externo pulchritudinem quærunt, & existimationem venantur. Sapienter Innocentius Papa: *Quid aliud est pretiosior ornatus, quàm sepulchrum foris dealbatum, intus spurcitia? Quod certè eleganti similitudine Clemens Alexandrinus exprælit. Apud Ægyptios (inquit) templa, porticus, vestibula, ac luci magnificè instructi, & atria multis columnis, cincta sunt. Parietes autem lapidibus externis, & artificiosè depictis resplendent, ita vt nihil desit. Edes autem auro, argento, & electro collucēt, & ex India ac Æthiopia varijs fulgentibus lapillis: adyta verò intextis auro adumbrantur peplis. Sed si penetralia templi ambitus subieris, & ad eius, quod præstantius est, spectaculũ properans, imaginem qua templum habitat quæseris, non inuenietur Deus qui quærebatur, & expectabatur sub tanto apparatu, sed felis, vel crocodilus, vel serpens indigena, vel aliqua eiusmodi bellua, qua templo quidem est indigna, sed auro spelunca, ac cæno magis congruit. Ita mihi videntur fœmina, qua aurum geſtant, & in crispandis crinibus exercentur, & in genis unguendis, oculisq; pingendis, & pilis tingendis versantur, & aliam mollitiem arte improba persequuntur, carnalem ambitum ornantes, & verè Ægyptios imitantes, infelices amatores attrahere. Sed si quis velum templi aperuerit, vittã, inquam, vestem, aurum fucum, tinturam, & qua eis intrita & incrustata sunt, tanquam illic veram inuenturus pulchritudinem, rectè scio eum esse abominaturum. Neque enim Dei imaginem intus inueniet inhabitantẽ, sed loco eius fornicatrix & adultera anima aditum occupant, & vera esse bestia cõuincetur, & fucum incrustata simia, & seductor ille serpens per gloria cupiditatem, pro spelunca habet animam, qui mulieres in meretrices transformat fungens leonem officio.*

Hæc

Clemens Alex.  
and. Pedag.  
lib. 2. cap. 12.

Apophthe-  
gma.

Lib. de uilitate  
conditionis hu-  
mana.

Pedag. lib. 3,  
cap. 7.

Simile.

Hæc ille. Laudat igitur alio in loco idem Clemens, scriptor Apostolicus, Cœcum sophistam, qui virtutis & improbitatis aptas descripsit imagines. *Virtutē enim fecit simpliciter stantē candida veste indutam, & puram, sola verecundia ornatā: Improbis probitatem verò, superflua & varia veste indutā, alieno colore exultantem.* Hac igitur vana gloria nihil vanius, quæ ex ornatu externo quaeritur. Sapienter idem Clemens alibi: *Si quis auro se ornari existimet, is auro est inferior: qui autē auro inferior, non est eius dominus.* Et elegāter Solon Cræsi regis vanitatem hac in parte repressit. Cræsus rex Lydia, quū se exquisitissimo omnium ornamentorum genere cōposuisset, sublimiq; in solio sederet, interrogavit Solonē, *an pulchrius unquā spectaculū vidisset:* qui respōdit, *Gallos gallinaceos, fasianos, atque pavones.* Hanc vanitatem apud suos Vtapienses optimè per spectam, ideōq; ex ea beata insula penitus ablegatam fuisse scribit Morus: *Mirantur (inquit) quempiā esse mortaliū, quem exigua gemmula aut lapilli dubius oblectet fulgor, cui quidē stellam aliquā, atque ipsum denique solem liceat intueri: aut quemquam tam insanū esse, ut nobilior sibi ob tenuioris lanae filum videatur, siquidem hæc ipsam, quāvis tenui filo sit, ovīs olim gestavit, nec aliud tamē interim quā ovīs fuit.* Et paulo pōst. *In hoc adulterina voluptatis genere eos collocant, qui quo meliorē togā habent, eo sibi meliores ipsi videntur. Qua vna in re bis errant. Neque enim minus falsi sunt quod meliorē putant togam suam quā quod se. Cur enim, si vestis vsum spectes, tenuioris filii lana præstat crassiori? At illi tamen tanquā natura, non honore præcellerent, attollūt cristas, & sibimet quoque pretij credūt inde nō nihil accedere: eōq; honorē quem vilius vestiti sperare nō essent ausi, elegātiori toga velut suo iure exigunt. & prætermissi negligentius indignantur.* Hanc vulgatē ferē omnium vanitatem illa optimè instituta Respub. prorius irridet. Sed & hæc vanitate civis quidā Londinensis primarius non minus lepidē, quā etiā sapienter refutavit. Moris est Londini, ut primatij civis, maximē decurionū officio defuncti, diebus certis celebrioribus apud Prætorē vrbis prandeant, etiā non inuitati. Venit hic bonus civis ad Prætoris domum hora prandij, honestē, sed mediocriter indutus. Repellitur à ianitore, ut eo cætu indignus. Ille causam erroris agnoscens, domum redit, & nobiliori veste se confestim induit. Hac indutus, accedens intro mittitur, accūbit prandet. Prædio finito, quū de more singuli Prætori gratias agerent, ille togam exutam mensæ imponit, & magnā cum reuerentia togæ suæ de hoc prandio gratias

agit. Quod factū cæteris in viro tā graui mirantibus, causam quum dixisset, cōmunis erroris & opinionis vanitatē singuli agnoscebant. Sed ad Vtopiensium sententiam præallegatam, maximus Philosophus Aristoteles accessit: qui quū animaduertisset adolescentem propter chlamydis magnificentiā se iactantē & gloriantem; *Non desines, adolescens (inquit) propter omnis gloriari virtutē? Certe* Clemens Alexandrinus idololatriā quandā esse docuit, hęc, quę ex cultu & ornatu externo quæritur, gloriā. *Qui (inquit) pulchri simulachrum, nimium scilicet ornatus studium, non autem ipsum pulchrū & honestum attendunt, specioso nomine simulachrorum cultum rursus inducentes, à veritate longè sunt religādi, quum ex opinione, non scientia, pulchri naturam somnient.* Hęc ille. Et sanè homo improbus vel fatuus splēdidè ornatus, idolū quoddā est; quem si propterea colas & honores, nōne idololatriā quandā cōmittis? Cæterū huius vanitatis & molliciei quanta sit dementia, apta similitudine expressit Ildorus Clarius concionator facundissimus. *Miror (inquit) vehementer obrufos fæminarū sensus; quæ cūm plæræque omnes summū bonum speciem corporis arbitrentur, ad illā, quæ in Euangelio promittitur, cōparandā non inflāmentur. Sic enim cogitare deberent. Si quis mulieri cuipiā polliceretur fore, vt vno anno fucum omnē, & corporis ornatū negligeret, centū postea annis omniū mulierū, quę vnquā essent, pulcherrima appareret, profectō cōditionē acciperet libentissimè. Rursus si diceretur ei, permitti quidē illi vt vno anno omnibus fucis, omniq; ornamentorum genere vteretur; verūm eo peractō, reliqua totā vita omniū mulierū esset turpissima: nihil dubitandū est eā mulierē omnem oblatum illius anni ornatū recusaturā, metu secuturę deformitatis. At hęc oīa vsu ventura sunt, eaq; tanto maioris ponderis, quantū æternitas tēpori antecellit, & tāta in re tā oscitanter tamē se habent. Futurū enim est, vt quæ in hac vita modestè & sine fucis ac superuacuis ornamentis vixerint, corpora sint habituræ claritatē solis æquantia, idque in sempiternū: quæ verò hīc cōspiciæ apparere volueriat, æternā deformitatem cum diabolo & angelis eius sint cōsecuturæ.* Hęc ille. Maxima sanè eius stupiditas est, qui hac vera & solida consideratione nō mouetur. Sed hęc est huius vanæ gloriolæ fallacia, quæ eo fulgore oculos perstringit, vt malint mortales ad momentū esse fucati, quàm in sempiternū splēdidi ac beati.

Ad hęc oīa mala, aliud accedit huic penè proprium, quod huius molliciei, luxus, & vanitatis, nullus propemodū modus est,

Maximus ser.  
34.  
Apopht.  
Padag. lib. 2.  
cap. 10.

Orat. 23. tom.  
primi.

Simile.

3. Caret modo  
luxus.



est, nullus terminus aut finis. Quod præclare docuit Clemens  
 Alexandrinus. *Ebriosum (inquit) esse, & vinosū, etsi sunt magna* Padag. lib. 3. vicia, non tamen tanta, quantum est nimirū sui ornandi studium. cap. 12.  
*Mensa plena, & frequentes calices satis sunt ad implendā inglu-*  
*viē. At qui auri, purpura, & gemmarū nimio studio tenentur, ijs*  
*nec quod super terrā, nec quod sub terra est, aurū suffecerit. Dū*  
*ergo cupiditatis limites sibi non cōstituant, in impudentiā impin-*  
*gūt. Eis enim opus est & theatro & pōpa, & spectatorū multitu-*  
*dine, & errore in sacris, & diuturna mora in triuijs, ut sint ma-*  
*nifesti omnibus. Hęc ille ibi. Arguit porro & illud infinitā pro-*  
*pemodū huius vanitatis varietatē, q̄ ad corpus ornādum, vbi*  
*modū semel excessimus, nulla vnquā sufficiūt vestimentorū*  
*genera; indumentorū formis varijs, & quotidie nouis nullus*  
*est finis. Recitat autē ex Aristophāne pōeta comico Clemens*  
*Alexādrinus muliebris ornatus ingentē supellectilē, quæ hodie*  
*penē tota ad viros transit. Adducam (inquit Clemēs) ipsā* Lib. 2. ca. 14.  
*verba Comici, quæ importunū vestre insolentia fastū apertē ar-*  
*guunt. Mira, redimicula, nitrū & acus, pumex, strophium, qua*  
*pōst locatur funda, & posterius operculū, fucus, torques, compo-*  
*nendorum oculorū instrumenta, subtilis vestis linea, vitæ, & ona,*  
*insita, prætexta, multitia, cythorā, barathrū, encyclō, tūnica. Quæ*  
*sunt autē horum non dixi maxima: in aures, gemma, plastrā, bo-*  
*trylidō, fibula, amphilea, monilia, pedicā, sigilla, catena, annuli, ca-*  
*taplasmata, ampulla, capitis ligamina, obelisci, sardia, vētilabra,*  
*clincteres. Ego quidē defessus sum & indignor dicendo tot earū*  
*ornamentorū multitudinem, & mihi mirabile fit quōd non ene-*  
*centur, quum tantum onus baiulent. Hęc ille. Huc videlicet se* Exempla.  
*effundit modestiē victrix audacia: & in hoc luxus genere ex-*  
*cessus penē incredibiles legūtur. Caius Cæsar Augustus rarō*  
*humanis vestimētis indui voluit, quippe qui luxurians sæpe-*  
*numero cōspectus fuit deorū habitu. nunc aurea barba, nunc* Suetonius in eius vita.  
*Veneris habitu. Nero nullā vestem bis ipduit. Heliogābalus* Alexand. ab Alex. lib. 5. cap. 18.  
*gēmas ab optimis sculptas artificib⁹ in calceamētis ferebat,*  
*quæ nunquā iterabat. Sed & hodie in Anglia Gualter⁹ Ralo-*  
*læus, Regina Elizabethæ amasius, visus est in aula crepidas*  
*gestare ita gēmis onustas, vt ad 6600. aureos, & ampliūs esti-*  
*marētur: homo alioqui obscur⁹, & ante amores regio sortis*  
*abiectissimæ. Deniq; eo nūc luxus iste in Anglia excreuit, vt*  
*qui Hērici septimi, cui octauus successit, huius Elizabethæ*  
*pater, vestitus fuit, vix nūc nobilem mediocrem deceat; &*  
*quo olim primarij nobiles, Duces, Marchiones, Comites vsq̄*  
*fuerūt, eo nūc inferior nobilitas vestitus splendore vtrā nobi-*  
*litatis*

litatis verò inferioris amictu veteri vix mechanici & villici agrorum iam contenti sint. vt quod Christus hinc dixit, *Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt*: iam multo latius pateat, & in quibusuis nobilium, ciuium, villicorum domibus, mollibus vestiuntur tam viri quàm fœminæ: vt quæ ad multos iam in Anglia, Gallia, & alibi viros mollissimè comptos & cultos, illud Diogenis iterum dici debeat. Ille enim quum vidisset generosum quædam adolescentem muliebriter vestitum; *Non te pudet* (inquit) *qui peius tibi velis quàm ipsa natura voluit? Illa siquidem te virum esse voluit, tu verò te ipsum ex vestitu mulierem facis.* Lege de hoc luxu muliebri D. Chrysostomum homil. 90. in Matthæum prolixè differentem. Fecit nimirum prodigiosissima horum temporum mollicies & luxus in hoc genere effusissimus, vt hunc vnum locum copiosius tractauerim: eo etiam magis, quòd vix in alio Euangelio per Ecclesias legi solito, mollicies ista & luxus reprehendatur. Deliget ex tanta varietate concionator, ea quæ ex his omnibus, præsentis loco tempori, personis magis conuenire, magisque fructuosa fore iudicabit. Quare vt hunc locum concludamus, molles isti & papilionnes depicti, illud Amos Prophetæ auscultent: *Vx vobis Optimates, capita populorum, ingredientes pompaticè domum Israël.* Quid enim hodie diceret, si videret, non optimate tantum, sed de vulgo ipso & media plebe, quanta pompa, quo apparatu & splendore templa Dei ingrediuntur? Deum suppliciter oraturi, quanto maximo possunt cum fastu & splendore omnia eius ingrediuntur: quo nihil absurdius.

### EVANGELIVM DOMINICÆ III.

#### A D V E N T V S.

**M** I S E R V N T Iudai ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, Tu quis est? Et confessus est, & non negauit: & confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: Ego vox clamatis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta. Et qui misit fuerant, erant ex Phariseis.

Et inter-

Laert. lib. 6.  
Apophtheg-  
ma.

Amos. 8.

Ioan. 7.

Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo, baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua. Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti. Hac in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, Tu quis es? De vano & temerario mundi iudicio.

2. Confessus est, & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus. De vana exultatione fugienda.

3. Ego vox clamantis in deserto. De vero officio prædicatorum verbi, saluti auditorum necessario.

4. Dirigitur viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta. De necessaria præparatione ex parte nostra ad Christi gratiam.

5. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? De leuitate & inconstantia fauoris & exultationis humanæ.

6. Medius vestrum stetit quem vos nescitis. Contra ambitionem.

7. Quem vos nescitis. De fidei virtute & interiori oculo.

8. Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere. De humilitatis præstantissima virtute.

1. Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, &c.

**L**OCVS moralis de mundi huius vano & temerario iudicio. Ad Ioannem mittunt Iudæi legationem honorificam (nam isti sacerdotes missi ex Phariseis erant, qui scientiæ & sanctitatis opinione cæteris tunc omnibus præcellerant) vt illum pro Messia, quem tunc omnes expectabant, si se eum profiteri vellet, reciperent. In illa enim interrogatione, Tu quis es? an Messias esset, interrogabant, sicuti ex Ioannis responsione euidenter patet, dicens, Non sum ego Christus. Alioqui ad interrogatum non respondisset, nisi hoc illi vel apertis verbis, quæ breuitatis causa euangelista prætermisit, vel tacita intentione & voluntate eum interrogassent. Nam & simpliciter quis esset Ioannes, ignorare non poterant, cuius & genus, & vitæ, & doctrinam tot annis exploratam habuissent. Interrogant igitur Ioannem Iudæi, & quidē solenni atque honorifica missa à Metropoli sua ciuitate legatione, an sit Christus: & hunc illi maximum honorem deferunt. At Christo nunquā eum honorem derulerunt. Nunquam ad illum legatos miserunt. Nunquam nisi captiosè, an

Murdanz exultationis vanitas.

Christus esset, interrogant. At cur istud obsecro? Maiora fuerunt Christi opera quàm Ioannis. Imò Ioannes ideo nulum miraculum fecit, vt tanto esset illustrior Christi gloria, tantòque faciliùs eam Iudæi pro vero Messia reciperent. Excellior & diuinior fuit eius doctrina. Sic enim docebat, non vt Pharisæi & alij legis Doctores, sed *tanquam potestatem habens*. Denique vt se Messiam ostendat, dixit discipulis Ioānis, *Renunciate Ioāni ea quæ audistis & vidistis*. Ipsi quoq; Iudæi confessi sunt: *Nunquam sic loquutus est homo, sicut hic homo loquitur*. Et alius ex Principib<sup>9</sup> Iudæorum dixit: *Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum illo*. Quæ ergo causa, quòd Christo ita præterito & neglecto, ad Ioannem proficiscuntur, & hanc nobilissimam legationem de re tanta instituunt? An quia Christus asperè eorum vitia taxabat? At asperius Ioāne non fecit, qui sic ipsos Pharisæos alloquutus est: *Genimina viperarum, quis vos docuit à ventura fugere ita?* Sed profectò nihil aliud in causa fuisse videtur, quàm quòd Christum vilem putabant, *fabri filium* reputantes: Ioannem verò magnatē, & magnatis filiū, Zacharia sacerdote patre natū, & ciuitate Iuda oriundū; quum Christū ex Nazareth Galileæ, humillima & contèpta ciuitatula (vnde ipse Nathanael vir iustus, per contèptum tamen dixit, *A Nazareth potest aliquid boni esse?*) natū existimarent. Nobilitatem itaq; externam mundi more respiciebāt Iudæi, malebantq; Ioānem, honestissimo loco natū, pro Messia agnoscere, quàm Christum humillimè natum, seu natiuitatis, seu educationis locū, seu matris, seu patris putatitij statū & fortunam spectes. Quum filius aliquis Isai vngendus esset à Samuele in Regē, Samuel ipse videns Eliab primogenitū, fortè & egregium adolescentē, dixit statim mūdano affectu & iudicio, *Num corā Domino est Christus eius?* Et dixit Dominus ad Samuelem: *Ne respicias vultū eius, neque altitudinem stature eius, quoniā abiici eum, nec iuxta intuitum hominū ego iudico. Homo enim videt ea quæ parent, Dominus autē intuetur cor*. Nempe homini carnali tota ratio indicandi est consuetudo cernendi, & in rebus ac negotiis humanis perspiciēdis, tractandis, iudicandis oculatissimi sunt homines mundani, in rebus spiritualibus cæci & ignari. *Quemadmodum noctua aspectus noctu quidē valet, sole autē illucescente non mediocriter offuscatur & hebescit: sic seculariū hominum & huius mūdi sapientū, mens acutissima quidē, ad vanas res perspiciendas esse videtur, hebetissima verò, caliginēq; referta, ad ipsam lucē verā percipiē-*

Chry. soft. hom. 14.  
in Marth.

Matth. 7.  
Matth. 11.  
Ioan. 7.

Ioan. 3.

Matth. 3.

Matth. 13.  
Marc. 6.

Ioan. 1.

Exemplum.

1. Reg. 6.

Simile.

Basil. homil. 8.  
Hexameron.

percipiē-

percipiendā euasit. Nempe rebus terrenis, & honore ac splendore mundano affecti atq; corrupti, de cœlestibus & diuinis rectū iudicium ferre nequeūt. Quemadmodū luna ex parte sua superiori plena, soli propinqua est, sed terrā versus nihil tunc habet luminis; contrā verò quum terrā versus plena & splendida collucet, à sole est remotissima, & à parte globi superiori, tota tenebrosa est: sic quo magis ad Deū accedimus in pietate & vitæ puritate, ab illo quidē magis illuminamur, & apud illum illustriores sumus, mundo autem ignobiles, & ad res mundanas tractandas minùs idonei; contrā verò, quo magis à Deo recedimus, vitæ torius vanitate, & terrenis desiderii affecti, eo magis mundo placemus, eo nobiliores & illustriores mundo appaeremus, simūlq; ad res mundanas percipiendas atq; tractandas acutiores. Deus non apparuit Moyfi adhuc in Ægypto agenti, sed vbi inde recesserat. Sic iis qui in seculi tenebris versantur, diliguntque tenebras magis quàm lucem, vmbas bonorū magis quàm vera bona, diuinæ gratiæ lux non affulget. Pharisei toti mundani & superbi, Christū nec honorant, nec agnoscunt. Ioānes & in deserto eū agnoscit, & in carcere eum missa suorū discipulorū legatione honorauit. Hoc est quod alius Ioannes dixit: *In mundo erat, & mundus eū non cognouit.* Idem de suis futurū Christus prædixit: *Si mundus vos odit, scitote quia me priorē odio habuit. Si de mundo fuissetis, mūdus quod suum erat diligeret. Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* Hic ergo ad suam cōsolationē pij obseruent, æquanimitè ferendū, si se & bonis omnib<sup>9</sup> interdū præteritis, mali in mūdo & à mūdo honorentur, postquā Christo præterito Pharisei Ioannem porius pro Messia agnoscere parati erant. Hanc quoq; cautionē contra vana mundi iudicia discant, vt illa prorsus contēnant; quia semper in iis quæ ad Deū pertinent, cæca sunt. Si famulo tuo in furto aliquo aut mendacio deprehenso, nihil fidere, nihil vel iurati etiā credere soles, quod iudicium mundi magni facis, qui tot iniquas sentētias cōtra tot Sanctos protulit? Si cām bonā in iudicio pēdētē haberes, & in prima quidē instātia corā iudice vel ignaro, vel temerario, vel iniquo, parū curares si cā caderes, modò aliū iudicē haberes doctū, diligentē & iustū, ad quē à prima sentētia appellares. Sic mundi præsens iudiciū prorsus cōtemnendū est, quia Deū habemus iudicem, qui æquissimè iudicaturus est.

*Allegoria*  
Exod. 3.

Matth. 12.

Ioan. 1.

Ioan. 15.

*Similia.*

*Simile.*

2. *Cōfessus est, & nō negauit: & cōfess<sup>9</sup> est, quia nō sum ego Christi<sup>9</sup>.*

Locus moralis de vana existimatione fugiēda, D. Ioannes

Vana sui estimatio fugienda. de maxima & suprema apud Iudæos dignitate rogat<sup>9</sup>, cuius iam specimen maximū totius vitæ austeritate, diuina prædicatione, & noui baptismi administratione dedisse videbatur, non frigide & cunctanter, quasi sibi quidem arrogare nolens, videri tamen volens (vt multi existimationes honorificas verecundia cōposita fugientes, eas ambiunt & quærunt magis) sed rotundè & cōstanter negat se illū esse, quem illi arbitrātur. Nēpe veri discipuli Christi magis sollicitè curāt, ne etiā de veris virtutibus glorientur, quàm vani huius seculi homines de gloria & laude quauis occasione captanda cōtendunt. Paulus & Barnabas, quū diuinos illis honores. *Listrenses exhibere vellent propter sanatū claudum, cōscissis tunicis suis, exilierunt in turbas, clamātes & dicētes: Viri quid hæc facitis? Petrus quoq; & Ioannes, accurrente populo propter simile miraculū, dixerunt: Viri Israëlita quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare?* Sic Daniel vocatus à Nabuchodonosor, & sapientiæ nomine commendatus, vt somnium eius interpretaretur, respondit, omnē à se sapientiæ opinionē & laudem remoues: *Est Deus in celo reuelans mysteria. Mihi quoq; non in sapiētia quæ est in me plus quā in cunctis viuētib; sacramentū hoc reuelatū est, sed vt interpretatio regis manifesta fieret.* Sic & S. Ioseph Pharaoni: *Absq; me Deus respōdebit prospera Pharaoni.* Horū exēpla fecucus & S. Bernard<sup>9</sup>, quū multa signa & miracula per varias Galliæ p̄tēs faceret, ne sibi aliquid propterea pl<sup>9</sup> cæteris videretur, anxietate maxima prospiciens, in hæc verba prorupit: *Ex Scripturis didici, signa fieri vel per perfectos, vel per fctos. Ego nec perfectionis mihi sum cōsciens, nec fictionis. Nihil ergo mihi & signis istis, quādoquidē me & illa fama magis quā vita nouerim exhiberi: nec ad meā fieri commēdationem, sed ad cōmonitionē potiùs, ad fructū autē aliorū, & ad fouendā bonā de me opinionem.* Sic videlicet in hoc sancto viro vincebat sublimitatē nominis, humilitas cordis. Nec tantum poterat vniuersus mundus eum erigere, quantum se ipse deiicere solus. Pulchra scilicet ratiocinatione, & magno studio inuēta, sanctitatis de se opinionem à mente sua remouit: nec minùs laborauit ne sanctulus videretur, quum esset sanctissimus; quā alij laborāt vt sanctissimi, & doctissimi, & fortissimi, & prudētissimi videātur, quū nihil min<sup>9</sup> sint quā sancti, docti, fortes, prudentes. Idem studiū in aliis sanctis fuit. S. Gregori<sup>9</sup> Turonēsis Episcopus (quū multa per eum Deum miracula facere videret) reliquias semper

Sanctorum

Exemplum.

Act. 24.

Act. 3.

Dan. 2.

Gen. 41.

In vita eius lib.  
3. cap. 6.In vita eius lib.  
apud Surium  
tom. 6.

Sanctorum collo circūferebat, eo fine, vt quories diuina virtus aliquid per eū gessisset, non suis meritis, sed virtuti reliquiarū, quas circūferebat, tribueretur. Sed in hoc genere excelluit sanctus Eligius, Nouiomensis Episcopus, vir nobilitate, eruditione, pietate celeberrimus. *Lib. 1. cap. 29. vita apud Sur. tom. 6.* Medicus quidā cæcus à sancto Eligio, adhuc laico nobili, sed, vulgi opinione, viro sancto, eleemosynā accepturus, manū subtraxit, orās vt oculis potius eius crucis signum imprimat, visumq; illi præbeat. Cui ille dissimulās, ac subridēs: Tu, inquit, amice necdū nosti te signare? Docebo te. Moxq; signū crucis imprimens, illius oculos aperuit: totumq; hominis fidei tribuendū asseruit. Idem quum pauperē aridam manum habentē, & eleemosynam petentem, arrepta arida manu, similiter sanasset; vt miraculum à se factū occultaret. Ego, inquit, putauit deo illum fingere, vt à me facilius eleemosynam possit petere. Idem vir sanctus quum quendam, in publica via transiens, suspensum cerneret, eūq; vt sepulturæ corpus daret, per suos deposuisset, aliis fossam parātibus, cœpit, tacitè orās, illud ab imis vsque ad summa palpare. Vbi autem sensit adesse animā, mira arte à se virtutem facti repellens, O quàm grāde, inquit, scelus, nisi Dominus adiuuisset, perpetrare poteramus, si corpus hoc humo texissemus, quum anima eius in ipso sit! Hæc dicens, mirātibus famulis, iussit eū vestimentis indui, & quiescere paululū: quo surgente, & ita recreato, quali nullā passus esset molestiā, discessit vir sanctus cū suis, ac si nullum virtutis signum fecisset. Rara sunt hæc, sed pulcherrima veræ humilitatis exempla, quando sic vana gloria fugitur, vt ne quidem in veris virtutibus, verāque laude dignis, vllō modo admittatur. Vnum igitur adhuc aliud subiiciā. S. Anno, Archiepiscopus Coloniensis, accedentem ad se cæcum quendam, *In vita eius apud Sur. to. 6. lib. 2. cap. 3.* qui in visione accepisse se dixerat fore vt visum reciperet, si aqua, qua manus suas ad altare lauisset, suos oculos ablueret; ideoq; ab eo iam ad sacrū faciendum se præparante, hanc gratiā petiisset; Episcopus multū commotus, eū acerbis verbis reiecit, fallacem & impostorem vocans. Cæcus nihilominus in fide persistens, obtinuit clanculū à clerico, qui celebranti Episcopo ministrauerat, aquam prædictam: moxq; oculos ea ablucens, visum recepit. Quum autem finito sacro ad Episcopi pedes se prouoluens, accepti beneficii gratias agere vellet, Episcopus, re intellecta: eū vehementer iterum obiurgauit, quòd ita Deum tentare ausus fuisset: clerico verò leuiter alapam dedit, quòd huiusmodi facto vanam

nam de se apud populum opinionem concitare vellet. Vtrique autem sub graui anathemate iniunxit, vt se viuo nemini hoc propalaret, sed soli Deo acceptum referret, ei que soli gratias ageret. Rursum quum alia quædam fœmina ei à sacro procedenti, supplex aduolueretur, similem vt suprâ visionem se accepisse referens, & similem gratiam postulans; ille, vt semper virtutem celaret, & iactantiam fugeret, se cômotum simulans, vt custodiæ traderetur mox imperauit, suspicionē astantibus relinquens, vt durè acciperetur. Post prandium autem, ea ad se vocata, coram duobus clericis & vno cubiculario puero, nō oculos, sed pedes eius poplite flexo lauit, & cibo illi apposito, ac degustare iussa, vix edulio palatum imbuerat, quū perfectè visum recipit. Mox ei elemosynam bonam in manum dat, vehementer obtestatus ne ingratiā sibi de seipso opinionē circumferret. Sed & parum ei fidens, ( vt est fœminarum natura loquax ) abeuntē ad propria, donec villa egrederetur, ab vno clerico comite deducēdam curauit. Simile fuit D. Nicolai factū, qui ad pauperis filias matrimonio locandas, argentum clanculum per fenestram iniecit: & tertio hoc faciens, conspectus, fuga se celerimē recepit, ne agnosceretur. Hæc videlicet Sanctorum virorum ingens cura & sollicitudo maxima fuit, vt non leuiter & oscitanter, sed acriter & constanter laudis & excellentiæ opinionem, seu veram, seu falsam, à se longissimè repellerēt, sicut hic Ioannes Baptista fecit. Est tamen hic cōmunis omnium mortalium, adeoque (proh pudor) fidelium Christianorum morbus, vt nō solum videri nolint quod sunt, sola apud Deum gloria contenti, sed etiam (quod multo & turpius & flagitiosius est) videri etiam velint esse quod non sunt. Quem morbū humanum pulchrè Socrates expressit. Si quis (inquit) in theatro iuberet coriarios omnes surgere, illi soli surgerent; similiter si fabros ferrarios, textores, aut alios generatim: si verò prudentes aut iustos iubeat surgere, hīc omnes ilicō confurgent, quia omnes tales videri volunt. Thales Milesius iam senex, admirandam quandam rationem de celo commentus, eandem Mandritæ Philosopho Sirenensi communicauit: qui quum hoc nomine magnas gratias ageret, rogaretque quā mercedem pro tanto documento vellet, Satis (inquit Thales) mihi fuerit o Mandrita, si id quod à me didicisti, quum proferre volueris, tibi non ascripseris, sed me eius repertorē prædicaueris. Quanto magis hoc summo iure Deus à nobis flagitat, vt omnem virtutem, scientiā, prudentiam,

*Ibid. cap. 4.*

*Stobæus serm. 21.*

*Ludouic Grænar. tom. 1. de temp. pag. 339.*



riam, fortitudinem, si quam habemus, non nobis, sed illi acceptam referamus, quoties ea utimur? Quanto magis summa ratio docet, & theologos ac Christianos decet, ut omnes ingenuè agnoscant per quas profecerint: Pulchrè Sapiens magistri & discipuli officium vno quasi verbo docuit: *Hæc est sapientia quam sine simulatione didici, & sine invidia comunicavi.* Sap. 7. Certè hypocrita qui id videri vult quod non est, aut ex se esse quod non nisi ex Deo est, vel per se inuenisse, quod ab aliis accepit & didicit, similis est miluo, qui altè quidem ascendit & volitat, sed semper humum spectat, ut prædā rapiat; ille quidem carnem mortuam, iste verò laudem inanem. Plura de hac materia in aliis Euangelis dabitur dicendi locus.

### 3. Ego vox clamantis in deserto.

**L**ocus moralis de vero officio prædicatorum verbi, saluti auditorum necessario. Omnis enim prædicator qui ad Christum seu fide credendum (quod fecit Ioannes) seu operibus imitandum, homines vel incredulos vel peccatores adducit, est verè vox clamantis in deserto; est vox clamantis, adhortantis, comminantis, obiurgantis, non molliter palpantis, loquentis placentia, & auribus hominum subferuientis. Clamare necesse est ad eos qui vel procul absunt, vel difficulter audiunt. Tales sunt omnes peccatores. Peccatum elongat nos à Deo. *Peccata vestra diuiserunt inter me & vos.* Deus ante peccatū dixit & facta sunt, & loquebatur Adæ molliter ac familiariter. *Benedixit illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini.* Rursum, *dixit Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam, &c.* Iterum præcepit ei, dicens: *Ex omni ligno Paradisi comedes, &c.* At post peccatum commissum ita clamauit Deus, *ut audiret Adæ vocē Dei de ambulantis in Paradiso.* moxque: *Vocauit Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?* Deus autē clamat post nos: per eos quos mittit ad prædicandū: & per tribulationes quas nobis immittit, ut à somno peccati excitemur. Nos per peccata nostra quodammodo persequimur Deum, *iterum crucifigentes nobismetipsis Filium Dei, & sanguinem Testamēti pollutū ducentes;* sicut Saul impius persecutus est Dauid iustū. Sed persequendo Deū, in speluncis peccatorum absconditur, quasi à Deo nō videremur: quia illum ipsi non videmus, & altum dormimus, securi de vindicta & iustitia Dei. At ille primū sicut Dauid occupato in spelunca Sauli *oram chlamidis præscidit,* sic aliquid nobis ex bonis temporalibus aufert; quasi que expostulat nobiscum de iniusta persecutione, sicut Dauid

Prædicatoris officium.

Simile.

Gen. 1.  
Gen. 2.

Gen. 3.

Allegoria.

1. Reg. 24.

David exoptulauit cum Saule, dicens: *Quare audis verba hominum loquētium, David quat malū aduersum te? Quare audis verba hominum, aut etiam dæmonum, tentantium te ad malum, & dicentium: Deus quat malum aduersum te, vel quia mādāta eius nimis grauiā & ardua sunt: vel quia sua gratia non te adiuuat: vel quia seuerus Iudex est, nec peccanti ignoscet, vt idcirco vel ad benefaciendum animum despondeas, vel ad te reconciliādum desperes: Ecce iam vides quōd te occidere potuissē, qui tamen leui detrimēto te affeci. Sed verum est prouēbiū: *Ab impiis egredietur impietas.* Sui quisque peccati author est. Atque hīc interdum remorder consciētia, & ploramus in corde, & statuimus iterum nō peccare: sicut hīc Saul gratias agit Dauidi, quasi eū ampliū nō persecuturus. Sed rursū promissionis oblitī, ad iniurias redimus, & nouis flagitiis Deū irritamus, qui iterū in somno peccati dormiētibus nobis, *hastam aufert*, robur ac fortitudinē, morbos immitēs; aut etiā *vas aquæ aufert*, id est, vxorem, fratrē, aut amicum coniunctissimū, vt Sauli dormiēti in castris, vtramque abstulit Dauid, quā occidere eum facillimē potuisset. Sic Deus clamat post nos, vt à somno peccati excitet, interim *sua benignitate & longanimitate ad pœnitentiā nos adducēs.* Atqui Deo tacente & dissimulāte, nec aliquid nobis auferente, sed vt omnibus rebus assuamus permittente, saltem Prædicator omnis vox clamātis esse debet. Prædicatores verbi in Evangelio piscatores vocātur. Piscator verò quū vnū aliquem piscem capere vult, arūdine vitur & magno silētio. Qui priuātim aliquem admonet aut corripit, patienter & manuetē id agere debet. Sed quum multos simul pisces capere piscator vult, reti vitur, ac sagena missa in mare: & tunc strepunt ex proposito piscatores, aquas verberant, ac pisces deterrent, vt vndiq; excitati cōfluāt. Sic prædicator pro concione minis ac reprehensionibus strepere debet: quæ cum cōmunes omnibus sint, nemo cōqueri potest. Rursū clamare debet cōcionator contra peccatores, quia difficulter audiunt. Qui foris pulsatur, intus nō auditur, quū omnia domi strepitu & clamore sunt plena. Deus foris pulsans, aut prædicator sonās, nō auditur, nisi fortiter clamādo, quā diu in corde auditoris vel variæ cupiditates obstrepūt, vel peccata ipsa clamāt vindictā à Deo. Hīc ergo clamādū necessariò, vt ad aures cordis perueniat vox prædicatoris. Sic Ioānes clamauit fortiter: *Agite pœnitentiā. Iam ad radicem arboris posita securis est. Appropinquat regnū cœlorū.* Similia. Ideo etiam dicitur *vox clamantis,* seu*

1. Reg. 26.

Rom. 2.

Philip. Diez  
Conc. 7. de diuina  
Thoma.  
Simile.

Stella de contē-  
ptu mundi par.  
2. cap. 21.  
Similia.

Math. 3.

ſeu vehementer clamans ( vt vas electionis , vas ſingulariter electum ; virga æquitatis , virga æquiſſima , terra promiſſionis , terra excellenter promiſſa ) *in deſerto*. Eſt enim anima omnis peccatoris , quaſi quoddam deſertū , in quo omnia ſunt ſterilia & arida , nec niſi vel vepres ibi creſcūt , vel ſerpentes graſſantur. Rurſum *in deſerto* , quia hominibus à Deo deſertis , & poſt voluptatum deuia & errores aberrantibus , prædicator loquens , eos ad Deum reuocare clamando debet.

Rurſum Ioannes erat vox clamans , quia non ſolū vocē habebat bene clamantem , bene ſonantem ( vt plerique concionatores ) ſed etiam vox erat. Quicquid enim in Ioanne erat , victus , veſtitus , habitatio , tota vita vox erat , clamabat pœnitentiam , mortificationem , ſanctitatem. Alij concionatores , quorum vita verbis non reſpondet , vocem quidem habent , eamq̃ue inanem , *vt as ſonās , vel cymbalum tinniens* , ſed non ſunt vox. Sunt ſimiles aurificibus crucem efformantibus , ſed eam non contemplantibus : ſicut vaſa ad continendum ſalem , quum ipſa ſint omni ſale deſtituta : ſicut puteus cuius aqua abluuntur immunda vaſa , quum ipſe ſit luto & ſpurcicia repletus : denique ſicut campana , quæ omnes ad templum vocat , ſed ipſa non ingreditur. Sicut quædam peccata clamāt in cœlum , ſic quædam virtutes clamant in terra. *Sanguis Abel adhuc loquitur*. Vita Ioannis talis vox erat , vt de tota ludæa exirent in deſertum ad eum videndum. *Quid exiſtis in deſertum videre?* non ſolū ad eum audiendum. Imò prius clamauit vita quàm prædicatio ; ſicut *Ieſus prius cœpit facere , quàm docere*. Hunc ordinem concionator ſeruare debet ; vt prius ſit vox , poſtea vocem exerat.

*Hector Pintus  
in Eſa. c. 40.*

*1. Cor. 13.  
Similia.*

*Hebr. 12.*

*Matth. 11.*

*Act. 1.*

#### 4. *Dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias Propheta.*

Locvs moralis de neceſſaria preparatione ex parte noſtra ad Chriſti gratiã & redẽptionis beneficiū recipiẽdū. Hoc enim clamauit illa vox in deſerto , hoc clamāt oēs verbi Dei præcones ad ſuorū temporum peccatores : *Dirigite viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri*. Hoc enim apud Eſaiã ſequitur , ad quem locū Ioannes hinc remittit ; & quæ Eſaiæ verba ceteri Euangeliftæ , Matthæus , Marcus , & Lucas expreſſè addiderunt. Dirigere hanc viam Domini , preparare ſe ad Chriſti gratiam ( quod quando cum Scriptura dicimus , ſemper præueniens & cooperans Dei ſpeciale auxilium , cum Scriptura intelligimus ) eſt diſponere ſe ad iuſtitiã per pœnitentiam : quam vt Ioannes Baptiſta ſpecialiter prædi-

*Eſaia 40.*

*Matth. 3.*

*Marcc 1.*

*Luca 3.*

prædi

Act. 2.  
Ephes. 4.

In Ioan. lib. 1.  
cap. 24.

Serm. 65.  
2. Cor. 6.

Esaia 40.  
Eccli. 21.

Similia.  
Chrysost. hom. 3.  
opus imperf.  
in Matth.  
Stella in Luc.  
cap. 8.

Esaia 55.

Sap. 5.

Proverb. 4.

prædicauit Iudæis, ita postea Petrus, omnésque à Christo dati Doctores & Pastores, prædicare debent. Sicut Iudæos oportebat dimittere antiquam & carnalem cōuersationem, & (vt ait Cyrillus) *Sicut hætenus viâ Moysi ambularunt, ita nunc viam Christi suscipere*: sic oportet vel adhuc incredulos vel post fidem peccatores, vt Deo per Christum reconcilientur, vetustatē deponere, & in nouitate vitæ ambulare. *Si quid* (inquit Ambrosius) *in via mentis (quam Deus inambulat, & in qua habitat) vel moribus asperum, vel crudelitate durum, vel cōuersatione pollutum fuerit, iubemur id mundare, componere, coaquare*. Amouendi sunt igitur peccatorum scopuli, voluntas & affectus peccandi penitus deponenda, vt via paretur Domino. Hoc Esaïas his verbis expressit, statim subiungens loco citato: *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Via impiorū est complanata lapidibus*. Omnia illi sunt lapides offensionis, etiā ipsæ virtutes. Via peccatorum multas habet sordes voluptatū, colles vanitatū, mōtes superbix & fastus, scopulos & saxa inuidiæ, iracundiæ, malevolentix. Hæc omnia & singula prorsus remouenda sunt, vt via cordis à sordibus mūdetur, vanitate sublata solidetur, superbia deposita humilietur, saxis eiectis cōplanetur, vt sic eam Christus inhabitet. Rex urbem ingrediens, habet præcursores & prouisores, qui viarū sordes amoueāt, difficultates tollant. Sed & ante medici aduentum docetur ægrotus, vt agnoscens morbū suum, medicū venientē reuerenter accipiat, se seq; illi per omnia morigerū & obedientē præbeat. Christus Rex noster & medicus animarū nostrarū est. Sicut ante Ioseph ibat præco, clamans nomine Regis, vt omnes ei genua flectent; sic ante Christi quidem personam ibat vox clamantis Ioannes Baptista: sed & semper ante eius gratiā & redemptionis beneficium clamat Ecclesia (ordinate loquēdo) vt qui peccatores recōciliari volunt, genua Christo flectant. eius sacramenta accipiant, mādata seruent, fidem teneant. Hæc est via Domini quam dirigere seu parare debemus. Clamat per Esaïam Deus: *Non sunt cogitationes mea cogitationes vestra: nec via vestra via mea, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltata sunt via mea à vijs vestris*. Viæ nostræ sunt peccata nostra, in quibus ambulamus, imò currimus. De hac via dicunt damnati: *Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis: & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus*. De qua etiam Salomon: *Via impiorum tenebrosa*

*tenebrosa, nesciunt ubi corruant.* At verò via Domini est via mandatorum eius, quam omnes iusti ambulāt, *euntes de virtute in virtutem.* Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. Sed hæc via paranda est, id est, ad hanc viam perueniendum est, per præcedentem pœnitentiam, per peccatorum odium & detestationem, per cordis contritionem, per confessionem & satisfactionem. Hoc enim totum docuit Ioannes, quum hanc viam Domini pararet: *Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum.* Rursum, venientes ad Ioannem, *baptizabantur ab eo, confitentes peccata sua.* Deinde clamauit: *Facite fructus dignos pœnitentia,* id est, *tanto maiora quarit honorum operum lucra per pœnitentiam, quanto grauiora vobis intulistis dâna per culpâ,* ait Gregorius.

5. *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?*

**L**ocus moralis de leuitate & inconstantia fauoris & estimationis humanæ. Prius enim adulâdo vel blandiêdo nihil proficientes, nunc obiurgâdo & reprehendêdo molesti sunt. Vbi pellis vulpina non profecit, induitur leonina. Sic Herodes primùm palpauit. *Vt ego (inquit) veniens adorâ eum.* Postea iratus quòd hac via res non successit, *occidit omnes pueros in Bethlehem à bimatu, & infra.* Sic Absalom, quum per literas à Ioab nihil impetraret, vt eum patri reconciliaret, segetem eius succendit. Sic Lystrenses in Actis Apostolicis, quum primò Paulo *tanquã Mercurio sacrificare vellent,* paulo pòst iisdem persuasi à quibusdam superuenientibus ex Antiochia Iudæis, *lapidantes Paulum, traxerunt extra ciuitatem, existimantes eum mortuum esse.* Hæc est hominum maleuolorum, & seipsos tantùm querentium, leuitas animi & inconstantia. Mundus nempe in omni sua actione & distributione bonorum, in iudicio suo & estimatione, appêdit sine trutina, numerat absque calculo, metitur absque regula & mensura. Trutina, calculus, & regula illi est, sui ipsius & suorum amor cæcus. Hanc ob causam quouis momento huc illucque impellitur. Argentum viuum, vtcunque auro commisceatur, vbi primùm ignem attigerit, ab auro separatur. Sic amicitia, blandimêta, estimatio mundana, vbi primùm offenditur, vel aduersi aliquid patitur, faciem auertit. Huius rei egregiâ hypotyposim scripsit Damascenus. Homo quidam tres amicos habuit, ex quibus duos ingenti affectu colebat, tertio exiguâ beneuolentiâ præstabat. Idê in discrimen

Marth. 3.  
Luca 3.  
Hom. 20. in  
Euang.

Mundi fauoris  
inconstantia.

Theophyl. in  
com. in hanc  
locum.

Exempla.  
Marth. 2.  
Reg. 3. 14.

Act. 14.

Hector Pintus  
dialog. par. 2.  
dial. 3. cap. 18.

Simile.  
Stella de con-  
temptu mundi  
par. 2. cap. 3.

In historia de  
Barlaam &  
Iosaphat c. 13.  
Parabola.

capitis & fortunarum vocatus, primum adit vt eum iuuare velit: qui aliqua tantum illi vestimenta porrigit, quibus in via ad iudicium vtatur, aliud adiumenti nihil. Secundum accedens, ab eo hoc vnum solatium accepit, vt aliquouſq; in via ad tribunal eum deduceret. Tertium igitur amicum, neceſſitate adactus, etſi non abſque rubore quum adiiſſet, opemq; eius ſagitaſſet, ille ſoluſ præter expectationem omnem, illi ſuam operam pollicituſ, ipſum iudicem pro amico adiri, cauſamq; eius diligenter agit. Ex his tribus amicis, primuſ eſt diuitiarum amor, ex quibus morientes, & ad Dei tribunal vocandi, nihil niſi duos fortè panniculos, quibus corpus obuoluitur, reportamus. Secundus amicus eſt vxor, liberi, cognati, amici carnales: qui ad ſepulchrum vſque duntaxat cadauer cōducunt, & funuſ honeſtant, poſtea omnem memoriam deponunt. Tertiuſ amicus, cuiuſ paruam in hac vita rationem habemus, ſed maximè poſt hãc vitã nos apud Deum iuuat atque cōmendat, virtuſ eſt, & bonorū operū chorus. Illa ergo eſt amicitia mundana & carnaliſ cōſtantia & certitudo Phariſaï & Scribæ, qui Ioannem ſummo honore afficere voluerant, citò ad eum reprehendendum conuertuntur, minima vel nulla potiùſ data occasione. *Promptiſſimo animo* (ait Chryſoſtomuſ) *ad Ioannem Phariſaï primò venerunt, licet poſtmodum mutati ſunt. Qua ambo Chriſtuſ hiſ verbis ſignificauit: Ille erat lucerna ardens & lucens, & vos voluiſtiſ ad horam exultare in eiſ luce.* Reuera mundi fauor, exiſtimatio, honor, blanditiã exultant ad horam tantum, & breue momentum, nihilq; eiſ mutabiliſ. Nam & ideo Principes Iudæorum, qui hãc honorifica legatione ſummã ſe de Ioanne opinionem habere oſtendebant, adeò vt ſuo ſoliuſ de ſe ipſo teſtimonio credere, parati eſſent; dicebãt enim: *Quid dicis de te ipſo?* (quòd maximè apud eoſ authoritatis Ioãnem fuiſſe, oſtendit Chryſoſtomuſ) poſtea tamen eum penituſ contempſerunt, & vt hominè dæmoniacum deſpexerunt iuxta illud Chriſti: *Venit Ioãneſ neque manducans neque bibens, & dicituſ, dæmoniuſ habet.* Negligẽduſ ergo fauor humanuſ, vel certè non magnum in eo momẽtum ponenduſ; ſic tamen vt noſtra vel ignauia vel culpa nemo offendatur, nulliuſ boni viri fauor, & exiſtimatio bona depereat. Alioqui ſi te rectè agente, ille haberi non poeſt, ſicut qui in ſtadio corruunt, parui faciunt aſtantiuſ ſpectatoruſ iudiciuſ, modò ſoluſ agonothea eoſ laudet, & branium illiſ conſignet; ſic cogitaſ fatiſ tibi eſſe, quòd placent Deo operatuſ. Altera in templo veteri

Hom. 15. in  
Ioan.  
Ioan. 9.

Ioan. 7.  
Loco tam citato.

Matth. 27.

Simile.  
Eccleſ. 9.  
Allegoria.  
Exod. 20.

veteri idcirco ex lapidibus impolitis factum fuit, Deo sic iubente, vt intelligeremus bona opera non sic studiosè ornada & polienda deforis, vt hominibus appareant & placeant; sed sufficere vt sua soliditate Deo probentur. Si merces operum bonorum, & gloria vitæ alterius, ab hominum existimatione penderet, & in die retributionis, hominū testimonia & suffragia peterentur; esset sanè hominum fauor, & existimatio in primis quærenda, & hoc maxime agendum, vt in hac vita omnes te pro Sancto haberent. Nunc autem, quia hæc ibi locum non habent, ea minus curare oportet.

### 6. Medius vestrum stetit, quem vos nescitis.

**L**ocus moralis cōtra ambitionem, siue de humili ac mediocri statu æquanimiter ferendo, & de non aspirando intēpestiuè ad altiora. Docet enim Ioānes (vt notauit Chrysostomus) *Christum commixtum fuisse populo, vt vnum multorum, vt se per omnia humilem ostenderet.* Nemini certè longum videri debet, si diu exaltationem expectat, postquam Christus tum ante manifestationē suam totis triginta annis vt fabri filius obscurissimè egit; tum facta iam manifestatio-  
Hom. 15. in Ioān.  
 ne, in communi conuersatione sic vixit *manducans ac bibens*, id est, vitam communem agens, vt Pharisei dicerent: *Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorū & peccatorū amicus.*  
Matth. 11.  
 Sic medius Iudæorum stetit, sic in turba hominum vixit: sic vt vnus de populo in victu & vestitu apparuit. Ioseph seruit in Ægypto, in carcere obscurus agit, & postea exaltatur. Daniel in vulgo captiuorum satis diu nutritur, antequam vt diuinus vates agnosceretur. Dauid inter fratres minimus oues pascit, & domi manet, cæteris ad militiam proficiscentibus; adeoque vnctus in Regem, in siluis & speluncis latitat, quæque ex raptu victitat, antequā regni gubernacula acciperet. Moyses oues soceri sui pascit in deserto ad multā ætatem, indeque, vt Dux esset populi, à Deo vocatur. Ambitionis æstum, & impetum feruentē hæc exempla vtcumque comprimere deberent. *Ambitiosus* (ait pulchrè Seneca) *instar turbinis est, qui rapta conuoluit, sed ipse antea voluitur: & ob hoc maiore impetu incurrit, quia nullum illi sui regimen est, nullo satis honore cōtensus est.* Vnde alibi: *Nemo eorū qui in Repub. versantur, quos vincat, sed à quibus vincatur, afficit: & illis nō tam iucundū est multos post se videre, quā graue aliquē ante se.* Vtinam idem in Ecclesia, quod tunc in Repub. hodie locū non haberet. Ad honores, ad dignitates festinatur, quocunq;  
Exemplū. Ioseph. Daniel. Dauid. Moyses. Epist. 95. Epist. 74.  
 E 1 periculo

periculo, quocunque detrimento; & intemperantia illa penè incredibilis Agrippinæ, matris Neronis, in multis renouatur. Quum enim illi à Genethliacis prædictum esset imperaturū quidem filium, sed matrem in imperio occisurum: *Occidat*, inquit illa, *modo imperet*, utrumque autem contigit. Caueant raulti ne sic apud se statuant: *Peream*, modò vel in Ecclesia, vel in Republ. honoratus viuam. Magna stultitia, magna temeritas, maxima impietas hic affectus est. Stultitia ei' planè puerilis est. Sicut enim pueri equos baculinos & pupas magis amāt quàm veros equos, & veras imaginès rerū: sic ambitiosi vmbraicos & fallos honores veris ex virtute honorib' anteponūt. Neq; enim verè magnus est qui ex solo honore aut dignitate quàm obtinet, magnus est, quod sic docet Seneca: *Nemo istorum, quos diuitia & honores in alto fastigio ponūt, magnus est; sed ideo magnus videtur, quia illum cum basi sua metiris. Pumilio magnus non est, licet in mōte cōstitit. Colossus magnitudinem suam seruabit, etiam si steterit in puteo. Sic nobis imponitur, quod neminē estimamus eo quod est, sed adiicimus illi ea quibus ornatus est.* Hæc ille. Quare quod Archidamus Lacedæmon superbiēci Philippi Macedonum Regi, propter victoriā adeptam, & per literas insultanti, respondit; *Si metiaris vmbra tuam, haud quaquam reperies illam maiore factā quā erat ante victoriam*: idem profus responderet licet illis omnibus, qui ad aliquem euecti honorē, hoc se propterea cæteris maiores putant. Sanè sicuti ægroti quidā, & maximè mulieres grauidæ terram auidissimè comedunt, eoq; cibo delectantur: sic ex magna iudicij corruptione procedit, vt quispiā famulorum comitatu, & domesticorum parietū ornatu, cæterisque similibus adedò oblectetur, vt propter hæc paranda atque tuenda diuina & humana iura violare non dubitet.

Sed & magna temeritas ambitionis affectus est, quum nō aduertāt ambitiosi, cum qui per tectorum culmina ambulare vult, forti admodum & firmo cerebro esse debere, alioqui certo se præcipitij & promptæ necis periculo obijcere. Sic enim qui honorum fastigia conscēdunt, nisi valde cordati & firmi in amore Dei persistant, certo se æterni barathri præcipitio per superbiam exponunt. Sed nec hoc aduertunt, quod maiores pisces, piscatorum retia ingressi, capiuntur; minores autem per foramina sæpè elabūtur. Vnde & Sapiens: *Gravissimum iudicium fiet his qui præsumunt.* Sic Nabuchodonosor iudicia Dei in Israële exercens, magnates omnes captiuos secum in Babylonem abduxit, populum autem in terra patria reliquit.

Suetonius in  
Nerone.

Ambitionis  
stultitia.

De contempt.  
mundi par. 1.  
cap. 26.

Similia.

Epist. 77.

Apophtha-  
gma.

Plutarch. in  
Læconico.

Ambitionis  
temeritas.

De contemp.  
mundi, par. 1.  
cap. 27.

Simile.

Ibid. cap. 12.

Sap. 6.

Exempl.

4. Reg. 24.



reliquit. Denique non aduertunt quòd *ambitio est quadam simia charitatis. Charitas enim patiens est pro aternis, ambitio patitur oia pro caducis. Charitas benigna est pauperibus, ambitio diuitibus. Charitas oia sustinet pro veritate, ambitio pro vanitate, utraq; oia credit, omnia sperat, sed longè dissimili modo.* In hæc se videlicet discrimina temere cõijciunt, qui nolunt cū Christo stare, vt mediij inter homines, sed ambiunt cõscẽdere excelsum supra homines. Postremò maxima impietas hic animi morbus est, de quo sic D. Bernardus: *Quoties hominibus præesse desidero, toties Deum meum præire contendo, & tunc verè non sapio quæ Dei sunt.* Et alio in loco: *Radix iniquitatis ambitio, subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, criminis fomes, virtutum erugo, tinea sanctitatis, excacatrix cordium, ex remedijs morbos creans, generans ex medicina languorem.* Christus Dominus ex suorum animis hæc pestem penitus volens eximere, dixit suis, *Qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator.* Nam quod ad honoris & prælationis desiderium ac studium attinet, paganum & gentile esse docuit; suisque, id est, Christianis, indignum. *Reges, inquit, gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur, vos autem non sic.* Omnè igitur aufert prælationis affectum. Quod & vetus Scriptura nos docuit: *Cõfide in Deo, & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis Dei subitò honestare pauperem.* Plura in alijs Dñicis.

### 7. Quem vos nescitis.

**L**ocus moralis de fidei virtute, & interiori oculo. Christus inter Iudæos nascitur, conuersatur, docet, operatur, & tamen eum nesciunt. Cur ita: *Quia oculo tantum carnali illum videbant, vel, quod deterius erat, inuidiæ ac maleuolentiæ. de qua Christus dixit: Si ad eos non venissem, &c. peccatum non haberem. Nunc autem & viderunt & oderunt me, & Patrem meum.* Hanc illis incredulitatẽ & maleuolentiã tacitè Ioannes exprobrat: *Quem vos nescitis, id est, scire & agnoscere non vultis; quia videlicet nec dei lumẽ, nec amoris scintilla vlla in vobis est. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eã, non cõprehenderunt.* Et rursus, *Hoc est iudicium mundi, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.* Hinc iudicabitur & cõdemnabitur, non Iudæus tantum, sed & mundus totus incredulus, & impius: quia Christo veniente & medio omnium stante, eum tamẽ nescierunt, diligẽdo magis veteres peccatorum & ignorantia tenebras, quàm nouam veritatis &

Quomodo  
Christus hodie  
nescitur.

1.  
Matth. 11.

2.  
Luc. 10.

3.  
1. Cor. 14.

Prouerb. 9.

4.  
Psal. 101.

5.  
Matth. 25.

6.  
Matth. 22.

7.  
Matth. 23.

8.  
Homil. 38. ex  
hom. 38.

puritatis Euangelicæ lucem. Quod autem de Christi persona, respectu Iudæorum, Ioannes dicit; hoc de Christi corpore, quod est Ecclesia, respectu omnium mortalium, intelligendū est. Stat Christus medius nostrū omnium, & eum nescimus. Sol lucet per fenestras nostras, nobis etiam dormientibus. Christi gratia omnibus patet, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Et quam multi manent in peccatis, quasi vel nullus esset Christus, vel nulla amplius auxiliatrix eius gratia! Christi doctrina per omnes ecclesias sonat. Dicit enim sui verbi prædicatoribus: *Qui vos audit, me audit.* Et tamen quàm multi nesciunt illam, & ex veri ignoratione pereunt. *Qui enim ignorat, ignorabitur.* Christi sacramenta omnibus exposita sunt, de quibus Scriptura dicit: *Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas (verbi præcones) vt vocarent ad arcem: & ad moenia ciuitatis (quæ est Ecclesia): Si quis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.* Et tamen quàm multi hodie, vel hæretici hunc panem nesciunt, & negant impiè; vel mali Catholici fastidiunt, & obliuiscuntur comedere panem suum! Christus quotidie in suis paruulis seu minimis potius videtur, de quibus dixit: *Quod vni ex his fratribus meis minimis fecistis, mihi fecistis:* & tamen nescitur, Opera charitatis & misericordiæ, Christo presenti, in suis fratribus negantur. Christus maximè in piis omnibus, iustis ac timentibus Deum, cernitur, de quibus dixit: *Qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est, hic mater mea, & frater meus, & soror est:* & tamen ita prorsus nescitur, vt etiam cõtemnatur à multis, ac penitus despectui habeatur. Christus denique in suæ potestatis vicariis, in Ecclesiarum magistris, Episcopis, Pastoribus, Doctoribus, & videtur, & loquitur, & tractat quotidie nobiscum, de quibus dixit: *Qui vos recipit, me recipit: & qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet:* & tamen à quâ paucis vel agnoscitur, vel honoratur, atq; recipitur, vt par erat! Omnibus his modis, & adhuc aliis, *Christus medius nostrum stat, & nescimus eum.* Non credimus non amamus, non colimus eum. Ratio est, quia sicut Iudæi habuerunt, sic & nos habemus oculos tantū carnales & exteriores, nō autē spirituales & interiores. Quod ex hac cõparatione, quâ ponit Augustin⁹, intelligi potest: *Dicturus es mihi, Christum non video. Quomodo sicut ama-*

rurus quem non video? Ergo nihil amas quod non vides? Ecce amas amicū. Quid in illo amas? Fortè amicus iste tuus, vt alia omittā, senex homo est. Quid amas in senē? Incuruum corpus, album caput, rugas in fronte, cōtractā maxillam? Si corpus quod vides, nihil deformius pra senectute. Et tamen aliquid in illo amas. Si quæram à te quare amas, responſurus es mihi, Homo est fidelis. Si fidem amas, quibus oculis videtur fides, ipsis oculis videtur Christus. Hos igitur interiores oculos afferre debemus, vt Christū nobis præsentem videamus. Sicut amicitia, ita & sciētia triplex est, vt Augustinus eodem in loco docet: consuetudinis, qua familiares nouimus & diligimus; rationis, qua virtutis ergo eos amamus quos nunquam vidimus; fidei & charitatis diuina, qua Deū, Christū, & ea quæ Christi sunt, credimus, amamus, reueremur. Hic interior oculus necessarius est, vt Christum in medio nostrū stantem recognoscamus. Christus Ecclesiæ suæ dixit, Ecclesiæ inquam magistris & Prælatiſ, quibus euāgelizandi & baptizandi curā ac potestatem dedit: *Ecce ego vobiscum* (scilicet Euangeliū prædicantibus & baptizantibus) *sum omnibus diebus vsq; ad consummationē seculi.* Et tamen hæretici hodie fide & charitate vacui, nec credentes, nec amantes Ecclesiā, non vident Christū in sua Ecclesia præsentē: non vident Ecclesiā Christi visibilem, Sacramenta administrantem, & verbum Dei prædicantem. Negant externā Ecclesiæ Catholicæ faciem, & eam è mundo ante aliquot secula periisse, impiè affirmant, inuisibili quadā piorum & electorum relicta in orbe Ecclesia, quā nemo nouit, nemo vidit, nec ipsi ostendere possunt, sed fingere non pudet. In horum medio Christus stat, & eum nesciūt. Isti (ait Augustinus) *palpant in meridie, quasi in mediā nocte*, (quod & omnium hæreticorum est) *qui re. n. manifestissimā in luce omnium gentium positā, Ecclesiam Catholicā toto orbe diffusam, videre non possunt.* Isti Iudæis peiores sunt, qui miracula quidem & opera Christi viderunt, sed tot seculorum, & tot gentium consensum non viderunt. Imò tanto grauius quàm Iudæi, peccant in hoc genere hæretici, quanto clariùs & illustriùs (vt docet Augustinus) Scripturæ sacræ Ecclesiam nobis descripserūt & manifestarunt, quàm Christum ipsum, vt alio \* in loco nos ostendimus.

s. *Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere.*

**L**O C V S moralis de humilitatis præstantissima virtute:

**I**OANNES baptista vir tantus & talis, quem totus populus pro Propheta habebat, quem ipse Herodes Rex ab eo repre-

Matth. vlt.

Locus contra hæreticos.

Contra Parmen. lib. 7. cap. 3.

Enar. in Psal. 30 conc. 2.

\* De principis fidei, lib. 2.

Ioan. 7.

Math. 11.

hensus, sciens esse virum iustum & sanctū, metuebat, & ideo contristatur in occisione eius; quē Principes Iudæorum, au-  
Christus ipse esset, ambigebant, & pro Christo agnoscere parati erant, si verbū dixisset; quē Christus Dominus magnificē prædicauit, & de quo dixit, *Inter natos mulierum non est maior Ioanne Baptista*: tantus ætalis tamen non existimat se dignum qui vel minimum obsequium Christo præbeat. Hoc enim inimum planē obsequij genus est, corrigiam calceamenti cuiquā soluere. Quanta ergo eorum hodie vanitas & cæcitas, qui putant se dignos sacerdotio, dignos Episcopatu, dignos Prælatu ecclesiastica, dignos qui Christi Vicarij sint, & personā gerant, & non tam illi seruiant, quàm quibus eius nomine ab alijs seruiatur! Sed tu Christiane &

Humilis ex altatur.

Ecclesiastice attentè hinc considera: Quanto se quisque humilitat magis, tanto exaltatur magis. Ioannes dicens se non esse dignum qui calceamentum Christi soluat, dignus fuit qui capiti eius manum suā imponeret, eum in Iordane baptizās. Et vt dignum eum hoc ministerio fuisse intelligas, Christus,

Exempla.

1.  
Math. 3.

tu venis ad me? Respondit ei, *Sine modo. Sic decet nos adimplere omnem iustitiā*. Iustum quippe fuit, vt tantus Baptista, etiā Christum ipsum baptizaret. Propter hanc insignem humilitatem Ioannes Baptista Luciferi supremi Angelilocum in cælo (qui per superbiam inde decidit) tenere creditur. Petrus

Stella in Luc. cap. 3.

2.

quiriti ex summa humilitate, & sui ipsius deiectione diceret Christo, *Exi à me Domine, quia homo peccator ego sum*, audiuit statim à Christo, *Ex hoc eris homines capiens*, sicq; postea princeps pastorū, petra & fundamentū Ecclesiæ, clauiger regni cælorū. Paulus dixit: *Non sum dignus vocari Apostolus*. Et hodie per agnominationem, quā Paulum dicere volumus, Apostolum dicimus. Centurio dicens Christo, *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum*, audiuit à Christo: *Non inueniam fidem in Israël*. Iacob tot & tantis à Deo beneficijs acceptis, fratri seniori prælatus, duodecim tribuum pater effectus maximis diuitiis locupletatus, humiliter Deo dicit: *Omnibus miserationibus tuis minor sum*. Dauid in regnum totius Israël sublimatus, *Quis*, inquit, *sum ego, aut quæ domus patris mei?* Beatissima Virgo, accepto nuncio incarnandi de ea filij Dei respondit: *Ecce ancilla Domini*. Et post eā: *Respexit Dominus humilitatem ancilla sua*. Elizabetha, Ioannis Baptiste mater, salutante eam B. Virgine, ait: *Vnde hoc mihi, vt veniat ad me mater Domini mei?* Omnes planē

Luca 5.

Math. 16.

3.

2. Cor. 25.

4.

Math. 8.

5.

Genes. 32.

6.

2. Reg. 7.

7.

Luca 1.

Luca 2.

quiriti ex summa humilitate, & sui ipsius deiectione diceret Christo, *Exi à me Domine, quia homo peccator ego sum*, audiuit statim à Christo, *Ex hoc eris homines capiens*, sicq; postea princeps pastorū, petra & fundamentū Ecclesiæ, clauiger regni cælorū. Paulus dixit: *Non sum dignus vocari Apostolus*. Et hodie per agnominationem, quā Paulum dicere volumus, Apostolum dicimus. Centurio dicens Christo, *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum*, audiuit à Christo: *Non inueniam fidem in Israël*. Iacob tot & tantis à Deo beneficijs acceptis, fratri seniori prælatus, duodecim tribuum pater effectus maximis diuitiis locupletatus, humiliter Deo dicit: *Omnibus miserationibus tuis minor sum*. Dauid in regnum totius Israël sublimatus, *Quis*, inquit, *sum ego, aut quæ domus patris mei?* Beatissima Virgo, accepto nuncio incarnandi de ea filij Dei respondit: *Ecce ancilla Domini*. Et post eā: *Respexit Dominus humilitatem ancilla sua*. Elizabetha, Ioannis Baptiste mater, salutante eam B. Virgine, ait: *Vnde hoc mihi, vt veniat ad me mater Domini mei?* Omnes planē

quiriti ex summa humilitate, & sui ipsius deiectione diceret Christo, *Exi à me Domine, quia homo peccator ego sum*, audiuit statim à Christo, *Ex hoc eris homines capiens*, sicq; postea princeps pastorū, petra & fundamentū Ecclesiæ, clauiger regni cælorū. Paulus dixit: *Non sum dignus vocari Apostolus*. Et hodie per agnominationem, quā Paulum dicere volumus, Apostolum dicimus. Centurio dicens Christo, *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum*, audiuit à Christo: *Non inueniam fidem in Israël*. Iacob tot & tantis à Deo beneficijs acceptis, fratri seniori prælatus, duodecim tribuum pater effectus maximis diuitiis locupletatus, humiliter Deo dicit: *Omnibus miserationibus tuis minor sum*. Dauid in regnum totius Israël sublimatus, *Quis*, inquit, *sum ego, aut quæ domus patris mei?* Beatissima Virgo, accepto nuncio incarnandi de ea filij Dei respondit: *Ecce ancilla Domini*. Et post eā: *Respexit Dominus humilitatem ancilla sua*. Elizabetha, Ioannis Baptiste mater, salutante eam B. Virgine, ait: *Vnde hoc mihi, vt veniat ad me mater Domini mei?* Omnes planē

quiriti ex summa humilitate, & sui ipsius deiectione diceret Christo, *Exi à me Domine, quia homo peccator ego sum*, audiuit statim à Christo, *Ex hoc eris homines capiens*, sicq; postea princeps pastorū, petra & fundamentū Ecclesiæ, clauiger regni cælorū. Paulus dixit: *Non sum dignus vocari Apostolus*. Et hodie per agnominationem, quā Paulum dicere volumus, Apostolum dicimus. Centurio dicens Christo, *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum*, audiuit à Christo: *Non inueniam fidem in Israël*. Iacob tot & tantis à Deo beneficijs acceptis, fratri seniori prælatus, duodecim tribuum pater effectus maximis diuitiis locupletatus, humiliter Deo dicit: *Omnibus miserationibus tuis minor sum*. Dauid in regnum totius Israël sublimatus, *Quis*, inquit, *sum ego, aut quæ domus patris mei?* Beatissima Virgo, accepto nuncio incarnandi de ea filij Dei respondit: *Ecce ancilla Domini*. Et post eā: *Respexit Dominus humilitatem ancilla sua*. Elizabetha, Ioannis Baptiste mater, salutante eam B. Virgine, ait: *Vnde hoc mihi, vt veniat ad me mater Domini mei?* Omnes planē

quiriti ex summa humilitate, & sui ipsius deiectione diceret Christo, *Exi à me Domine, quia homo peccator ego sum*, audiuit statim à Christo, *Ex hoc eris homines capiens*, sicq; postea princeps pastorū, petra & fundamentū Ecclesiæ, clauiger regni cælorū. Paulus dixit: *Non sum dignus vocari Apostolus*. Et hodie per agnominationem, quā Paulum dicere volumus, Apostolum dicimus. Centurio dicens Christo, *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum*, audiuit à Christo: *Non inueniam fidem in Israël*. Iacob tot & tantis à Deo beneficijs acceptis, fratri seniori prælatus, duodecim tribuum pater effectus maximis diuitiis locupletatus, humiliter Deo dicit: *Omnibus miserationibus tuis minor sum*. Dauid in regnum totius Israël sublimatus, *Quis*, inquit, *sum ego, aut quæ domus patris mei?* Beatissima Virgo, accepto nuncio incarnandi de ea filij Dei respondit: *Ecce ancilla Domini*. Et post eā: *Respexit Dominus humilitatem ancilla sua*. Elizabetha, Ioannis Baptiste mater, salutante eam B. Virgine, ait: *Vnde hoc mihi, vt veniat ad me mater Domini mei?* Omnes planē

quiriti ex summa humilitate, & sui ipsius deiectione diceret Christo, *Exi à me Domine, quia homo peccator ego sum*, audiuit statim à Christo, *Ex hoc eris homines capiens*, sicq; postea princeps pastorū, petra & fundamentū Ecclesiæ, clauiger regni cælorū. Paulus dixit: *Non sum dignus vocari Apostolus*. Et hodie per agnominationem, quā Paulum dicere volumus, Apostolum dicimus. Centurio dicens Christo, *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum*, audiuit à Christo: *Non inueniam fidem in Israël*. Iacob tot & tantis à Deo beneficijs acceptis, fratri seniori prælatus, duodecim tribuum pater effectus maximis diuitiis locupletatus, humiliter Deo dicit: *Omnibus miserationibus tuis minor sum*. Dauid in regnum totius Israël sublimatus, *Quis*, inquit, *sum ego, aut quæ domus patris mei?* Beatissima Virgo, accepto nuncio incarnandi de ea filij Dei respondit: *Ecce ancilla Domini*. Et post eā: *Respexit Dominus humilitatem ancilla sua*. Elizabetha, Ioannis Baptiste mater, salutante eam B. Virgine, ait: *Vnde hoc mihi, vt veniat ad me mater Domini mei?* Omnes planē

quiriti ex summa humilitate, & sui ipsius deiectione diceret Christo, *Exi à me Domine, quia homo peccator ego sum*, audiuit statim à Christo, *Ex hoc eris homines capiens*, sicq; postea princeps pastorū, petra & fundamentū Ecclesiæ, clauiger regni cælorū. Paulus dixit: *Non sum dignus vocari Apostolus*. Et hodie per agnominationem, quā Paulum dicere volumus, Apostolum dicimus. Centurio dicens Christo, *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum*, audiuit à Christo: *Non inueniam fidem in Israël*. Iacob tot & tantis à Deo beneficijs acceptis, fratri seniori prælatus, duodecim tribuum pater effectus maximis diuitiis locupletatus, humiliter Deo dicit: *Omnibus miserationibus tuis minor sum*. Dauid in regnum totius Israël sublimatus, *Quis*, inquit, *sum ego, aut quæ domus patris mei?* Beatissima Virgo, accepto nuncio incarnandi de ea filij Dei respondit: *Ecce ancilla Domini*. Et post eā: *Respexit Dominus humilitatem ancilla sua*. Elizabetha, Ioannis Baptiste mater, salutante eam B. Virgine, ait: *Vnde hoc mihi, vt veniat ad me mater Domini mei?* Omnes planē

quiriti ex summa humilitate, & sui ipsius deiectione diceret Christo, *Exi à me Domine, quia homo peccator ego sum*, audiuit statim à Christo, *Ex hoc eris homines capiens*, sicq; postea princeps pastorū, petra & fundamentū Ecclesiæ, clauiger regni cælorū. Paulus dixit: *Non sum dignus vocari Apostolus*. Et hodie per agnominationem, quā Paulum dicere volumus, Apostolum dicimus. Centurio dicens Christo, *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum*, audiuit à Christo: *Non inueniam fidem in Israël*. Iacob tot & tantis à Deo beneficijs acceptis, fratri seniori prælatus, duodecim tribuum pater effectus maximis diuitiis locupletatus, humiliter Deo dicit: *Omnibus miserationibus tuis minor sum*. Dauid in regnum totius Israël sublimatus, *Quis*, inquit, *sum ego, aut quæ domus patris mei?* Beatissima Virgo, accepto nuncio incarnandi de ea filij Dei respondit: *Ecce ancilla Domini*. Et post eā: *Respexit Dominus humilitatem ancilla sua*. Elizabetha, Ioannis Baptiste mater, salutante eam B. Virgine, ait: *Vnde hoc mihi, vt veniat ad me mater Domini mei?* Omnes planē

quos

quos Deus exaltauit, humilitate semper excelluerunt, & omni se se exaltatione indignos semper iudicarunt. An verò isti oēs aut stulti fuerunt, aut ignaui, vt vel nescirent quid esset honore dignū; vel sciētes, eū abiecto animo despicerēt? Imò verò solus humilis verè sapiēs est, solus humilis verè magnanimus est. Vtrumq; ostendemus. Ad prius quod attinet, discretè id explicat Chrysofost. *Sicut quanto acutiùs videmus, tanto magis percipimus quā longè à cæli regione distamus: sic etiā quanto altius per spiritualē profectū ad virtutis culmen conscendimus, & mētis oculū per purgāmus magis, tanto amplius docemur quā sit inter Deū & nos grande discrimen; tanto clariùs cernimus, quā adhuc humili & abiecto loco iacemus.* Hoc nēpe est quod Apostolus dixit: *Qui existimat se aliquid scire, non dū nouit quomodo oporteat scire:* id est, nescit quantū sua qualiscunq; sciētia, à perfecta & diuina scientia absit, cuius hęc sua particula est, quasi riuulus à fonte deriuatus, aut quasi ramusculus ab arbore sciētiæ dependens, aut quasi radiolus à luce inaccessiblei porrectus. Hoc enim modo si se scire cognosceret, profectò se aliquid scire non putaret; sed cōsiderata illa Dei scientia, se nihil scire existimaret. Deinde, vt docet pulchrè S. Augustinus, rationes explicans propter quas in vera & solida humilitate quisq; se continere debet, si sapiens quisquā est, ignorare non potest primū, etsi in aliquo excellat, tamen in multis aliis se deficere; deinde, etsi in aliquo excellat, aliū tamen quē ipse nescit, in eo etiā genere eum superare: tertio, alios multa præstare posse, & in multis excellere, in quibus ipse nihil sciat: quarto in aliqua graui tentatione fortè succumbet, iuxta illud: *Qui se existimat stare, videat ne cadat:* quinto, quod quicquid habet, est alien⁹ thesaurus apud eum depositus; iuxta illud: *Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Hęc autem omnia cōsiderare & scire sapientis est: ideòq; solus humilis, qui ista cōsiderans, humilitatē seruat, verè sapiens est. Sapienter solebat dicere S. Franciscus: *Quantum homo est in oculis Dei, tantū est, & non plus.* Stultum proinde iudicans de mundanis extolli honoribus, malebat de se vituperiū audire, quā laudē sciens sapienter, quod hoc ad emendādum induceret, illa ad cadendum impelleret. Et vide quæso quā sapienter humilitatem seruauerit. Rogatus quid de se sentiret, Videor, inquit, mihi maximus peccatorum. Cui cum frater diceret ex aduerso, quod hoc non posset sana conscientia dicere, nec sentire, subiunxit: *Si quantum eunq; sceleratum hominem tanta fuisset Christi misericordia*

Humilis sapiens.  
Chrysofost. hom. 29.  
in Matth.

Simile.

1. Cor. 8.

In lib. de sancta  
virginitate, cap.  
47. & seq.

1. Cor. 10.

1. Cor. 4.

Apophteg-  
ma.

In vita eius per  
S. Bonauent. c. f.

Apophteg-  
ma.

Ibid. cap. 6.

*misericordia persecutus, arbitror sanè quòd multò quàm ego, gratior esset. Nec dissimili sapientia respondit frater Ægidius, vnus ex quatuor primis comitibus S. Francisci, vir quidè illiteratus & idiota, sed diuina sapientia plenus. Rogabat eum frater quidam, quid facerent? Ille respondit se malè facere. Fratre porro dicente, Et quidnã tu malè facis, quũ sis Minorita? Ægidius alteri astanti fratri ait: Vter paratior est, Deus ne ad dandã, an homo ad percipiendã Dei gratiã? Illo asserente, propèsius Deũ largiri suã gratiã, quã nos recipere, Ægidius dixit: Retene igitur nos facimus? Imò verò, inquit ille, male facim⁹. Tum Ægidius ad alterũ: Vides me verũ tibi respondisse, me malefacere, vt qui eius gratiã non semper recipiam, nec in ea, prout par erat, ambulem. Quæ certè sapientissima & verissima consideratio facit, vt qui optimus est, veraciter se putare possit pessimum: quã esse veri humilis definitionem, idem dixit Ægidius. Hæ igitur considerationes perspicuè docent, humilem esse sapientè, & humilitatè cum magna sapientia cõiunctã esse. Quòd autem vir humilis, & humiliter de se ipso sentiens, quum verè magnus sit, sit vir magnanimus, hac ratione docet S. Chrysostò. Ille, inquit, magnanimus est, qui verè humilis est, nullus adulator, nullus contemptor. Alterũ enim magnanimitatis, alterũ stultitiæ argumentũ est. Sit quispiã qui lutum, lutũ esse arbitretur, & tanquã lutũ contènat: alter lutũ tanquã aurum & admiretur, & plurimi faciat. Vter magnanimus est? nunquid qui lutũ nulla admiratione prosequitur? Vter abiectus? nõne qui id admiratur? Eadẽ ratione hoc in loco cõsidera, quòd qui se lutum ac puluerẽ existimat, magni animi est: quod ex humilitate proficiscitur. Qui autem neque terram se, neque cinerem intelligit, sed intumescit, & maximam de se opinionem concipit, nõne hic omnium vilissimus est, quum minima magna sibi esse persuadent? Hæc ille. Nempe magnanimitas est rerum abiectarum contemptus, & excelsarum appetitus. Humilis igitur magnanimus est qui omnem humanam gloriã despicit, ea sola contentus, quã in Dei oculis habet, & vberius post hæc vitã habitur⁹ est. Sic S. Maria Oegniacensis, togata nũ ex laudibus humanis, vel diuinis reuelationibus, vana gloriã vel leuiter se titillari sentiret, ita respondit, Comparatione verè gloriæ, quã ego expecto, nihil prorsus est, vel existimari potest omnis humana gloriã & predicatio. Hac sapientia & magnanimitate præditus S. Ioannes Baptista, non se putauit dignum qui corrigiam calceamenti solueret. De hac præstantissima virtute in alijs Euangelijs plura dicentur.*

In tit. eius apud  
Suriũ tom. 7.

Humilis ma-  
gnanimus.

Homil. 1. in 1. ad  
Corinth.

In vita eius a-  
gud Suriũ, lib.  
2. cap. 2.



**A**NNO quintodecimo imperij Tiberij Caesaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha Luc: 4. 3. autē Galileæ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ & Traconitidis regionis, & Lysania Abilina tetrarcha, sub Principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est verbum Domini super Ioannem Zacharia filium in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Isaia Propheta: Vox clamantis in deserto; Parate viam Domini: rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei.

PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. Anno quintodecimo imperij Tiberij Caesaris. Contra adolescentes & inuenes prædicatores verbi.
2. Factum est verbum Domini super Ioannem Zacharia filium in deserto. De bono solitudinis, Deo specialiter seruientibus necessario.
3. Prædicans baptismum pœnitentiæ remissionem peccatorum. De prædicatione pœnitentiæ necessaria.
4. Rectas facite semitas eius. De viis iustorum rectis, per quas ambulandum est.
5. Omnis vallis implebitur. Contra pusillanimitatem, seu imaginariam difficultatem circa vias Domini rectas.
6. Omnis mons & collis humiliabitur. Contra superbiam, & de necessitate humilitatis.
7. Erunt praua in directa, & aspera in vias planas. De via virtutis per Christum facili & expedita.

1. Anno quintodecimo imperij Tiberij Caesaris,

**L**Ocus moralis de verbi Dei præcone & cõcionatore ante Iustam etatē non audiendo. S. Euāgelista non absque causa annum ipsum notauit, quo diuus Ioannes Baptista prædicare cœpit; qui fuit ætatis eius trigessimus. Quum enim Augustus Cæsar annis 57. imperauerit, & anno imperij eius 42.

Prædicatores  
adolescentuli

D. Ioan

D. Ioānes natus est, eodem scilicet quo Christus, vt idem Lucas narrat: Augusto autem Tiberio proximè succedente, eius imperij anno decimoquinto prædicare cœperit, manifestum est, triginta annos ætatis Ioannem ante prædicationē compleuisse, quindecim sub Augusto, & quindecim sub Tiberio.

Et tamen tantæ virtutis D. Ioannes erat, à prima ætate sanctissimè in deserto vitam agens, vt etiam ante annum ætatis vigesimum, idoneus ad prædicandum videri potuerit. Nunc autem non ante annum trigessimū *Factum est verbum Domini super eum, vt veniens in omnem regionem circa Iordanem prædicaret.* Sic Christus ipse eum annū expectauit, ante quam se mundo manifestaret. Sic Ioseph, quando stetit coram Pharaone, vt esset Dominus Ægypti, triginta annos cōpleuerat, In hac quoque ætate Dauid regnare incepit. In eadem ætate vidit Ezechiel mirabiles visiones, & vaticinari prædicare cœpit.

Condemnant hæc exempla ambitionem & præsumptionem adolescentum nostri temporis, tam Catholicorum, qui degustata parum Theologia, statim prædicationis Euāgelicæ munus suscipiunt, quàm maximè hæreticorū qui non minus indocti quàm imberbes, cathedras prædicatorum verbi inuadunt, more veterum omnium hæreticorum, de quibus eleganter Tertullianus: *Nusquam citius proficitur quàm in castris rebellium, vbi ipsum illic esse, promereri est.* Nunc neophytos collocant, nunc seculo obstrictos, nunc apostatas nostros, vt gloria eos obligent, quia veritate non possunt. Certè ætatis & diuturne cōuersationis rationem habendam esse, illud Apostoli in ordinando Episcopo, id est, quouis animarum pastore & verbi Dei prædicatore, interdictum docet, quo dicit: *Non neophytum, ne in superbiam elatus, incidat in iudicium diaboli.* Ostendit ipsi prædicatori adolescenti periculosum hoc munus esse, ne insolescat. Vt poma immatura, quæ ab arboribus vento deiiciuntur, nec suauitatem habent, nec stomacho profunt; quæ verò sunt matura, hæc grata & suauia sunt: sic concionatores iuuenes, qui vento vanæ gloriæ impulsī, studia & itationem deserūt, nec dulcedinem habent spiritualement, nec utilitatem mentibus audicōrum afferunt, sed quæ sunt tempore maturo è sacris literis collecta, & morū ac iudicij grauitate digesta, illa demū & salubria sunt & iucunda. Non difficultèr delectabit iuuenis concionator magis ornatus sermone, quàm

solidus; magis elegans quàm instructus, sed difficillimè, vt oportet docebit ac monebit. *Habet unguentum fragrantiam, habet & pharmacum: sed hoc interest, quòd illud ad delectationem*

**Exempla.***Gen. 41.**2. Reg. 5.**Hier. in proam.  
in Ezech.**In præscript.  
cont. hæret.  
cap. 41.**2. Tim. 4.***Simile.***Stella in Luc 3.***Simile.***Plutarch. lib. de  
discrim. adulat.  
& amici.*

*solus*

*sionem*



tionem tantummodo paratur: istud, præterquam quòd obiter bene olet, purgat etiam, sanat, carne vulnus obducit. Pictores quoque colores incundos ac tincturas miscent: sunt quoque medicorum pharmacha nonnulla aspectu iucunda. Sed illa solum delectant, hæc etiam iuuant. Sic bonus verbi Dei prædicator non delectare tantum, aut etiam affectus mouere; sed maximè salutaria & solida, grauius & neruose docere debet: ad quod ætas, iudicium, multa lectio, multa experientia requiritur. Alioqui qui loquendo placentia, aut certè inania, & minùs solida auditorum moribus & affectibus, vel corrumpendis, vel certè falso gustu afficiendis, & assuefaciendis subseruiunt, illi similes sunt malis dispensatoribus, qui non de aceruo in horreo reposito, sed de semine in terram iacto, frumenta capiunt. Inhiunt enim isti seminarium actionum, qui affectus est, & ipsum habitum animi corrumpunt. Deinde in verbi prædicatione, maxima, si qua vsquam, prudètia requiritur. Non omnibus idem cibus conuenit. Aliis opus est lacte, alij solido cibo pascendi sunt. Ille prudens paterfamilias censetur, qui nouit dare cibum in tempore, & alius Euangelista addit, tritici mensuram. Itaque nec omnibus eadem, nec quouis tẽpore idem, nec singulis in eadem mensura verbum Dei prædicandum. D. Ioannes docuit Phariseos asperè, populum placidè, milites moderatè. Verbi prædicator debet esse (vt Paulum describit Chrysostomus) varius ac multiplex: non utique dissimulatione mutabilis, sed faciens omnia quæ prædicationis salutis que necessitas posebat. Sic nempe de se ipso Paulus dicit: Factus sum omnia omnibus, vt omnes lucrificerem. Et quidem magni studij ac laboris est, vt exhortandis singulis, seruiatur ad singula, & vnicuique propria quæ conueniunt dispensentur: Longè autem laboriosus est auditores innumeros, ac diuersis passionibus laborantes, vno eodẽmque tempore, voce vnius & communis exhortationis admonere, vt more gladij bicipitis tumores cogitationũ, carnalium ex diuerso latere incidat, & palæstrarum more in omnes se partes feriendo vertat. Nam, vt idem Gregorius alibi dicit, Herba quæ hæc animalia nutriunt, aliã occidunt, & lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat. Et medicamentum quod hunc morbum minuit, alteri vires auget. Neque enim (vt alius Gregorius Nazianzenus scripsit) sicut virtuti accidit & malitia, vt illa sit semper optima & utilissima, & hæc pessima & noxia, sic nostra accidit medicina, vt vnum aliquid & idẽ semper sit eisdem vel saluberrimum vel perniciosissimum. Quam ob causam multa opus est pastori prudentia (vt scripsit Chrysostomus)

Simile.

Hebr. 5.

1. Cor. 5.

Matth. 24.

Luca 12.

Homil. 5. de  
Laudib. Pauli.

1. Cor. 9.

Gregor. cur. ap. a-  
stor. par. 3. cap. 2.Ibid. in prolog.  
par. 3.

In Apologet.

fofomus)

Lib. de sacer-  
dotio.

softomus) & sex centis, ut ita dicam, oculis, ut rectè vndiq; hu-  
mani animi habitum circumspicere possit. Ut videlicet sciat quã-  
do molliter & blandè, quando fortiter & asperè agendum  
est. Dicit Apostolus: *Increpa illos in omni patientia & doctrina.*

1. Tim. 4.  
Tit. 1.

Dicit idem alibi: *Increpa illos durè, ut sint sani in fide.* Quæ  
non sunt contradictoria, sed varietati personarum, tēporum,  
locorum subseruiunt. Quam varietatem multum laborauit

Cura pastor.  
par. 3.

S. Gregorius ut explicaret: nec tamen, tantus pastor quum  
esset, ei argumento satisfecit. Deinde alia difficultas est, ne

Ezechiel. 34.

imprudens concionator, quod infirmum est non consolidet, quod  
& grotum est non sanet, quod confractum est non alliget, & quod  
abiectum est non reducat: sed contra, vel linum fumigans pror-  
sus extinguat, vel arundinem quassatam penitus cōstringat. Vn-  
de Christus primis prædicatoribus dixit: *Habete sal in vobis,*

Mat. 9.

& pacem habete inter vos. Quod sic exponit S. Gregorius: *Sic*

Cura past. par. 2.  
cap. 4.

sapienter loquatur pastor, ut eloquio sapētia, vnitatem audien-  
tium non confundat. Et ad hæc omnia adolescentulus præstan-  
da idoneus erit? Scilicet ut in ecclesia fiat, quod in Repub.

Cur past. par. 3.  
cap. 25.

Græcorum cum eius pernicie accidit. *Prodierunt oratores, ado-  
lescentuli, noui.* Vnde grauitè & sapienter S. Gregorius: *Ad-  
monendi sunt quos ab officio prædicationis imperfectio & ætas  
prohibet, & tamen præcipitatio impellit, quod pulli auium si ante  
pennarum perfectionem volare appetunt, vnde ire in alta cu-  
piunt, inde in ima merguntur, quodq; structuris recentibus, nec-  
dum solidatis, si tignorū pondus superponitur, nō habitaculum,  
sed ruina fabricatur, quodq; concepta proles, ante tempus nata,  
non domos, sed tumulos replent.* Sed legant tales, ut sui mune-  
ris magnitudinem magis intelligant, Chrysofomi libros de  
sacerdotio, Gregorium Magnum de cura pastorali, Gre-  
gorij Nazianzeni Apologeticum, Augustini librum de pa-  
storibus, & inter modernos Lud. Granat. de ratione concio-  
nandi.

## 2. Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto.

**L**ocus moralis de solitudinis bono, ei necessario qui Deo  
specialius seruire, vel arctius frui vult. Conuersatio  
enim, vel saltem affectio mundana, cum Dei speciali serui-  
tio & fauore consistere non potest. Nunquam Dominus per-  
misit ut in eodem altari arca testamenti, & idolum Dagon  
simul essent. Deus animæ sanctæ, cui reuelare sua secreta  
voluit, dixit per Oseam: *Ducam etiam in solitudinem, & lo-*

1. Reg. 5.

Osc. 2.

*quar ad cor eius. Neque aliud est quod per Apostolum dicit: Nemo militās Deo, implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probauit. Sicut Ioannem ad prædicationem, sic Moysen ad principatum populi sui Deus vocauit in deserto: & volens loqui familiariter Moyfi, tollit eum seorsim in monte Sinai. Angelus consolatur Agar in solitudine deserti. Elias extra urbem & in spelunca erat, quando ei familiariter loquitur Dominus. Quando Dominus cor nostrum solum inuenit, ab omni vana cupiditate vacuum, à cura, sollicitudine, perturbatione liberū, tunc cœnaturus nobiscum sedet. Qui enim ad ostium nostrum stat pulsans, non intrabit & cœnabit, nisi aperiamus ei. Non autem aperitur cor Deo, nisi claudatur mundo: quia nemo potest duobus dominis seruire: sed aut vnum odio habebit, & alterum diligit; aut vnum sustinebit, & alterū contemnet. Hæc est solitudo quā Deus diligit, ei soli seruire, soli vacare. Hanc mirabiliter adiuuat solitudo externa conuersationis & familiaritatis humanæ fuga, quam tot sanctissimi viri in desertis & solitudinib<sup>9</sup> victi tãdo sectati sunt: quos in numero sapientum iustorum Apostolus ponens, ait: In solitudinibus errantes, in speluncis & cauernis terra, quibus dignus non erat mundus. Ad hos proximè accedunt qui à communi hominum vita segregati, claustrisq̃e conclusi, cœnobiticam, & monasticam vitam agunt. Quod genus hominum dum hæretici horum temporum nec in suis sectis vllō modo admittunt, atque in Catholica superbè irritent, ideoq̃e & D. Ioannis desertum præua & ridicula interpretatione peruertere studēt; ostendunt manifestè, nec vllum diuini Spiritus gustum se habere, nec hoc Euangélium intelligere, vel certè intelligere velle: sicuti in altero nostro Promptuario docuimus. Sed hanc solitudinem omnibus affectandam, vt quantum fieri possit, & quantum communis vitæ necessitates concedunt, à conuictu, conuersatione, & familiaritate nimia hominum (nisi fortè bonorum, quorum exemplis & cōsuetudine proficias) se subducere, quā sit virtuti & pietati res necessaria, pulchrè docet. Seneca: Quid tibi vitandum præcipuè existimem quaris? Turbam. Ego certè confiteor imbecillitatem meam. Nunquam mores quos extali fero. Aliquid ex eo quod composui, turbatur: aliquid ex his qua fugauī, redit. Auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, imò verò crudelior & inhumanior, quia inter homines fui. Subducendus populo est tener animus, & parum tenax recti: facillè transitur ad plures. Vnum exemplum luxuria aut auaritia multum mali*

2. Tim. 2.

Exempla.

Exod. 3. &amp; 19.

Gen. 21.

3. Reg. 19.

Apoc. 3.

Matth. 6.

Hebr. 11.

Locus contra hæreticos.

Epist. 7.

*mali facit. Conuictor delicatus paulatim enervat & emollit. Vicinus diues cupiditatem irritat. Malignus comes, quamuis candido & simplici rubiginē suā affricuit. Quid tu accidere his moribus credis, in quos publicè factus est impetus? Necessè est aut imiteris, aut oderis. Vtrunque autem deuitandum est. ne vel similis malis fias, qui multi sunt, vel inimicus multis, quia dissimiles sunt. Hæc ille non minus sapiēter quàm eleganter. Et rursum alibi: Sicut per frequentia urbis loca properanti, in multos incurfitandum est, & alicubi labi necesse est, alicubi retineri, alicubi respergi, ita in hoc vita aētū dissipato & vago multa impedimenta, multa querela incidunt. Alius spem nostrā fefellit, alius distulit, alius intercepit. Non ex destinato propofita fluxerunt. Ita videlicet multas animi perturbationes affert, variè & multū à Deo distrahit illa vita communis, quæ negotiorum curis plena, quæ cupiditatum spinis & aculeis vndique obsessa est: quam tamen ferè omnes insano appetitu affectant. Propter hanc seu insaniam, seu seruitutem voluntariam, tam multa peccamus, vt ob eam solam (si alia non essent) quotidianam pœnitentiam agendam esse doceat S. Augustinus. Non solum (inquit) propter vitæ humanæ mutabilitatem & ignorantiam, & propter diæ malitiam, quæ vtinam sufficeret; sed etiam propter ipsum puluerem mundi huius, qui per itinera consulendi, consulentiū, pedibus adhærescit, & damna quæ in ipsa negotiosissima dispensationis aëtione contingunt, quotidianam debemus agere pœnitentiā. Sed si hoc dispensatores verbi Dei, & ministri Sacramentorum eius, milites Christi, quanto magis cætera stipendiaria multitudo, & quædam provincia magni Regis! quanto magis Ecclesia prouinciales secularibus negotiis obligati, qui quâuis ab omnibus flagitijs & facinoribus immunes esse debeant, tamen propter administrationem familiarium & coniugiorum arctissima vincula tum multa peccant, vt non tam de istius mundi puluere aspergi, quam luto obliniri videantur! Istæ, & aliæ considerationes, totas Ægypti & Thebaidis solitudines à tempore S. Antonij, vsque ad infaustam Occidentis & Orientis diuisionem, sub Constantino quarto, eiusque successoribus Iconomachis, per annos ferè quadringentos, eremitis sanctissimis viris repleuit: qui postea per Italiam, Germaniā, Galliam, totūmq; Occidentem passim floruerunt, donec cœnobiorum & collegiorū claustra omnes solitudinis huius diuinæ amantes, in suum sinum receperunt. Huius porrò solitudinis quanto amore affecti, quanta cura & sollicitudine eius retinendæ præditi fuerint sancti & optimi quique viri,*

De ira lib. 3.  
cap. 6.

Homil. 50. ex  
hom. 50. cap. 6.  
& 7.

multorum

multorum exempla ostendunt, S. Elizeus ita humanas familiaritates fugiebat, vt etiã hospitis suæ, quæ multoties domi suæ eum receperat, nomen ignoraret; & iubens eã per Giezi ad se vocari, *voca*, inquit, *Sunamitidem illam*. Pior monachus, paterna domo relicta, sic solitudinem adamauit, vt aliquot pòst annis à sorore visitatus, non nisi clausis oculis eam alloqui voluerit. D. Bernardus per annum integrũ in vna cella agens, eam exiens, nesciebat vtrum adhuc deluper celata, vel testudineata domus esset. Virginem quãdam, quæ se ab omnium virorum oculis remouerat, transiens per locum S. Martinus Episcopus loci inuisere voluerat. At illa per alterã mulierem se excusans, nec ab eo videri voluit: quod ille & æquo animo tulit, & vehemẽter laudauit. S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus, quum per annos quinquaginta populum rexisset, nullam vnquam fæminam sic aspexit, vt si occurreret, ex cõsideratione vultus posset agnoscere. Sed & dicebat idẽ, viros ipsos non nimium vel attentẽ vel frequẽter contuendos: per cõmunionem quippe humanæ mutabilitatis atque compassionis fieri, vt affectiones aspecti ad memoriam aspicientis frequenter recurrant, & de conspecto irato iratus, de tristi tristis, de lasciuiente lasciuus fiat: quis passiones satis est (inquirebat) habere vnumquẽque proprias: non in se transcribere opus est alienas. Sed in hoc genere maximẽ excelluit magnus ille Arsenius, primũ Arcadij & honorij Imperatorum pædagogus, postea eremita, qui etiam ipsorum monachorum, & verẽ spiritualium virorum consuetudinem fugiebat. Cuius rei causam rogatus, quum ab huiusmodi non læderetur, illis verò etiam ipse prodesset, respondit: Ego quidem à charitate vestra multum pendeo. Sed quid agam? Non possum me diuidere Deo & hominibus. Est enim facilius ei placere quàm istis. Angelorum millibus & decies mille millibus vnus est scopus, & vna voluntas, vt Deum laudent, illiusque mandatis seruiant. Hominibus autem alijs aliæ sunt voluntates scopique, & instituta diuersa: & ideo est eis, vt dixi, difficilius placere quàm Deo. Porro si sapientis esse putatur, tempestates marinas fugere, vt portum teneas; de rimosa & patula naui tempestiuẽ exire, ne naufragium facias; è domo ruinosa se subducere, ne casu obruaris: quãto magis conuersatio mundana, cum tot periculis & corruptelis coniuncta, homini sapienti cauenda est! Mare turbulentum, vita hæc mortalis est. Vocatio cuiusque naus est, in qua ad alterius vitæ portum nauigat, vt in naui seu mercator seu vector

*Exempla.**4. Reg. 4.  
Nicep. lib. 11.  
cap. 37.**Vita eius lib.  
1. cap. 4.**Seuer. Sulpit.  
dial. lib. 2. c. 13.**In vita eius  
apud Surium  
1. Aprilis.**In vita eius  
apud Surium  
tom. 4.**Pintus par. 1.  
dial. 5. cap. 3.**Similia.*

tranquillitatem quærit, sic in suo quisque vitæ genere. Iam verò quæadmodum Neptuno plus debere se indicat, ex his qui eadē tranquillitate vsi sunt, qui plura & pretiosiora illo mari vexit, & animosius à mercatore quàm à vectore nauius soluitur; sic huius pacis beneficiū aliū ad eos peruenit, qui illa bene vtiuntur. Vitam autem solitariam, illam nauem esse, vitam inquam à curis & cupiditatibus mundi remotam, docere possunt communis & negotiosæ vitæ pericula, quæ sic paucis D. Basilius complectitur: *Meditatio & oratio* (actio ad salutem in primis necessaria) *inter frequentes distractiones, & mundanas occupationes integra seruari non potest. In seculo qui plurimorum peccata videt, in cōparatione deteriorū se optimè vitam agere existimat:* sic de proprijs peccatis non conteritur. Deinde rerum terrenarum memoria obrutus, non solum non deliciatur in Deo, & sic lucrum cessans patitur; sed etiam ad diuinorum iudiciorū oblivionem & contemptum paulatim inducitur, in quo maximum damnum emergens incurrit. De hac materia in alijs Euan-geliji plura.

In quæst. fusè  
disput. resp. ad  
quæst. 6.

Vide Domi. 11.  
post Pentec.  
text 3 & alias  
ibi annotatas.

### 3. Prædicans baptismū pœnitentiæ in remissionē peccatorū.

Pœnitentiæ  
prædicatio  
necessaria.

**L**ocus moralis de prædicatione pœnitentiæ necessaria. Nam de ipsa pœnitentiæ qualitate & necessitate ad remissionem peccatorum per Christum consequendam, in altero Promptuario contra hæreticos diximus. De eius quoque virtute & efficacia circa pœnitentiam Magdalena, eodem in libro disputauimus: Nunc de ipsa prædicatione pœnitentiæ necessaria, quædam ad mores pertinentia proferemus. D. Ioannes populo multis & magnis flagitijs onerato pœnitentiā, & nihil quàm pœnitentiā prædicabat: hodie, quū totus mundus in maligno positus sit, pauci eam prædicāt. Quod Oseas de suo tempore scripsit, hodie verissimum est: *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidiū, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinē tetigit. Quod Esaias quoque dixit, Omne caput languidum, & omne cor mœrens; à planta pedis vsque ad verticē capitis, non est in eo sanitas;* de hac deploratissima tempestate nostra nimis verū est. Hæreses enim hodiernæ, dum superstitionibus mederi volunt, vniuersum Dei cultū pessunderunt: & vt non minus verè quàm eleganter dicebat Thomas Morus. *Sustulerunt hypocrisim, & impudētiam substituerunt; vt qui antè religionem simulabant, nunc in impietate gloriarentur.* Certè in Anglia hæretica, ita vna carnis libido non impunita

2. Iuan. 5.

Ose. 4.

Esai. 2.

In vita eius  
cap. 12.  
Angliæ hæ-  
reticæ depræ-  
iatio.

impunita tātūm, sed & inculpata; nec inculpata modò, sed & collaudata; nec collaudata tātūm sed & publicè remunerata, atque ad eò honorata, prorsus dominatur: vt in ea nunc hæretica gente vsu eueniret quod aliquando euenire posse metuebat Augustinus, scribēs in hæc verba: *Tanta est peruersitas generis humani, vt aliquando metuendū sit, ne castus erubescat inter impudicos.* Non enim in aula tantūm regia (vbi qui non fornicatur, vel non amicus Principis, vel non aula dignus, vel etiam Papiſta reputatur) sed per totum ferè regnū despectui habetur qui conjugalem castitatem religiosè seruat; honoratur verò, & pro indubitato Proteſtate ad Reip. administrationem vocatur, qui egregiè libidinatur. Hoc vnum autem crimen quàm multa alia vel præcedant vel subsequantur, vel pari gressu comitentur, gula, ebrietas, luxus, mendacia, rapinæ, Dei obliuio, proximi contemptus; tum criminis natura docet; tum experientia & euidentia facti demonstrat. Et tamen in eo quidem regno nunquam (sola fides enim saluificans contradicit) alijs autem in locis vbi similia peccata, etsi non tātò impetu, nec sic sine frōte grassantur, rarissimè prædicatur pœnitentia in remissionem peccatorū, sed aliud potius quodcumque tractatur argumentum. *Loquuntur placetia verbi prædicatores plerique, & consuunt puluillos sub vnoquoque cubito dicunt, Pax, pax, vbi nō est pax.* Quos ignauos & molles animarum curatores satis apta hypotipoli descripsit Thomas Morus. *Sicut (inquit) astuta mater tenerum paruulum, qui nimium diu in lecto stertuit, & iturus ad scholā plorat, virgā metuens, blādis verbis & promissis emittit, omnia illi salua pollicēs, vel quia tam seruū nō est, vel quia præceptor hac vice indulgebit; nec quam pœnam in schola luat pensi habet, modò hilarivultu cum suo butyraceo eū à se dimittat: sic multi animarum curatores diuitibus & voluptuarijs placētia loquuntur, ad mortem properantes, & à pœnis infernalibus sibi metuentes, vana spe lætāt, omniaq; salua pollicentur, vel quia nō ita grauitor Deum offenderunt, vel quia misericors Deus facillè indulgebit, nec quas postea in inferno pœnas luant, quicquam curant, modò eos in hac vita non contristent, sed beneficos & liberales erga se dimittant.* Et tales quidē illi; sicut ignaui pastores, qui ouiculas suas potius ad filuas suauiter pergere sinant, vbi à lupis deuorentur, quàm vel baculo vel sibilo, vel telluris iactu à via, quā ceperunt, deflectere, aut hāc vel illis, vel sibi quasi molestiā facessere velint. Aliter maximus ille & peritissimus Ecclesiastes Ioannes Chryſostomus: qui, quo primū die in Pontifi-

*Lib. de decem chordis, cap. 9.*

*Esaia 30. Ezecb. 13.*

*In vita eius cap. 12.*

*Simile.*

*Simile.*

*Exempla.*

cali Cathedra Patriarchatus Constantinopolitani, præfente Imperatore Arcadio, multisque Episcopis summo cum honore colloçatus fuit, sic suum ad eos sermonem exorsus est: *Nos qui ineffabilibus Dei rationibus ideo ad vos venimus, ut voluntatem eius testificemur, hoc primū verbum à Christo & diuino eius præcurfore accipientes, vobis annuntiamus & suademus: Pœnitentiã agite, propè est enim regnū cœlorū. Hæc autem non dubitabo vobis assiduè reuocare in memoriã. Hæc neminem reuerentes, neq; dies timentes, ad vos loquemur.* Hęc prima eius prædicatio fuit, quum illi ciuitati & populo præfse inciperet, in quo vitia & flagitia plurimū abundabant. Sed Prophetarum & Apostolorum exempla magis mouere debent. Esaiã, Ieremiã, Ezechielis, Osee, Amos, Ioel, Ionã, & omnium ferè Prophetarum verba nihil sunt aliud, quàm acerrimæ contra peccata conciones, & quæ ad pœnitentiã hortantur. Petrus Simonem magnū, Paulus fornicarium Corinthiū, insensatos Galatas, ac denique ipsum Petrum non ambulantiem secundum veritatem Euangelij, ad pœnitentiã reuocat, acriter increpat, & in faciem arguit. Porro quum due sint prædicatoris partes cantare & lamentari, de quibus Christus in Euangelio dicit, *Cantauimus vobis, & non saltastis; lamentauimus vobis, & non planxistis;* multi hodie prædicatores cantant suis auditoribus, vt saltent; sed pauci lamentantur, vt plangāt. At posterius istud primò fieri oportuit, & ante omnia. *Quemadmodum enim medici primum imponunt cathaplasmata magis efficacia, & deinde rupto vulnere, ea quæ leniunt, sicut patres filios suos videntes incompositis moribus, prius verberibus corripunt, postea admonent & solantur, ita & concionator post increpationem consoletur auditores.* Agricola prius terrã fodit, aratro vertit, glebas frãgit, vepres & spinas radicitus euellit: postea optima grana terræ mandat: sic concionator prius vitia euellere, pœnitentiã prædicare, gehênæ metū incutere debet, postea Christi promissiones, Dei misericordiã, cœli gaudia proponere, Pictores non prius novos colores appingunt, quàm veteres abaserint. Sic Christus, sic Ioãnes, sic Prophetæ, sic Apostoli, primo pœnitentiã cum fide, postea primarias virtutes & Dei beneficia docuerunt. Postremo tales maximè concionatores laudāt sancti Patres, qui ad compunctionem mouent, & pœnitentiã inculcant. *Docente te in Ecclesia,* ait sanctus Hieronymus, *non clamor populi, sed gemitus suscitetur. Lachryma auditorū, laudes tua sint.* Rursum alio in loco, *Ille est doctor Ecclesiasticus, qui Lachrymas, non risum mouet.* Hæretici

*In vita eius apud Surium per Simonem Metaphrastem 27. Ian.*

*Act. 8.*

*Lucæ 7.*

*Simile.*

*Ad Nepotianū. Chrysof. hom. 7. in Genes.*

*Similia.*

*Ad Nepotianū.*

*In com. in Esa. cap. 3.*

tici



tici sanè veteres, sicut nostri hodie in Anglia, plausus & acclamationes auditorum studiosissimè affectabant. De Paulo Samosateno sic scribit Eusebius: *Ab auditoribus non fauorem, neque plausum sperare solum, sed theatriali more oraria moueri sibi expectabat, & vocem tamquam de caueis dari.* Similem applausum quum Catholici suis doctoribus redderent, grauitè id SS. Patres tulerunt, vt videre est apud Chrysostrum & Augustinum. Quum in quadam concione acclamarent auditores, sic ad eos Chrysostrum: *Tacete qui hæc auditis. Multo maiorem vobis habeo gratiam pro silentio, quàm pro plausibus: propterea quòd plausus quidem ac laudes me faciunt gloriosiores, silentium verò vos reddit composiores.* Nec multum distimiliter S. Augustinus: *Laudes ista vestra grauant nos potius, & in periculum mittunt. Toleramus illas, & tremimus inter illas. Tamen, fratres mei, ista laudes vestra folia sunt arborum: fructus quaritur.* Certè de Lutheranorum primis concionibus, quum nouum hoc cacangelium orbi propinaretur vt calix Babylonius, scribit Erasmus, auditores Lutheranos sic ab illis domum rediisse, feros, & arrogantes, & audaces, ac si non ab Ecclesia Christiani, sed à prælio milites reuerterentur. Iam si turpe est in causis ciuilibus ad gratiam loqui, & essentatorem agere, quanto magis in causa salutis aeternæ qui magistrorum locum tenent, suorum affectibus subseruire, quali nihil inter oratorem forensè, & prædicatorem Ecclesiasticum interesset! Quo in genere falsè Demosthenem taxauit Diogenes. Is quodam tempore prandium in caupona sumebat, quumque videret prætereuntem Demosthenem, eum inuitabat. Quicum renueret: *Putas, inquit, o Demosthenes hoc esse tibi dedecori: si in caupona ingrediaris, quum nulla dies prætereat, quin dominus tuus intrò veniat? populum intelligens, & de plebe singulos, quoniam cõcionatores & oratores multitudinis quodammodo serui existunt.* Hæc ille. Quòd si illa est libertas Christiana omnibus cõmunis vt nullius affectibus seruiant, iuxta illud Apostoli, *Empti estis pretio magno, nolite fieri serui hominum,* quanto magis illa est libertas Euangelica verbi prædicatoribus propria, vt in tanto munere non placentia, sed salutaria loquatur, nec prurientibus auribus, sed animis auditorum consulant, iuxta illud etiam Apostoli: *Si adhuc hominibus placerem Christi seruus essem.* Mouere hæc considerationes debent verbi tractatores, vt à pœnitentiæ prædicatione, in tanta

*Hist. Eccles. lib. 7. cap. 26.*

*Conc. 3. de Lazaro.*

*Ser. 5. de verb. Domini.*

*In epist. ad frat. infer. Germa.*

*Asianus v. d. hist. lib. 9. Apophthegma.*

*1. Cor. 7.*

*Gal. 2.*

vitiorum colluue exundantia, prorsus necessaria non abstinereant: quas etiam populo proponere poterunt, vt id prædicationis & doctrinæ genus æquanimiùs ferant.

#### 4. Rectas facite semitas eius.

Virtutis via  
laboriosa.

Sap. 10.

Luca 9.

In regul. bren.  
resp. ad q. 6.

Psal. 16.

2. Corinth. 4.

Luca 9.

Matth. 4.

Joan. 4.

Coloss. 3.

**L**ocvs moralis de viis iustorum rectis, per quas in hac vita ambulandum est. Rectæ enim semitæ iustorū, Dei vocantur: quia secundum Deum sunt, quia Deum auctorem habent, quia ad Deum ambulantes perducunt. De hoc dicit Scriptura: *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* Et ne quis ambigat quæ sint hæ viæ rectæ, statim subiungit: *Honestauit illum in laboribus, & cõpleuit labores illius.* Via ergo laboriosa, quæ via virtutis, via pœnitentiæ, via Crucis Christi est, semita recta est, per quam suos iustos deducit Dominus. De hac ipse Dominus dicit: *Qui vult venire post me,* ) hoc est, qui vult ambulare vias meas, & rectas facere illas, non aberrando neque ad dexteram, neque ad sinistram ) *tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Sed quæ est illa crux nostra? Explicat paucis verbis Basilii: *Præparatio ad mortem pro Christo, mortificatio membrorum super terram, ad omne periculum pro Christi nomine suscipiendum sedato animo accedere, & erga hanc præsentem vitam affectum non esse: hoc est suam crucem post Christum tollere.* Hanc ob causam dixit Prophetæ Regius: *Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras,* vt videlicet fieret quod sequitur: *Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.* Hanc quoque viam se tenuisse Apostolus docet, dicens: *Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.* Nempe vt vita Christi erat ærumnis plena, quæ pauperiem, quæ famem, quæ sitim pertulit, (non enim habuit vbi reclinaret caput suū, esuriit in deserto, & sitiuit ad puteum Iacob:) quæ verbera, quæ spinas, quæ alapas sustinuit, quæ denique crucem, & in cruce clauos ac lanceam tulit, in ipsis corporibus nostris (ait Paulus) manifestetur, non in sola præparatione animi, non in nuda gratiarum actione, vt somniant delicati hæretici; sed in liuore, macie, pœna, acerbitate corporea, conspicua & illustris appareat. Hoc est Christum sequendo ad quem Ioannes manuduxit, *rectas facere semitas eius.* Ad hæc viam hortatur Paulus: *Mortificate membra vestra que sunt super terram.* Et quemadmodum Christus de seipso dixit:

Oportuit

Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam; sic de Luca 24.  
 nobis Paulus dicit: Oportet nos per multas tribulationes intra- Prouerb. 4.  
 re in regnū Dei. Qua de re superius plura diximus. De his se-  
 mitis iustorum rectis dicit Scriptura: *Iustorum semita quasi*  
*lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectum diem. Via*  
*impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruant.* Vtrumque expli-  
 cabitur; nam humano ingenio vtrumque contrario se mo-  
 do habere videtur, via voluptatum, honorum, diuitiarum,  
 splendida & lucida; via patientiæ, paupertatis, mortificatio-  
 nis, obscura & tenebrosa. Sed ad viam impiorum quod at- Simile.  
 tinet; qui per agros niue coopertos aliquādiu ambularunt,  
 (quorum via pulcherrima apparet) quum hospitium ingre-  
 diuntur, nihil vident oculis diuturno illo & nimio fulgore  
 perstrictis: ideoque periculosum tunc est, in transitum ali-  
 quem difficilem circa hospitij ingressum incidere; certissi-  
 mē quippe corruent, nihil videntes: eodem modo qui per  
 prospera mundi (quæ niuis instar speciosa videntur, sed fal-  
 sa tantum specie oculos perstringunt) tota vita aut diutius  
 ambulauerunt, quum per mortis ianuā in alterius vitæ di-  
 uerforium veniūt, incredibiliter attoniti repentina illa mu-  
 tatione, & noua rerum facie, nihil vident quid de ipsis fiet.  
 Si diuitiis, honoribus, & toto splendore illo moderatē,  
 iustē, humiliter vsi non fuerint, sed intemperanter, ini-  
 quē, arroganter, difficillimos animarum tranitus, à dæmo-  
 nibus vndique obsessos, superare nullo modo poterunt.  
 Sic impiorum via verē tenebrosa est, quia tenebras & cali-  
 ginem animo, nisi cordatissimo, offundit, & nesciunt ubi Prouerb. 14.  
 corruant. Quare de illa dicitur: *Est via qua videtur homini*  
*recta, nouissima autem eius ducunt ad infernum.* Contrā iustor-  
 um semita vt lux splendet, & de Sapiencia quæ via iustorū Prouerb. 3.  
 est, Scriptura iterum dicit: *Via eius, via pulchra, & omnes se-*  
*mita illius pacifica.* Non pulchrē tantum, sed & pacificæ seu  
 faciles dicuntur, & in nostro Euangelio *semita recta. Rectas*  
*facite semitas,* id est, sic ambulate, vt non nisi per semitas  
 rectas ambuletis. Vnde Sapiens: *Qui ambulat simpliciter* Prouerb. 28.  
*(hoc est rectē) saluus erit: qui peruersis graditur viis* (id est, per obli-  
 qua & deuia peccatorum) *concidet semel.* Sunt autem viæ  
 iustorum viæ rectæ, faciles, pacificæ; viæ pulchræ, perspicuæ  
 & planæ, denique etiā iucundæ & delectabiles, iuxta illud: Psal. 118.  
*In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus*  
*diuitijs:* sed spiritui non carni; animo, non corpori; interiori  
 homini, non exteriori; denique nouo homini, non veteri.

Per has quippe vias carni, corpori, exteriori & veteri homini asperas, difficiles, iniucundas, animus iusti manet rectus, hilaris, & perpetua veraque voluptate affluens, idque propter solam *charitatem Dei diffusam in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*: qua dilatatus corde Propheta dixit: *Viam mandatorum tuorum cucurri, quum dilatasti cor meum*. Et alius Propheta similiter: *Qui sperant in Domino id est, amando sperant; non enim sperare ab aliquo bonum possumus, de cuius erga nos amore dubitamus, vel quem ipsi non amamus) mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquila; current, & non laborabunt; ambulabunt, & non desicient*. Sic Paulus multis enumeratis difficultatibus, & maximis: *In his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos*. Quare describit ipse in se has iustorum vias, foris obscuras, intus pulchras; foris duras, intus pacificas. *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, aporiamur, sed non destituimur; humiliamur, sed non confundimur; persecutionem patimur, sed non delinquimur; deijcitur, sed non perimus*. Et paulo post iterum: *In omnibus exhibeamus nos ipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis*. Hæ sunt viæ foris asperæ & obscuræ, corporis mala. Sed vide nunc animi bona, & vias pulchras atque pacificas. Sequitur: *In castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei*. Denique statim utrumque pulcherrima contentione connectit: *Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris; per gloriam, & ignobilitatem; per infamiam, & bonam famam; ut seductores, & veraces; sicut qui ignoti, & ecce cogniti; ut castigati, & non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes; sicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes, & omnia possidentes; tanquam morientes, & ecce vivimus*. Hæc est via iustorum intus pulchra, foris horrida: hæc semitæ rectæ, foris obscuræ, intus pacificæ & lucidæ. Hinc aliæ Scripturæ de sponsa Dei, quæ anima iusti est: *Omnis gloria filie regis ab intus est. Nigra sum, sed formosa. Nolite considerare quod fusca sum, quia decoloravit me sol*: id est, ardēs charitas hæc mihi omnia imperavit, & à me extorsit. Pulchrè D. Bernardus: *Quid laboriosa quæque & humilia conversationis nostræ tam sedulo numeratis? Saga cilicina sunt & pelles arietum rubricata, quibus interna tegitur gloria, ut illasa à pulveris & imbris iniuria conseruetur. Nolite mirari: Neque enim tristitia aut necessitas*

Rom. 5.

Psal. 118.

Esaia 40.

Rom. 8.

2. Cor. 4.

2. Cor. 6.

Psal. 30.

Cant. 1.

In declarat de bonis de se. ex d.

cessitas

*cessitatis est exterior iste neglectus: sed occulti splendoris, & exultationis interna.* Huc etiam pertinet quod Psalmista dixit. *Psal. 93. Nunquid adharet tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? An non fictus in præcepto labor est, onus Christi leue, iugum suaue, crux inuncta? vident enim homines carnales iustorum cruces, sed non vident quæ illis cõiuncta sunt spiritualis lætitiæ vnguenta, de quibus ibidem Dauid: Psal. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum, consolationes tuæ latificauerunt animam meam.* Rursum, vt via vel iter rectum sit, opus est vt medium extremis conforme sit. Qui vellet Parisiis Romam tendere, magnum faceret dispendium si per Neapolim transfret. Rectam igitur facimus viam, si vt vltima primis, sic media vtrisque conueniunt. Exordium vitæ nostræ ploratus & gemitus. Finis vitæ nostræ labor & dolor, quia mortis angustiis nihil tristius, ad eò vt ipse Apostolus dixerit: *2. Cor. 5. Cupimus superuestiri, sed non expoliari.* Haud dubiè vita reliqua conformis esse debet, vt recta sit, sibi que similis. Ideo Christus: *Matth. 6. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Quumque diues purpuratus, & Lazarus vlcerosus, diuersas vias ambulassent, ille recipiens bona in vita sua, cruciatur in altera: hic autem mala accipiens, in sinu Abrahæ quiescit. S. Iob ex hac consideratione, de principio & fine vitæ suæ dixit; *Iob. 2. Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* De medio cursu dixit: *Iob 10. Dimitte me Domine (in hac videlicet vita) vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam ad terram tenebrosam, &c.* Hæc via recta iustorum, cuius medium totum cum extremis conforme est. Contrà verò, *Psal. 11. in circuitu ambulabant impij:* rectum cursum non tenent. Sicut iumenta ad molas alligata, cum continenter in orbem ambulent, eodem tamen semper in spatio reperiuntur, & fracto laboribus corpore, ipsa vltra exigui loci fines progressa non sunt: Sic voluptuarij & impij, quum assiduè in corporis libidinibus, mundique vanitatibus intricentur, in hisque depressi inhærescant, ad spiritus fastigium nunquam euadunt, ad cœlestia nunquam aspirant, ad viam virtutis carpendam nunquam se attollunt, denique rectas Dei semitas nunquam faciunt, sed inexausto cursu, in orbem perpetuò incitati feruntur, & eodem vnde mouerant perpetuò referuntur, quasi qui ab iniqua seruitute, in qua detinentur, liberari nequeant. Totam ergo vitæ nostræ reformationem hæc verba significant: *Rectas facite semitas Dei nostri.*

5. *Omnis vallis implebitur.*

Puſillanimitatis vitium.

**L**ocus moralis de puſillanimitate, ſeu imaginaria difficultate circa vias Domini rectas tollenda. Vt enim rectæ viæ fiant, & difficultates tollantur, loca depreſſiora replenda ſunt, & reliquæ viæ coarctandæ. Locus depreſſus in corde, eſt quædam eius ignauia, & vecordia, & timiditas inanis, quæ vtilitatem & progreſſum ſpiritualem in viis Domini tenendis, hoc eſt, in mandatis eius cuſtodiendis, impedit ac remoratur. Hic defectus (nam de defectu circa vias Dei, non de virtute aliqua, qualis humilitas in primis eſt, loquitur hic Propheta Elaias) ante omnia tollendus eſt. Hic defectus, hæc puſillanimitas, hæc cordis ignauia, & inanis trepidatio mentis in cauſa ſuit cur filij Iſraël mirarentur magnitudinem gigantum terræ promiſſionis, & murmurent, dicentes: *Nequaquam ad hunc populum poſſumus aſcendere, quia fortior nobis eſt.* Hæc ignauia fecit vt in exercitu Gedeonis, viginti duo millia virorum, qui formidoloſi & timidi erant, reuertentur, ſolis decem millibus relictis, ex quibus etiã ſoli trecenti remaſerant, reliquis dimiſſis. Sed illos Deus grauiffimè puniuit, & terra promiſſionis priuauit; per hos victoriã nobilem adipiſci voluit. Sicut autem qui flumen tranſmittunt, monedi ſunt, ne aquas rapido impetu currentes aſpiciant, ſed oculos aliò deſectant: ita qui vias Dei ambulare volūt, nõ naturæ ſuæ imbecillitatē, ſed Dei gratiã intueri; nec ſuis, ſed gratiæ viribus, quæ in virtute ardua videntur, meriti debent. Vnde D. Ambroſius: *Nemo dura putet eſſe, quæ iuſta ſunt. Non enim ex infirmitate noſtra vis aſtimanda iuſtitia eſt, qui durũ putamus eſſe, quicquid per imbecillitatē animi ferre nõ poſſumus.* Cõtra hanc animi inollitiem & ignauiam dicit apertè Scriptura: *Mandata eius non ſunt grauiã.* Et Chriſtus, vt has valles impleret, timiditatem & animi ignauiaũ auferret, clara voce proſitetur: *Venite ad me omnes qui laboratis* (laborat autem propriè qui oneri ſuccumbit, & cui grauiã & dura omnia videntur quæ præcipiuntur) *& onerati eſtis, id eſt, onera, grauiã vos ferre putatis, & ego reficiam vos: id eſt, Spiritus vite, quem ego dabo, liberabit vos à lege peccati, ab onere, à iugo, à tyrannide eius. Peccatum non dominabitur vobis, quia non eſtis ſub lege, ſed ſub gratiã.* Idcirco apud Matthæum addit: *Tollite iugum meum ſuper vos. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus leue.* Lex ſancta iugum vocatur, quia iugum à duobus iunctis animalibus portatur.

Qui

*Exempla.*

*Num. 13.*

*Iud. 7.*

*Simile.*

*Sermo. 14. in*

*Pſal. 118.*

*1. Ioan. 4.*

*Matth. 11.*

*Rom. 8.*

*Rom. 6.*

*Matth. 11.*

*De contempt.*

*mundi, part. 2.*

*cap. 12.*

Qui se iugo Christi voluntariè submittit, non solus laborat, sed Christus cum illo coniunctus, iugum pariter portat. Sic <sup>1. Cor. 3.</sup> Paulus quum dixisset, *Plus omnibus laboravi*, adiecit: *Non ego autem, sed gratia Dei mecum*. Rursum onus Christi est leue: quia sicut auis alis quas portat non grauatur, sed ad volandum aptior redditur; sic madata Christi non addunt pondus, sed alleuiant: quia sic iubet facere, vt det quod iubet. Ideo enim lex mandatorum *non euacuatur per fidem Christi*, sed <sup>Rom. 5.</sup> *statuitur per fidem*, vt Apostolus dixit: quia *fides impetrat gratiam qua lex impleatur*, vt exponit Augustinus. Fides autem impetrat gratiam, quia credentibus, & non nisi credentibus datur hæc gratia Spiritus sancti, quæ est *Charitas diffusa in cordibus*, cuius tanta vis est, vt sit *valida sicut mors*. vnde alibi Augustinus: *Cui mandata Dei videntur grauiæ, nondum accipit charitatis donum, vnde fiant leuiæ*. Sic ergo valles implentur per Christum, vt rectæ fiant semitæ eius, quia naturalem illam bene operandi imbecillitatem & pusillanimitatem, eius gratia sustulit, nouis adiectis viribus, & facta noua creatura. Quam nouitatem & vallis repletionem pulchrè in seipso describit B. Cyprianus. *Postquam, inquit, calius Spiritu hausto, Exemplum.* *in nouum me hominem natiuitas secunda reparauit*, mirum in <sup>Lib. 2. epist. 3.</sup> *modum protinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa, facultatem dare quod prius difficile videbatur, geri posse quod impossibile putabatur, vt esset agnoscere terrenum fuisse, quod prius carnaliter natum delictis obnoxium fuisset*. Hæc ille. Vides quàm multæ valles & depressa loca, noua baptismatis gratia impleta fuerint. Vide simile exemplum in conuersione S. Augustini, infra Dom. 6. post Pentec. tex. 3. Non igitur mandatorum difficultati, sed nostræ ignauitæ deputandum est, si in via illorum quasi in sabulo hæremus, & pusillanimitate deiecti succumbimus. *Qui mollis è& dissolutus in opere suo fuerit, frater est sua opera dissipantis*. Rursum: *Dicit piger: Leo est fortis in medio platearum occidendus sum*. Iterum dicit ignauus: <sup>Prou. 18.</sup> *Sciebam quia homo durus es: idèò timens, abij, è& abscondi talentum meum*. Sed hunc seruum inutilem cum suo timore eiicit Dominus in tenebras exteriores. Et de pigro illo addit Scriptura: <sup>Prou. 22.</sup> *Per agrum hominis pigri transui, è& ecce totum repleuerant vrtica*. id est, totus otio & desidiæ vacabat. <sup>Matth. 25.</sup> *Otiositas auidiatam salutis, cap. 7.* *multam malitiã docuit*. Vrtica quippe rectè figurat acediam. Nam habet molle folium, sed in folio aculeum pungentem. Tunc autem pungit, quum molliter & obiter attingis; si autem fortiter stringas, non pungit. Sic acedia in molli-  
 litie

litie remissionis aculeum pungentem habet, & multas tentationes adfert; sed actione feruenti compressa, pungere desinit. Ad hanc pigritiam, ignauiam, pusillanimitatem, & inane difficultatum opinionem, ac metum suorum animis eximendum, Christus Dominus sepius suos hortatur, docens se illi malo remedium attulisse: *Considite, ego vici mundum. & iterum: Qui in vobis est, maior est quam qui in mundo est. & rursum: Nō vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri: & demum: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. & postremo: Rogabo Patrem, & alium Paraclitum (consolatorem in omnibus aduersis & arduis) dabit vobis, Spiritum sanctum, qui maneat vobiscum in aeternum.* Sic valles implentur per Christum. Propter hoc dixit Apostolus: *Omnia possum in eo qui me confortat, & rursum à Domino audiuit: Sufficiat tibi gratia mea, virtus in infirmitate perficitur:* id est, in maxima nostra infirmitate, maxima Dei virtus elucet. Quemadmodum enim cum paruulo filio iter faciens pater, vbi via plana & facilis est, ambulare, & suis vti pedibus paruulum permittit; vbi autem ad flumen aliquod, vel difficilem locum transeundum venit, humeris suis cum imponit; quo fit vt paruulus plana suis, aspera alienis pedibus transiens, plus in plana quam in aspera via laboreat: sic Deus Pater per Spiritum Filij sui, quem misit in corda nostra, & in quo clamamus *Abba Pater*, in via virtutis, vbi fossæ & valles profundæ occurrunt, ad omnia magis ardua, & naturæ corruptæ difficilia peragenda, suam specialem gratiam tribuit, in facilioribus nos nobis interdum relinquit. Atque hinc sanè fieri videmus, vt tam in fide quam in moribus, qui maiora crediderunt, & difficiliora præstiterunt, à Deo adiuti, in minoribus hæreant, & ad faciliora impingant, sibi ipsis relictis. Credimus quod scriptum est, *Verbum caro factum est:* & dubitamus de eo quod etiam scriptum est, *Hoc est corpus meum.* Ex decem mandatis nouem seruamus, & in vno, eoque mini mo, titubamus.

6. *Omnis mons & collis humiliabitur.*

Contra superbiam.

**L**OCVS moralis contra superbiam, quatenus alterum est, lidemque maximum impedimentum, quo minùs rectas Domini vias faciamus. Qui enim *humilibus dat gratiam, superbis*

Luc. 4.

Ioan. 16.  
1. Ioan. 4.  
Matt. 10.  
Luca. 21.  
Matth. 28.  
Ioan. 14.

Philip. 1.  
2. Cor. 12.

Lud. Gran. conc.  
1. in die Pasche.  
Simile.

Gal. 4.  
Rom. 8.

Ioan. 1.  
Luca. 22.



*perbis resistit*, id est, prorsus negat; qui *sapientiam dat paru-*  
*lis, euāgelizat pauperibus, reuelat sua mysteria humilibus;* idem  
*perdit sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum repro-*  
*bat. Qui humilia respicit de propinquo, alia à longè cognoscit.*  
*Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus,* id est, altior  
 illo, & sublimior erit. Nempe sicut omnia alia peccata, quasi  
 per tertiam personam à Deo hominem separant, nimirum  
 aut propter vtile, vt auaritia, furta, rapinæ; aut propter iucun-  
 dum aliquid quod prætendunt, vt omnia peccata carnis; sola  
 autem superbia per seipsam hominem in vniuersum à Deo  
 separat, quasiq; bellum contra Deum gerit: sic ediuerso ce-  
 tera peccata Deus aliis mediis punit, tollendo ea quæ dele-  
 ctant & commodum afferunt; sed superbiam punit per se-  
 ipsum, quasi pugnando contra illam. *Deus superbis resistit.*  
*Odibilis coram Deo & hominibus superbia.* Vnde docet Chry-  
 sostomus, superbiam magis hominem polluere, quàm forni-  
 cationem & adulterium. *Quia* (inquit) *fornicatio, etsi indigna*  
*venia sit, potest tamen quispiam concupiscentiam in excusatio-*  
*nem adducere: superbia autem ne minimam habet excusatio-*  
*nem, propter quam vel umbram saltem venia consequatur, sed*  
*nihil aliud est quàm deprauatio animi, & morbus grauissimus,*  
*non aliunde quàm ex insania ortum ducens. Nihil enim superbo*  
*homine insanius, quamuis ditissimus sit, quamuis multa hac ex-*  
*teriori sapientia præditus, quamuis potens, quamuis omnia quæ*  
*homini exoptanda videntur, in illum congerantur. Si enim in ve-*  
*ris bonis superbit ingratus est, & omnium mercedē amittit si in*  
*fallis & umbraticis bonis superbit, stultus est, nō tantum impius.*  
 Quare cætera peccata diuidunt quidem à Deo, sed superbia  
 elongat. Humiliari igitur debet, vt vias Domini rectas in-  
 ambulet. Iudæi & Philosophi propter superbiam credere in  
 Christum non potuerunt. De Iudæis Christus eis in os dixit:  
*Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis,*  
*& gloriam quæ à solo Deo est, non queritis? Quum Pharisei*  
*Christum docentē deriderent, dixit Christus, causam irrisio-*  
*nis superbiam notans, Vos estis qui iustificatis vos coram ho-*  
*minibus. Deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus*  
*altum est, abominatio est ante Deum.* De Gentilium Philoso-  
 phis Apostolus dicit: *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt:*  
*qui cum cognouissent Deū, non glorificauerunt eum, & euane-*  
*runt in cogitationibus suis. Isti montes & colles erant, nec hu-*  
*miliari voluerūt, ideoque rectas Dei semitas facere non po-*  
*terant. De hoc puncto in altero Promptuario multa diximus*  
 super

Psal. 18.

Luca 4.

1. Cor. 1.

Psal. 137.

Psal. 63.

De contemp.

mundi par. 2.

cap. 34.

Simile.

Superbia cur

grauissimum

peccatum.

Iacobi 4.

Eccl. 10.

Hom. 15. in Isa.

Ioan. 5.

Luca 16.

Rom. 1.

In Festo S. Mat-

thia.

super illa verba: *Confiteor tibi Pater, &c. quia reuelasti ea parvulis*: quod ad fidei rationem attinet, quæ à superbis capi non potest. Sed nūc totius gratiæ omniumq; virtutum incapaces superbos esse hic locus ostendit, humilitatem autem

*Simile.*

*Chrysof. hom. 11. ad Ephes.*

*Quemadmodum in aqua fit, ut tanto altius ascendat, quanto illam quisquam ad ima deduxerit: & in iaculando, quantum quis ex intervallo iaculatus fuerit, tanto ponitur: sic quo animus humilior, eo altius atq; sublimius operatur.* Nonne aries, retrò quum cedit, fortiùs vrget? Qui ex arcu sagittant, quanto magis chordam retrahūt, tanto fortiùs sagittam emittunt. Cælum quidem altum & sublime est; sed porta per quam intratur, angusta est. In porta angusta demittere se oportet, qui intrare contendit. Arbores non priùs fructificant, quàm radices altas & profundas egerint. Excelso ædificio opus est fundamento profundo: sic vt cælum conscendas, iaciendum humilitatis fundamentum valde profundum. Omnes ferè rerum naturæ humilitatis necessitatem docent. *Sicut de fonte terreno, & de corporali fluuio (ait Cæsarius) non potest aliquis bibere, nisi voluerit se inclinare, ita & de viuo fonte Christo, & sancti Spiritus fluuio nemo aquam viuam haurire poterit, nisi se humiliter inclinare voluerit.* Hoc ille: quod ad eò verum est, vt nec per situlam haurire aquam valeas, nisi ea penitus in aquam demissa.

*Similia.*

*Aug. de Verb. Dom. serm. 10.*

*Homil. 30. Cur humiles capaces gratiæ.*

*Ioan. 7. Ioan. 4.*

*In diata salutis cap. 36.*

*Hector Pintus dialog. par. 7. dial. 1. cap. 25. Similia.*

*In vita eius apud Surium tom. 7.*

Et hanc ob causam Christus in Euangelio & seipsum fonti comparat, dicens, *Si quis sitit veniat ad me: & gratiam, quam suis daturus erat, aquæ assimilat, dicens, Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã.* Facit autem humilitas ad diuinam gratiam recipiendam capaces triplici arte, ait S. Bonauentura. Primò, incuruando se per orationis studium; sicut hydria se incuruat, vt aquam accipiat. Secundò, euacuando se per modicam sui reputationem, sicut etiam vas quod aquam vult recipere, vacuum esse debet. Tertio, dilatando se per animi gratitudinem, sicut aperiri vas debet, quod aquam accipit. Sicut specula depressa, quæ ignita vocantur, radiis solaribus apposita, ignem concipiunt, quod alia specula non faciunt, quæ conuexa sunt & tumescencia: sic cor humile & depressum, diuini Spiritus ignem statim concipit, quod inflata & tumida corda non faciunt, sed huius seculi amore magis oblectantur, in quo omnia sibi deberi existimant. Magna igitur humilitatis vis, virtus & efficacia, quã acutè frater Ægidius, de quo suprà diximus, hoc simili explicauit & expressit. *Humilitas (inquit) mi-*

*hi ful*

*hi fulminis instar esse videtur, quod ferit terribiliter, nec vlla eius extant vestigia. Sic enim humilitas omne peccatum odit & dissipat, & tamē efficit ut homo sese nihili pendat. Alij magneti humilitatem cōparant; quæ quidē non cōiuncta ferro, sed ab eo diuulsa, illud ad se trahit. Sic enim humilis se à diuinis muneribus lōgē abesse credens, eadem ad se maximē trahit.*

Sed S. Bonauēturæ cōparatio rem acu t̄git, quam propterea breuiter explicabimus. Reuera enim omnis humilis quia deesse sibi multa, imò omnē perfectionem atque virtutē putat, propterea per orationē se incuruat, & incessanter Dei gratiam & dona implorat: cōtrā, superbus quia sibi nihil deesse arbitratur, quia se satis iustum esse, se nō in adeo multis peccare, se cæteris meliorē, aut certē æquē bonum, sapientē, fortem putat, propterea non se incuruat ad orationē, sed cū superbo Pharisæo

*gratias Deo agit, quod non est sicut ceteri homines. Rursum, omnis humilis verē se euacuat, & vacuū se existimās, esurit & sitit iustitiam: quum superbus se plenū & diuitem iudicans, nihil amplius sitit aut esurit, sed de sua saturitate sibi placens, alios p̄se contemnit. Sed Deus vtrumque respiciens, esurientes impleuit bonis, & diuites (i. qui sibi sic videntur) dimisit inanes. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quoniā ipsi saturabuntur. Tertio, omnis humilis verē dilatat & aperit cor suū Deo, quia vacuū se iudicans, desiderat impleri: & tūc fit quod Scriptura dicit: Dilata ostiū, & ego implebo illud. Quod totum aliis verbis Christus dixit: Petite, & accipietis, querite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Hæc omnia humilis facit. Perit, se incuruando, quærit, quia vacuum se videt, pulsat desiderādo, quorū omnium nihil superbus facit. Neçesse est igitur montes & tolles humiliari, vt rectas*

*faciant semitas Dei sui. Cū enim (ait Gregorius) hominem tumere Deus conspiciat, se sibi illum ostendendo relinquit, vt eius mens delectata quid sit, inueniat, quæ malē in se secreta gaudebat. Imò tāta est humilitatis necessitas, vt ad eam seruandam, atque superbiam lōgissimē arcendā, graues tentationes Deus suis electis immittat, adeoquē in alia quēdā peccata incidere permittat. Apostolo Paulo, ne magnitudo reuelationum eum extolleret, datus est stimulus carnis, angelus satana, qui eū colaphizaret. Qua in re exclamat Augustinus: O venenum quod nō curatur nisi veneno! Caput cadebatur, ne caput extolleretur.*

Vides grauissimam tentationem, eamque vehementer vrgentem (nam ter Dominum rogauit vt auferretur) & in vase electionis, ne qui iam humilis erat, mons aut collis fieret.

Granat. serm. de  
temp. tom. 2. pag.  
702.

Humiles quo  
modo maximē  
capaces gratiæ.

I.

Lucæ 18.

2.

Lucæ 1.

Matth. 5.

3.

Moral. in Iob,  
lib. 10. cap. 13.

Humilitatis  
necessitas.

2. Cor. 12.

De verbis A-  
post. serm. 3.

Nunc

Nunc de peccato vide. *Vtilius est arroganti (ait Isidorus) in*

*De summo bono quodcunque vitium labi, & humilē post casum Deo fieri, quā*  
*lib. 2. c. 28. per elationē, superbia grauiorem ruinam & damnationē subire.*

*De ciuit. Dei*  
*lib. 14. c. 15. confidentia. Audeo (inquit) dicere, superbis esse vitale cadere in*

*Psal. 12. aliquod peccatum apertum manifestumq̄, unde sibi displiceant,*

*Gal. 5. qui iam sibi placendo, ceciderūt. Salubrius sibi Petrus displicuit,*

*Lib. 1. epist. 3. quando fleuit, quā sibi placuit quando presumpsit. Hoc dicit &*

*Superbia dæ-*  
*monum vex-*  
*atione curan-*  
*da.*  
*Dial. 1.*  
*Exempla.*

*In vita eius*  
*apud Surium, to.*  
*1. pag. 158.*

*In vita eius a-*  
*pud Surium, to.*  
*4. pag. 256.*  
*Simile.*

*sacer Psalmus, Imple facies eorū ignominia, & quærent nomen*  
*tuum Domine. Ratio autem huius rei est, quia quum cætera*  
*peccata sint manifesta, iuxta illud Apostoli, Manifesta sunt op̄*  
*ra carnis, inter quæ superbiam non numerat; vt facile viden-*  
*tur & agnoscuntur, ita tanto facilius corriguntur (primus*  
*enim ad indulgentiam gradus est, agnoscere delictū, ait Cypria-*  
*nus) sola autem superbia incorrigibilis est, nisi humilietur:*  
*quā hūc vitium quanto magis patimur, tanto minū vide-*  
*mus. Hac de causa Sancti viri, vbi periculū superbię, vel in se,*  
*vel in aliis viderent, dæmonum vexationē & possessionem*  
*vel sibi precabantur, vel aliis procurabant. Vtriusque exem-*  
*plum proferam. Refert Seuerus Sulpitius in vita S. Martini,*  
*cremitam quēdam, magnis virtutibus signisque mirabilem,*  
*ad expellendam de corde suo iactantię vanitatem, quam in-*  
*currerat, exorasse, vt permissa in se mensibus quinque dia-*  
*boli potestate similis his fieret, quos ipse curauerat. Corre-*  
*ptus itaque & tentus in vinculis, quinto mensē curatus est,*  
*non tantū à dæmone, sed & ab elationis vanitate. Hic*  
*sanctus vir in seipso hanc pestem hoc nouo remedij genere*  
*curauit. At S. Seuerinus Archiepiscopus Colonienis hoc fe-*  
*cit in aliis. Quum enim tres monachos haberet superbię*  
*spiritu inflatos, & incorrigibiles: Deum orans, impetrauit*  
*vt à dæmone omnes correpti vexarētur. Sic ergo per quadra-*  
*ginta dies obsessos, arduis abstinentię remediis mancipa-*  
*uit. Quibus expletis, data super eos oratione, à potestate dæ-*  
*monis, & à fastu mētis liberauit. Dicebat S. Arsenius super-*  
*bos omnem sibi viam ad cælorum aditum præcludere, non*  
*secus quā qui equis insidentes, & maximum aliquod li-*  
*gnum transuersum inferentes, templi ianuas ingredi vellent*  
*Hoc enim, ne quidem in maximo templo possunt, quia li-*  
*gnum ferunt obliquē, & nolunt illud demittere, vt sic ingre-*  
*diantur, lignūque suum pariter introducant. Et verò quis*  
*nescit omnes inferiores Magistratus fasces suos & sceptrā*  
*quæcunque coram suo Principe demittere? Sic omnia seu*  
*naturæ*

naturæ seu gratiæ dona in Dei conspectu semper demittere oportet, & (quod in Apocalypsi legitur) *mittere coronas nostras* Apoc. 4. omnes (si quas habemus) *ante thronum Dei viventis, dicentes: Dignus es Dominus Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.* Si in celo beati hoc faciunt, quanto magis in terra miseros nos facere oportebit! Sed de humilitatis virtute in se, eiusque præmijs, in alijs Evangelijs plura. Hic necessitatem eius tantum ostendere voluimus, quæ in hoc Evangelio docetur, & quam omnes concionatores diligentissimè tradere, & frequentissimè inculcare deberent. Est enim *propria quidem disciplina Christianorum, ut scribit Augustinus, sed certè rarissima,* Epist. 56.

7. *Exunt prava in directa, & aspera in vias planas.*

**L**ocus moralis de via virtutis per Christum facili & expedita. Gratia Christi, ad quam Ioannes suos auditores præparabat, & cuius adventum hoc tempore Ecclesia celebrat, hanc in animis hominum admirabilem novitatem faciet, ut non solum quæ prava & obliqua, & contra regulam rationis atque virtutis fiebant, nunc directa fiant, & in via virtutis rectè ambuletur (de quo supra dictum est) sed etiam, ut quæ prius aspera, difficilia, penèque impossibilia, corruptæ videlicet naturæ erant, nunc plana & facilia, sanata per Christum naturæ fiant. De hoc Apostolus: *Quod impossibile erat Legi in quo infirmabatur per carnem, id est, quod per solum legis mandatum carnalis infirmitas præstare non potuit; Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati: id est, incarnato Filio Dei, & facto homine per omnia infirmo, excepto peccato, de peccato damnauit peccatū in carne, id est, per hostiam peccati in carne sua, damnauit peccatum hominum carnalium, damnauit autem, id est, redemit, non solum pœnas peccatorum nostrorum in corpore suo persolueno, quod est vna redemptionis pars, soluto pretio pro captiuo redimendo; sed etiam liberando nos à seruitute peccati, & plena libertate nos donando, quæ est altera pars redempti captiui. Erasmus enim captiui, non solum pœnæ peccati obligati, sed etiam ipsi peccato, cui per concupiscentias seruebamus. Christus per hostiam peccati, id est, carnem suam crucifixam, ab utroque nos redemit, & utrumque damnauit, seu sustulit, tollens chirographum quod contra nos* Coloss. 2.

*Pars Hyemalis.* G erat,

- erat, & affigens illud Cruci. De hac posteriori redemptione subiungit itatim Apostolus loco inchoato: *Vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui (scilicet) non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.* De hac Petrus: *Redempti estis de vana vestra conversatione paterna traditionis pretioso sanguine Filij Dei.* De hac iterum Paulus: *Dedit semetipsum pro nobis, ut mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum,* & iterum: *Tradidit semetipsum pro Ecclesia, ut eam sanctificaret, & rursum: Reconciliauit vos in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos & immaculatos, &c.* Denique quod sanguis hircorum & vitulorum prestare non potuit in lege Moysayca, quæ erant omnia iustitiæ carnis, hoc præstitit Christi sanguis, *emundam conscientiam nostram ab operibus mortuis, id est, peccatis.* De quo & Ioannes: *Sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato.* Christi autem passio redimit nos à seruitute peccati, id est, *ut non seruiamus peccato, sed seruiamus iustitiæ,* & pari facilitate opera iustitiæ per eum regenerati faciamus, quæ opera iniustitiæ de carne nati faciebamus, duobus modis. Vno modo per modum meriti, altero per modum exempli. Eius enim passio merebatur nobis gratiam Spiritus sancti, cuius beneficio & perpetuo adiutorio in via mandatorum Dei curremus. Hoc docuit Ioannes, quum Christi verba, quibus dixit, *Aqua quam ego dabo, erit ei qui bibit fons aqua salientis in viam æternam,* exponeret, dicens: *Hoc autem dixit de Spiritu (gratiæ) quem accepturi erant credentes. Spiritus enim nondum erat datus, quia Iesus nondum fuit clarificatus.* Clarificatio ergo Christi, quæ fuit per passionem de qua dixit, *Pater, iam venit hora, clarifica Filium tuum,* fuit causa (haud dubiè meritoria) dati nobis Spiritus sancti. Hoc alijs verbis profitebitur Zacharias in natiuitate filij sui Ioannis: *Memorari testamenti sui sancti, iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, (quod totum factum est Christo incarnato) ut sine timore inimicorum nostrorum) id est, sine seruili subiectione passionum, & pessimatarum affectionum nostrarum, Inimici enim hominis, domestici eius) liberati seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.* Per modum exempli, quia (vt scripsit Petrus) *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.* Christo enim pro omnibus moriente, omnes in eum credentes, timorem mortis abiecerunt. *Charitas Christi urget nos,*

quia si vnus pro omnibus mortuus est, igitur & omnes mortui sunt. Et Augustinus: Hoc egit mors Domini, ne mors amplius timeretur. Hæc est propriè gratia noui Testamenti, vt non solum cætera vt ritus opera, sed nec mors ipsa pro fide, pro iusticia, pro Deo suscipienda ardua aut dura veris Christianis videatur. Quod totum etiam contra hæreticos nostri temporis diligenter notandum est, qui hanc propriè gratiam noui Testamenti, quæ facit vt non regnet peccatum in mortali corpore nostro, sed gratia regnet per iustitiam vt vitam aternam; & vt soluti à lege mortis in qua detinebamur (quæ fuit seruitus peccati, & difficultas rectè operandi) seruiamus in nouitate spiritus; hanc inquam penitus sustulerunt, & pro eo imputationem suam iustitiam, Scripturis & Ecclesiæ hætenus inauditam, substituerunt, quæ solâ Christi iustitia nobis imputetur, vt simus coram Deo iusti, quia (aiunt, & mentiuntur illi) obseruatio mandatorum est impossibilis, & in omni opere nostro peccamus. Sic per illos falsum est quod Propheeta Esaias de Christi gratia tanto tempore prædixit, & in hoc Euangelio repetitum est: *Erunt praua in directa, & aspera in vias planas*: quia secundum illos omnia adhuc sunt aspera, nihil planum; omnia adhuc praua, nihil rectum. Sed illis relictis, quæ ad mores magis faciunt prosequamur. Per Christi gratiam tanta est facilitas virtutis & bonorum operum, sic aspera fiunt plana, vt Dauid dixerit, *Laborēs manuum tuarū manducabis*. Non dicit, fructum laborum; sed, ipsos labores manducabis. Iusti quippe non tantum fructum laborum suorum in altera vita comedent, sed etiam ipsos labores in hac vita comedunt, id est, pro cibo suauissimo exequuntur, sicut Christus caput nostrum dixit: *Cibus meus est, vt faciam voluntatē eius qui misit me*. Sic cibus iustorum est, orare, opera misericordiæ facere, i.e. unare, atque ad eodē ipsum lachrymare. Vnde Propheeta in persona iustorū dixit: *Lachrymæ meæ panes mei die ac nocte*: & Augustinus, qui hunc gustū bene senserat, *Dulciores, inquit, sunt lachrymæ orantium, quàm gaudia theatrorum*. Quàm suavis sit gustus operum spiritualium atque virtutis, carnales nesciunt; quia hanc viam mandatorum ambulare cœperunt tantum, non multum perrexerunt. Ingressus itineris durus semper & asper est. Quo magis progredieris, eodē leuior semper itineris labor videbitur. Vt iudices an aspera sit via, ex illis interrogandum est, qui eam totam, aut certè maiori ex parte ambulauerunt: quales sunt iusti & sancti maiores nostri in via mandatorum. Porrò

In exposi. quæ  
rund. proposi.  
in epist. ad  
Rom.

Locus contra  
hæreticos.  
Rom. 5.

Rom. 6.

Esaias 40.

Psal. 127.  
Mandatorum  
Dei suavis  
exequutio.

Ioan. 4.

Psal. 41.  
Enar. in Psal.  
127.

Simile.

difficile est ambulare sine lumine. Atqui de malis Scriptura dicit: *Ambulant ut cæci, qui à Domino peccauerunt.* Ideo omnia illis sunt difficilia. *Iustorum autem semita est quasi lux splendens: & Qui sequitur me* (ait Christus) *non ambulat in tenebris.* Ideo melius videntes viam expeditius ambulant. Deinde impij *nec gustauerunt donum cælestis, nec participes facti sunt Spiritus sancti.* Ideo non fecerunt quod monet Scriptura: *Gustate & videte quàm suavis est Dominus:* nec velut filij Dei amant Deum, vt ex amore operentur, vt possint dicere cum Ioanne dilecto: *In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, de Spiritu suo quem dedit nobis.* Si filios Israël in deserto peregrinantes arca Dei semper præcessit, vt eam continuò sequerentur; illa stante, quiescerent, illa elevata, castra mouerent, sed & columna nobis per diem æstum temperaret, & columna ignis per noctem lucem daret: quanto magis in hac peregrinatione nostra Christus dux viæ nos semper præcedit, exemplo, mandato, doctrina, gratia sua, & per diem quidem, ac in ijs quæ facilliora sunt, columna Ecclesiæ nos manuducat, & singularitatis feruorem, ac superstitionis æstum suæ autoritate tollat; per noctem verò, & in rebus vel obscurioribus, vel difficilioribus, ignis Spiritus sancti affulgeat. *Paracletus noster, qui nos ducat in omnem veritatem, & quo spiritu agimus, & facta carnis mortificamus.* Sic enim Dominus custodit nos ab omni malo, vt per diem sol non urat nos, neque luna per noctem. Referunt qui naturæ historiam scribunt, esse quandam fluuium, cuius epota aqua, potantes reddit abstemios. Talis est aqua Christi, & spirituales eius deliciae, vt earum gustus omnes alias mundi delicias fastidire faciat. Hinc apud Esaiam legimus Sabbata delicata. *Si vocaueris* (inquit) *sabbathum delicatum, & glorificaueris Deum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, tunc delectaberis super Domino.* De hoc sabbatho delicato sic Basilius: *Quisquis à sollicitudinibus mundana vita descinit, & qui nulla peccati sarcina pregrauatur, reuera talis tranquilla per otia transigit sabbatam.* Nempe Christi gratia facit sabbata nostra delicata, id est, vniuersum Dei cultum periucundum & delectabilem. Quemadmodum enim globi plumbei, qui suapte natura deorsum celestimè tendunt, vt tamen ignis tormentarij eiaculati, altissimè volant: sic opera nostra, etsi, quatenus natura ea producit, non nisi terrena respiciunt, & corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, tamen qua-

tenus

Sophon. 1.

Prou. 4.

Ioan. 8.

Hebr. 6.

Psal. 33.

3. Ioan. 4.

Ioan. 14.

Rom. 8.

Psal. 120.

Granar. ro. 2.

Serm. de tem.

pag. 226.

Esai. 58.

In com. in cap.

3. Esai.

Simile.

Pictus dial.

par. 2. dial. 5.

cap. 18.

Sap. 9.



tenus à gratia producantur, & diuinæ charitatis igne accensa proferuntur, ipsum cœlum, & qui super omnes cœlos est, Deum petunt: ad eius honorem, cultum, obsequium maximo cum impetu & feruore diriguntur. Et sicut aqua igni admota, non modò ignis calorem, sed & motum atque agilitatem participat, celerrimè bulliens: sic homo, diuino spiritu hausto, non modò nouo amore ferum diuinarum incalcescit, sed etiam maximo cum feruore, & facilitate ac voluptate opera pietatis, opera spiritualia producit. Sic aspera fiunt in vias planas. Porro sicut viride lignum in igne positum, simul lachrymatur & aedet, sic homo iustus in virtutum operibus simul laborat & gaudet. Et vt in ligno humor naturalis lachrymas elicit, sed ignis adueniens, calorem inducit: sic in homine iusto naturalis infirmitas & corruptio aspera & laboriosa facit pietatis opera, sed ignis diuini Spiritus piorum corda inhabitans, feruorem & facilitatem apportat. Denique ex eo quòd diuini Spiritus gratia, quæ charitas est diffusa in cordibus nostris, igni à Christo comparatur, dicente, *Ignem veni mittere in terram*; ideoque & in specie ignis Spiritus sanctus descendit, facile elucescit, quomodo vi diuinæ gratiæ aspera fiunt in vias planas. Nam vt ignis carbonem extinctum accendit, sic gratia Spiritus cor mortuum viuificat. Vitæ autem principium motus & actus est. Rursum, vt ignis usque ad cineres consumit, sic gratia in cinerem mortificationis hominem redigit. Ignis sursum tendit rapidissimo motu: sic charitas superna petit vehementissimo impetu. Ignis aufert rubiginem à ferro, & humanis vitiis aptum reddit: Charitas aufert torporem à corde, & diuinis actionibus idoneum facit. Ignis scintillas frequenter emittit: sic charitas cœlestium rerum pia desideria eiacularur. Denique charitas igne naturali actuosior est: nam quum ignem quælibet aqua extinguat, de charitate dicitur, quòd *multa aqua non potuerunt extinguere illam*. Postremò dicitur *valida sicut mors*: quia vt mors perimit carnem, ita charitas carnalitatem: & sicut mors aufert sensum mortuo, sic charitas facit hominem insensibilem mundo. Illa enim fecit Paulum dicere: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*; id est, quia ego illa in me habeo quæ mundus horret tanquam crucem, vt orare, ieiunare, elemosinas dare, corpus mortificare, humiliter de meipso sentire, & alia quæuis veræ virtutis & pietatis opera; propter-

*Simile.**Granat. to. 3.**Ser. de temp.**pag. 174.**Simile.**Idem tom. 2.**de temp. pag.**439.**Luca 11.**Act. 1.**S. Bonavent. in**dicata salut.**cap. 25.*

3.

4.

5.

6.

*Cant. 8.**Gal. 6.*

ea mundo sum crucifixus, id est, ita despectui habitus, atque si in patibulo, vt malefactor, fixus penderem. Mibi quoque mundus crucifixus est, quia quicquid ille amat, suspicit & ambit, vt sunt honores, voluptates, diuitiæ, ego illa despicio vt res vilissimas, & cruce dignas. Hunc affectu qui sic aspera facit plana, Dei gratia producit. Eadem vis tantam vim habet, & sic nouam creaturam facit, vt Paulus, eam plenus, rursus dixerit: *Iam non vivo ego, sed vivit in me Christus.* Transformatus scilicet in alium virum sic fuit, vt quæcunque mundo asperissima videbantur, illi viderentur iacundissima, modo in illis Christum inueniret, aut eius gloriam atque obsequium. Sanè sicut patri & matri vehementissimum proliis amorem Deus ingenerauit, propter quem labores in ea educanda maximos, etiam cum voluptate assumunt: sic sui amoris ignem, piorum pectoribus ita iniecit, vt pro cælestibus acquiritendis, omniſ eis labor voluptas videatur.

Galat. 2.  
Similia.

Ludo. Grana.  
tom. 3. de temp.  
pag. 135.

## EVANGELIVM DOMINICÆ

INFRA OCTAVAS NATIVITATIS DOMINI.

Lucæ 1.



**E**RANT Ioseph & Maria mater Iesu mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israël: & in signum cui contradicetur. & tuam ipsius animam pertransibit gladius; vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna Prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor: quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens, confitebatur Domino; & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israël. Et vt persecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galileam, in ciuitate sua Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo.

## PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. *Mirantes super his qua dicebantur de illo.* De meditatione operum & beneficiorum Dei.
2. *Eccē hic positus est in ruinam multorum in Israel.* De profectu nostro in professione Christiana examinando.
3. *Et in resurrectionem multorum in Israel.* De vera per Christum resurrectione, & regeneratione nostra.
4. *Et in signum cui contradicetur.* De imitatione Christi, Christianis omnibus necessaria.
5. *Qua non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruans Deo nocte ac die.* De orandi & templo frequentandi assiduitate.
6. *In ieiunijs & obsecrationibus seruans.* De ieiunio cum oratione coniungendo.

i. *Mirantes super his qua dicebantur de illo.*

**L**OCVS moralis de operum & beneficiorum Dei meditatione & contemplatione. Ioseph enim & Maria mater Christi non mirabantur super his qua dicebantur de parvulo Iesu primū à pastoribus, postea à Magis, nunc à Simeone sene, iusto & timorato, ex ignorantia, aut quasi nescientes ipsum esse Dei Filium, mundi Saluatorem, lumen Gentium, & gloriam Israël (nam ex Angeli annunciatione, totaque Christi natiuitate, & maximè diuino docente Spiritu, hæc omnia prius exactissimè nouerant) sed mirabantur ex ampliori noticia, & attentiore consideratione eorum omnium qua dicebantur. Opera enim & beneficia Dei, quanto amplius cognoscuntur, tanto admirabilius mentem suspendunt. Tanto autem amplius cognoscuntur, quanto attentius considerantur, & per meditationem frequentem expenduntur. Hæc enim duo sese inuicem iuuant & excitant, meditatio & cognitio. Meditatio enim parit notitiam maiorem; maior notitia prouocat ad frequentem meditationem. Vtraque autem generat admirationem, admiratio verò tum ad humilitatem circa sapientiam Dei, tum ad perpetuam gratiarum actionem circa bonitatem Dei, mentem excitat. Vnde Dauid: *Mirabilia opera tua, ideo scrutata est ea anima mea.* Ignorantia, ingratitude, tepor & torpor hodie Christianorum ex eo maximè oriuntur, quòd Dei opera, & beneficia, & maximè hanc admirabilem Filij Dei, pro humano genere asserendo, incarnationem non meditantur, non admirantur, non expendunt exemplo S. Mariæ matris Dei, & Ioseph viri eius. Tota fides nostra Catholica, absque earum rerum consideratione quas credimus, est quasi epistola obliuata, sigil-

Meditatio operum &amp; beneficiorum Dei.

Psal. 111.  
Similia.

lôque munita, in qua licet maxima meroris & lætitiæ nuntia referantur, nihil tamen eorum mouet, quia non leguntur illa, nec examinatur, quæ epistola habet. Nihil certe est igne calidius, aut actuosius; sed si obiter tantum digito attingas, vix vllum calorem, aut alterationem sentis. Nihil Dei beneficiis erga nos; & maxime Incarnatione Filij Dei, ad accendenda corda fidelium potentius; sed quia obiter tantum, & vix leui cogitatione ea contingimus, ideo nihil illa nos mouent; at si ad huc ignem accedas, iam calefces plus fatis. Hoc expertus Propheta, dixit: *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis.* Nec mouet tantum & quasi torpentem mentem excitat meditatio ista, verum etiam alit & confortat ad vberimos inde bonorum operum fructus producendos. Quemadmodum enim aqua humore suo vitali arborem educat & confirmat, illamq; lætissimorum copia fructuū exornat: ita piorum animus meditatione rerum diuinatum alitur ad æternitatem, amplissimòsq; virtutum fructus edit. Hinc Propheta, postquam dixisset: *In lege eius meditabitur die ac nocte;* subiunxit: *Et erit tanquam lignū quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Meditatio quippe assidua operum & beneficiorum Dei, est sicut decursus aquarum: quia sicut vita corporea, corporeo indiget alimento, ne naturalis calor consumatur; sic vita spiritualis indiget spiritali alimento, quod in ipsa meditatione abundè suppeditatur, nec charitatis diuinæ calor per peccatum aut mundi curas, & terrenarum rerum amorē penitus vel extinguatur, vel suffocetur. Sanè quod vel lectio Scripturarum, vel auditiō verbi Dei, facit inquirere, hoc meditatio facit inuenire: & vt illa cibū ori apponit, ita ista masticat & frangit; atq; vt ista quidem sine illa est erronea, sic illa sine meditatione est arida atq; infructuosa. Quid enim iuuat cibos degustasse, nisi in stomachum demittas? In veteri lege animalia quæ non ruminabant, immunda iudicabantur, & non licebat ea comedere, vel in vsum sacrificiorum adhibere. Pectus Christiani quod Christi beneficia non ruminat, non meditatū, non masticat, non expendit, non imis sensibus reponit, immundum est coram Deo, & nec homines ædificat aliquo bono opere, nec Deo sacrificiū offert vllō spiritali officio. Vnde sancta Scriptura: *Thesaur⁹ desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autē stultus degluit illum.* Nempe nihil amplius cogitando, vel ruminando. Contrā, diligens & frequens meditatio operum & beneficiorum

Psa. 38.

Psal. 1.

Simile.

Meditationis  
effectus.

Proverb. 21.

Exempla.

ciorum Dei, admirabiles fructus in eorum animis fecit, qui ea vfi sunt. S. Maria Oegniacensis, quum semel maxima compunção cordis passionem Christi cōsiderasset, & cum tanta vbertate lachrymarum, vt per totum corpus vsque ad ralos illa defluerent, ab eo tempore nec crucis imaginem intueri, nec vel ipsa loqui, vel alios loquentes audire potuit, quin præ cordis defectu ecstasim pateretur. Frater Ægyptius Minorita tam sæpè & tam ardentè de Deo meditatus fuerat, deque eius opèribus & beneficiis, vt non potuerit postea de Deo cogitare sine ecstasi: ideoque fratres, quum eius colloquio frui vellent, diligentissimè cauebant, ne de Deo, vel de Trinitate vllam mentionem inicerent. De S. Francisco scribit S. Bonauentura, quòd, quum Psalmos legendo, nomen *Domini* in eis occurreret, præ suauitate dulcedine, labia sua lingere videbatur. Nomen autem *Iesu* quum exprimeret vel audiret, iubilo quodam repletus interiorius, totus videbatur exteriorius alterari, ac si mellifluus sapor gustum; vel harmoniacus sonus, ipsius immutasset auditum. Hoc S. Bonauentura. Quum ad S. Elzearium Comitem diutius absentem, vxor eius famulum mitteret, vt sciret quid ageret, respondit per litteras: Sanus corpore sum & solpes. Quòd si verò videre me cupis, quære me in vulnere lateris Christi. Illic enim habito, & ibi me poteris inuenire, frustra alibi quæsitura.

Iam vero non in animo tantum hos mirabiles effectus meditatio beneficiorum Christi produxit, sed etiam in corpora Sanctorum ita redundauit, vt quidam ipsa Christi Saluatoris vulnera carni suæ impressa, ex vi & feruore meditationis huius, habuerint. Quod in primis de S. Francisco celeberrimum est, cuius manibus & pedibus, itémque lateri, quinque stigmata impressa fuisse, quum in monte Alverno intentius meditaretur, è cruce seraphica, quæ illi in aère apparuit, mirabiliter emissa grauissimus author S. Bonauentura copiose scribit. Sancta quoq; Catharina Senësis, Coleta Ordinis S. Claræ reformatrix sanctissima, Lydvina, virgines eadem Christi vulnera corporibus suis impressa sustinuerunt, ex vi & frequentia meditationis nata. Quare sanctissimum & saluberrimum est illud hodie Societatis Iesu institutum, quæ meditatione huiusmodi suos quotidie per horam integram exerceat, eamque matutinam; vt minimè mirandum sit, si vel hoc solo nomine, & exercitio quotidiano tam excellenti, verum de illa Societate sit, quod ante

*In vita eius c. 5. apud Surium, tom. 3.*

*In vita eius apud Surium, to. 7.*

*In vita eius c. 10*

*In vita eius cap. 30. apud Surium tom. 5.*

*Meditationis vis in corpus redundat. In eius vita c. 13.*

*Apud Surium in vita ipsarum.*

*Societatis Iesu Meditationes quotidianæ.*

Lib. 5. Concordia.  
dia. fol. 14.

quadringētos annos de ea scripsisse videtur Ioachimus Abbas his verbis : *Insurgēt una noua religio sanctissima, quæ erit libera & spiritualis, in qua Romani Pontifices, potius pace Ecclesia, se continebunt. Quam religionem & ordinem Deus super omnes alias diligit, quia perfectio, illius vincet omnes alias aliorum ordinum.* Hæc ille. Harum meditationum gustum saluberrimum præbuit Franciscus Costerius, Societatis Doctor Theologus, emissis in lucem duobus libellis Meditationum: vno in Passionem Dominicam, altero in B. Virginem. Certè meditatio ista matutina alicuius vel operis vel beneficii diuini, vel alicuius virtutis & gratiæ, vel contra aliquot vitium & peccatum, est fornax quædam, quæ ita animum accendit, sicut ignis ollam, in qua vi ignis sordes omnes ad summum ascendunt, vt facile videantur, & abstergantur. Sic enim meditando, & mentaliter orando, vel lecta ruminando, diuina Maiestas, sapientia, bonitas sic ob oculos meditationis vi & feruore ponitur, vt nostrarum imperfectionum sordes statim nobis appareant, nosque ad eas abolendas & corrigendas incitemur. Et vt olla semel bene accensa, modicus postmodum ignis ad calorem illum fouendum sufficiet: sic matutina meditatione si bene inardescat animus, modico deuotionis studio toto reliquo die adhibito, ad pietatis opera peragenda, & ad Deo inhærendum, satis incitati erimus. Sanè sicut odia & similitates in corde fouemus, quia aliquam nobis factam iniuriam sapè animo volumus ac reuoluimus, omnesque eius circumstantias expendimus, trutinamus, aggrauamus, nec eius vnamquam obliuiscimur: ita profectò Dei amorem animo altissimè impressam gereremus, si in eius beneficiis memoria tenendis, expendendis, trutinandis, eandem operam & curam poneremus. Hinc sanè Propheta Regius, vir in hoc genere exercitissimus, more veterum Patriarcharum, vt de Isaac legimus, quòd inclinata iam die egrediebatur ad meditando in agro, sic scripsit: *In matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.* & iterum: *Prauenērunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua.* & rursus: *Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.* Scopa enim quædam cordis est, attentæ, frequens, & assidua rerum diuinarum meditatio. Vnde ibidem adhuc sequitur: *Memor fui operum Domini, quia memor ero ab initio mirabilia tuorum, & meditabor in omnibus operibus tuis, & in adiuuentionibus tuis,* vel, vt Chaldæa lectio habet,

Meditationis  
matutinae vir-  
tus.

Genes. 24.

Psal. 62.

Psal. 118.

Psal. 76.

habet,

habet, in causis miraculorum tuorum *exercebor*, Sic mirabantur Christum natum Ioseph & Maria mater eius, nempe *Luca 2.*  
 vt de beata Maria paulo post dicitur, *Observantes, & cōferentes omnia in corde suo.*

Age ergo, miremur paulisper & nos cum parentibus Christi, obſeruemus & conferamus in corde nostro, quæ hoc tempore gesta sunt. Amplectamur amoris brachijs cum Simeone iuſto puerum Ieſum: confiteamur illum cum Anna vidua: inſpiciamus illum ſiue in præſepio reclinatum, & panniculis inuolutum, ſiue in maternis brachijs, matris vbera, paruulorum more, auidè apprehendentem, atque ſugentem, Simeonem deinde ſenem, & Annam viduam propè aſtantes, complectentes, laudantes, præ gaudio lachrymantes. Quid? Hoc te ſpectaculum non mouet? imò omnia tua viſcera non commouet? Neſcis quis ille puer eſt? Scio inquis & credo firmiſſimè Filium eſſe Dei? *Deum de Deo, lumen de lumine, genitum non factum, conſubſtantialem Patri.* Scis quare hanc paruuli formam accepit? Scio inquis, *quod propter nos homines, & propter noſtram ſalutem de calis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, & homo factus eſt.* Scis quæ, & quanta pro te faciet loquetur, patietur? Scio (inquit) quia Magiſter, Mediator & Redemptor futurus venit. Scis hæc omnia, credis hæc omnia, tenes firmiſſimè, & necdum totus incaleſcis? necdum amoris eius flamma corripis? necdum tibi pectus & viſcera concutiuntur? Sicut in aduentu diaboli omnibus gentibus planctus indictus eſt, clamante Angelo de cælo, *Va terra & mari quia deſcendit diabolus ad vos, habens iram magnam;* ſic contrà in Aduentu Chriſti canunt Angeli, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis:* Clamat Propheta Regius: *Omnes gentes plaudite manibus, iubilare Deo in voce exultationis, &c.* Sed propiùs accede, & humanarum affectionum calcæis deſiſtis, veni & vide, non viſionem hanc magnam, ſed rem geſtam longè maximam. Aromata, quantumuis odorifera, in apothecis clauſa non ſentiuntur. At illis apertis tota domus ſuauiſſimo odore completur. Aulæ pulcherriſſimis figuris contexta, complicata quum ſint, nihil à cæteris pannis differunt; expenſa verò & extenta, ſuam pulchritudinem oſtendunt. Age ergo, inſiſte hîc aliquantum, attende diligenter, cogita, aduerte, perpende huius tantæ rei nouitatem, huius miraculi excellentiam, huius beneficij magnitudinem. De nouitate dixit Ieremias: *Creauit Dominus*

Meditatiſcula  
de incarnato  
Filio Dei.

In Symbolo  
Niceno.

Apoc. 12.

Luca 2.

Pſal. 46.

Vide Arnobium  
ſuper Pſal. 46.  
Similia.

*Ierem. 31.  
Ser. 9. de temp.*

*Incarnationis  
Dominicæ ad-  
miranda noui-  
tas.*

*Aug. serm. 11. de  
tempore.*

*In Missa Ca-  
tholica.  
Serm. 3. de  
Nat. Domini.*

*Incarnat. Do-  
minicæ mira-  
culum triplex.  
1. Ex parte me-  
dicinæ.  
Serm. 49. de  
Sanctis.*

*Bas. boni. 25.  
Amb. in Ps. 37.  
Lib. 6. de curat.  
Grac. affectio-  
num.*

*nouum super terram: Famina circumdabit virum. Quod quale sit, Augustinus exponit, Portans omnia verbo virtutis suæ, ab infirmitate portatur. Qui terra, mari, caloque non capitur, intra vnius corpusculi membra suscipitur. De creatura sua creator omnium procreatur, & de riuulo suo fons magnus exoritur. Radix omnium de virgulo suo nascitur, & vitis vera palmitis sui fructus efficitur. Hæc ille. Rursum tres tantum ab orbe condito nouæ nascendi species, præter vsitatum humanæ conceptionis morem, leguntur: quarum hæc tertia est, & sua nouitate maxime stupenda. Prima natiuitas erat, quod Adam ex limo terra creatus est. Secunda quod mulier formata est de mascululo. Tertia, quæ sola celestis & diuina est, quod Christus processit ex virgine. Sic apparet quam verum sit quod quotidie Ecclesia repetit: Deus qui humanam substantiam mirabiliter condidisti, & mirabilius reparasti, &c. Vnde S. Leo: Multum est origini humana datum, quod fecit nos Deus ad imaginem suam: sed reparationi nostræ longè amplius est tributum, quando ipse Deus factus est ad imaginem nostram, & seruili forma ipse se Dominus aptauit. Nouitatem huius rei hæc satis docent.*

Miraculi excellentia triplex notari potest. Primum, de admirabili ratione medicinæ, per hanc incarnationem factæ generi humano, respectu & ex parte ipsius hominis. Nam in incarnato Filio Dei, medicus ipse, vt nos sanaret, ipsam se medicinam fecit, imò & æger fieri voluit. Mirabile planè (ait Augustinus) & incomparabile genus medicine, propter quam Medicus voluit egrotare, & egrotos ipsos, quibus salutis remedium procurauit, sua decreuit infirmitate curare. Quemadmodum igitur scorpionum carnes oleo coctæ, percussionibus medentur scorpionum, & theriaca de serpentis carne confecta, morsibus serpentinis occurrunt, & poriones veneno infectas in potu sumpta expellit: sic carnem nostram de serpente percussam, sua carne Medicus noster sanauit. Hæc Augustinus. Idem docet D. Basilius, & post eum D. Ambrosius. Rursum ex hac consideratione sic scripsit Theodoretus: Medicos eos maxime laudare solemus, non qui nos quidem suis ministris curandos committunt: sed qui pallium deponunt, interulamq; succincti, suis ipsi manibus ferrum accipiunt, volensq; se sit opus, incidunt, neq; factorem vlcis auersantur, imò autem profluentem saniem excipiunt, spongiæq; inspergunt, & unguenta compingunt, aliæq; remedia multa faciunt, quæ adhiberi medicina lex iubet. At sic Christus nos sanare voluit, vt non Angelis, non aliis hominibus sanandos



committeret, sed in propria persona, exinaniens seipsum, & humilians usque ad mortem, mortem autem crucis, sic salutem nostram operatus sit in terris. Mirabile hoc & inauditum medicinae genus, mirabile bonitatis argumentum. Secunda miraculi excellentia circa iustitiam quam in nostra redemptione exercuit, diabolum scilicet, à quo captiui tenebantur, non potentia, sed iustitia superans; nec per potentiam, sed per iustitiam ex eius nos faucibus eripiens. Vnde S. Leo: *Magno & mirabili aequitatis iure certatum est, dum omnipotens Dominus cum suauissimo hoste non in sua Maiestate, sed in nostra congregitur humilitate; ut inuentor mortis diabolus, per ipsam quam vicerat carnem vinceatur.* De hac Dei iustitia in tanto hoste superando prædixit Iob: *An extrahere poteris Leuiatham hamo? & sune ligabis linguam eius? Quod* sic exponit Chrysostomus, & post eum Rupertus: *Sicut in hamo esca præda posita pisces illudimus qui auaritate præda hamo capiuntur: sic & diabolo contigit, dum tantum corpus hominis in filio Dei considerat, & Deum in corpore non agnoscit, quasi ad præparatam sibi prædam solita rapina festinat, tentat, vexat, persequitur, occidendum procurat. Sed dum vult auarities prædam rapere, ipse Leuiathan, ipse draco, ut piscis adductus in hamo, præda domini captus efficitur.* Hæc ille. Tunc enim (ait Augustinus) *sanguis ille, quoniam eius erat qui nullum habuit omnino peccatum, ad remissionem nostrorum fusus est peccatorum: ut, quia eos diabolus merito tenebat, quas peccati reos conditione moris obstrinxit, hos per eum merito dimitteret, quem nullus peccati reum immerito pœna mortis affecit.* Hæc iustitia victus, & hoc vinculo victus est fortis, ut vasa eius eriperentur, quæ fuerant, vasa ira, & in vasa misericordia conuerterentur. Hæc ille. Hæc fuit admirabilis incarnati Filij Dei bonitas, ut non potentia, sed iustitia diabolum vinceret, nosque redimeret.

Tertia huius miraculi in incarnato Filio Dei excellentia est, quòd hac demum ratione. reconciliatio generis humani, cum Deo non solùm efficaciter, sed & modo conuenientissimo facta fuit. Quum enim diabolus, tanquam medius malus separauit amicos, Deum & hominem, ab initio; Filius Dei homo factus est, ut tanquam medius bonus reconciliaret inimicos, Deum & hominem, post peccatum. Ac diabolus quidem immortalis & miser, cum Deo immortalis, cum homine lapsus miser, medium quoddam inter vtrumque fuit, sed

2. Ex parte iustitia.

Sem. 1. de Natiuit.

Iob 40.  
Chrysost. hom. 5.  
ex varijs in  
Matth. locis.  
Rupertus lib. 1.  
in Matth.

De Trinit. lib. 13. cap. 13.

3. Ex parte conuenientia.

Ex August. de ciuitate D. i. lib. 9. cap. 15.

sed pessimum; id est, disiunctiuum, & ad separationem factum; ideoque hoc semper contendens, vt ad suam miseram immortalitatē, miseris mortales perducatur. Deus igitur beatus, factus pro nobis mortalis, oppositum planè medium est inter Deum & nos. Nam aduersus diaboli immortalitatem & miseriam mortalis esse ad tempus voluit, qui beatus in suā æternitate semper perstitit: vt sic factus Mediator optimus, id est, coniunctiuus, & faciens vtraque vnum, nos miseris mortales ad suam beatitudinem immortalē pertraheret: *soluens inimicitias in carne sua, &c.* Hæc fuit admirabilis conuenientia saluandi generis humani per incarnatum Dei Filium.

Ephes. 2.

Incarnat. | Do-  
mini benefi-  
cium triplex.  
Luca 3.

Sed nunc beneficij huius amplissimi magnitudinem triplicem quoque considera. Nam quum contra triplicem humanæ naturæ morbum 1. ignorantiam intellectus cum superbia coniunctam ( de qua Præcursoris doctrina clamabat, *Omnis mons & collis humiliabitur* ) 2. difficultatem agendi desperatione plenam ( de qua eadem doctrina clamabat. *Erunt aspera in vias planas* ) 3. infirmitatem voluntatis, & pusillanimitatem ( de qua rursus eadem doctrina dixit, *Omnis vallis implebitur*, quæ tria in præcedenti Dominica explanauimus ) opus erat tribus gratiæ remediis, fide humili, spe bona, & charitate in Deum inflammata; hæc tria remedia, has tres virtutes ( sine quibus Redemptionis participes esse non poteramus ) hoc triplex incomparabile beneficium, Verbi Dei incarnatio nobis procurauit: homo enim factus, idemque pauper & humilis homo, omnem seculi superbiam, & falsæ sapientiæ inanitatem euacuauit, ostendens, *quod infirmum est Dei, fortius esse hominibus. Deus Dei Filius* (ait Augustinus) *homine assumpto, constituuit atque fundauit fidem, vt via homini ad Deum esset homo Deus.* Via homini ad Deum est homo Deus, quia via ad fidem in Deum est humilitas, quam Filij Dei incarnatio & humiliatio luculenter docuit: quam tot illa loca in præcedentibus Euangelij explicata, & à matre Ecclesia idcirco Aduentus tempore in Ecclesiis lecta, vt Incarnationis & Aduentus huius Dominici beneficia melius explicarentur, explicata intelligerentur, intellecta ad pietatem hortarentur, manifestè tradiderunt. Hæc videlicet: *Pauperes euangelij antur. Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis mons & collis humiliabitur.* Quid enim? Descendit optimus

1. Fidei humi-  
lis doctrina.

1. Cor. 1.  
De ciuit. Dei,  
lib. 10. cap. 29.

Ioan. 1.  
Marth. 11.  
Luca 3.

optimus maximus ad statum paupertatis & patientiæ; & tu pessimus ac minimus, vis ascendere & ambulare in magnis & mirabilibus super te? Ille descendit de cælo ad terram; & tu apponis te magnificare super terram? Magnum certè miraculum est, Deus propter hominem humiliatus; sed maius esse videtur portentum, quòd homo propter Deum humiliari recusat. Quum David Absalonem fugiens nudis pedibus, operto capite, per cliuum montis oliuarum ascenderet; omnis quoque familia, quæ eum sequebatur, operto similiter capite ascendebar, plorans: & Christus verus David atopere, idque pro nobis humiliatus, nullum nobis humilitatis documentum erit? Iam verò ad spem erigendam, maximam vim habet verbi Dei incarnatio. Si enim natura Dei Filius (ait Augustinus) propter filios hominum, gratia Dei factus est Filius hominis: quanto est credibilis, natura filios hominis, gratia Dei filios Dei fieri? Propter hoc persuadendum, Dei Filius particeps nostræ mortalitatis effectus est. Et paulo post: Nichil tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram, mentisque mortalium, conditione ipsius mortalitatis abiectas, ab immortalitatis desperatione liberandas, quam ut demonstraretur nobis, quanti nos faceret Deus, quantumque diligeret.

Humilitatis documentum.

2. Reg. 15.

2. Ad spem erigendam.

De Trinit. lib.

23. cap. 9.

Cap. 10.

Ad charitatis flammam in nobis mirabiliter excitandas nihil accommodatius fieri potuit. Etenim quia naturale est (ait sapienter Augustinus) ut homines diligentes se diligant, hac humilitate & charitate incarnati Filij Dei liquefacta est duritia mundi, ut agnosceret saltem beneficium sua reparationis, quam non agnouerat excellentiæ suæ conditionis. Sic & Saluianus Episcopus Massiliensis: Sicut illis natura admirabilis gemmas ferunt (magnetem scilicet) quæ ferro propius admotæ, durissimum licet chalybem, affectu quasi spirante suspendunt: ita Christus omni gemma pretiosior, hoc voluit, ut dum se licet durissimis nobis, descendens de cælo, propius adiungeret, affectu suo nos quasi amoris sui manibus admoneret, ut agnosceres utique, dona sua ac beneficia, intelligeremus quid nos pro Domino tam bono facere cõueniret quum ille pro malis seruis tanta fecisse comperiretur. Hæc ille. Huc accedit, quòd per hanc incarnationem sic inimicos suos dilexit, ut eos à se toto impetu fugientes non persequeretur, sed sequeretur; nec ut caperet, sed ut caperetur; à malis quidem per scelus ad mortem temporalem subeundam, à bonis verò per gratiam ad vitam æternam consequendam. Sic semen Abrahæ apprehendit, quasi fugiens cõprehendit. Denique charitatis Filij Dei incarnati immensitas, ex

3. Ad charitatem inflammandam.

Ser. 19. de Sanctu.

De providentia Dei, lib. 4.

Hebr. 12

hoc

In dial. cate-  
chet. cap. 24.  
Simile.

Serm 12. de  
temp.

Simile.

Hebr. 5.

Luce 2.

Augu. tract. 24.  
in Ioan.

Domini. 1. post  
Epipha. sext. 5.

hoc maximè elucefcit, quòd hac in re Deus infuperabilis femetipsum superauit, quòd sic eleganter explicat Gregorius Nyffenus: *Magnum & excelsum aliquid operari, in Deo non miraculum, sed natura eius consentaneum est. At in humilem & abiectum statum descendere, qui omnium supremus est, hoc omnem admirationè superat. Si flamma sursum petens vastum incendium facit, nihil est mirandum. At si flamma seorsum sua sponte descenderet, & ima loca teneret, illud verò stupendum videatur.* Quare hac in re Deum seipsum quodammodo vicille, notauit Augustinus: *Deus, inquit, omnipotentem se in hac maximè incarnationis Sacramento monstrauit, quo illud potestati sua subiecit, quod ab omni subiectione liberu permanebat, Quemadmodu enim nihil difficilius quam seipsum vincere, (quid enim homini charius aut pretiosius seipso? ea autem quæ amamus difficillimè deprimimus) ita nulla in Deo admirabilior victoria, & per consequens, nulla maior amoris significatio, quam qua humanam infirmitatem pro salute humana induens, seipsum sibi subiecit, & homo factus, obedientiam didicit (vt loquitur Apostolus) qui solus omnibus imperauit. Hæc incomparabilis charitas, hæc tanta dilectio, corda plus quam adamantina, ad mutuam dilectionem flectere & emollire debebat. Hæc est ergo admiranda nouitas, hoc nouum miraculum, hoc incõparabile beneficium, hæc immensa Filij Dei bonitas, sapientia, iustitia, qua pro nobis homo fieri voluit: quam meritò parentes Iesu mirabantur, obseruantes & conferentes in corde suo hæc omnia, multoquæ plura. Sic videlicet mirabantur sic nos mirari decet incarnationis Dominicæ ineffabile mysterium: non sicut illi qui idiotæ quum sint pulcherrimam aliquam scripturam contemplati, scriptoris quidem artem & characteres pariles ac decoras suspiciunt & extollunt, nihil autem in illis legere possunt; sed sicut illi qui docti quum sint, & scriptoris artem laudant, & litteras ipsas legunt, legendoque intelligunt. Sic autem vt Christi beneficia legamus & intelligamus, meditatione & contemplatione nobis opus est, vel nostra opera & industria, mediante ad Deum humili prece ac oratione, vel aliena, & sanctorum Patrum (sicut hic fecimus propter defectum in nobis ipsis) qui vitæ totius pietate & puritate, accedente industria & labore, sic à Deo illuminati sunt, vt mysterium hoc tantum nobis legendum & intelligendum exposuerint, De hac materia vide plura in alia Dominica.*

## 2. Ecce hic positus est in ruinam multorum in Israël.

**L**ocus moralis de profectu nostro in professione Christiana diligentius examinando. Sola professio aut fides Christiana ad salutem non sufficit. Christus est in ruinam multis in Israël, id est, vocatis ipsis ad fidem, sicut totus Israël erat populus vocatus. Videndum igitur, ne hoc ipsum Christianum esse, sit nobis in ruinam, id est, in maiorem condemnationem. *Melius fuisset non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Si enim refugientes conuersiones mundi (id est, si ex professo abdicantes vanitates & impietates eius superbiam, ambitionem, inuidiam, luxum, libidinem, auaritiam, & consimilia) in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi (id est, in professione Christianismi) his rursus implicati superantur; facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.* Sic positus est in ruinam. Ideo in eadem epistola Petrus iterum, post enumerationem multarum virtutum ad quas hortatur, Cui, inquit, *præsto non sunt hæc, cæcus est, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. Quapropter, fratres, magis satagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Nempe vocatio ad fidem Christi sine bonis operibus certa non est, sed magis ad ruinam. Sic in Euangelio Christus ipse sanato paralytico dixit. *Ecce iam sanus factus es. Noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat,* id est, ne meum beneficium tibi in ruinam sit. De omnibus illis qui ex fiducia vel præsumptione potius misericordiae Dei in peccata frequenter relabuntur, vehementer metuendum est, ne Christus sit illis in ruinam. Malè sanatur à medico, qui hausta potionem, sic eam euomit, ut nihil in ventriculo remaneat. Malè ille Deo per Christum reconciliatur, qui reconciliatus, nihilo sit melior. Negligens ille nauclerus, & dignus naufragio est, qui ubi ad scopulum nauem semel fregit, eò tamen denuo nauem impellit. Stupidus ille viator est, qui postquam in lapidem semel impigit & cecidit, ad eundem rursus impingit ceditque. Huiusmodi arenosis littoribus comparantur, qui pluuiam gratiæ è cælo accipiunt, sed sed nihil eius retinere possunt. Quod etiam illa in Euangelio parabola nos docet, qua Christus dicit: *Omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea similis erit viro stulto qui edificauit domum suam super arenam,* id est, non super petram

Professionis  
Christianæ  
profectus  
necessarius.

2. Pet. 2.

Cap. 1.

Ioan. 5.

Recidua peccati frequens.  
Similia.

Matth. 7.

Christianus  
implus, ma-  
gna ruina.

Christum, non super Dei amorem, sed super caduca & fluxa huius mundi bona, omnes suas actiones ad illa ut finem refertens, & illa bona pro fundamento omnium suarum actionum habens: & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, id est, tentationes ad peccatum, tribulationes in corpore & bonis, persecutiones fidei venerunt: & irruerunt in domum illam, & coecidit, & fuit ruina illius magna. Magna certe ruina est hominis Christiani in peccatum mortale prolapsi, vel per peccatum in gehennam cadentis: quia in tali ruina non manet lapis super lapidem. Nul- lum vel gratiæ vel naturæ beneficium manet: omnia vel auferuntur, vel loco suo mota non nisi impietati deseruiunt: ut ad oculum videre est in impijs Christianis, maximè hæreticis & apostatis, qui quo suis infideles impietate superant. Rursum de huiusmodi etiam illa parabola intelligitur, qua dicitur: *Quis ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt ad perficiendum? ne postea, quum posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Hic homo cepit ædificare, & non potuit perficere.* Omnes Christiani turrim ædificant, qua cælum conscendant. Huc enim spectat illa professio. Videndum igitur cuique, an dona gratiæ habeat, ad hoc ædificium necessaria, ne fortè, posito huiusmodi fundamento in Christum, nec de cæteris gratiæ donis, de charitate, humilitate, patientia, castitate, temperantia, & huiusmodi curans, vel non orans Deum pro illis, vel illis acceptis in vacuum abutens, non possit pericere, ut sic omnes Angeli, tam boni quàm mali, imò & mundus ipse infidelium huiusmodi infelicibus Christianis miserè illudant, Nos enim Christiani spectaculum facti sumus mundo, Angelis & hominibus. Videndum ergo ne reuera ridiculum spectaculum simus, ut simia illa purpurata, de qua sic scribit Gregorius Nyssenus: *Aiunt quendam in vrbe Alexandrina circulatorum docuisse simiam, ut agilitate quadam in habitum saltatricis se componeret, etique saltatricis apposuisse personam, ac vestem circumdeditisse conuenientem: & quum chorum ei adhibuisset, placuisse, ac celebratum hominum sermone in pre- rio fuisse propter simiam, qua ad cantilenæ modos se flecteret, ac per omnia naturam occultaret. Cùm autem capti essent rei notitate spectatores, quendam astutiorum ceteris ibi fuisse, qui ludo quodam inhiantibus spectaculo ostenderit simiam esse simiam. Acclamantibus enim cunctis, proiecisse eum aiunt in orchestra*

Luca 14.

1. Cor. 4.

In form. de  
perfecta Chri-  
stiani homi-  
nis forma.

Simia erit si-  
mia, etiam si  
purpura in-  
duatur.

orchestra ex bellarijs, ea quæ talium bestiarum ingluuiem attrahunt, illam verò ut viderat ante chorum dispersa amygdala, oblitam & saltationis & plausuum, & vestis, & ornamentorum, accurrisse ad ea, & manum palmis collegisse, & ne impedimento esset, personam ori detraxisse celeriter, atque unguibus suis simulatam formam corrupisse, atque ita pro laudibus risum mouisse spectantibus. Quemadmodum igitur illi non satis fuit falsa ascitæque forma ad hoc ut homo existimaretur, deprehensa per ingluuiem bellariorum natura, ita qui non verè ipsam naturam suam fide formauerint, facile per diaboli escam & ingluuiem conuincuntur quòd aliud sint, quàm præ se ferant, ac profiteantur. Pro caricis enim, aut amygdalis, vana gloria, ambitio lucri voluptati(que studium (mala diaboli annona) loco bellariorum hominibus corruptis proposita, simiarum similes animas facile prodit, qui per fictam imitationem Christianismum simulant. Hæc Nyssenus. Sed huius fabulæ exitus risus erat: Christianus simulatus non risus tantum erit alijs, sed fletus & stridor dextium sibi, dicente illis Christo in extremo iudicio, Nescio vos. *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem* Et rursus: *Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* Ille autem obmutuit. *Qui autem inuitauit, dixit ministris: Accipite eum, & ligatis pedibus ac manibus, projicite eum in tenebras exteriores.* Hæc est ruina magna eorum qui nomine tenus tantum Christiani sunt. Sic Christus est positus in ruinam multorum, & ut Esaias prædixit, *in lapidem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israël, in laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalem,* id est, futuris nomine tenus fidelibus. Illis enim Christi nomen profitentibus, sed Christi legem non seruantibus, multo maior ruina, laqueus acerbior, & scardalum grauius erit lapis iste ac petra Christus, quàm ijs qui in eum non crediderunt. Quod apud Matthæum Christus his verbis expressit. *Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteretur.* Cadunt enim & offendunt in lapidem Christum, quasi titubantes in via, & cadentes, qui non credunt in nomine eius. Sic Paulus de Iudæis incredulis quum dixisset; *Israël sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus,* id est, quia gratiam fidei credentes non acceperunt, sed solis operibus, seu ex doctrina legis, seu ex naturæ viribus perfectis, se iustificandos præsumperunt; statim adiecit: *Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono*

*in Sion lapidem offensionis, &c.* moxque addit: *Et omnis qui credit in eum, non confundetur.* Igitur non credendo offenderunt, & ceciderunt super lapidem Christum, & in eius iudicium. Nam sicut qui cadit super lapidem, in eius duritiem cadit, sensurus mox rigorem eius, & quantum lædere cadentem valeat; sic qui offendunt in lapidem Christum, non credendo in eum, sed scandalizati de eo, cadunt in eum, sentiendo quod verus sit iudex viuorum & mortuorum, & experiendo quod Paulus dixit: *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* Sic & diuus Petrus exponit: *Vobis (inquit) credentibus honor, non credentibus autem lapis quem reprobauerunt adificantes, & factus est in caput anguli; hic est lapis offensionis, & petra scandali, &c.* Sed quum addit Christus, *Super quem verò ceciderit hic lapis, conteretur:* notat grauiorem pœnam eorum super quos Christus cadit, id est, *super quos venit ira Dei, & iusti Iudicis Christi.* Nam sicut ille grauius læditur atque conteritur, adeoque in frustra sæpè comminuitur, super quem ingens saxum de alto cadit, vel proiectum percussit, quàm qui super saxum ignorans ceciderit: sic illi grauius puniuntur, atque horrendis pœnis acerbissimè torquentur & conteruntur super quos irati Iudicis Christi vindicta cadet, quàm qui ignorantes fidem, & non credentes, super eum ceciderunt. Quanta sit futura Christi iudicis ira contra impios, id est, contra malos Christianos, qui soli in iudicio per modum examinis damnabuntur (*Qui enim non credit, iam iudicatus est*) in prima Dominica Aduentus exposuimus. Super quos autem illa irat cadet, tum ex eo quod iam diximus, manifestum est (impios videlicet Christianos, illos fore) tum apertè D. Paulus docet, dicens: *Secundum duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die ira, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius: ijs quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quarunt, vitam æternam: ijs autem qui sunt ex contentione (id est, superbè & ambitiosè viuunt) & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati (id est, veræ pietatis doctrinæ non obediunt, sed iniquitatis præcepta sequuntur) ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum.* Sic videlicet conteretur super quem cadit irati Iudicis ira, Sic positus est, Christus in ruinam multorum in Israël. De quibus adhuc loco citato addit Esaias: *Et offendent ex eis plurimi, & cadent (non credendo) & conterentur (malè viuendo) & irretientur*

Simile.

Hebr. 10.  
1. Pet. 2.

Matth. 21.

Ephes. 5.  
Simile.

Ioan. 3.

Rom. 2.

Esaias 9.



tientur & capientur, id est, non euadent ultionem iusti Iudicis. Hoc totum cum Propheta prædixit hic Simeon iustus. Hoc totum nos vocatos Iesu Christi plurimum mouere debet, vt vitam Christiano homine dignam traducamus. Sicut enim ex eodem flore apes mel, aranea venenum colligit; sic Christus flos campi excellentissimus, alijs est in sanctificationem & resurrectionem vitæ, alijs in ruinam, & petram scandali, non suo aliquo, sed malè colligentium vitio. Sic Apostolus de sua prædicatione: *Christi bonus odor sumus Deo in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt, alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor in vitam.* Hanc etiam differentiam tum ex parte euentus, tum ex parte causæ notauit Propheta, dicens: *Perditio tua ex te Israël, saluatio autem tua ex me.* Nam vt seras quasdam videmus quæ absque clauē clauduntur, sed absque clauē aperiri non possunt: sic absque clauē vel ope aliena claudimus nobis cælum nostra propria culpa, & motu proprio; sed absque clauē regni cælorū, quam Christus à Patre accepit, & Ecclesiæ suæ reliquit, aperire nobis regnum cælorum non possumus. Valet etiam vniuersa hæc doctrina contra hæreticorum hodie solam fidem, & inanem fiduciam: quia credentibus in Christum, & non iuxta Christi leges viuentibus, positus est Christus in ruinam, non in resurrectionem, quod etiam in sequentibus magis adhuc elucescet.

Simile.

1. Cor. 2.

Osea 13.

Simile.

Locus contra hæreticos.

### 3. Et in resurrectionem multorum in Israël.

**L**ocus moralis de vera per Christum resurrectione, seu regeneratione nostra, & de gratia noui Testamenti. Resurrectionem enim hic Simeon dicit, non corporum, sed animarum; nec postremam illam & generalem, sed præsentem & particularem credentium in Christum: Denique per resurrectionem, salutem & saluationem significat, quæ opponitur ruinæ. Resurrectio nostra per Christum quæ sit, Apostolus his verbis describit: *Quicūque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cōsepulti enim sumus cum illo per baptismū in mortē: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriā Patris, ita nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim cōplantati facti sumus similitudini mortis eius (id est, si vt ille corpore in cruce, sic nos peccato in Baptismo mortui sumus) simul & resurrectionis erim⁹, id est, simul cū Christo resurgemus: nos quidē ad totius vitæ nouitatē, ille verò*

Gratia noui Testamenti.

Rom. 6.

Resurrectio nostra per Christū quæ.

ad totius corporis gloriam. *Hoc scientes, quia vetus homo non-ster* (id est inueterata consuetudo peccandi, vel vetus inclinatio ad peccatum ex Adamo contracta) *simul crucifixus est* (cum Christo) *ut destruaturs corpus peccati* (id est, peccatum ipsum) *ut ultra non seruiamus peccato.* Hæc est per Christi gratiam & Sacramenta resurrectio, id est, in melius mutatio, & renouatio totius vitæ nostræ. de qua sic ad Colossenses scribit iterum Paulus: *consurrexistis cum Christo*, videlicet in nouitate vitæ, destructo peccato; *qua sursum sunt quarite*, ubi Christus est in dextera Dei sedens: *qua sursum sunt sapite, non que super terram.* Ergo quærere cœlestia, non terrena; sapere cœlestia, non terrena; delectari in Deo, & in via mandatorum eius, non in terra, & voluptatibus eius, sapere secundum Deum, non secundum carnem; hæc est resurrectio nostra per Christum & propter quam nobis conferendam Christus venit. Hæc spiritalis resurrectio ad vitæ nouitatem, alterâ corporalem ad gloriæ æternitatem, quasi via ad terminum, quasi labor ad præmium, quasi meritum ad coronam præcedit. Vnde Augustinus: *Per fidem credimus, quòd Deus nos à mortuis excitet, interim spiritu, ut in nouitate eius gratia temperanter & iuste, & piè viuamus in hoc seculo, post etiam carne nostra ad immortalitatem resurrectura, quod meritum ipsius spiritus est, qui eam in resurrectione sibi cõgrua, hoc est, in iustificatione præcedit.* Hæc ille. Resurrectionem hanc spiritualem, quæ fit in nouitate vitæ, & est iustificatio nostra in Christo, vocat alteri resurrectioni corporali ad gloriam congruam & respondentem: quia vna non est, si altera non est; & hæc illam præcedere debet. Hæc resurrectio est tota nostra iustificatio, adeoque totum Euangelium Christi. Vnde S. Basilius: *Si quis definiens: dicat Euangelium esse formam vitæ, quæ est ex resurrectione, mihi nequaquam videretur à vero aberrare.* Quod etiam obiret contra nostri tēporis hæreticos valet, qui Euangelium & iustificationem nostram per fidem in Christum, nihil esse aliud volunt, quàm gratuitam remissionem peccatorum per Christum. At docent hæc verba Simeonis, docent verba Apostoli citata, docent Patres allegati, resurrectionem spiritualem, qua in vitæ totius nouitatem & sanctitatem resurgimus, esse nostram in Christo iustificationem, ipsumque gratiæ Euangelium. Sed hæc resurrectio nostra per Christum fit, & per gratiam eius, *non ex nobis, ne quis glorietur: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, antequam per lauacrum regenerationis & re-*

*nouationis*

Coloss. 3.

De spiritu &  
litica. cap. 29.

De spiritu san-  
cto, cap. 15.

Locus contra  
hæreticos.

Ephes. 3.  
Tit. 2.

*novationis Spiritum suum sanctum effunderet in nos abunde, sed per bona opera, quibus iam renouati & vocati certam facimus vocationem nostram & electionem, vt Petrus ait per opera charitatis, qua diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis, vt Paulus docet: per mortificationem membrorum nostrorum super terram, quam Dei Spiritus operatur in nobis, iuxta illud: Si Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Hoc sensu Christus est Resurrectio & vita, vt apud Ioannem dixit: quia Spiritus eius quem nobis regeneratis & baptizatis dedit, resurgendi à peccatis, & viuendi in mandatis & lege Domini, facultatem dat. Rursum omnibus peccatoribus Christus resurrectio est, quia omnes per eum resurgere possunt, iuxta illud Apostoli: Surge qui dormis, & illuminabit te Christus. Non est resurrectio nisi præcesserit ruina. Nemo ergo iacens desperet. Sicut odor vineæ florentis, iuxta naturam suam dulcis est hominibus, sed intolerabilis est serpentibus: sic Christus Dominus, qui non venit in mundum vt iudicet eum, sed vt saluetur mundus per ipsum, hominibus, & humana docilitate præditis (nam nemo aded ferus est, qui non mitescere possit, si modò cultura patientem accommodet aurem) est ex sua naturali bonitate & clementia odor vitæ, salus & resurrectio: at serpentina & ferina seu pertinacia seu libidine infectis atque corruptis, qui se sanari & duci non patiuntur, est odor mortis, petra scandali, & ruina. Hæc docent, sibi quemque imputare debere si pereat: posse autem facillimè quemque saluari si velit, quum Christus non alia de causa in mundum venerit. Ego (inquit) veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Et Apostolus Christum cum Adamo comparans: Si in vnius delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum.*

#### 4. Et in signum cui contradicetur.

**L**OCVS moralis de imitatione Christi, omnibus Christianis, & saluos fieri cupientibus, necessaria. Christus enim, vt erat signum tam Iudæis quàm Gentibus omnibus, quoad fidem, de quo Esaias: Radix Iesse stat in signum populorum, ipsum deprecabuntur omnes gentes: Et in Euangelio Christus, Hæc est voluntas Patris, vt credatis in eum quem misit ille: & hanc voluntatem Dei Patris, incarnatio Filij

Imitatio Christi Christianis necessaria.

Esaias 11.

significabat; sic præterea, quoad charitatem & exemplum imitationis, positus est in signum Christus, vt per ipsum cursum nostrum dirigamus. Quare Christus non semel se ipsum nobis imitandum proponit: *Discite à me, quia humilis sum, & mitis corde. Hoc est mandatum nouum, vt diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos. Si mundus vos odio habet, me priorem odio habuit. Non est discipulus supra magistrum.* Sic humilitatem, dilectionem fraternam, patientiam malorum, suo nos exemplo, vt signum quoddam propositum docet. Nempe hic Aduentus Christi scopus fuit à cœlesti Patre ab æterno intentus, vt *conformes fieremus imagini Filij sui*, sicut Paulus disertè de electis affirmat. Et ipse Paulus sic suos Ephesios adhortatur: *Estote imitatores mei, sicut ego Christi.* Sic & D. Ioannes: *Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.* Denique quum omnis Christi actio nostra sit instructio, positus ille nobis est in signum humilitatis in præsepio; in signum paupertatis, quum non haberet ubi caput reclinaret; in signum charitatis, in tota prædicatione pertransiundo & benefaciendo, & omnes à languoribus sanando; in signum patientiæ, in tota acerbissima passione; in signum deniq; quod omnes aspicere debent ad salutem, sicut serpentem exaltatum à Moysse in deserto, exaltatus in crucem; in qua tale signum fuit, vt omnia ad se pertraheret. Atqui quum tot modis, & adhuc aliis in signum illustrissimum nobis datus sit, in omnibus istis modis ferè ab omnibus huic signo contradicitur. Nam & nunc verum est de pessimis Christianis, quod de corruptissimis Iudæis vetus Scriptura commemorat: *A maximo usque ad minimum omnes auaritie student. Dicunt impij inter se: Venite persuadamur bonis que sunt, & utamur creatura. Hincit vnusquisque aduersus uxorem proximi sui.* Denique talis est hodie vita Christianorum, vt vix deterior vnquam fuerit paganorum. Omnes hi contradicunt Christo, & toti œconomia eius. Quod enim Paulus de Gulosis dixit, *Multi ambulant inimici crucis Christi, quorum Deus venter est*, idem de quocunq; peccati genere dici potest. Crux enim Christi ad omnia abolenda peccata assumpta est. Ideo Paulus de quibusuis relapsis dicit, *eos iterum Christum crucifigere.* Quare vt Petro reuocanti Christum à sua passione dixit acerrimè Christus; *Vade retrò post me Satana; scandalum mihi es, & non sapi ea qua Dei sunt*; sic omnibus Christianis sua impietate Christi passionem, quantū in se est, euacuantibus, & sanguinem testamenti pollutum

Matth. 23.

Rom. 9.

Ephes. 3.  
1. Ioan. 2.

Ioan. 3.

Ierem. 6.  
Sap. 2.

Philip. 3.

Matth. 16.

Hebr. 20.

*pollutum ducentibus, verè dicitur: Scandalum Christo estis, & eius morti contradicitis, cuius fructum sic vilipenditis. Hac consideratione dixit Apostolus: Empti estis pretio magno, glorificate Deum in corpore vestro. Nam à contrario, qui hoc non faciunt, sed Deum inhonorant in corpore suo, & blasphemari faciunt nomē Dei apud Gentes, isti omnes magnum pretium, quo empti sunt, despectui habent, eique contradicunt. Nam contradicere, est non solum illud verbis negare, vt infideles vel hæretici quidam faciunt, sed etiam factis negare. De quibus Apostolus dicit: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Isti omnes similes illis sunt, qui numismate ad nihil aliud vtuntur, quàm ad numerandum: quod de Græcis optimè loquentibus, & contraria facientibus, dicere solebat Anacharsis. Christianam enim professionem verbotenus tenent, sed vsum eius non habent, Imò potiùs similes illis sunt, qui pro bona valetudine sacrificant, i& in ipso sacro epulis se ingurgitant, quæ bonæ valetudini sunt contrariæ. quod de quibusdam Philosophis dixit Diogenes, quorum præceptis vita erat contraria. Sic omnibus malis Christianis in signum Christus est, cui contradicatur. Huic loco affine illud est, quod Christus ipse dixit: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* quem locum in alio Euangelio tractauimus. Hunc etiam locum in altero Promptuario contra hæreticos, ratione fidei in Christum crucifixum, explicuimus.*

*5. Quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens Deo nocte ac die.*

**L**OCVS moralis de assiduitate orandi, & templa, quæ orationis loca sunt, piè frequentandi. Huius enim nobilissimæ virtutis nomine singulariter ab Euangelista hæc vidua Anna laudatur. Huius virtutis nomine sola ex omnibus in Ierusalem mulieribus digna fuit, quæ Christum adhuc paruulum agnosceret, & videret. Huius virtutis nomine tantam spiritus fortitudinem accepit, vt non sit verita aduētum Christi in mundum publicè confiteri, & loqui de eo omnibus expectantibus redemptionem Israël. Hanc virtutem Christus Dominus in sua benedicta persona exercuit, *pernoctans in oratione Dei, & eandem orationem ter repetens,*

*prostratus in faciem*: de quo etiam Paulus dicit, quòd in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte cum clamore valido & lachrymis obtulit. *Qua* in re quid nos multo magis facere tum oporteat, tum deceat, suo beatissimo exemplo luculenter docuit. Sed & verbo quoque hanc nobis virtutem singulariter commendavit: *Oportet semper orare, & non deficere.* quod statim parabola iniqui iudicis, qui assiduas viduæ preces, saltim ad vitandam molestiam, exaudiuit, rem confirmat. Rursum alibi: *Petite, & accipietis; quarite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis.* Vbi familiari exemplo allato de patre naturali, qui filij preces non reiicit, infert: *Quanto magis Pater vester dabit bona petentibus se?* Et rursus apud Ioānem: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Ac postremò omnibus indicit: *Vigilate omni tempore orantes; ut digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.*

In quibus omnibus verbis docet Christus Dominus & necessitatem, & vtilitatem, & perseverantiam, atque assiduitatem orationis. Sed de vtilitate ac necessitate in aliis Euāgeliis dicitur. Nunc de sola assiduitate, quæ in Anna vidua hic commendatur, quædam proferemus. Hanc assiduitatem Apostolus commendat: *Sine intermissione orate.* & de se ipso scribit ad Romanos: *Sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.* Et ad Ephesios: *Non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis.* Sic ad Philippenses & Thessalonicenses, suumque Timotheum ac Titum. D. quoque Iacobus: *Multum* (inquit) *valet deprecatio iusti assidua.* Cuius rei exemplum ipse Diuus Iacobus esse potest, qui Episcopus Hierosolymorum quum esset, & apud ipsos Iudæos sanctitatis opinione celebris, templum Hierosolymitanum liberè frequentabat, atque in ipsa Sancta sanctorum ingredi permissus est, vbi tam assiduus in oratione fuit, vt genua eius callum obduxerint, & instar camelorum pellis obduruerint.

In Prato Spirituali legimus, quum in cellula senis cuiusdā monachi tabula quædam substrata esset, in qua genua flectens orabat, locus ipse vbi genua figebat & manus, ex usu perpetuo orandi, cōcauus erat plus quā digitorum quatuor. Sed & hodie (quod enim vidimus testamur) in spelūca S. Benedicti in rupe altissima, iuxta Sublacū oppidū, quadraginta milliaribus

Luca 22.

Hebr. 5.

Luca 18.

Matth. 7.

Ioan. 16.

Luca 21.

2. Thess. 5.

Rom. 1.

Ephes. 1.

Iacobi 5.

Exempla.

Hierony. in catalog.

Cap. 184.

ribus ab vrbe Roma distans, quū angustus aded sit locus, vt nec recto corpore stare, nec in genua se erigere quis posset, in longum tamen sit porrectus; quantū humani corporis lōgigudo requirit, locus ipse vbi S. Benedictus oratione continua se prostravit, triennium ibi agens, politissimus est, & præ nimia æqualitate lubricus, quum tota reliqua speluncæ pars, tam intus quàm extrà, saxum sit lōgè asperrimū. Certè nullum pietatis genus viri sancti, & qui Deo placere studuerūt, magis assiduè exercuerunt, quàm orandi studium. *Cum videro quempiam* (ait Chrysofomus) *non amantem orādī studium, nec huius rei feruida vehementiq; cura teneri, continuò mihi pàlām est, eū nihil egregia dotis in animo habere. Rursus vbi quem conspexero insatiabiliter adherentem crutui diuino, idq; in summis damnis numerantem, si non continuò orauerit, cōiecto talem omnis virtutis firmum esse meditatorem, ac Dei templum. Et enim si vestitus hominis, si pedum incessus, si risus dentium declarat qualis sit, multo magis deprecatio signum est totius iustitiæ, virtutis, pietatis.* Est quippe orationis assiduitas & perseuerantia, non solūm laudabile quid, sed planè necessarium. Sicut illa gallina pullos nunquam educet suos, quæ, vbi primūm ouis incubare cœperit, illa deserit; sic ex oratione fructum non percipiet, qui ex ariditate vel languore, citò ab ea desistit. Frater Ægidius Minorita, cum qui propter distractiones ab orationis perseuerantia desistit, similem esse dicebat fugienti è prælio. In oratione quippe pugnamus contra hostes nostros, carnem, mundum, & maximè Satanam, qui propterea orantes maximè perturbat. Idem vir sanctus, & mirabiliter à Deo illuminatus, dicente quodam fratre molestissimum videri posse, si is qui orat, nullam percipere queat deuotionem aut consolationem, aut alium quempiam orationis suæ fructum, respondit: *Si parūvimi haberes in vase cui faces adiunctæ essent, num tu propterea vas confringeres, vinūque cum fœcibus commisceres? Absurdum id fuerit. Cogitabis te indignum qui vllam consolationem nouam accipias, ea interim contentus, quam in præsentī habes, quæq; te ad orandum Deum extimulat. Quòd si quis à mundi exordio tot quotidie lachrymas funderet, quot capere possit paropsis, nec sic tamen diuinam semper mereatur consolationem.* Idem dicebat: Sicut qui absque vllō merito in Rempub. peteret à Rege magnam pecuniarim, mirari non deberet, si repulsam pateretur: sic minimè mirandum est, si singulares gratias à Deo petendo, repulsam sæpè patimur; sed id potiùs satagendum, vt de nostra

*Lib. 1. de orando Deum.*

*Simile.*

*Lud. Granat. tom. 1. Serm. de temp. pag. 552. In vita eius apud Surium tom. 7.*

*Simile.*

nostra

nostra indignitate humiliter sentientes, per bonorum operum studium, & orandi assiduitatem, aliquid tandem accipere mereamur. Dicebat rursum: *Si gratiam in precibus sentis, ora ut augeatur. Si non sentis, non cesses propterea à precibus. Gratos enim habuit Deus etiam caprarum pilos, qui ei iuxta præceptum legis offerebantur.* Denique ad orationis assiduitatem persuadendam, hoc simili utebatur. *Cùm primum est plantata arbor, non ilico grandescit: & quamvis producat flores, non statim etiam fructus affert, neque fructus ipsi, si quos ferat, confestim maturescunt: atque etiam ij qui maturi sunt, non omnes eduntur ab hominibus, sed partim eos porci deuorant, partim computrescunt. Eodem modo quis ad me fructus inde redire queat, si vel centum annis rogem pro caelesti regno, nec perseuero in precibus usque in finem?* Hæc ille. Nempe anima Deo reconciliata, & à peccatis liberata, quasi nouella arbor plantata, non statim est in deuotione fortis; nec si est, statim bona desideria producit; nec si producit, statim per bona opera fructificat; nec si fructificat, statim perfecta sunt illa opera in modo agendi; nec si sint perfecta, statim alios ædificant ad Dei gloriam: sed vel vitio aliorum à porcis deuorantur, contemptui habita, & à prauis affectibus conculcata; vel vitio proprio (vt per vanam gloriam, aut etiam desidiam ac cessationem) computrescunt, vel meritum suum amittendo, vel cerè profectum & incrementum. Perseuerandum igitur in oratione, vt fructus tandem, quem optamus, consequatur. Sanè vt omnis boni operis, sic maximè orationis, virtus est perseverantia. Sicut enim femina in terram iacta, qui diutiùs, gelu premente, intra eius viscera delitescunt, eo deinceps proceriora, & vberiora surgunt, quia altius radices egerunt: sic diutiùs multiplicatæ preces, maioribus à Deo muneribus afficiuntur. Abraham vsque ad annum centesimum prolem ex sua Sara expectauit; sed natus est ei Isaac filius promissionis, in cuius semine omnes Gentes benedicentur. Isaac similiter etiam accepta promissione prolis, tamen diu & multum deprecabatur Deum pro sterili vxore sua Rebecca, quæ tandem gemellos peperit, & duas gentes ex vtero protulit. Anna mater Samuelis quanto tempore sterilis fuit! sed tandem precibus filium impetrauit, Prophetam sanctissimum. Elizabeth Zachariæ vxor in vltimam vsque senectutem sterilis mansit. Sed Ioannem Baptistam peperit, quo non surrexit maior inter

Exod. 25.

Simile.

Granat. tom. 1.

Serm. de tem.

pag. 245.

Simile.

Exempla.

Matt. 11.

natos



natos mulierum. Sed & Anna hæc vidua, octoginta annis vidua permansit, non discedens de templo, in ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die, ut ita tandem Messiam natum videre, complecti, confiteri mereretur. Nos autem ideo nihil magnum à Deo impetrare possumus: quia in oratione perseuerare, indignum ducimus. Quem grauem errorem sic redarguit D. Basilius: *Sapè petui, inquis, neque impetraui tamen. Prorsus quia non rectè petiisti, videlicet aut dubitabūdas, aut aliud agens, aut qua tibi utilia non erant: aut postremò perseuerantiam non adhibuisti. Qui Abrahæ promisit multiplicaturum se semen illius (nec tamen nisi post multorum annorum decursum id fecit) idem promisit daturum se nobis quicquid ab eo petierimus, etsi post multos aliquando annos non det quod petimus. Perseuerandum igitur in spe & oratione, ut Abraham fecit. Et paulo post: Deus, qua daturus est, ideo differt dare, ut hoc modo magis nos ad assiduitatem orandi vocet, & ut intelligamus quòd sit donum Dei, & ut datum diligenter custodiamus. Quod enim difficulter acquiritur, diligenter asseruatur. Salomon donum sapientia citò impetrauit, ideòque negligenter illud custodiendo, citò amisit. Hæc ille. Aptè quoque & accommodatè hac de re scripsit S. Augustinus: *Fac (inquit) incertum esse, utrum concedat Deus quod petis. Quid perdis quum supplicas Deo, qui salutem perdere non dubitasti, cum offenderes Deum? Quis enim certus est quòd Imperator etiam ignoscat? Et tamen pecunia funditur, maria transmeantur, procellarum incerta subeuntur, & penè, ut mors vitetur, mors ipsa suscipitur. Supplicatur deinde per homines homini. Sine dubitatione fiunt ista, quum sit dubium quo fine proueniant, & tamen certiora sunt promissa Christi, quàm corda Regum.* Hæc ille. Et haud dubiè si tam esset cordi animæ salus, quàm corporis; si ita Deum, ut hunc mundum amaremus; si virtutum profectus perinde nos delectaret, quàm diuitiarum copia; si sic spirituales deliciae nos afficerent, ac terrenæ: non minor esset, imò multo maior nostra orandi assiduitas, perseuerantia, feruor; cuius beneficio animæ salutem procuramus, Deo familiares sumus, in virtute vehementer proficimus, abundantiam gratiæ consequimur; quàm in terrenis illis consequendis labor & industria, feruor & vigilantia nostra esse solet. Nunc autem omne tempus orationi impensum periisse nobis videtur; aut certè multum, ac sæpè eandem rem oratione à Deo expetere, fastidium ingens, & nauseam parit. Cuius rei absurditas hoc simili*

Luca 2.

Constitut. monast. cap. 2.

Hom. 50. ex hom. 50.

simili

*Simile.**S. Bonavent. in  
diat. salut. c. 14.*

simili elucescet. Sicut castrum Regium tenens, si obsidetur ab inimicis, reputatur infidelis & proditor, læsæque Maiestatis reus, si non statim Regi indicet, ac subsidium petat, nisi etiam, postquam petierit, expectet à Rege auxilium, multo autem adhuc magis, si post acceptum auxilium, castrum hostibus prodatur: sic omnino quum hostes seu visibiles (vt mundus, caro, & earum illecebræ) siue inuisibiles (vt maligni spiritus) animam variis tentationibus obsident (quam à Deo acceptam, & variis eius gratiis ac muneribus beneficio Sacramentorum eius, doctrinæque Ecclesiasticæ benemunitam & instructam, ad Dei obsequium & gloriam custodire debemus, simulque nos ipsos cum ea, vt qui castrum custodit, semetipsum cum eo custodit) debemus statim Regi regum, Deo nostro, nuntium orationis mittere, & obsidionem denunciare. Sicut David fecit, dicens: *Consilium malignantium obsedit me. Quòd etsi Deus differat auxilium statim mittere, non propterea debemus ab oratione desistere, sed credere dicenti, Fidelis Deus est, qui non patietur nos tentari supra id quòd possumus. itemque illud: Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum.* Postremò cauendum, ne accepta gratia abutamur, & nostra iterum ignauia, id est, cessando ab oratione, quæ ad conuersionem gratiæ necessaria est, animam hostibus prodamus. Certè oratio est cursoris & nuntij instar, qui nostra desideria ad Deum perfert. Cursor autem, præterquam quòd diligens & velox esse debet, ideoque alia seponit negotia, & deponit onera, dexter quoque in negotio suo procurando, elegans in sua legatione exponenda, &c. debet quoque, quamuis repulsam aliquoties passus, importunè tamen vrgere, & omnem lapidem mouere, donec negotium expediat. Sic oratio, præterquam quòd debeat esse velox, ideoque à curis terrenis libera, prudenter concepta, humiliter pronuntiata, debet quoque iterum esse repetita; nec prius ab oratione cessare, donec exaudiatur. Grauitè & iustè sacerdotem culpauerat S. Iudith, qui, nisi intra quinque dies auxilium à Deo accepissent, locum hostibus tradere decreuerant. *Qui (inquit) estis vos qui tentatis Dominum? posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei?* Sic faciunt, qui, nisi citò exaudiantur, orare desinunt. Atqui quandam orandi importunitatem Christus nos in Euâgelio docet, sub parabola *amici venientis de nocte, vt tres panes commodatò acciperet, & iniqui iudicis, vt supra annotatum est.* Sic Iacob in illa lucta cum

*Psal. 25.**1. Cor. 10.  
Psal. 26.**Judith 8.**Lucæ 11.*

cum Angelo, quæ nihil erat aliud quàm feruens ad Deum oratio, vt à fratre Esau liberaretur, iurauit quòd non dimitteret eum, donec benediceret ei. Et benedixit ei Angelus eodem in loco. Nempe quemadmodum Patres (ait Chrysoſtomus) filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud se detineant, quos desides vident, dedita opera morantur aliquid daturi, & interdum minus dant quàm petitur, vt sapiùs petendo recurrant: sic si differt aliquando Dominus exaudire, non id odio facit, neque te auersatur, sed differendo diutius, te secum seruare vult, vel minus dando quàm petisti, causam dare sapiùs per orationem recurrenti. Deinde hanc assiduitatem & perseuerantiam orationis, rerum natura nos docet. Sicut enim certaminis brauium non assequitur, qui antequam ad metas attingat, deficit, sic orationis fructu priuatur, quisquis in illa non exiiterit importunus. Et quemadmodum ignis, quanto magis in vnum colligitur, tanto ampliùs nutritur, & flamas euaporans, rursus impetuosiùs erumpit: ita & mens, quum diutius intra se commorata fuerit in oratione perseuerans, & ardentius per amoris incendium vrit in se, & sublimiùs per desiderium eleuatur in Deum. Auget ergo orandi assiduitas orationis feruorem. Porrò eo tardiùs suos etiam amicos audit Deus, quo magis eos vult orando mereri. Vnde B. Gregorius: *Eo magis Sancti exaudiuntur ad meritum, quo citius non exaudiuntur ad votum. Ex dilatione enim crescit desiderium.* Sic & Augustinus: *Cùm aliquid aliquando tardiùs dat Deus, commendat sua dona, non negat. Desiderata diu dulciùs obtinentur, citò autem data vilescunt.* Paulus ipse contra stimulum carnis ter Dominum rogans, id est, sapiùs obsecrans, vt auferretur ab eo, non est exauditus, sed responsum accepit, *Sufficit tibi gratia mea.* Si Paulus pulsans perseuerare debuit, nec adhuc apertum est ei iuxta votum suum; qui sumus nos, vt, nisi mox exaudiamur, ab oratione cessemus? D. Hieronymus de sua orandi assiduitate sic scribit: *Memini me clamantem diem crebrò iunxisse cum nocte, nec priùs à pectoris cessare verberibus, quàm rediret, Domino impetrante, tranquillitas.* Sic S. Antonius, quum diu multumque inter vexationes dæmonum orasset, ac longo tandem post tempore liberatus ab illis fuisset, clamabat: *Vbi eras bone Iesu, ubi eras? Quare non à principio affuisti, vt sanares vulnere mea?* Et vox ad eum facta est, dicens: *Antoni*

Gen. 32.

In Homil. de profectu Euangelij.

Simile.

Simile.

Laurët. Iustinianus in ligno vitæ ca. 9. de oratione.

Simile.

Moral. in Iob

lib. 20. ca. 25.

De verbis Domini, ser. 1.

2. Cor. 12.

Exempla.

In epist. ad

Latam.

In vita eius per

S. Atha. apud

Suriũ tam. r.

hic

*hic eram : sed expectabam videre certamen tuum : Nunc autem quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi.* Idem ferè de S. Catharina Senensi legitur, in vita eius apud Surium. Illustre porro est necessariæ huius perseverantiæ in oratione exemplum in Prato spirituali. Conon presbyter ad ministerium baptismi deputatus, quum in fœminarum baptismo se tentari videret, nec diu multumque orans ab illa tentatione liberari posset, recedere voluit. Cùm autem iam locum exisset, occurrit ei S. Ioannes Baptista ; & signas eum in umbilico ter signo crucis, ait illi, Crede mihi presbyter Conon, volebam te pro hac pugna mercede donari. Sed quia non vis, ecce abstuli à te hoc bellum: nec ullus mulieris aspectus te amplius turbabit. Mercede autem huius operis carebis. Hæc ibi. Atqui qui excutere è silice ignem vult, non contentus semel percussisse, iterum atque iterum percutit, donec tandem scintillam excutiat. Ita quisquis Dominum precatur, etiam si illico ad votum non exauditur, perseveret tamen: quoniam si perseveraverit pulsans, voti tandem cõpos fiet. Quare ex eo quod Psalmista dicit, *Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam, & misericordiam suam à me*, perspicuè sequitur, quòd quàm diu Deus non tollit à te orationem tuam, non amovebit à te misericordiam suam. Argumentum futuræ misericordiæ Dei, est perseveratio orationis nostræ, & contrà. Postremò, assiduitatem orandi necessariam ipsa infirmitas & ægrotudo nostra, perpetua luce clariùs euincit. Nam quemadmodum ægrotus, qui vix pedibus consistere valet, assiduo eget alimento, quo nutantia membra sustentet; vt cæcus, qui per iter difficile graditur, continuo eget ductore, qui eum in via dirigat; vt arbor in arido plantata solo, frequentibus eget aquis quibus irrigetur. vt fructum proferat; sicut locus sordidus, ex se fœtores noxios exhalans, bonis odoribus implendus est, ne noceat; sicut denique vlcus ardore suo finitimam carnem incendens, frigidis assiduè liquoribus refrigerandus est: ad eundem modum nos per naturæ conditionem infirmi, per cupiditates cæci, in arido huius mundi solo plantati, fomitem peccati fœtidum circumgestantes, vlcere multorum peccatorum fœdari, assiduis orationibus & precibus ad Deum, tanquam omnium malorum optimo & præsentissimo medicamento, opus habemus. Est ergo assiduitas orandi, vel ex Christi exemplo & mandato, vel ex Sãctorũ doctrina & pietate, vel ipsa orationis virtute, vel ex

Dei

Tom. 2. pag. 926.  
Cap. 3.

Granat. in  
Silua.  
Simile.

Psal. 65.

Similia.

1.  
2.  
3.  
4.  
5.

1.  
2.  
3. 4.  
5. 6.

Dei sic nos exercentis voluntate, vel ex varia nostra infirmitate, vel ad maius nostrum bonum ac meritum, profusus vnicuique nostrum necessaria, non laudabilis tantum & fructuosa: & in has omnes partes huius loci partitio fieri poterit. De orationibus in templo faciendis, in altero Promptuario diximus, propter nostri temporis hæreticos.

6. In ieiunijs & obsecrationibus seruiens.

**L**ocus moralis de ieiunio cum oratione iungendo, Sic Ieiunium cum hæc sancta vidua fecit. Sic Esdras reducturus populum oratione. ex captiuitate in terram suam, *Ieiunauimus, inquit, rogauimus Dominum pro hoc, & euenit nobis prosperè.* Filij Israël primo & secundo à filijs Benjamin percussi sunt, etiam in optima causa pugnantes; postea orantes fleuerunt coram Domino, & ieiunauerunt die illo, & sic prauauerunt in illos. Iosaphat Rex Iuda, videns se à Moabitis & Ammonitis numerosissimo collecto exercitu premi, *contulit se ad rogandum Dominum, & prædicauit ieiunium,* & amplissima potitus est victoria. Rogaturus Nehemias & Artaxerxem Regem pro ciuitate sancta, vt muri eius possent reparari, dicit de seipso: *Ieiunabam & orabam ante faciem Dei cæli.* Daniel rogans, & deprecans Dominum ieiunijs, sacco & cinere, percepit specialem reuelationem de incarnatione & passione Christi. Sic Christi discipuli fecerunt: *Ministrantibus illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi Paulum & Barnabam: moxque ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus.* Rursum ijdem cum constituissent in diuersis ciuitatibus per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino. Hinc dicit S. Scriptura: *Bona est oratio cum ieiunio.* Sicut enim sine cibo & potu non est plena refectio corporis; sic sine ieiunio & oratione coniunctis, non est plena animi refectio: & vt cibus roborat, potus cibum temperat; sic ieiunium animum roborat (nam dum qui foris noster homo est, corrumpitur, is qui intus est renouatur) & oratio ieiunium temperat, dulcèque reddit. Rursum, *sicut nec miles sine armis est aliquis, nec arma sine milite* (ait Chrysostomus) *sic nec oratio sine ieiunio, nec ieiunium sine oratione.* Pugnat enim certè oratio contra demonem, & omnia peccata, sed absque ieiunio debilis & inermis est. Vnde alibi idem Chrysostomus: *Qui orat ieiunans, binas possidet alas, quibus ventos ipsos volando praterue-*

bitur : non enim oscitat , nec extenditur , nec torpet orando ; sed igne ardentior , & terra superior , terribilis hostibus redditur. Quod & hoc familiari exemplo magis poterit clucescere. Si in ignem ouum sanum , vel castanea absque vlla fractione mittantur , agente in ea igne dehiscunt , franguntur , & extra ignem saliunt ; si verò ante calefactionem paululum frangantur , non item : similiter de homine ad Christum per orationem accedere cupiente , dicendum est : Si talis fuerit corpore integer , & nihil fractus ieiunio , citò deficiet . & ab oratione discedet : si verò fractus & ieiunio armatus orauerit , minimè recedet ; imò promptè & delectabiliter orans , perseverabit . Tres pueri Babylonici , quia multis ieiunijs fracti erant , (nec enim cibos mensæ regalis contingebant , sed legumina tantùm) quasi castanea missi sunt in fornacem ignis , & illæsi egressi .

Stella in  
Luca 2.  
Simile.

Exemplum.  
Dan. 1. & 3.

EVANGELIVM DOMINICÆ I.  
POST EPIPHANIAM.

Luca 2:



**C**UM factus esset Iesus annorum duodecim , ascendit illis Hierosolymam , secundùm consuetudinem diei festi , consummatisque diebus cum redirent , remansit puer Iesus in Ierusalem , & non cognouerunt parentes eius . Existimantes autem illum esse in comitatu , venerunt iter diei , & requirebant eum inter cognatos & notos . Et non inuenientes , regressi sunt in Hierusalem , requirentes eum . Et factum est , post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum , audientem illos & interrogantem . Stupebant autem omnes qui eum audiebant , super prudentia & responsis eius . Et videntes , admirati sunt . Et dixit mater eius ad eum : Fili , quid fecisti nobis sic ? Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te . Et ait ad illos : Quid est quod me querebatis ? Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt , oportet me esse ? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos . Et descendit cum eis , & venit Nazareth ,

& erat

*& erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia, apud Deum & homines.*

PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. *Ascendentibus illis Hierosolyman, secundum consuetudinem diei festi.* De deuotione circa Dei cultum, tam debita, quàm voluntaria.
2. *Secundum consuetudinem diei festi.* Pias & laudabiles Ecclesiæ consuetudines esse seruandas.
3. *Remansit puer Iesus in Hierusalem.* De parentum officio circa curam liberorum.
4. *Et non cognouerunt parentes eius.* De cultu & honore Dei, parentum honori præferendo.
5. *Descendit cum eis, & erat subditus illis.* De obedientia Superioribus præstanda, absque respectu personarum.
6. *Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.* De meditatione operum & beneficiorum Dei.

1. *Ascendentibus illis Hierosolyman, secundum consuetudinem diei festi.*

**L**ocus moralis de deuotione circa Dei cultum, tam debita, quàm voluntaria. Nam Ioseph quidem iuxta legis *Exodi 34.* præceptum (quæ iubet, *ut ter in anno omne masculinum in templo presentetur coram Domino*, quorum trium temporum præcipuum erat Pascha) ascendebat ad festum Hierosolyman, & debitam hac in parte deuotionem ostendit. Sed quum nec mulieres, nec paruuli hac lege tenerentur, voluntaria fuit. B. Virginis deuotio quòd ascenderit, puerumque duodennem Iesum secum duxerit. Ac de debita hac in parte deuotione, in altero Promptuario egimus contra hæreticos, qui festorum celebrationem nullam debitam, aut ex obligatione & mandato Ecclesiæ institutam, agnoscere volunt. Nunc de voluntaria deuotione pauca dicemus. Nunc enim plerique Christiani, circa templum frequentandum, & Dei cultum, anxie quærunt & inuestigant, teneantur ne quotidie sacrum audire, aut sæpius in anno quàm semel confiteri, & similia; quasi magnum aliquod detrimentum accepturi, aut iugum aliquod iniquum subituri essent, si aliquod Deo obsequium, supra id quod prorsus necessarium est, præstarent. At verò ut hic B. Virgo non ex debito & obligatione legis, sed ex propria deuotione, ex Galilæa Hierosolyman, via satis longa, oratura perrexit: sic nos Christianos facere decet,

*De voluntaria deuotione.*

Rom. 6. &amp; 8.

Simile.

Ephes. 2.  
Math. 28.  
v. 10.

2. Reg. 7.

Psal. 137.

In Dominica  
Palmarum,Luca 6.  
2. Cor. 9.

Psal. 142.

Iob. 2.

nec ad ea quæ per se pia, sancta, & salutaria sunt, præceptum, obligationem, censuram, aut excommunicationis periculum expectare. Seruile hoc est, ad veteris Testamenti filium pertinet, non noui. Nunc enim *liberè seruimus iustitia*. Nunc *iusto lex non est posita*. Nunc *Spiritum adoptionis filiorum Dei accepimus, in quo clamamus, Abba Pater*. Filius non expectat ut seuerè ei à patre aut matre aliquid præcipiatur; sed cognita pia parentum voluntate, omne præceptum anteuertit. Sed etsi serui tantum essemus Dei, non etiam filij; nemo dominus eos libenter famulos aleret, qui nihil nisi iussi facerent. Molestum & fastidiosum est eos seruos habere, à quibus nihil nisi strictè præcipiendo, nihil absque minis, flagris aut tormentis, seruitij extorquens. Idem existimet Christianus quisque iam non seruus, sed filius, non *hospes & aduenas, sed ciuis & domesticus Dei*, imò amicus adeoque frater (sic enim suos Christus vocare dignatus est,) intolerabilem se & fastidiosum Deo esse, si nihil boni faciat, nisi mortis æternæ, aut tormentorum gehennæ metu: si in omnibus præceptum, obligationem, damnationis periculum expectet. Nom accepit Dauid præceptum ut ædificaret templum Domino, ut arcam Dei in domum suam inferret, ut ante illam saltaret; fecit tamen magna cum laude hæc omnia, tantaque in hæc sollicitudine incubuit, ut diceret: *Si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob*. Plura huius spontaneæ deuotionis exempla, Deo longè gratissima, in altero Promptuario contra hæreticos produximus, qui tantum impietate malos Christianos superant, quantum mali bonos. Deinde quare illud Christi non perpetuò recordamur: *Qua mēsurā mensi fueritis, remetiatur & uobis?* & illud Pauli: *Qui parçè seminat, parçè & metet; qui seminat in benedictione, de benedictionibus & metet?* Qua enim fronte Deum rogamus, *ne intret in iudicium cum seruo suo*, ne ex rigore legis nos iudicet; quando nos volumus ex rigore legis Deum metiri, nec alia bona facere, quàm quæ lege præcipiuntur? Quòd si tu in hanc phrenesim incidas, ut dicas, Nolo confiteri nisi in Quadragesima, nolo communicare nisi in Paschate, nolo audire sacrum nisi in Dominicis & festis diebus, quare non metuis, ne, quum primùm in aliquod mortale peccatum incideris, statim Deus dicat, volo ut terra dehiscat, & hunc impium deuoret? *Iudicium enim sine misericordia ei qui non fecit misericordiam*. Et quòd



quod te mortaliter peccantem Deus adhuc viuere sustinet, ineffabilis misericordiae est. *Misericordia enim Domini, quod non sumus consumpti.* Sed illud Petri meminisse oportuit, *Charitas operit multitudinem peccatorum*, id est, multa peccata Deus misericorditer condonat ei, qui multa alia bona opera liberaliter, & ex sola Dei ac proximi charitate facit, non ex praecepto tantum, aut legis obligatione. Quare sic Scriptura nos hortatur: *Quodcumque potest facere manu tua, instanter operare*: nempe, vt poenam peccatis tuis debitam deuites. Sequitur enim *Quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quod tu properas.* id est, post hanc vitam nihil poteris operari, nulla te iuuabit sapientia aut scientia, vt aliquid opereris, vnde poenas tuas apud inferos, quod tu properas, alleuies, aut misericordiam illic inuenias. Rursus alia Scriptura: *Mandè semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud; & si utrumque simul, melius erit.* Monet à bono opere etiam indubito non cessandum, sed omnia tentanda, in quibus vel Deo seruire, vel proximo prodesse possumus; quia nescim<sup>9</sup> in quo genere opera nostra magis Deo placeant: quod si in vtroque, tanto melius, tanto vberiore laboris fructum recipiemus. Et quid est aliud, *in vacuum Dei gratiam accipere*, quam continuas Dei ad bonum inspirationes rejicere, nisi fortè aliquid suggerant quod sub praecepto cadit? Seruus quoque ille malus & piger cur in tenebras exteriores eijcitur? Non quia impius erat, sed quia inutilis. *Inutilem seruum projicite in tenebras exteriores.* Inutilis autem vocatur, quia *accepta talenta abscondit*; id est, Dei dona ad bonum vsum non conuertit: Dei gratias, Dei bonas inspirationes abiicit, dicens: *Sciebam quia durus es, & ideo timens abscondi.* id est, sciebam te rigidum exactorem legis esse, & opera nostra seuerè à te examinari: ideo solam legem implere studui, alia opera bona aggredi non sum ausus; ne minus rectè illa praestando, magis offenderem, quam placerem. Sic enim multi à sacro quotidie audiendo, à confessione & sacra synaxi frequentanda, aliisque multis pijs laboribus abstinent, timentes scilicet ne minus perfectè ea exequentes offendant. Praeposterus hic timor est. Deus enim non operum perfectionem, sed nostram faciendi voluntatem attendit. *Pax hominibus bonae voluntatis. Qui cepit in vobis bonum opus, perficiet.* Adhuc loquente te, ecce adsum. Alios non timor retundit, sed inertia & pigritia dissoluit: contra quos illa produci possunt

sunt quæ superius attulimus ad illa Euangelij verba: *Omnis vallis implebitur.* Certè contra utrosque illud Hebræorum prouerbiū valet: *Qui pridie sabbati non colligit, in sabbato non comedet.* Lex nempe Mosaica iussit, vt in die sexta populus duo gomor, id est, duas mensuras manna per singula capita colligeret, eo quòd in ipso sabbato non inueniebatur manna in agro. *Qui ergo hanc duplicem mensuram in profabbato non collegisset, in ipso sabbato quod comederet non habebat.* Atqui profabbatum nostrum hæc vita præsens est, *in qua peregrinamur à Domino.* Sabbatum nostrum est alterius vitæ requies, de qua Paulus ait: *Relinquitur sabbatismus populo Dei;* vnde *festinare* nos monet, *vt ingrediamur in illam requiem.* Nisi hinc duplicem mensuram collegerimus, eam videlicet quæ & præsentī iustitiæ sufficiat, mandata omnia seruando, & futuris pœnis alleuiandis, ac præmiis percipiendis conueniat, multa alia bona opera, iuxta datam nobis gratiam & facultatem, faciendo; in illo sabbatismo populi Dei requiem non inueniemus. *Nisi aptemus & ornemus lampadas nostras, ne desit oleum in illis* (id est, opera bona, misericordiæ & charitatis pinguedine plena, lucentia ante Deum & homines) veniente sponso excludemur, etiam si virgines sumus, etiãsi castitatis præceptum seruauimus. *Nisi operamur dum lucem habemus, nox illa tristis superueniet, & tenebra nos comprehendent.* Non ergo id solū bono Christiano considerandum est, quia Deus strictè præcipiat sub pœna damnationis æternæ, qui Ecclesia præcisè iubeat sub pœna censurarum aut excommunicationis; sed sic *reformari* debemus *in nouitate sensus nostri* (vt Paulus docet) *vt probeamus quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta* probeamus, id est, in vsum deducamus. Sic alibi iterum: *Decetero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque bona fama; si qua virtus, si qua laus, hæc cogitate, Quæ & didicistis & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum;* id est, Deum placatum & benignum patrem sentietis, non durum & seuerum iudicem, qui clauso ostio respondeat, *Nescio vos.* Certè in vestimentis, in cibis, in loco habitationis non spectamus necessitatem tantum; sed honestatem, ciuilitatem, commoditatem. Et in solo Dei cultu atque obsequio, necessariis contenti erimus? Sic rebus omnibus Deum postponimus.

## 2, Secundum consuetudinem diei festi.

**L**Ocus moralis docendi populum, pias & laudabiles Consuetudines  
 sanctæ Ecclesiæ consuetudines piè ac religiosè obseruan- Ecclesiasticæ  
 das esse. Beata Virgo mater Christi, cum Ioseph sponso eius, piè seruandæ.  
 Synagogæ consuetudines exactè seruabant. Antea, *secun-*  
*dum consuetudinem legis* obtulerunt pro puero Iesu oblatio-  
 nes: nunc, *secundum consuetudinem diei festi*, ascendunt Hie- *Matth. 26.*  
 rosolymam cum puero. Iesus ipse, *secundum consuetudinem*,  
*ibat in montem oliuarum* orandi causa. Apostolus consuetu- *1. Corinth. 11.*  
 dinem allegat mulierum, dum in Ecclesiam orandi causa  
 conueniunt. Pilatus pro libertate innocentis Iesu, consuetu- *Matth. 27.*  
 dinem adducit Iudæorum. Festus tribunus affert consuetu-  
 dinem Romanorum contra Iudæos, Apostolo necem mo- *Actor. 25.*  
 lientes, neminem inauditum damñari debere. Zacharias, se-  
 cundum consuetudinem sacerdotij, sorte exiuit, vt poneret  
 incensum coram Domino. Denique Apostolus hac sola cõ- *Luc. 1.*  
 suetudinis Ecclesiasticæ voce hæreticos & contentiosos re-  
 tundi voluit. *Si quis (inquit) vult contentiosus esse, nos talem*  
*consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* Vnde Coxo  
 Commissario Regio hæretico in Anglia sub Edoardo puero,  
 quum Oxonij appositis in mensa die ieiunij carnibus, Tres-  
 hamum Doctorem Theologum & Catholicum porrecta il-  
 li allati capi ala, interrogaret, *Quam Scripturam habes, do-*  
*mine Doctõr, contra hunc cibum hodie comedendum!* res-  
 pondit confestim ex Apostolo: *Nos talem consuetudinem non*  
*habemus, neque Ecclesia Dei.* quo audito, obtinuit Commis-  
 sarius, homo alioqui procacissimus. Sic olim veteres Do-  
 ctõres & sancti Patres fecerunt. *Consuetudo est, traditio est:* *Homil. 4. in 2. ad*  
*nihil amplius querat,* ait Chrysostrõmus. *Si consuetudines* (ait *Theoss.*  
 B. Basilii) *quæ scripto prodita non sunt, reijcere conamur, ipsam*  
*fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus.* In causa *De Spiritu S.*  
 illa grauissima de rebaptizandis hæreticis, *Consuetudinis ro-* *cap. 27.*  
*bore,* ait Augustinus, *tenebatur orbis terrarum, & hæc sola*  
*apponebatur inducere volentibus nouitatem.* De Origene no-  
 tat Basiliius, quòd etsi non omnino sanas haberet in omnibus  
 de Spiritu sancto opiniones, nihilominus (ait) *& hic reuerentis* *De Bapt. contra*  
*consuetudinis robur, pias voces emisit de Spiritu.* Tertullianus *Donat. lib. 2. c. 9.*  
 huius rei causam assignat: *Consuetudo* (inquit) *sine dubio de* *De Spiritu S.*  
*traditione Apostolica manauit. Quo modo enim usurpari potest* *cap. 29.*  
*quod traditum prius non est?* Vniuersaliter scilicet. Vnde sic *In libr. de corona*  
 Augustinus: *Multa non inueniuntur in literis Apostolorum,* *De Bapt. contra*  
*Donat. lib. 2. c. 7*

Episto. 16. ad Ca-  
sulanum.

Locus contra  
hæreticos.

neque in Concilijs posteriorum; & tamen quia per uniuersam  
custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita, & commen-  
data creduntur. Vnde iterum Augustinus: In his rebus, ubi  
nihil certi statuit Scriptura diuina, mos populi Dei, & instituta  
maiorum pro lege tenenda sunt. Hæc veteris Ecclesiæ pietas  
fuit. Hæc S. Patrum grauissima iudicia extiterunt. Hoc Euā-  
gelista disertè notare voluit; ascendisse parentes Christi,  
Iuxta consuetudinem diei festi. Hic locus etiam contra nostri  
temporis hæreticos valet.

### 3. Remansit puer Iesus in Hierusalem.

Parentum offi-  
cium circa cu-  
ram liberorū.

Eccles. 7.

Genes. 18.

Exempla.

1. Reg. 4.

1. Reg. 5.

Lib. de lib. educ.

Apophtheg-  
ma.

**L**ocus moralis de parentum officio circa curam libe-  
rorum: cuius illa pars maxima est, vt eos in diuino cul-  
tu instituunt, & à teneris annis Dei templa frequentare do-  
ceant, exemplo parentum Christi adhuc pueri in hoc Euan-  
gelio. Quo enim semel est imbuta recens seruabit odorem  
testa diu. Vnde sapiens: *Filij tibi sunt, erudi eos, & curua il-  
los à pueritia eorum.* Abraham ideo Deo sic charus erat, vt  
ei secreta sua iudicia reuelaret; quia, quod à Deo didicerat,  
filios suos postea docturus erat. Dixit enim Deus, ad perden-  
dam Sodomam suos Angelos missurus: *Num celare potero  
Abraham que gesturus sum? cum futurus sit in gentem magnā  
ac robustissimam;* id est, quum plurimorum liberorum ac ne-  
potū pater futurus sit: *Scio enim quòd praecepturus sit filijs suis,  
& domui suae post se, vt custodiant viam Domini, & faciant  
iudicium & iustitiam.* Præclarum exemplum boni Patris, &  
Deo propterea gratissimi. Terribile exemplum negligentiae  
paternae Heli sacerdos fuit, sic de eo ad Samuelem loquen-  
te Deo: *Prædixi ei quòd iudicaturus essem domum eius in aeter-  
num propter iniquitatem, eo quòd nouerit indignè agere filios  
suos, & non corripuerit eos. Nunc ergo incipiam, & complebo.  
Quod & factum paulò post fuit, quum vno & eodem die  
duo eius filij in castris occiderentur, Arca Dei caperetur, &  
ille sedens in sella sua, cadens retrorsum, fractis ceruicibus  
interiret.* Sed & ipsi ethnici hac in parte docere nos possunt.  
Eleganter Plutarchus, *Parentes (inquit) qui filijs ditandis om-  
nem curam impendunt, eorum autem mores negligunt (quanto  
magis salutem!) similes sunt ijs qui magnam calceorum cu-  
ram habent, & interim pedem ipsum parui pendunt.* Vnde ille  
meritò ab Aristippo derisus est, qui rogans quantam instruendi  
gratia, filij mercedem postulareret, illo mille drachmas postu-  
lante intulit: *At qui seruum mille drachmis comparare possum.*

Cui

*Cui Aristippus: Duos itaque seruos habebis, illum quem mercaberis, & filium.* Nihil enim à seruo filius rusticè educatus differt. Vnde idem Philosophus cuidam percontanti, quare melior esset euasurus filius, si eum curaret literis erudendum; *Vt nihil aliud (inquit) certè in theatro non sedebit lapis super lapidem.* Homo idiota in hoc magno mundi theatro quasi lapis super lapidem sedet. Acutè Diogenes dicebat, se *Megarensis alicuius arietem esse malle, quàm filium;* significans, Megarenses pecorum maiorem curam habere, quàm liberorum. At hodie si viueret, de multis Christianis (prohi pudor) diceret, malle se canem aut equum multorum esse, quàm filium. adè horum maxima, liberorum nulla cura habetur: nulla inquam, quoad animæ salutem, quoad Dei cultum à prima ætate addiscendum.

Nam ad alia quod attinet, ad huius mundi ciuilitatem, prudentiam, vel astutiam, potiùs & calliditatem, ad ipsas quoque bonas literas ediscendas, hac iam ætate magna fati cura adhibetur. Sed regnat hodie illè fœdus error, de quo suo tempore conquestus est Augustinus in hæc verba: *Quare iuisti in scholam & vapulasti? quare tanta mala in pueritia pertulisti? Vt disceres? Quid disceres? Literas. Quare? Vt haberetur pecunia, aut vt compararetur honor, & teneretur sublimitas dignitatis. Vide quia periturus es propter perituram rem.* Et paulo pòst: *Parentes nostri quando nos in Scholam mittebant, non hoc nobis dicebant, Discite literas, vt habeatis vnde legere possitis codices Dominicos: nec ipsi Christiani filijs suis hoc dicunt: sed Discite literas, vt sis homo. Quid enim? Modò pecus sum? Quod dico vt sis homo, hoc est, vt sis eminent inter homines.* Hæc ille.

Hic autem error quantus sit, rectè describit alter nostri temporis Seneca, si moralem tantum virtutem & eruditionem spectes; sed veræ virtutis & religionis nomine, Seneca omnibùsque philosophis maior & felicior. Thomas Morus, martyr Christi celebris, in quadam ad scholæ suæ domesticæ præceptorem epistola, his verbis: *Ego quo difficilius video superbia postem excutere, eo magis enitendum censeo, vt id quisque statim meditetur ab infantia. Neque aliam causam puto cur hoc malum tam ineluctabile pectoribus nostris inhaereat, quam quòd propè simul ac nati sumus, mollibus animulis puerorum à nutricibus inseritur, fouetur à magistris, à parentibus alitur atque perficitur: dum nemo quicquam ne bonum quidem docet, à quo non laudem inseat protinus expectare.*

*velut vestimentum pretiumque virtutis. Inde laudes diu suet  
magnificere, tandem eò venit, ut, dum pluribus, hoc est peio-  
ribus, placere student, bonos esse pudeat. Hæc ille.*

Atque hæc quidem eo pertinent, ne praua parentum edu-  
catione vitiis alluescant pueri. Sed pietas Christiana plus po-  
stulat, ut in Dei cultu, timore, obsequio suos liberos paren-  
tes instituant. Quod eos monet non semel Scriptura: *Me-  
lior est vnus timens Deum, quàm mille filij impij, & vtile est  
mori sine filijs, quàm relinquere filios impios.* Et iterum: *La-  
eta filium, & pauere te faciet. Lude cum eo, & contristabit  
te. Non corrideas illi, non des illi potestatem in iuuentute.* De-  
nique & illud: *De patre impio quaruntur filij, quia propter  
ipsum sunt in opprobrio.* Quare Apostolus quum dixisset, *Pa-  
tres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros;* id est, ad  
maledicendum vobis, quum ex mala educatione perire se  
vident; adiecit: *Sed educate illos disciplina & correptione  
Domini.* nempe ut Deum cognoscere, amare, timere, colere  
discant. Ipsa profectò rerum natura hanc diligentiam &  
curam parentes docet. Perdices pullos fugientes se occulta-  
re, ac supinos iacentes, se gleba terræ pedibus apprehensa,  
cooperire docent. Ciconiarum pullis parentes in tectis ad-  
sunt, ut periti in expertis præsto adsunt ad volandum. Lusci-  
niæ verò pullos suos cantare prædocent; ac, si qui capiantur  
adhuc rudes, & hominum manibus nutriantur, peius canūt,  
ut qui ante legitimum tempus à Doctore subtracti sint.  
Quanto magis parentes Christiani, quæ ad filiorum salutem  
pertinent, omni studio perdocere debebant; ne mala consue-  
tudine capti, tota vita peius canant!

### 3. *Et non cognouerunt parentes eius.*

Parentum ho-  
nori, Dei cultus  
preferendus.

**L**OCVS moralis de Dei cultu & honore, parentum car-  
nalium obedientiæ & honori præferendo. Patentes  
quidem pueri Iesu cum ad festum & templum secum addu-  
xerunt, eaque in re communis pietatis bonum exemplum  
dederunt, de quo iam dixim⁹; sed vltra publici festi tempus,  
eum in templo remanere non cõcesserant. At puer Iesus vo-  
lens aliquid extra ordinem facere, & singulare Deo obse-  
quium præstare supra cõmunem & vulgarem pietatem, vo-  
lens Patris sui cœlestis imperio parere, & aliquod suæ diuini-  
tatis specimen dare, inscijs parētibus hoc facit; disertè docēs,  
in iis quæ singulariter ac diuinū obsequium spectāt, parētum  
consensum

consensum neque obsecrandum, neque expectandum esse; nullam denique carnalium parentum aut amicorum eo in negotio curam aut rationem habendam, etiam si tales alioqui sint, quos nihil sancto proposito obfuturos esse constet: quales haud dubiè parentes pueri Iesu erant; facileque permitturi, ut in tanta causa, de qua postea illis dixit, *Oportebat me in iis qua Patris mei sunt esse*, finito festo, in ciuitate & templo remaneret. Eos tamen huius rei conscios non facit, exemplum suis daturus, ne illi simili in casu id faciant, qualescunque demum parentes habeant; non ut boni parentes contemnantur, sed ut mali, vel certè minùs boni caueantur, quorum maximus numerus est. Ut enim leges, sic exempla sancta, id spectant, quod communiter fieri solet. Hoc autem quod Christus exemplo docuit, tum antea per seruum suum Moysen, tum postea viuæ vocis suæ oraculo expressit. Moyses dixit: *Qui dixerit patri suo, aut matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & seruauerunt iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israël.* Hæc est benedictio tribus Leuiticæ in figura sacerdotij noui Testamenti; & maximè status monastici, qui in causa cultus diuini nesciunt parentes suos. Hoc Christus docuit, quum diceret. *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus.* In quem locum Chrysostomus: *In omnibus obtemperandum parentibus est, præterquam iis que pietati officiant.* Sic Augustinus: *Sicut parentes honorare debemus, ita eos propter annuntiationem regni Dei nulla impietate contemnimus.* Fortiùs adhuc D. Hieronymus: *Licet passo crine & scissis vestibus uera quibus te nutrierat mater, ostendat, sicut in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem: sicis oculis ad vexillum crucis euola.* Rationem assignat D. Ambrosius: *Natura pignora, Dei beneficia sunt. Nec quisquam debet plus amare beneficium, quam benefactorem.* Aliã assignat Augustinus: *Virtus nihil aliud est quam rectus ordo amoris.* Ordo autem amoris hoc habet, ut diligendus sit proximus in ordine ad Deum; ideoque proximi cuiuscunque dilectio, est gradus ad diligendum Deum. In hoc igitur gradu sic subsistendum, ut superior ordo propter eum non violetur. Aliam causam addfert D. Chrysostomus: *Hæc doctrina Saluatoris (Qui amat patrem plus quam me, &c. & credentes filios maioris animi fecit, & patres remissiores ac leniores, ne ab amore Christi liberos dimouerent, videntes tantos esse ipsius vires, ut facile posset à parentibus filios eripere.* Hæc ille. Huius rei heroicæ pietatis

Deu. 35.

Typus.

Matth. 10.

Homil. 36. in

Matthæum.

Contra Adi-

mant cap. 6.

Epist. ad He-

liodorum.

In Lucam lib. 7.

cap. 12.

De ciuit. Dei,

lib. 15. ca. 22.

Homil. 36. in

Matthæum.

- Exempla.* tot ferè exempla sunt, quot boni sacerdotes & monachi, carnales & mundanos parentes habuerunt. Vnum aut alterum illustrius subiiciam. S. Franciscus in primis suæ conuersionis initiis, quum à patre iuberetur coram Episcopo bonis paternis cedere, eo quòd omnia per eleemosynas dissiparet, libenter id fecit, etiam tota veste exuta, moxque dixit: Nunc liberius & verius dicere possum: *Pater noster qui es in calis.* D. Thomas Aquinas, habitu Dominicanorum sumpto, quum in via ad studia proficiscendo, à duobus germanis fratribus armata manu raperetur, & ad castrum matris, nobilissimæ fœminæ, duceretur, nec à matre, nec à sororib<sup>9</sup>, nec à fratribus, nec vlla denique humana arte aut industria, à sancto proposito reuocari posset; tandem cõnuente matre, per fenestram dimittitur, & sui Ordinis Patribus restituitur. Diuus Bernardus à suis fratribus vehementer pulsatus vt religionis propositum mutaret, eloquentior ipsis ac felicior, eos ipsos, aliosque multos in suam sententiam pertraxit. Sic isti manserunt in templo, non in sciis tantum, sed & inuitis parentibus.

#### 4. Descendit cum eis, & erat subditus illis.

- Obedientia sine respectu personarum. **L**ocus moralis de obedientia superioribus præstanda, absque vllò respectu personarum. Maior Christo esse nõ potes; nec minori obedire, quàm erat Ioseph faber, idemque pauper. *Sapientia Dei* (ait Cyrillus) *tanto sumus inferiores, quanto natura minores.* Hæc autem sapientia Dei fuit, non solum vt homo fieret, sed etiam subditus, idque patri putatio, non vero. Ioseph cum dominaretur in tota Ægypto, tamen patrem senem, & rerum necessariarum penuria afflictum, omnibus modis honorat. In agnitione fratrum, prima vox eius erat: *Ego sum Ioseph, adhuc viuit pater meus?* Amoris hoc argumentum fuit verè filialis. Vocat ex terra Chanaan patrem suum. *Habitabis in terra Gessen, erisque iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum. Ibi te pascam, &c.* Aliud honoris genus hoc fuit parentibus à filiis debitum, vt eorum necessitatibus subueniant. Venienti in Ægyptum patri, *iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiam ei.* Hæc erat reuerentia filialis, etiã à magno Principe pauperi patri præstita. Denique *introduxit Ioseph patrem suum ad Regem, & statuit eum coram eo.* Hic honor fuit specialis patri exhibitus. Postremò morituri patris clausit oculos: *& audito quòd egrotaret pater suus, sponte ad eum perrexit, cum duobus filiis suis. Festinabat quippe* (ait Ambrosius)



brofius) *sumere benedictionem paternam. Pater enim, et si pauper sit, nec diuitiarum copias habeat, quas relinquat filiis suis, habet tamen vltima benedictionis hereditatem qua sanctificationis opes successoribus largiatur.* Hæc Ambrosius. Sic & Salomon Rex, quum ingrederetur ad eum Berfabee mater eius, surrexit in occursum eius, adorauitque eam, & sedit super thronum suum: positusque est thronus matri eius, qua sedit ad dexteram eius. Nempe in omni obedientiæ genere, quam diuina lex vel Ecclesia præcipit aut commēdat, nulla personarum ratio cui obeditur, habenda est, sed voluntatis & ordinationis diuinæ, quæ eos nobis præposuit, & patres dedit, seu naturales, seu spirituales, seu etiam ciuiles. Sic enim soli Deo datur honor & gloria, quum alios præter Deum, non nisi propter Deum honoramus, id est, quia Deus eum nobis patrē aut præpositum dedit. Si enim alio quocunque respectu id facimus, vt prudentiæ, potentiæ, aut etiam virtutis causa, non iam vt patrem aut præpositum, sed vt prudentem, potentem, bonum honoramus: qui honor, etsi legitimus sit, tamen non est propriè honor parentum aut superiorum, quem Scriptura præcipit. Quum enim *omnis potestas à Deo sit, qua autem à Deo sunt, ordinata sunt:* omni potestati propter Deum, qui sic ordinauit, obedire & subiacere debemus absque personarum respectu, in quibus aliquid semper quod displiceat inuenire facillimum est, & nihil quod offendant inuenire difficillimū. Amasius ex plebeio Rex Ægypti factus, quibusdam ex antiqua nobilitate obsequium detrectantibus, & eam subiectionem ægrè ferentibus, curauit ex pelai quadam, in qua ipse & domestici eius pedes lauare solebant, certum idolum fieri simile illi, quod ab Ægyptis præcipuè adorabatur, moxque solemniter in templo collocatum, ab omnibus adorari. Quo facto, ostendit idolum ex qua materia factum fuisset, quæ vt cunque esset vilissima, honore tamen dignum ab eis existimatum. propter sublimem honoris locum in quem euecta fuisset: quare & idem de eo iudicarent, qui vt cunque loco obscuro ortus esset, tamen, Deo ita disponente, ad regalem thronum peruenisset. Sipienti commento id quod res erat, ostendebat, in omni præpositura diuinitus ordinata, non materiam, sed formam, non personam, sed vocationem spectandam esse. S. Francisco super asellum equitâte, locius eius cœpit dicere intra se: Non de pari ludebant parentes eius & mei. En ipse equitat, & ego pedester eius asinum duco. Hoc illo cogitante, protinus descendit de asino vir sanctus, & ait: Non

*Lib de benedi& Patriarc. cap. 1.*

*3. Reg. 2.*

*1. Tim. 1.*

*Rom. 13.*

*Exemplar. Herodotus lib. 2. hist. circa finē.*

*In vita eius per S. Bonauent. cap. 11.*

Non conuenit, frater, vt ego equitem. tu venias pedes, quia nobilior & potentior in seculo tu me fuisti. Obstupuit frater, & rubore suffusus, veniam cum lachrymis petiit, culpā confessus. Nempe in omni obedientia religionis & fidei, & maximè in cura conscientia, nobilitas, opes, & alia terrena quæ in seculo valent, & magni pretij habentur, nullum pretium aut valorem habere debent. Sunt enim illa quasi mundi numismata, & in mundo, omniq̄ statu mundano valent vt publica moneta. Sed in causa fidei, & in statu religionis, quasi extra dominium suum monetæ vim non habent, sed tantum valent quantum sunt, id est, nihil. Omnis enim huiusmodi rerum valor ex hominum æstimatione procedit: Dei dona nulla vel pecunia vel nobilitate emuntur. Quare in causa fidei & conscientia, equalis debet esse Regis & mendici obedientia. Hoc nos puer Iesus docere voluit, subditus patri putatio, & matri pauperula. Autũ & argentũ *habēt inscriptionem & imaginem Regis*. Regi ergo & regno debentur. *At omnis paternitas* (ait Apostolus) *in cælo & in terra ex Deo Patre nominatur. Omnis potestas* (vt idem ait) *ex Deo est*. Reddenda ergo quæ Dei sunt Deo, quæ Cæsaris Cæsari. Obediētia fidei, obediētia spiritualis, non magis respicere debet aurũ & argentum, nobilitatem & potentiam mundanam, quàm ligna & lapides. Hoc mundo paradoxum puer Iesus, sed ita sapiens, vt cum Doctoribus in templo cum omnium stupore & admiratione disputaret. Docuit subditus parentibus suis. Certè tota vita Christi obedientia fuit. Venit in mūdũ ex obedientia. *In capite libri scriptum est de me, vt faciã Deus voluntatẽ tuam. Tunc dixi, Ecce venio. Et rursum: Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meã, sed eius qui misit me, Patris*. In mūdũ manēs, puer subditur parētibus: subditur Legi circumcisus: subditur Cæsari, tributum *soluens pro se, & pro Petro*. Subditur Patri, *obediens vsque ad mortem*. Sic nos obedientiam docere voluit. Est autem hæc virtus maximè necessaria, vt credamus ea quæ sunt credenda: sic Apostolus vocat *obediētiã fidei*, de qua in altero Promptuario diximus: vt faciamus mandata Dei in omnibus; vt legibus & præceptis matris Ecclesiæ obsequamur: de qua re Apostolus: *Obedite præpositis vestris, & subiaccete illis*. Denique vt potestati etiam seculari subiiciamur, iuxta Apostoli verba citata. *Optimus ille minister tuus est* (ait Deo Augustinus) *qui non intuetur hoc à te magis audire quod ipse voluerit: sed potius hoc velle quod à te audierit*. Inobedientes contrã, Deus & cælo & terra

*Simile.*

Math. 22.  
Ephes. 3.  
Rom. 16.  
Matth. 22.

Hebr. 10.

Psal. 39.  
Ioan. 6.  
Luca 2.  
Matth. 17.  
Philip. 3.

1.  
Rom. 2.  
2.  
3.  
Hebr. 13.  
4.

Confess. lib. 10.  
cap. 26.  
Inobediētiũ  
pœna,

terra & mari & ipso in aëre puniuit. Luciferum cum suis rebellantem, de cælo deturbauit. Chore, Dathan, & Abiron, Num. 16. Moyfi inobedientes, terra viuos absorpsit. Ionam fugientem Iona 1. in Tharſis, & Dei præcepto inobedientem, nec aqua potuit ferre, nec aër, nec nauis, sed proiici in profundum maris debuit. *Inobedientia crimen* (ait D. Bernardus) *in quo, & quantum* In tract. de præcepto & dispensat. *fit, apud Samuelem aduertite. Quasi, inquit, peccatū hariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatria nolle acquiescere. Non ait, non acquiescere, sed nolle acquiescere: ut non inſionis simplex ipsa transgressio, sed voluntatis superba contemptio, scelus idololatria reputetur. Non enim est id ipsum nolle obedire, & non obedire. Hoc quippe interdum erroris est, nonnunquam & infirmitatis: illud verò aut odiosa pertinacia, aut contumacia non ferenda. Hæc ille. Porro vt quædam idololatria est inobedientia, sicuti Sauli Samuel dixit: (se ipsum enim colit, suamque voluntatem adorat omnis inobediens, id est, obedire nolens) sic supremus & præstantissimus Dei In vita S. Platonis, apud Suriân to. 6. pag. 920. cultus, obedientia est. *Omnia alia etiam rectissimè facta* (vt Iac 4. sapienter scripsit Theodorus Studites) *obedientia tamen studio comparanda non sunt. Per illam enim anima illuminatur, & propria voluntatis affectus extinguitur, perfectaque eius qui per Spiritum nascitur in eum à quo gignitur, adoptio efficitur.* Tria bona obedientiæ dicit; Lumen animæ, quia *humilibus Deus dat gratiam: philantiæ extinctionem, quæ omnium peccatorum radix est, & animæ pestis: veram in Christum adoptionem. Verus enim filius est, qui patrem maximè & forma & moribus refert. Adoptio autem spiritalis in Dei filium tunc perfecta est, quando Christi obedientiæ, aliisque virtutibus conformes efficimur. Sed mirari licet, hanc tantam virtutem, etiam ethnicis philosophis incognitam non fuisse. Quam enim Hesiodus, magna cum sapientiæ opinione & laude, primas partes tribuisset sapienti per se, secundas ei qui recta monendi parebat, hanc eius sententiam correxit Zeno Cittieus: & Laert. lib. 7. cap. 1. de vitio Philosoph. primas partes ei tribuit qui rectè monenti obtemperat: secundas ei qui per se sapit. *Quia* (inquit) *hic nihil habet præter intelligentiam, ille etiam habet effectum.* Sanè enim qui optimè intelligunt, & ex se sapiunt, rarissimè id præstant quod sciunt. Sed & præterea, qui rectè monenti obtemperat, maximè in autoritate constituto, idque ex Dei ordinatione, præter operis effectum, habet obedientiæ meritum, habet Saluatoris sui imitationem & conformitatem,**

1. Reg. 15.

Iac 4.

Simile.

Laert. lib. 7. cap. 1. de vitio Philosoph.  
Apotheogma.

1.

2.

tem,

3.  
4.

tem, habet omnium aliarum virtutum custodiam humili-  
tatem: quæ omnia ille Philosophus videre quum non posset,  
tamen ex vno solo capite obedientiam sapientiæ prætulit:  
quanto magis non Christiani eam præferre debemus! De  
hac virtute in alijs Euangelij's plura.

5. *Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.*

De meditatio-  
ne ope. & be-  
nificiorum  
Dei.

**L**ocus moralis de meditatione, & frequenti recorda-  
tione verborum, operum, & beneficiorum Dei. De qua  
virtute vt in alia Dominica quædam diximus, ita hæc plura  
adijciemus, loco non minus proprio. Notat Euangelista  
quòd B. Virgo, pro sua sapientia & pietate, omnia Christi  
verba, atque etiam facta (nam verba hoc loco res significant  
phrasi Hebraica) conseruaret ac retineret in corde suo, vtique  
meditando ea, ac diligenter & frequenter ruminando.  
Sic nos facere oportet, audita verbi Dei prædicatione aut  
lectione: ne de nobis id dicatur quod apud Ezechielem de  
improbis Iudæis Deus dixit: *Factus es eis quasi cæcumen mus-  
ticum. Audiunt verba tua, & non faciunt ea.* Atqui qui vel  
concionem audit, vel Scripturas legit, nec ad theatrum, nec  
ad cantationem, sed ad Christi scholam accessit: vt discat, vt  
conseruet in corde suo, vt retineat ac meditetur, ne illud  
Propheticum de nobis dicatur: *Qui merces congregauit, mi-  
sit eas in sacculum pertusum.* Hi videntur habitare in terra  
obliuionis, de quibus Psalmista: *Nunquid cognoscantur in te-  
nebris mirabilia tua, aut iustitia tua in terra obliuionis?* Hic est  
infernus. Sed adhuc dum viuunt, in luce ambulamus; *Ope-  
ramini igitur dum lucem habetis, ne tenebre vos compren-  
dant.* De istis obliuiosis & sacculis pertusis dicit Scriptura:  
*Non est Deus in conspectu eius. Inquinata sunt via illius omni  
tempore.* Hic est fructus talis obliuionis. Contra hanc negli-  
gentiam iterum loquitur Scriptura: *Quoniam non intellexe-  
runt opera Domini, & in opere manuum eius destrues illos, &  
non edificabis eos.* Nempe quis te ferat in tonstrina surgentē,  
mox assistere speculo, & contractu capitis cæsariem intue-  
ri, num probè sis tonsus; ex Ecclesia verò aut schola Chri-  
sti regressum, non protinus te ipsum contemplari, & ex ani-  
mo tuo rationem accipere, quid ad fidem roborandam vel  
illustrandam, quid ad mores in melius formandos didiceris

Ezechiel. 33.

Aggei 1.

Psal. 37.

Ioan. 12.

Psal. 9.

Psal. 27.

Plurarch. libr. de  
officio audit.  
Similia.

Simile.

Otiosus

Otiosi aliqui interdum ignem ex silice ferro excutiunt, tantum ut videant quo modo scintillæ euolant: sed escam non admouent, ut ignem accendant. Tales sunt auditores obliuiosi, & magis curiosi quam attenti. Notant pulchrè, ingeniosè, eleganter dicta, & aiunt: Plus violat hic prædicator quam ille, &c. sed escam boni affectus non applicant, ut ignem deuotionis arripiant. Atqui quod veterem populum Deus admonuit, hoc multo magis nos Christianos facere oportet, quanto uidelicet maiora beneficia accepimus. *Ne obliuiscaris (inquit) uerbum quod uiderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo omnibus diebus uite tue. & infra: Recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis. Et iterum paulo post: Erunt uerba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens; id est, uesperti & manè. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur ante oculos tuos: scribesque ea in limine & ostijs domus tue. id est, siue egrediens, siue ingrediens domum tuam, in quocunq; negotio seculari, horum uerborum, quæ erant de liberatione ex captiuitate Ægyptiaca, de introductione in terram promissionis, & de præceptis ac ceremonijs legalibus perpetuò memor eris. Quanto magis Christianum Baptismi sui, & regenerationis in Christo, beneficiorum & operum Dei, re-promissæ beatitudinis perpetuò memorem esse par est! Sic monuit Ecclesiasticus: *Cogitatum tuum habe in præceptis Altissimi, & in mandatis eius assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientia dabitur tibi.* Rursum paulo post: *Beatus uir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei.* Moratur autem in Dei sapientia, qui Dei opera & beneficia frequenter cogitat & ruminat in corde suo, nec ea facile dilabi patitur. Hoc & Salomon monuit: *Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tue. Liga eam in corde tuo iugiter, & circumda gutturi tuo.**

Deut. 4.

Deut. 6. &amp; 11.

Eccli. 6.

Eccli. 14.

Prou. 6.

Psal. 118.

Iam uero maximam huius meditationis assidua utilitatem paucis uerbis Dauid expressit: *A mandatis tuis intellexi, propterea odii omnem uiam iniquitatis.* Et rursum: *Nisi quia lex tua meditatio mea est, tunc fortè periissem in humilitate mea: id est, in afflictione, tentatione, & paupertate mea, quum exularem per Saul.* Docet diuinæ legis meditationem armaturam esse fortissimam contra omnes siue à dæmone

Serm. 17. in  
Psal. 118.  
Simile.

& carne tentationes, siue à mundo & fortuna aduersitates, Vnde in hæc verba Ambrosius: *Athleta, nisi exercitio palastra prius fuerit assuefactus, non audet subire certamen. Vngamus igitur oleo lectionis mentis nostra lacertos. Sit nobis tota die ac nocte exercitij usus in quadam cœlestium Scripturarum palastra; ut, quum aduersarius assistere coeperit, & puluero nos sua tentationis asperserit, stemus intrepidi. Et paulo post: Exerceamur indefesso meditationis usu, exerceamur ante certamen, ut simus certamini semper parati.* Mox varijs exemplis sancti Iob, sanctorum Martyrum Christi, sancti Ioseph qui acerbissima passi, & variè tentati fuerunt, ostendit eos absque meditatione præuia magna atque assidua, operum, beneficiorum, & promissionum Dei, tanta & tam varia tentationum certamina nunquam sustinere, & superare potuisse, Moxque concludit: *Si athletis epulis pastam animam nostram aduersarius nosler potuerit inuenire, si sit euangelicus succus in nobis, si Apostolicis escis maturitas nostra mentis thoros, animaque robusta solidauerit, si frequenti meditatione memoria tenax præceptorum cœlestium parata ad tempus exempla depromserit, nulla tentationum poterit nos perturbare congressio.* Hæc Ambrosius Sic & Chrysostomus: *Videmus plane corporis oculos, quum in fumo remorantur, lachrymas effundere; si verò potiantur aëre purgato, & florentibus pratis, & hortis virentibus, & fontibus inter amœna fluentibus, & saniores esse, multoque maiori acivi fulgore rutilare. Talis profectò est & mentis oculus. Si in pratis spiritualis pascatur eloqui, erit totus sine dubio purus atque lucidus, & acutius cuncta perlustrans. Si verò in fumum secularium negotiorum fuerit ingressus, ad innumera prorsus mala lachrymabitur.* Hæc ille. Atque hæc de vtilitate ex parte nostra. Nunc & ex parte Dei quàm sit hæc meditatio & conseruatio verborum Christi in corde necessaria, paucis ostendetur. Pulchrè & sapienter Hugo de S. Victore: *Sicut (inquit) nullum est momentū quo homo non utatur vel fruatur Dei bonitate & misericordia: sic nullum debet esse momentum quo eum presentem non habeat in memoria.* Hæc ille. Et certè si quis hoc tecum pactum iniret, vt quàm diu ipse te beneficijs prosequeretur, tu illius memorem animum gereres, an non libenter hanc conditionem acciperes? At Deus perpetuò tibi benefacit, quum te inesse conseruat, & necessaria vitæ subministrat. Cur ergo non semper illum in mente habeas? Hinc optimè S. Gregorius Nazianzenus. *Non tam sæpè (inquit) respirare oportet*

Homil. 2. in  
Matth. operis  
imperf.  
Simile.

Lib. 1. de Clau-  
stro anima.

In orat. de cura  
pauperum.  
Similia.

oportet, quàm Dei meminisse. Profectò quo temporis momento à nobis oculos Deus diuelleret, eo momento in nihilum red gereretur. Sicut enim hominis imago qui faciem suam in speculo conspicit, protinus aboletur, vbi is sese à speculo auertit: ita si Deus, ad cuius imaginem facti sumus, ideoque quasi in speculo nos sui imaginem contue-  
 tur, à nobis oculos deflexit, ad nihilum rediremus. Rursum sicut calor in aqua, non ab aquæ natura, sed vel à sole, vel ab igne est, à quibus separata calere desinit: sic deuotio & amor Dei ex rerum diuinarum meditatione & contemplatione procedit, quibus sublatis, feruor ille deuotionis paulatim repeleat. Quare qui feruorem hunc perpetuum esse cupit, à Deo, qui ignis consumens est, recedere non debet. Aristoteles in Meteoris mundum hunc inferiorem superiori coniunctum esse oportere testatur, quo videlicet cælestes influxus, astrorumque virtutes, huic inferiori communicari possint. Ad eundem modum spiritus noster Spiritui diuino per continuam recordationem & meditationem coniunctus esse debet, vt spiritualis influxus, diuinæque lucis radij ad eum hoc modo pertingant. Denique vt corpus animæ, rami arboris trunco, & solares radij Soli vniti esse debent, vt ab alijs virtutem, motum, & vitam trahant: sic per actua-  
 lem eleuationem mentis in Deum (quæ maximè est meditatio operum, & beneficiorum eius) vniti semper Deo esse debemus, vt virtutum gratias ab eo capiamus. Sic Propheta: *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur.* id est, à Deo illuminati, omnia ab eo facillè impetrabitis. 1.  
2.  
3.  
4.

## EVANGELIUM DOMINICÆ II.

POST EPIPHANIAM.



**N**UPTIÆ factæ sunt in Cana Galilee, Ioan. 2.  
 & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem  
 & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Et  
 deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum:  
 Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid  
 mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit  
 mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite.  
 Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex posite, secundum pu-  
 rificationem

rificationem Iudeorum, capientes singula metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset; ministri autem sciebant qui hauserant aquam; vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit; & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilee; & manifestauit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli eius.

### P E R I C O P E moralis huius Euangelij.

1. Vocatus est Iesus & discipuli eius ad nuptias. De sobrietate seruanda in conuiujs.
2. Dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. De inuocando Christo in necessitatibus fratrum nostrorum.
3. Dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi mulier? Carnalis propinquitatis in bonis spiritualibus dispensandis non esse habendam rationem.
4. Quodcumque dixerit vobis, facite. De obedientiæ integritate, Dei mandatis præstanda.
5. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt vsque ad summum. De necessaria cooperatione nostra ad Dei beneficia obtinenda.
6. Opus homo primum bonum vinum ponit, & postea deterius: tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. De perseverantia in bono.

#### 1. Vocatus est Iesus & discipuli eius ad nuptias.

Conuiuiorum  
sobrietas.

**L**ocus moralis de sobrietate seruanda in conuiujs. Quæ enim nuptiæ, quæ conuiuia præsentem Iesu & discipulis eius celebrantur, illa omni sobrietate & modestia carere nequeunt. In quibus conuiujs & nuptijs, luxus, ebrietas, & lasciuiæ exercentur, ad illas diabolus inuitatur cum satellitibus suis: ibi ille tripudiat, & choreas ducit. De talibus dicit Petrus: *Voluptatem existimantes dici delicias, in conuiujs suis luxuriantes, oculos habentes plenos adulteriij, & incessabilis delicti.* At in istis nuptijs tanta sobrietas erat, vt conuiuantibus vinum defuerit. Nisi enim ad honestatem & sobrietatem seruandam defuisset, nec B. Virgo diceret, *Vinum non habent;* sed vtunque toto vino consumpto, tacuisset, quia  
vinum

s. Pet. 2.



vinum nimium habuissent; nec Christus aquam in vinum *Exempla*  
mutasset. Sed fuerunt istæ nuptiæ tales, quales iunioris To- *Tob. 9.*  
bia, & amicorum eius. *Cum timore Domini conuiuium nuptia-*  
*rum exercebant.* Fuit hoc conuiuium tale, quale post Holo- *Iudith 16.*

phernem à Iudith occisum, populus celebrabat, de quo di-  
citur: *Erat populus iucundus secundum faciè sanctorum*, id est,  
sicut populo sancto, & verum Deum colenti conueniebat. *Iob 1.*

Quare S. Iob vir ditissimus, cuius filij fecerunt conuiuia per  
domos, unusquisque in die suo, quum in orbem transissent dies  
conuiuij, mittebat ad illos Iob, & sanctificabat illos (id est, preci-  
bus suis mundabat) *consurgensq; diluculo, offerebat holocausta*  
*per singulos.* Dicebat enim: *Ne forte peccauerim filij mei & be-* *Olympiod. in*  
*nedixerim Deo in cordibus suis: id est, ex affluenti voluptate, ali-* *Catena.*  
qua cõtra Deum blasphema cogitatione vli fuerint. Sic veteres  
iusti sobrietatem in conuiuijs exercuerunt. Acurè S. Basilus.

eos qui hospites splendide & laute excipiunt, illo *apparatu*  
*contumeliam illis infligere, nimirum ventris illis libidinem obijce-* *In regul. sus-*  
*re,* scripsit. Sic nempe suos hospites tractant, sicuti eos tracta- *disput. resp. ad*  
ri velle existimant. Quare sapienter quidam ex Philosophis *q. 20.*

inuitatus ad cœnam hospiti dixit: *Vide sic me tractes, ut bonam* *Apophthe-*  
*de me opinionem te habere ostendas.* A quo non abhorret illud *gma.*  
Socratis dictum; qui rogatus cur multis inuitatis, admodum *Laërt. in vita*  
tenuem fecisset apparatus, respõdit: *Si boni sunt, id est, sobrij,* *cuius.*  
*fatis erit: sin minus, plus satiq.* *Apophthe-*  
*gma.*

De conuiuijs Christianorũ sapienter dixit Chrysostomus: *In serm. super*  
*Non omnino regem conueniendum inter nos esse nonnunquã &* *illo, Carni con-*  
*concoenandum; sed inhonestã & turpia conuiuia interdici velim:* *cupisc. ne secte-*  
*& luxum in cibum conuertit, qui dolore, temulentia & lasciuia* *11.*

*careat: ut vel gentes intelligant Christianos nosse modum delicijs*  
*facere, id est, modestè & temperanter his vri.* Exultate Domino  
in tremore, ait Propheta. *Qualis erit illa exultatio? Hymnos scili-*  
*cet pronũtiare, sermones honestos conferre, orare, & Psalmos pro*  
*seruilibus illis cãtionibus inducere.* Hoc pacto Christus mēsa ade-  
rit, & dapēs benedictione cõplobit: cum preces ad eũ fuderis, cum  
spiritu decantabis, cum egenos ad victus communionem conuoca-  
ueris, conuiuijsq; modũ & tẽperantiã exhibebis. Hæc ibi ille. At  
de conuiuijs luxu plenis, sic alibi ait: *Vbi ebrietas, ibi diabolus;* *Homil. 57. ad*  
*vbi turpia verba, vbi saturitas, illic demones choreas agunt.* Cer- *pop. Antioch.*  
tè philosophorum & ethnicorum in hac parte temperantia *Exempla.*

nos cum rubore & confusione doceat. Dux Atheniensium  
vocatus à Platone in conuiuium, quum frugaliter tractatus *Aelian. lib. 2.*  
esset, postridie conueniens Platonem, dixit: *Vos, ô Plato, de var. list.*

S<sup>er</sup>uans.

Psal. 67.

Exod. 18.

Quæst. 66. super  
Exod.

Deut. 24.

Typus,

Serm. 41. de tēp.

Eccles. 24.

Similia.

Plurarch. in  
Paliic.

*melius cœnatis sequenti die quàm præsentī. Conuiuia quippe immoderata postridie stomachum grauāt; moderata acuit. Democritus alius Philosophus dicebat: Cœnas lautas & sumptuosas suppeditare potest fortuna: at faciles, & quæ sufficiant necessitati, suppeditat temperantia. Nemini autem dubium, præstantius id esse, quod à virtute, quam quod à fortuna confertur. Sed solidius nos docet Scriptura diuina: Iusti epulentur & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Non prohibentur epulæ & exultatio, sed fieri iubentur in conspectu Dei: id est, sicut decet eos qui Deo præsentē epularentur. Sic cum Iethro, ad videndum generum suū Moysen, accessit in desertum, Aaron senioresque Israël conuenisse dicuntur, ut comederent panem cum eo coram Domino. id est, in honorem Dei, ut exponit Augustinus; cum omni videlicet modestia. Neque enim vel tabernaculum adhuc erectum fuit, vel Arca testamenti, ut coram illis factō conuiuio, coram Domino fieri diceretur. Sed & huius modestiæ seruandæ causa disertè in lege præcepit Deus, ut ad omne conuiuium Leuita aliquis vocaretur, cuius præsentia temperantiæ seruandæ frenum illis esset. Comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua, & Leuita qui intra portas tuas est. Caue ne derelinquas eum. Sic Iesus vocatur ad nuptias cum discipulis suis, tanquam grauitatis Leuiticæ & sanctitatis ac modestiæ exempla; & ne quid in nuptiis leue aut indecorum fieret. Docet quippe suo exemplo Christus honesta conuiuia non esse etiam à viris sanctis refluenda. Non dedignatus est Dominus (ait S. Augustinus) conuersationem hominum, qui vsum carnis acceperat; nec secularia instituta contempsit, qui ad hæc venerat corrigenda. Imò nusquam modestia & temperantia vel Ecclesiasticorum, vel alio qui bonorum virorum magis elucescit, quàm in externa conuersatione & cōiuctu. Sic Christus publicanorum mensas, & Phariseorum conuiuia non est aspernatus; sed cœlestis suæ doctrinæ fructum etiam inter medias epulas eructauit. Hoc est ad literam, quod Sapientia de seipso prædicat: In plateis sicut cynamomum & balsamum aromatizans odorem dedit. Iusti quippe, qui à sapientia gubernantur, in locis etiam prophanioribus, & vbi plures sunt peccandi occasiones, illic suauissimum præbent boni exempli ac pietatis odorem. Nempe sicut Soli subiecta corpora splendorem, quem inde accipiunt, vicissim reddunt; sic boni suam bonitatem aliis conuersatione mutua impartiunt. Et sicut*

mutæ literæ ex commixtione vocalium in articulata erumpunt verba; sic rudes ex sapientum conuictu sapere incipiunt. Denique sicut hedera nascentis arboris stipitem vndique amplexa, vnâ confurgit & adolescit, cum arbore grâdi futura grandis; sic bonis qui adherent & conuersantur, in bonitate facillè crescunt. De ipsis autem bonis & sapientibus, qui à ciuili & honesta conuersatione & conuictu abhorrent, sapienter Socrates dicere solebat: *Neque vinum austum aptum esse potioni, neque mores agrestes hominum conuersationi.* Vbi ergo ædificationis locus aut spes est, conuiuus adesse vir bonus non detrectabit. De gula ipsa & intemperantia, in aliis Euangelis plurà.

Stob. serm. 2. de imprudentia.

Apophthegma.

*Deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habet.*

**L**O C V S moralis de inuocanda B. Virgine in omnibus defectibus nostris, vt pro nobis apud Filium intercedat, dicens, *Vinum non habent*, panem non habent: fidem, charitatem, castitatem, & cæteras virtutes non habent. Hunc locum tractandi in altero Promptuario satis multa suppellex subministratur, tum super hoc Euangelium, & hæc huius Euangelij verba, tum in festis B. Virginis, maxime in festo Natiuitatis eius, vbi ostendimus eam esse matrem fidelium & patronam maximam, contra nostri temporis hæreticos.

2. *Dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent.*

**L**O C V S moralis Christum Iesum fiducialiter inuocandi & adeundi non solum in nostris, sed & in fratrum nostrorum necessitatibus, exemplo beatissimæ Virginis, quæ non pro sua, sed pro conuiuantium vel necessitate, vel honesta consolatione intercesserit. Etsi enim tanta nullius sit apud Deum gratia & authoritas, quanta fuit & est beatissimæ matris eius, tamen multæ & magnæ sunt causæ cur hoc faciamus. Primum, quia ad omnes in se credentes Christus dixit: *Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Quorum verborum quanta sit vis, in alio Euangelio dicemus. Deinde quia & nos, si Dei voluntatem facimus, Christi quodammodo matres sumus, iuxta ipsius verba: *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse frater meus, & soror mea, & mater est:* id est, à me diligenter sicut frater, soror, & mater, vera dilectione, non æquali, vt sæpè Scriptura loquitur: *Estote perfecti sicut Pater vester, &c.*

Orandum pro fratribus.

1. Ioan. 16. Domi. 5. post Pascha.

2. Matth. 23.

Matth. 7.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 18.

1. Ioan. 3.

Locus contra  
hereticos.

Luca 10.

Iacobi 5.

Luc 10.

Luc 10.

Luc 10.

Luc 10.

Luc 10.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Iacobi 5.

Omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. *Ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Qui dicit se in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.* Quæ omnia non æqualitatem, sed similitudinem & veritatem significant. quod obiter contra hæreticos hodie dictum sit, qui propter illa Christi verba (Matthæi 23.) non verentur se & meretriculas suas euangelicas beatissimæ matri Dei adæquare. Tertiò, quia præceptum charitatis hoc nos iubet, quo dicitur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Orare igitur pro proximo debemus sicut pro nobis ipsis. Quarto, quia disertè Scriptura hoc præcipit. Sic enim D. Iacobus: *Orate pro inuicem, ut saluemini.* Et causam subiungit: *Multum enim valet deprecatio iusti assidua:* nempe non pro se tantum, sed & pro alio. Quod exemplum Eliæ à Iacobo subiunctum docet: qui orans ne plueret propter peccata populi, & rursum orans ut plueret propter populi respicientiam, utrobique exauditus est. Quintò & vltimo, propter exempla Apostolorum, & aliorum Sanctorum. D. Paulus non solum orat sine intermissione pro Romanis, pro Corinthiis, pro Philippensibus, & aliis ad quos scribit, ut supra citatum est; verum etiam enixè alios petit ut pro ipso orent. *In quem speramus, quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, ut ex multarum personis facierum, eius qua in nobis est donationis, per multos, gratia agantur pro nobis.* Hieremias Propheta etiam ex hac vita sublatus hoc nomine commendatur: *Hic est amator fratrum, hic est qui multum orat pro populo Dei.* Proferam hoc loco illustria quædam exempla de efficacia orationum, quas viri sancti & iusti in hac vita pro fratrum salute & necessitate fuderunt; ut sic magis excitet suos auditores concionator, quo bonorum virorum precibus se enixius commendent, ipsique pro aliis feruentius orent: quæ vtrique pietas hodie propemodum neglecta iacet, nisi apud illos demum qui hoc subsidij genere minus indigent. S. Dominicus, quum cuidam Priori Cisterciensi declarasset; hanc à Deo gratiam singularem se hactenus percepisse, ut nunquam quicquam à Domino postulauerit, quod non pro voto impetratis, rogatur statim ab eodem, ut pro conuersione M. Conradi rogare Deum vellet: Cui ille, Rem, inquit, frater difficilem petis: attamen si velim hac nocte Dominum deprecarì, de solita eius benignitate nihil ambigo, quin sit nostras admissurus preces. Eadem nocte, presente illo Priore Deum orat. Proximo manè

Invita eius libr.  
4. cap. 6.

manè Conradus ille, vir egregius & doctus, qui hactenus à  
vita monastica totus abhorrerat, sic ad Deum conuertitur,  
vt habitum monasticum instanter peteret, & obtineret. 2.  
In vita ei<sup>9</sup> apud  
Sur. tom. 2. pag.  
924. & 939.

S. Catharina Senensis, rogata à Patre suo spiritali Raimundo, contritionem peccatorum ei vehementissimam, quam tota vita priùs non senserat, impetrauit. Eadem duobus maleficis ad mortem condemnatis, sed nulla pœnitentia ductis, pœnitentiæ gratiam suis precibus impetrauit. Idem à Deo impetrauit duobus aliis impœnitētibus dānatis, recitato Psalmo, *Miserere mei Deus*, sancta virgo Coleta, Ordinis S. Clare mirifica reformatrix. Sed elegās & admirabilis est hac in parte de precibus S. Elizabethæ, Regis Hungarorū filix, historia. Adolescens quidam multum dissolutus, ab illa grauer admonitus vt in melius mores mutaret, rogauit illam, vt pro eo Deum precari hoc vellet. Mox illa: Serio peris vt pro Deum rogem? Pero, ait ille, serio intimēque. Statim illa: Oportet te (inquit) idem facere, precesque meas tuis iuare. Quo persuasō, itum est, ac vtrinque oratum loco congruenti. Nonnihil moræ intercesserat, cū ecce adolescens clamare cœpit; Iam iam ô domina precari desiste: incendior enim ita tuarum feruore precum, vt ferre vix queam. Tum illa vehementiùs orationi instare. At ille se intentiùs inflammari sentiens, vir būsque paulatim destitui, toto iam corpore in sudorem eunte, clamat altiori voce, dissecis præ lassitudine brachiis: Cessa ô domina, cessa, quia supplicationistux incendio præcordia mea depascuntur. Deficientem ita iuuenem, duæ ex eius pedissequis sustentant, feruorem eius intensissimum, & perfusa sudore membra, vix tactu manuum pati valentes. Tandem nihilo segniùs orare perseverante illa, anhelans iuuenis quam potuit altissima voce sapius inclamat, dicens: Oro te per Iesum, vt à cœpro supersedecas, ne me tuis precibus infaustè mori cogas. Confestim igitur vt Elizabetha orandi studium remisit, remisso pariter calore, iuuenis est velocissimè refrigeratus; assumpturum se maturiùs S. Francisci institutum pollicitus: quod non multo pōst tempore assumpsit, assumptum coluit, cultum viriliter consummauit. Certè in Scripturis orante Iob pro amicis suis, Deus placatur; & dum pro aliis orat, ipsemet sanatur. Abraham quoque orauit pro Abimelech, quia Propheta erat, & à Deo percussus non est. 3.  
4.  
5.  
6.  
7.

## 5. Dicit ei Iesus: Quid mihi &amp; tibi est mulier?

Ecclesiæ bona  
consanguineis  
non deferenda.

Tract. 9. in Ioa.  
Allegor. in Ioan.  
lib. 2.

In com. ad hunc  
locum.  
Sermo. 7. in hanc  
Domin.

Exempla.

1.  
Bapt. Fulgositus  
lib. 4. cap. 3.

2.  
In vita ei<sup>9</sup> apud  
Surius, tom. 1.  
pag. 178.

**L**Ocus moralis de consanguinitatis & affinitatis carnalis nulla habenda ratione in bonis Ecclesiæ dispensandis, vel gratiis impartendis. Nam inter varias causas, quas sancti Patres assignant, cur sic asperè Christus beatissimæ matri suæ respondeat (quas omnes in altero Promptuario hoc in loco protulimus) vna hæc fuit, quòd docere Christus voluit, in sacris rebus dispensandis, & operibus diuinis exhibendis, nihil se cum matre habere commune. Sic Augustinus: *Miraculum exigebat mater. At ille tamquam non agnoscit viscera humana, operaturus facta diuina.* Sic Theophilus Alexandrinus: *Quia Deus erat faciens miracula, & homo per matrem humana tractans, mysterium operaturus, nihil se cum matre commune habere ostendit.* Eandem causam reddidit Euthymius. D. quoque Bernardus eodem ferè modo: *Docet, ut ad Dominum semel conuersi, de carnali propinquitate minus simus solliciti.* Hæc igitur responsio Christi etiam ipsi veræ matri, & beatissimæ Virgini facta, grauissima esse debet instructio eorum omnium qui in terris Christi vicem gerunt, Episcoporum, Prælatorum, Sacerdotum, ut in gratiis & bonis Ecclesiæ seu spiritualibus, seu temporalibus dispensandis (gratia enim quam B. Virgo à filio suo Iesu petierat, ratione miraculi spiritualis erat; ratione vini, quod pro conuiuiis petebat, temporalis fuit) carnalium parentum & propinquorum, quatenus talium, nullam planè rationem habeant, nisi videlicet alia subsit causa largitionis, ut virtus, paupertas, aut aliud meriti genus. Clemens Quartus summus Pontifex, vir ante sacerdotium coniugatus, & Bononiæ legum doctor atque professor, quum duæ eius filiæ adhuc innuptæ dotem ab illo peterent præsentī dignitati paternæ convenientem, respōdit, Papam non habere filias: sufficere illis debere patrimonium totum illis relictum. Atque ita inanes raro, sed illustri, exemplo dimisit. S. Laurentius Iustinian<sup>9</sup>, Patriarcha Venetus, rogatus à cōsanguineo quodam suo non ita paupere, ut pecunia eum iuaret in filiæ dotem, non minùs sapienter quàm piè respondit: Considera quæso frater; Si parum dederò, non est quo opus habes: si multum defraudauerò multos, ut vni satisfaciā: & præterea quicquid illud est quod est, ad cibos potius pauperum, quàm ad intortos crines aut margaritas ab Ecclesia traditum est.

Hæc

Hæc ille, petitioni prorsus abnuens. Certè huius iniquæ dispensationis terribile Prælati omnibus exemplum esse potest cruenta cædes, & miseranda S. Enghelberti Colonienſis Archiepiſcopi, in viâ publica facta à Comite Frederico, duobus eius fratribus cædis authoribus, quos ille feudis Eccleſiaſticis ditauerat, ſed quia in omnibus eis gratificari noluit, per quem ex tenuibus opulenti facti, in ſuperbiam elati ſunt, eum è medio ſuſtulerunt. Sed iſti Eccleſiaſtici Prælati, qui de bonis Eccleſiæ carnales ſuos propinquos iniquè ditant, de numero cæcorum ſunt, qui in mundo ambulant, à mundi vanitatibus, & falſo fulgore decepti. Sunt enim tria genera cæcorum, vel tribus modis cæci in viâ ducuntur: alij baculo viâ tentant, alij canem colligatum ſequuntur, alij puero, aut filio, aut nepo tulo manu ducuntur. Cæci qui baculo vtuntur, homines ſunt in ſeculari dignitate conſtituti, qui, vt baculo dignitatis fruantur, omnia perſequeuntur, per fas neſaque contendunt. Ambitionis ſtudio in omnibus actionibus ſuis, cæci ducuntur: & nihil videt, nihil intuentur aliud quàm honorè quò aſpirant, vel quem tenent. Cæci quos canis ducit, ſunt miſeri litigatores: & contentioſi homines: qui diuitiarum cupiditate excæcati pro re quauis litigant. Hos famelici aduocati & procuratores, ſolis lucris intenti, ducunt quò volunt, licem protrahunt, & viſa aliqua offa (id eſt, ingenti ſpe commodi, aut vtilitate præſenti) cæcos ſuos clientes in foſſam pertrahunt, & cauſa cadere permittunt, qui ſe rectà ad iuſtitiæ viâ, & ad victoriam obtinendam, duci exiſtimabant. Tertium genus cæcorum magis quidem ciuile & honeſtū eſt, ſed omnium maximè periculolum, qui à puero, filio videlicet aut nepotulo ducuntur. Hi ſunt Eccleſiaſtici viri, & eccleſiarum Prælati, qui vt puerum ſuum, vt nepotem aut fratrem ditare, & in ſeculo illuſtrem facere poſſint, cæco planè affectu, vel beneficia illi vndequaque conquirunt, vel bonis Eccleſiæ ſuæ temporalibus ſupra omnem modum & meſuram dirant. Iſti enim dum ſuos pueros & propinquos carnales cæci ſequuntur, & ab eorum affectibus & commodis ſe duci patiuntur, in mille pericula incidunt, ipſamque damnationem æternam propter eorum peccata quos ditant; & quos ditando, ad multa peccata induxerunt, ſæpenumero incurrunt: ſicuti qui à paruulo cæcus ducitur, laſciuiente in viâ paruulo, & ad obſcenas voluptates dinagante, multum & ſæpè de recta viâ deſlectere, & aliquando in lutum & ſaxa cadere cogitur. S. Ydalricus Epiſcopus Auguſtanus, vir alioqui ſanctiſſimus,

3.  
In vita eius  
apud Surium,  
tom. 6.

Simile.

Philip. Dioz.  
conc. 1. in Dom.  
20. poſt Pentecoſt.

Exemplū.

In vita eius  
apud Surium,  
tom. 4. pag. 14.

tamen

tamen per purgatorium ignem transire debuit, hoc solo nomine, quòd Adalberonem, nepotem suum, sibi adhuc viuenti successorem in Episcopatu constituerat.

Turpe fuit Themistocli, Atheniensium Duci, quod de se ipso fatebatur, temeritatem tandem suam agnoscens. *Meam* (inquit) *uxorem puer meus regit, uxor me, ego Athenas. Sic Athenas regit puer meus.* Turpius est, & coram Deo sacrilegium, Prælatum Ecclesiasticum à propinquitate carnali duci, id est, in eorum gratiam & commodum omnia facere, aut multa facere, aut denique aliquid inhonestum facere, maximè res spirituales, aut spiritualibus annexas, vt beneficia & Ecclesiæ bona, quæ pauperum sunt, conferre. Quemadmodum Princeps, qui filium suum nutrici alendum exponens, ideoque cibos optimos largiter suppeditans, si macilentum nihilominus filium videat, eo quòd nutrix ipsa filios & nepotes habet, quibus Principis alimenta distribuit, & filium eius negligit, haud dubiè filium suum à nutrice auferet, eamque in sua pristina paupertate relinquet: sic Deus, qui Ecclesiæ multa bona temporalia concessit, vt Prælatis nutrices pauperum essent, quum videt pauperes à Prælatis negligi, & cognatos ditari, iusto iudicio bona temporalia ab Ecclesiasticis aufert, vel per hæreses, vel per auaritiam Principum, vel alio modo. Rursus delinquens, quàm diu in loco sacro moratur, à ministris iustitiæ non apprehenditur: vbi locum sacrum egressus inuenitur, statim à potestate seculari comprehenditur. Bona Ecclesiæ, sunt bona peccatorum, ab ipsis Deo oblata in remissionem peccatorum suorum. Hæc bona sacris & piis vsibus applicata, intra Ecclesiam tutò manent. At vbi prophianari incipiunt, data consanguineis, impensa prophanis vsibus, excitat Deus dominos temporales, qui vel ex necessitate, vel ex auaritia ea diripiunt, vident enim ea locum sacrum egressa.

#### 4. Quodcumque dixerit vobis, facite.

Obedientia  
prompta &  
plena.

**L**ocus moralis de perfecta & omnibus modis integra Obedientia, Christi verbis præstanda, maximè quoties aliquam ab eo gratiam singularem expectamus. B. Virgo facta petitione sua de vino conuiuii suppeditando, & Christi filij sui responsionem vtcumque verbis aduersam sic intelligens, vt non repulsa, sed dilatio fuerit; ne quid ex ea responsione

Plutarch. in  
vita eius.

Apophteg-  
ma.

Phil. Duz in fe-  
sto Purificat. B.  
Virg. conc. 1.  
Simile.

Simile.

Gerson in lib. de  
vita cõtemplat.



sponse ministri domestici diffidentia aut dubitationis conciperent, ne animum desponderent, iubet illos nihilominus ad omnia paratos esse, quæcunque illis Christus facienda diceret. Est illustris & nobilissima doctrina à beatissima Dei matre profecta, ut quoties in rebus arduis, in magnis defectibus nostris, in quibusvis necessitatibus, seu publicis, seu priuatis, singulare aliquod à Deo per Christum auxilium, subsidium, patrocinium expectamus, tamen aliquamdiu misericordia eius dilata fuerit, nosque repulsam passi videamur, nihilominus ita speremus in Domino, ut interim omnia eius mandata faciamus, interim in statu gratiæ, & extra peccatum mortale nos ipsos conseruemus; interim ad omnia illa media perterritanda parati simus, quæcunque sua diuina prouidentia nobis subministrabit, ad id, quod optamus, consequendum. Hoc totum dicere voluit B. Virgo: Ut cunctum mihi filius meus ita responderit, ut bis me reiecisse videatur, vel quia hic vini defectus, aut huius defectus remedium, maxime miraculosum ad me non pertineat, vel quia nondum venit hora eius, vos tamen ministri domestici, estote semper parati ad id faciendum quod ille iusserit, quicquid id demum sit. Quod etiam ministri diligenter fecerunt. Iussi quippe implere hydrias aqua, *impleuerunt usque ad summum*. Talem obedientiam promptam, hilarem, integram atque perfectam, respectu mandatorum Christi, locus iste Euangelicus nobis commendat. Sanè eadem doctrina est, quam Christus postea penè solam suis Apostolis in mundum mittendis, in mandatis dedit, & qua totam penè legationem Apostolicam terminauit: *Docentes eos seruare omnia quacunque mandauit vobis*. Omnimodam præscribit nobis Christus mandatorum suorum obedientiam: quam certè vel solum eius exemplum docere nos deberet. Omnia quippe quæ in mundo fecit, ex obedientia fecit. *Non veni ut faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me Patris*. Rursum: *Ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, surgite, eamus hinc*. Moxque ad passionem suam pergit. Sic Apostolus: *Factus est obediens Patri usque ad mortem*. Iam vero ait Ioannes: *Qui dicit se in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare*. At tota Christi vita, doctrina, passio, mors, obedientia fuit. Nostra igitur quoque talis esse debet. Sed in hoc Euangelio promptitudo & integritas huius virtutis ostendenda sunt; alia aliàs. Propter

Matth. 23.

Ioan. 4. 5. 6.

Ioan. 4.

Philipp. 3.

1. Ioan. 1.

Matth. 9.

primum Christus laudavit Centurionis fidem, qua dixit: *Ego homo sum sub potestate constitutus, & dico huic, Vade, & vadit, & seruo meo, Fac & facit.* Nam ut Ceterio ex hac sua, & suorum obedientia facile collegit omnia Deo obedire, ideoque solo verbo Christum sanare posse: sic Christus hanc collectionem mirifice probans, ideoque fidem eius commendans, eadem opera ipsam quoque collectionem, & assumptam propositionem laudat; & docet omnia reuera debere sic Deo & Christi verbo obedire, sicut in seculari potestate, Principis verbo omnia obediunt. Quae sane obedientia secularis nostram erga Deum maxime deberet incitare, sicut illam deficientem maxime coarguit atque confundit.

Exempla.

Plutarch. in Rom. Apophtheg.

Lib. 1. c. 1. rerum memorab.

Scipio Maior suos in Sicilia milites ostendens, dixit: Nullus horum est, qui non conscenda turri semet in mare precipitatus sit, si iussero. Cuius etiam gestae obedientiae exemplum commemorat Baptista Fulgosius. Assasinorum in Syria Princeps, Vetus dictus praesente Henrico Campaniae Comite, qui ad eum Legatus venerat, ut suorum subditorum obedientia quanta esset, ostenderet, monstratis in altae turris summitate aliquot hominibus, vnum nominatim euocavit: & is nulla mora facta in ipsorum conspectu e turri se dimisit; qui ex casu detritus, vitam statim finiit. Et cum alios etiam vocare vellet, Comitibus precibus, ne id faceret, vix retentus fuit. Sed & non minorem obedientiae erga Deum promptitudinem (qui ea abuti non potest, ut mundi Principes) Scripturae nos docent. Quod enim scribit Ezechiel, *Animalia ibant & reuertebantur, in similitudinem fulguris coruscantis*, celeritatem obedientiae iustorum significat: quia diuinis praecipis, & omnibus etiam internis motibus, velocissimi fulguris instar obediunt.

Ezech. 1.

Hanc promptissimam & celerem obedientiam Abraham praestitit, pater credentium, & cuius aequae obedientiam atque fidem sequi debemus, quando sicut hanc Paulus, ita illam Iacobus, ut necessariam commendat. Ait enim: *Et ex operibus fides eius consummata est*: id est, ad salutem perfecta & efficax; futura alioqui inutilis, & ut Iacobus ibi loquitur, *moritua*. Atqui Abraham iussus se circumcidere, eadem die & se, & *Ismaelom filium suum, & omnes suos vernaculos circumcidit.*

Iac. 2.  
Abraham obedientia promptissima.  
Gen. 17.

Gen. 22.

Iussus Isaac filium suum immolare, filium quem diligebat, idque in monte quem postea ostenderet, loco incerto, statim ipsa nocte, inconsulta vxore, nemini re communicata, filium excitat, ignem accipit, ligna filij humeris imponit.

anuntiq

Rursum

Rursum quum tres Angelos hospitio exciperet, *festinauit ad tabernaculum Sara, vt panem pararet: cucurrit ad armentum* Gen. 18. *vt vitulum tenerimum acciperet. Puer quoque, eo sic iubente, festinus coxit illum.*

Hec fuit eius celerrima & promptissima, & ad omne parata obedientia, omnibus fidelibus, *qui sequuntur vestigia* Rom. 4. *patris sui Abrahe, respectu mandatorum Christi, necessario imitanda.* Sic idem Abraham, dicente Deo: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi;* egressus est statim, sicut praeceperat ei Dominus: & vt ait Paulus, *Obediuit in locum exi-* Hebr. 11. *re, quem accepturus erat in hereditatem, & exiit, nesciens quod iret.* Talem proptam, simplicem, qualique caecam obedientiam Deo praestandam, Scriptura docet.

Hanc ob causam Christus in Euangelio suos fideles perpetuo oues vocat: *Ego sum pastor bonus. Oues mea audiunt vocem meam, & sequuntur me. Quemadmodum igitur pastori suo* (ait Basiliius) *oues obtemperant, & viam quamcumque ille vult, ingrediuntur: sic qui ex Deo pietatis cultores sunt, moderatioribus suis* (qui a Christo videlicet potestatem acceperunt, eiusque in terris Vicarij sunt) *obsequi debent, nihil omnino illorum causa curiosius perscrutantes* (quando libera sunt a peccato) *contraque ea summa animi alacritate, summoque studio conficere.*

Certe sicut famuli qui ad fores palatii Regum excubant, sic ad vocantis domini vocem attenti sunt, vt cum primum illa insonuerit, sine vlla mota occurrant, & sermonem quem cum amicis magna cum voluptate conferabant, maiori cum iucunditate intermittant: sic fideles Christi serui ad Domini sui non modo vocem, sed etiam nutum, rebus omnibus post habitis, parati & expediti esse debent. Verè quippe obediens est instar sphaerici corporis in plano constituti, quod leuissimo tactu, atque adeò solo flatu, quocumque volueris mouetur. Refractarius contra, est instar onustae nauis, quae, nisi vehementissimis flatibus concussa fuerit, immota manet. Denique quemadmodum in militaribus equis ea facilitas, qua freno aptissime parent, potissimum laudari solet, vt sese ad domini voluntatem huc atque illuc facillimè versent: ita in veris fidelibus & militibus Christi, nulla virtus magis commendatur, quam obedientiae promptitudo. Sanè sicut membra iudicantur paralytica, quae non mouentur ad imperium Capitis, sic illi Christiani verè paralytici sunt, qui ad imperium

Ioan. 10.

Simile.

Constitut. monast. cap. 23.

Similia.

1.

Granat. in festo Visitationis B. Mariae. conc. 2.

2.

3.

4.

S. Bonavent. in diata salut. cap. 30.

rium

rium Christi Capitis non mouentur: ac vt sana membra facillimè mouentur, quò Capitis sensus & ratio dirigit; sic sani & veri fideles paratissimi sunt omnia facere quæcunque præceperit Christus. Et vt omne humidum malè terminatur proprio termino (quia natura fluidum est) sed bene terminatur alieno, absque quo semper flueret, nec in quo subsisteret, haberet: sic natura mortalium humida, & fluës in hæc aspectabilia mundi huius, pessimè & periculosè termino voluntatis propriæ terminatur, eoque perpetuo cupiditarum fluxu agitatur; ac alieno termino, & ad alterius voluntatem saluberrimè sistitur, Dei videlicet; *ad cuius similitudinem creata est*, id est, vt ei assimilaretur, creata est. Est ergo obedientia voluntatis diuinæ vt necessaria, & Christiano digna, sic etiam saluberrima. Nam sicut faber lecticam faciens, nisi semper in animo ferat eam à quo opus faciendum accepit, vt iuxta præscriptam ab illo latitudinem, longitudinem, reliquamq; figuram, eam conficiat; sed si aliquid obliuiscitur, aut etiam recordans contemnit, necessariò errat in opere: ita profus Dei voluntas, ad cuius normam omnes nostræ actiones dirigi debent, perpetuò à nobis est & memoria tenenda per vigilantiam, & opere exequenda per obedientiam. Ad eò ex multis causis faciendum est quod B. Virgo ministros dixit: *Quodcumque dixerit vobis, facite*. Hanc obedientiam statim in puncto primæ suæ conuersionis Paulus habuit, clamãs ad Christum: *Domine, quid me vis facere?* paratus videlicet ad omnia.

Gen. 2.  
6.

Basiliius in reg.  
fus. dist. resp.  
ad 9. 5.

Sic Petrus ad Christum: *Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire*. Quæ etsi cõfidentius dixit quàm fortius, ostendit tamen quæ debeat esse Discipuli Christi promptitudo: de qua ad Timotheum Paulus loquens, ostendit veros electos, scilicet vasa in honorem sanctificata, & domino vtilia, esse *ad omne opus bonum parata*. Quod si enim idem Apostolus vult omnes fideles principibus & potestatibus sic subditos esse, vt dicto *obediant, ad omne opus bonum parati*; quanto magis eadem Christo obedientia præstanda!

Exemplū.

Matth. 2.

Luca 22.

Quàm verò absurdum est, vt Christo imperante ventis & mari, facta est statim tranquillitas magna, solus homo, idè- que per Christum regeneratus, imperanti Christo non obediatur! Sic veterè populū redarguit Ieremias. *Audi popule stulte, qui non habes cor: Me ergo non timebitis, ait Dominus, qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non prateribit? & commouebuntur, & non poterunt: & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud. Populo autem huic factum*

1. Timoth. 2.

Tit. 3.

Matth. 8.

Ierem. 5.

factum

factum est cor incredulum & exasperans. Hominum adeoque credentium inobedientiam ipsa insensibilis creaturæ obedientia condemnabit. Hanc porro obedientiam Deo debitam prorsus integram & in omnibus esse oportere, vt B. Virgo hic loquitur, *Quodcunque dixerit vobis facite*, multa ex Scripturis argumenta docent. *Qui offenderit in vno, factus est omnium reus*. Sic Acham, propter solum sacrilegium, & vnam solam inobedientiam de non tangendis hostium spolijs, lapidatus est. Maria soror Moyſis, propter vnam contumeliam in fratrem, lepra percuitur. Ipse Moyſes, vir tantus ac talis, tamen propter vnam inobedientiam apud aquas contradictionis, quia non statim Deo obediuit, petram percutiens, sed prius populum obiurgauit, ab ingressu terræ promissionis exclusus est. Imò idem Moyſes descendens ex terra Madian in Ægyptum, iuxta Dei præceptum, tamen in via ab Angelo in diuersorio occisus fuisset, nisi confestim filios ex Sephora genitos circumcidisset, Deo illi irato propter omissam suorum circumcissionem. Heli Sacerdos alioqui vir iustus, tamen propter solam inobedientiam circa filiorum correptionem, morte violenta & repentina interiit, cadens retrorsum de sella in qua sedit. Ananiam & Saphiram, propter vnum mendacium contra Spiritum sanctum, subita morte Petrus extinxit. Idem Petrus, parum inobediens Christo, & tantum lauare suos pedes ab eo recusans, & quidem ex reuerentia audit statim: *Nisi lauero te, non habebis partem mecum*. Denique in postremo iudicio damnantur, qui vnum aut alterum opus misericordiæ facere neglexerunt. Ad eò videlicet necessarium est facere, quodcunque dixerit nobis Christus. Quare D. Basilius eos qui cæteris Dei mandatis seruatis, in vno solo impingunt, apta comparatione vsus, similes esse ait illi, qui iter faciens ciuitatis alicuius spectandæ studio, & toto emenso itinere, ad portas vsque ciuitatis perueniens, reperto ante portas diuersorio, ibi quiescit; modicumque quod restat vitæ, vel ob pigritiam ire detractans, vel ob vanam aliquam in diuersorio voluptatem ire vterius nolens, simul & toleratum itineris laborem inanem reddit, & spectaculo bonorum, quæ in vrbe sunt, priuatur. Sic enim à cœlestis ciuitatis ingressu excluditur, vtcunque per viam multorum mandatorum multum cucurrit, qui vnum aliquod facere contempserit. S. Pachomius, multorum monachorum celeberrimus quoque Pater & Tabennesiatarū princeps, satis idonea similitudine

Obedientia  
integra.

Iacobi 2.

Exempla.

Iosue 2.

Num 12i

Num. 21.

Exodi 4.

2. Reg. 2.

Act. 4.

Ierem. 18.

Matth. 23.

Homil. in diui-

tes auaros.

Similia.

1.

2

In vita S. Pa-

chomij, apud

Surium, to. 3.

Pag. 280.

hanc rem expressit. Dicebat enim: Si sit domus ampla, habens centum mansiones, pertinens ad vnum patrem familias: emat autem alius ab eo interiorem mansionem, nonne prohibetur à suo habitaculo? Ita fidelis, si in multorū mandatorū obseruatione mansiones multas Deo faciat in anima sua, insidijs tamē diaboli vnū graue peccatum in cor intromittat, & diabolo hac in parte cor suum vendat, puta vanā gloriā, aut auaritiā, aut libidinem aliquam; certum est Spiritum sanctum hoc vno diaboli ingressu suo habitaculo excedere. Præterea, sicut auis in laqueum cadens, si vel vngue solum vinciatur, non minus vincita & capta manet, quàm si toto corpore vinciretur; sicut & mus in muscipulam veniens, sola cauda tenetur: sic vna inobedientia alicuius mandati in diaboli potestate animam captiuam tenet. Nempe modicum absynthium pleno vasi mellis infusum, amaritudinem suam toti vasi impartit; sed mel duplo maius absynthio dulcedinem non infundit. Vno etiam aliquando lapide sublato, vel domus corruit, vel flumis repagulum soluitur. Idem in anima facit vna formalis inobedientia mandatorum Dei. Hinc nempe pro iustis in Scripturis laudantur, qui omnia Dei mandata custodiunt. *Tunc non confundar, quum perspexero in omnibus mandatis tuis.* Rursum: *Ab omni via mala prohibui pedes meos ut custodiam mandata tua.* Quare huic sancto viro perhibet testimonium Scriptura: *Inueni David filium Iesse virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas* De Zacharia & Elizabeth, S. Ioannis parentibus, dicit Euangelium: *Erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.* Sic S. Iob de seipso veraciter, non mendaciter: *In omni vita mea non reprehedit me cor meum.* Hæc est obedientia iustorum: ad quam si ceteri peccatores non perueniunt, tamen eò vt perueniant omnes contendere debent; & vbi in aliquo defecerint, ad penitentiae remediū, quod Christus in Ecclesia reliquit, confugere oportet. *Tunc enim* (vt sapienter scribit S. Augustinus) *omnia mandata facta deputantur, quando quicquid non sit agnoscitur.* Et sic ad ipsa implenda mandata pertinet oratio Dominica, qua dicimus, *Dimitte nobis debita nostra, &c.* vt idem sapientissimus Doctor docet. Sed de hac materia vide opusculum nostrum De iustificatione, libro. 6. cap. 8. Valet autem hic locus contra hæreticos, qui mandatorum obseruationem ad salutem necessariam esse, impiè negant.

3.  
Genat. som. 2.  
serm. de temp.  
p. 329.

Psal. 118.

Act. 13.

Luc. 21.

Iob. 27.

Retract. lib. 1.  
cap. 19.

Lib. 3. cap. 7.  
cont. 2. epist.  
Pelag.  
Locus contra  
hæreticos.

*5. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt vsque ad summum.*

**L**ocus moralis de necessaria cooperatione nostra ad Dei <sup>Cooperatio</sup> beneficia, gratia & auxilia obtinenda. Potuisset sanè <sup>nostra in</sup> Christus vel absque vlla aqua vinum ex nihilo creasse, & va- <sup>Dei benefi-</sup> cuas hydrias vino impleſſe, vel absque ministrorum opera <sup>ficijs.</sup> aquam in hydrijs creasse, sicut in deserto *eduxit aquas de pe-* <sup>Deut. 32.</sup> *tra & mel de saxo durissimo*, quam postea in vinum verteret: sed voluit vt ministri domestici cooperarentur, & facerant quod in se erat. Ideo que Euangelista, vt ostenderet eos Christi intentioni & voluntati optimè satisfecisse, adiecit: *Et impleuerunt vsque ad summum.* Docet ergo Christus debere vnumquemque, quantum in se est, facere & cooperari ad suam salutem, ad proximos iuuandos, ab quodcunque opus pium & arduum perliciendum. Docet non debere nos omnia sic à Deo expectare, vt ipsi interim nihil agamus, aut in puteo iacentes, manum erigenti porrigere negligamus. Naaman quidem Syrus, superborum & ignauorum typus, sic ab Elizæo de sua lepra curari voluit. Dicente enim illi Elizæo, *Vade & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro* <sup>4. Reg. 5.</sup> *tua* ( in quibus verbis eum suæ recuperandæ sanitati cooperari voluit ) ille *iratus recedebat, dicens. Putabam quòd egredere-* <sup>2.</sup> *retur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me.* Voluit ergo delicatus æger sic diuinitus sanari, vt omnia Propheta faceret, ipse nihil; & nisi meliori accepto consilio fecisset quod propheta iussit, leprosus domum rediisset. Sic in euangelio Christus, vt <sup>Ioan. 9.</sup> cæcum à natiuitate sanaret, dicit illi: *Vade & laua in natatoria Siloe. Abiit ergo cæcus, & lauit, & venit videns.* Quum vellet Deus per Moysen educere filios Israël ex Aegypto, <sup>31.</sup> & aliquo miraculo eius missionem confirmare, quia Moyses de simplici missione dubitabat an ei crederetur, dicit ei: *Quid* <sup>Exodi 4. 7. 8.</sup> *est quod tenos in manu tua? Respondit: Virga.* Hac igitur vir- <sup>14. 17.</sup> ga Moyses serpentes fecit, aquam in sanguinem conuertit, cyniphes excitauit percussio terræ puluere, mare rubrum diuilit, aquas è petra eduxit: in omnibus istis Dei operibus sua virga vsus. Quum mulier vidua, magno ære alieno ob- <sup>4.</sup> stricta, clamaret ad Elizæum pro auxilio, dixit ei Propheta: *Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua?* <sup>4. Reg. 4.</sup>

Moxque modicum olei quod habebat, ita multiplicauit, vt haberet vnde tum creditoribus solueret, tum de reliquo ipsa & filij eius viuerent. Quum Christus ad preces Mariæ & Marthæ Lazarum resuscitare vellet, iam in sepulchro positum, dixit circumstantibus: *Tollite lapidem*, quumque Martha excusationes ne diceret, dicens, *Domine, iam quadriduuanus est, factet*; intulit Christus: *Nonne dixi tibi, quia si credideris, videbis gloriam Dei?* Iuxta hæc sanctarum Scripturarum exempla debemus nos, vt aqua nostra in vinum, tepor in feruorem conuertatur, implere hydrias nostras aqua, idque ad summum; orationes & preces quales possumus, vtcunque frigidas, Deo offerre, idque indefinenter, & quanto studio possumus. Debemus, vt a lepra peccatorum nostrorum sanemur, non sic esse delicati, vt totum Deo & Ecclesiæ relinquamus; vt vel omnia in Christi passionem referamus (vt hodie hæretici) quasi eius sola satisfactio, sine vlla pœnitentiâ & satisfactione nostra, nostra peccata sanaret, vel ad solius Ecclesiæ publicas preces attendamus, vt indeuoti Catholici, qui satis esse putant, si sacerdotes, si monachi pro ipsis orent & sacrificent; sed Sacramenta accipere, nostris proprijs lachrymis, quasi *in Iordane septies*, id est, iterum atque iterum nos lauare, vt sic mundemur. Debemus videre & circumspicere *quid tenemus in manu nostra*, id est, quam facultatem ipsi habemus, vel orandi, vel laborandi in vinea Domini; item *quid habemus in domo nostra*: an aliquod oleum charitatis, quo per aliquas elemosynas iuuare proximum possimus, iuxta facultatum nostrarum modulum, vt sic vel alios ex Ægypto & diaboli seruitute, aut alia aliqua calamitate liberemus, vel nostra ipsorum peccata & debita persoluamus. Debemus denique, vt noster Lazarus vtcunque quadriduuanus & factens resuscitetur, id est, vt nostra peccandi consuetudo quantumcumque inueterata excutiat, *lapidem tollere*, impedimenta gratiæ remouere, occasiones peccati, conuersationes noxias, & huiusmodi derelinquere: denique fidem & obedientiam adferre. Quum Saul, quærens asinas patris sui, moneretur à comite suo, vt post multum laboris inaniter transactum, Samuelem Prophetam adiret, eumque consuleret; *Ecco*, inquit Saul, *ibimus, sed quid feremus homini Dei?* Respondit alter: *Inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti: demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram*

*Exemplum.*  
1. Reg. 9.



*Aram.* Minimum certè quid hoc fuit ; sed ita Deo grata fuit hæc Saulis pietas , vt statim à Samuele in Regem vngeretur. Christus in Euangelio *vidua pauperula duo minuta* sic laudauit , vt diceret eam plus obtulisse in gazophylacium , quàm cæteros diuites. Non Deus respicit quid aut quantum ; sed quo animo , quo feruore facimus. Neque enim ille *bonorum nostrorum indiget* , sed affectum & cor nostrum desiderat. *Da mihi* (inquit) *cor tuum*. Vbi autem cordis affectus est , actio & opus non deerit. *Probatio enim dilectionis , est exhibitio operis* , quod quantulumcunque sit Deus non respuit.

Apud Persas lex erat , vt Regi foras exeunti , omnes & singuli aliquid muneris donarent , iuxta facultatis cuiusque modum. Sineta Persa inciderat in via procul à domo sua in Regem Artaxerxem : quumque cæteri Persæ omnes certatim dona Regi ac munera deferrent , ille contristatus & anxius , quia nihil quod donaret habebat , ad proximum fluuium celerrimè accurrit , & aquam vtraque vola haustam Regi offert , suam præsentem inopiam deplorans. Artaxerxes factò delectatus , collaudato multis verbis offerentis animo , mandat spadonibus , vt in auteam phialam aquam de manibus rustici acciperent ; & quum ad diuersorium suum peruenisset , misit rustico stolam Persicam , phialam auream , & mille Daricos pro mercede. Et quis fidelis dubitabit , Regem nostrum & Saluatorem Christum , paruòs suorum labores & conatus plena manu remuneratum , & quum secundo venerit in die retributionis , stolam immortalitatis , & gloriæ sempiternæ donaturum ? Hoc nempe est quod in Euangelio dicit : *Habenti dabitur , & abundabit : non habenti autem , etiam quod habet , auferetur ab eo*, id est , rectè videnti vel naturæ vel gratiæ donis ac muneribus , quæ à Deo accepit , incrementum gratiæ dabitur , & bonis operibus abundabit , *ambulans de virtute in virtutem* : sed non habenti , id est , perinde oscitanti ac dormienti , ac si nihil haberet , ac si nullum in eo vel naturæ vel gratiæ donum esset (quo tamen nemo caret) etiam ea dona quæ habet , auferentur ; & alijs habentibus , hoc est , rectè videntibus donis acceptis , dabuntur.

Nempe vult Deus vt in hac militia nostra mantum operi adiuuamus , & in pugna spiritali , viribus naturæ & gratiæ , quæ accepimus , vtamur. Theodosio Abbati , celeberrimo

monachorum Patri, quum adhuc nouitius esset, dæmon in persona Æthiopi, ingentis magnitudinis apparuit. Ad cuius aspectum territo illi alius apparuit in specie humana fulgidissima, dicens: Cum hoc Æthiope te luctari omnino oportet. Illo autem se excusante, ait iterum: Aggredere illum cum alacritate. Mox enim vt tu illum adorsus fueris, ego adiutor adero, tibi que victoria coronam reponam. Atque ita factum est. Hoc verò illud est quod Petrus scripsit: *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Mox enim vt resistere incipimus, fortes in fide, Deus nos adiuuat. Est huius cooperationis nostræ vtunque modicæ, semper tamè in rebus difficilibus necessariæ: illustre exemplum, & historia admirabilis (quam hîc in pauca contraham) apud S. Paulinum Nolanum Episcopum, authorem fide dignissimum, tum eruditionis, tum sanctitatis, tum antiquitatis nomine. Senex quidam Catechumenus, nomine Valgius, solus à cæteris nauis in sentina relictus, quum illi tempestate orta, scaphis conscensis, nauem deseruissent, in mari Adratico totis viginti tribus diebus ingenti tempestate agitatus, ac primùm ex Sardinia (vnde primùm soluerat) ad Romani portus pharum abreptus, inde Campaniam longis tractatibus legens, in Africæ littora delatus, ac deinde rursus Siciliam totam transcurrens in Lucanis demum littoribus appulit; toto eo tempore à Christo visibiliter illi apparente (quem amaris precibus implorauerat) adiutus quidem fuit: sed ita, vt quum vel antemone armari nauem oporteret, vel sentinam depleri necesse erat, vel arbor ipsa nauis excindi debuit, vel saburra exoneranda, vel carbasa deponenda, vel transtra & iuga loco mouenda fuerant, vel rudentes & podia aut laxari, aut constringi opus erat, vel aliud denique officium faciendum, quod marina illa tactatio, & naualis instructio postulabat, in singulis istis, & ad singula opera vocatus à Domino, porrigere tantùm specie agendi manum iuebatur. Velenim leuissimè adnitens senex, à primo statim conatu suo manibus Angelicis res effectas vidit, stupens laborem sibi sine labore præcerpi. Et certè quid aut quantum illud erat quod Gedeon cum suis fecit, vacuas laguneulas collidens, & lampades accensas ferens, quum de Madianitis amplissimam victoriam reportaret? Et tamen illud minimum facere, illum conatum adhibere, & ridiculo propemodum illo terrore hostes fugare debuit. Sic *Christus ex quinque panibus pauit quinque millia hominum.* Perinde hoc fuit ac nihil

1. Petr. 5.

Illustre exemplum.

Episto. 34. ad Macarium, in appendice Bibliothecæ sacræ.

Exempla.  
2. d. 7.

Ioan. 6.

ac nihil. Sed voluit nostros paruos conatus, & nostram perpetuam cooperationem, qualemcunque tandem illam, his exemplis confirmare. Hæc etiam de causa in hoc Euangelio non prius Dominus suum vinum bidendum dare voluit, quàm totum sponſi vinum exhaustum fuisset. Vult enim primùm, vt nos præstemus quæ nostra sunt. At verò deficientibus nostris, ipse sua munera concedit, nostros defectus supplet, & à nobis inchoatum sua bonitate perficit: etſi tam in principio, quàm in consummatione, nec nos sine gratia Dei, nec gratia Dei sine nobis operetur; sed in consummatione & perfectione ardui operis magis elucet Dei gratia, & magis abundat. Qui autem secundas causas, & suam cooperationem negligeret, quasi miraculum à Deo perpetuò expecteret, Deumque tentaret. Valet autem hic locus etiam Locus contra hæreticos. contra nostri temporis hæreticos, qui nostras cooperationes in ratione boni operis, quod Deo gratum sit, nobisque fructuosum, reiciunt: & arbitrij libertatem non minus insulse quàm impiè negant.

6 *Omnis homo primùm bonum vinum ponit, & postea deterius: tu autem seruasti optimum vinum vsq; adhuc.*

**L**ocus moralis hic esse potest ex mystico sensu de perseverantia in bono. Christi enim vinum optimū est etiam vsque in finem, & vltimum haustum. Hominum vina in principio valent & feruent, sed postea flaccescunt, vbi videlicet inebriati iam fuerint. Nempe in humanis disciplinis, in Reipub. gubernaculis, in negotiis domesticis, atque aded in ipſo Dei cultu, post aliquam ex statu peccati conuersionem, initia feruent, disciplina viget, & nouæ scopæ (vt dici solet) optime purgant. Postea doctrinæ opinionem naçti homines liberatis, auctoratem adepti, & potestate confirmata, viri principes, ac magistratus conuersus aliquantulum emendatus, studij impetum remittunt, sibi ipsis indulgent; ex feruidis, tepidis; ex tepidis, frigidi fiunt. At verus Christianus, & Perseuerantia in bono. Perseuerantia in bono, vino gratiæ Christi verè repletus, quo videlicet repleti Apostoli, musto madere & ebrii esse putabantur, feruorem retinet, & semper bonus est. Cæteri inebriati, id est, vel mundi deliciis ac voluptatibus incrassati ac dilatati, Deum obliuiscuntur, vel in Christo luxuriantes, ad ingenium redeunt; & pro vino gratiæ, aquis lutulentis & turbatis potantur. Sed vino gratiæ quo quis magis inebriatur, eo magis feruet. Qui Eccles. 24. bibunt

Philip. 2.  
 Simile.  
 Laert. lib. 6.  
 Exemplum.

In vita ei<sup>9</sup> c. 14.

*bibunt me, adhuc sument* : siti videlicet non indigentia, sed voluptatis. id est, quo magis Deo seruiert hactenus, eo feruentius postea seruiert. Hoc est quod Apostolus dicit : *Ea qua sunt retrò, obliuiscens; ad ea autem qua ante me sunt, extendens*. Nec ineleganter Diogenes; qui rogatus cur in vltima senectute dolium suum adhuc volueret, nec adhuc philosophari desineret, respondit: Si in stadio currerem, vtrum iam metae vicinum cursum remittere, an magis intendere oporteret? ne videlicet in tam propinqua victoria alius brauium auferat. Sed S. Fraciscus multo sanctius: qui post stigmata Dominicæ Crucis in corpore accepta, post multorum annorum labores maximos, paulo ante mortem dicebat fratribus: *Incipiamus, fratres, seruire Domino Deo nostro, quia vsque nunc parum profecimus*. Flagrabat etiam desiderio magno, ad humilitatis redire primordia, vt leprosis, sicut à principio, ministraret. Hic seruauit vinum opimum vsque in nouissimum. Nempe Deus non artis, sed naturæ ordinem sequitur, in salute hominum operanda: ab imperfecto ad perfectius progreditur. Sicut in toto genere, post Legis literam & ceremonialia, Legem gratiæ, & Spiritum noui Testamenti dedit, seruans bonum vinum vsque ad nouissimum; sic in vnoquoque particulari, ex parua gratiæ bono vsu, ad maioris gratiæ collationem procedit. Sicut natura ex modica planta vel semine facit arborem miræ celsitudinis continue operando; & sicut aquæ gutta cauat lapidem, non vis, sed sæpè cadendo, & sicut ignis conseruatur, continue subministrando ligna: sic Deus per suam gratiam, velut semen quoddam, sed continue influendo, mirabilia virtutum opera in suis electis producit, & postrema sunt semper optima. Vestis Aaronica ex præscripto Dei deorsum ad pedes habuit in circuitu quasi mala punica, & tintinnabula aurea. Mala punica, inter omnes alios fructus, sola coronâ est virtutum perfectio & consummatio. Finis enim coronat opus. Hanc idcirco coronam Deus nec in principio, nec in medio, sed ad pedes posuit tunicæ sacerdotalis. Denique *non prius quod spirituale, sed quod animale est*, vt postea spirituale fiat. Sic in typo allegorico, Cain, Ismael, Esau, omnes maiores natu reprobantur: Abel, Isaac, Iacob, fratres eorum secundo geniti, vt filij promissionis eliguntur. De quo vide Augustinum.

1. Corinth. 15.

De Bapt. contra  
 Donat. lib. 1.  
 cap. 15.



**C**UM descendisset Iesus de monte, secuta sunt eum turba multa. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manum Iesus, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris; sed vade, ostende te Sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo Paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit; & seruo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Matth. 8.

PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. Leprosus, veniens adorabat eum. De externa corporis reuerentia, quando Deo supplicamus.
2. Domine, si vis, potes me mundare. De duabus orationis partibus fide & obedientia.
3. Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris. De vana ostentatione boni operis fugienda.
4. Sed vade, ostende te Sacerdoti. De debito honore ac reuerentia ordinis Sacerdotali exhibenda.
5. Et offer munus quod præcepit Moyses. De gratitudine animi erga Dei beneficia.
6. In testimonium illis. De grauiori iudicio eorum, qui maiora à

Deo virtutis documenta & adiumenta acceperunt.

7. *Domine, puer meus iacet in domo Paralyticus. De cura & officio Dominorum erga seruos.*

8. *Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum. De humili sui- ipsius consideratione.*

9. *Filij regni eysicentur in tenebras exteriores. Vocationem & profes- sionem externam non sufficere ad pietatem.*

10. *Illic erit fletus & stridor dentium. De pœnis inferni.*

1. *Leprosus veniens, adorabat eum.*

Reuerentia ex-  
terna,

Marc. 1.

Luca 5.

Ephes. 3.

Luca 22.

Domin. 10. & 23.  
post Pente.

Homil. 29.

Amonit. ad fil.  
spirit.

Simile.

3. Reg. 21.

Exemplum.

Ioan. 4.

1. Cor. 11.

3. Timoth. 2.

Enar. in Psal. 62.

Marc. 1.

**L**OGVS moralis de externa corporis reuerentia, quando ad Deum supplicaturi accedimus. Hic enim leprosus, san- titatem à Christo petiturus, adorat eum, & (vt addit Mar- cus) *genu flexo*, imò etiam (vt Lucas scribit) *procidens in fa- ciem suam*. Sic Paulus orauit: *Flecto, inquit, genua mea ad Pa- trem Domini nostri Iesu Christi, vt det vobis, &c.* Sic Christus ipse procidens in faciem suã, & genibus flexis orauit Patrẽ. De hac externa reuerentia in altero Promptuario cõtra hæ- reticos aliqua dicta sunt; sed hic pauca adiciemus, magis ad mores pertinentia. Ac primum Christi exemplum quem non moueat? De quo sic Cæsarius Arelatensis: *Prostratus in terra orat medicus, & non inclinatur & grotus? Quare sic suum filium spiritualem horratu Basilii: Tu fili, cum accesseris ad precã- dum Dominum, prosterne te humiliter in conspectu eius.* Leonis natura hoc habet, vt neminem prostratum lædat; sed abblã- diatur potiùs. Sic Deo placet corporis reuerentia. Vnde sic in Scriptura loquitur: *Nõne vidisti Achab humiliatum corã me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius.* At humiliatio eius externa magna fuit. *Cilicio indutus ambulauit demisso capite.* Quum enim humilitas cor- dis prorsus ad orationem necessaria sit, huic internæ externa debet respondere. *Hoc enim est adorare in spiritu & veritate:* ne, si vel mente humili & corpore superbo, vel mente inflata & corde humili oretur, mendacium id sit, non veritas. Hinc Paulus modò iubet *viros orare non velato capite*, modò do- cet leuare manus inter orandum. *Leuantes, inquit, puras ma- nus, sine ira & disceptatione: vt videlicet* (ait Augustinus) *dum leuas manus ad Deum, veniant tibi in mentem opera tua.* Nam & ideo Propheta dicit: *In nomine tuo leuabo manus meas.* Hæc externa humilitas Deum ad misericordiam prouocat. Vnde & de hui<sup>9</sup> leprosi adoratione sequitur apud Marcũ: *Iesus au- tem misertus eius, extendit manũ suam, & tangens eũ, ait illi, &c.* Hic enim præter sanitatẽ datã, tria alia amoris signa Chri- stus ostendit. 1. quòd misertus illi fuit, & ex misericordia eũ sanauerit.

sanauerit. 2. quòd quasi in signū beneuolētiæ extēdit illi ma-  
 num, quòd in aliis sanandis nusquā Christus fecisse legitur.  
 3. quòd lepram eius tangere uoluit, rem lege prohibitam, &  
 per se satis ingratam. Ad eò placuit Christo leprosi huius ex-  
 terna ueneratio & humilitas. Si nos Catholici Manichei esse-  
 mus, qui solam animam se à Deo accepisse credebāt, minùs  
 mirum esset, si sola anima ac mente Deum coleremus. Nunc  
 autem quum utrumque, & corpus & animam, à bono & so-  
 lo Deo nos accepisse fateamur, utroque illum colere & ado-  
 rare oportet. Moyses atque Aaron *cecidere proni in faciem,*  
*atq; dixerunt: Fortissime Deus spirituum uniuersæ carnis, num*  
*uno peccante, contra omnes ira tua desouiet?* Vide quanta cor-  
 poris & uerborum reuerentia vbi sunt. Dauid, quum oraret  
 pro paruulo ægroto, *iacuit super terram,* Rex quum esset. Et  
 ad hunc orandi modum nos inuitat: *Venite adoremus, & pro-*  
*cidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos.* Di-  
 ligenter notant Euangelistæ, non solum de hoc leproso, sed  
 de omnibus ferè qui aliquod à Christo beneficium petierunt,  
 vel eū adorasse, vel ad pedes eius cecidisse. Princeps qui pro  
 filia defuncta Christum rogauit, *accedens adorabat eū.* Cha-  
 nanæa ueniens ad Christum, *adorauit eum, dicens Domine ad-*  
*iuua me.* Mater filiorum Zebedæi accessit ad Christum, *ado-*  
*rans, & petens aliquid ab eo.* Marcus de illo Principe dicit,  
 quòd vidēs Iesum, *procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum*  
*multum.* Mulier Syrophœnissa, *cuius filia habebat spiritū im-*  
*mundum, intravit, & procidit ad pedes Christi.* Mulier fluxum  
 patiēs, *sanata, cecidit ante pedes Christi, confessa acceptum be-*  
*neficium.* Leprosus Samaritanus à Christo sanatus, *cecidit in*  
*faciem ante pedes eius gratias agens.* Maria pro Lazaro defun-  
 cto rogaturo, *cecidit ad pedes Christi.* Si Christū adhuc mor-  
 talem, pro sanitate corporis obtinenda, sic omnes adoraue-  
 runt, cadentes in terram, & hoc officium singuli Euangelistæ  
 tam diligenter annotarunt; multo magis non decet tantum,  
 sed & oportet nos Christum glorificatum orantes adorare,  
 cadentes in terram, pro animæ salute impetranda: & hoc of-  
 ficium Præpositi Ecclesiarum meritò à singulis exigunt. Sa-  
 nè quod Paulus dixit, *cum metus & tremore salutem uestram*  
*operamini, ut metum animi, sic corporis tremorem & reue-*  
*rentiam in Dei cultu docet.* Sic mulier de fluxu sanguinis  
 sanata, *timens & tremens cadit ad pedes Christi, facta benefi-*  
*cium.* Tremor ille corporis fuit, timor animi. Sic de tribus  
 Mariis, quæ fugerunt de monumento Christi sepulti, dicit

*Exempla.*  
*Num. 16.*

*2 Reg. 12.*  
*Psal. 94.*

*Matt. 9.*  
*Matt. 15.*  
*Matth. 20.*

*Mar. 5.*  
*Mar. 7.*  
*Luca 8.*

*Luca 17.*  
*Io. 11.*

*Philipp. 2.*

*Marci 5.*  
*Luca 8.*

Marci 16.  
Act. 9.

Scriptura: *Inuaserat enim eas tremor & pavor.* Sic Paulus de equo deiectus, *tremens ac stupens, clamauit.* Cum hoc tremore etiam externo supplicantes Deo, accedere vult Apostolus, & sic salutem suam operari.

2. *Domine, seruis, potes me mundare.*

Orationis partes, fides & obedientia.

**L**ocus moralis de duabus orationis partibus, fide & obedientia. Leprosus enim iste, præter humilitatem quam externa corporis reuerentia præ se tulit, ostendit se & fidem fortissimam, & obedientiam perfectam habuisse. In eo fides ostendit, quod potentiam agnouit, *Potes me mundare.* Obedientiam suam, qua se diuinæ voluntati totum conformat, his verbis ostendit: *Si vis.* Non enim, hoc dicens, de Christi voluntate simpliciter dubitauit, an ille tam bonus & misericors esset, ut quod posset, id vellet; sed de sua indignitate metuens, an Christi voluntas erga ipsum talis esset, dubitauit; ideoque eius voluntati se totum submittit. Neque enim quicquid Deus potest, hoc etiam aut vult; sic enim omnes peccatores statim perderet; aut velle tenetur: sic enim nullum peccatorem puniret. Talis igitur omnium fidelium debet esse oratio: plena fide & obedientia. Fidei necessitatem omnia ferè à Christo beneficia in Euangelio collata ostendunt, que omnia, & qualis illa fides esse debeat, in altero Promptuario contra hæreticos ostendimus. De hoc Iacobus: *Postulet in fide, nihil hæsitans,* de Dei videlicet vel potestate vel voluntate in genere, & quoad Deum ipsum. Nam nobis quid vel expediat in rebus temporalibus, vel quid Deus concedere velit, seruato ordine vniuersalis iustitiæ in spiritualibus, & salute animæ, certa fide intelligere & credere non possumus, etsi optimè sperare liceat. Et hoc sensu Apostolus dixit: *Quid oremus sicut oportet, nescimus.* Nam & sic ipse etiam in causa salutis nesciebat quid oraret sicut oportebat, quando pro stimulo carnis auferendo, ter Dominum rogauit, neque exauditus est tamen. Sed ipse *Spiritus Dei adiuuat infirmitatem nostram, & interpellat pro nobis:* id est, docet nos interpellare, ut Augustinus exponit. Oratio igitur nostra sic fidelis esse debet, ut etiam sit obediens, & diuinæ voluntati cōformis. Nec confidentia obedientiam excludere debet præsumendo, sed cum Dauide dicendum: *Si exurgat aduersum me prælium tentationis aut tribulationis, in hoc ego sperabo,* id est, acquiescā diuinæ providentiæ; nec obedientia confidentiam debet tollere, animum despondendo, sed cum S. Iob dicendum: *Etiā si occiderit, me in ipso sperabo: veruntamen vias meas in conspectu eius*

Jacobi 1.

Rom. 8.

2. Cor. 12.

Epist. 121.

Psal. 26.

Iob. 13.



*eius arguam. id est, quicquid mihi Deus calamitatis inferat, non despondebo animum; sed meam indignitatem profitebor, eiusque iustitiã collaudabo. Sic leprosus iste: Si vis, potes me mundare. Tanta est tua potentia; quanta voluntas. Potentiam credo, voluntatem spero; quia de mea indignitate dubito. In hoc sensu tres pueri responderunt Nabuchodonosor Regi: Deus noster quem colimus, potest eripere nos de camino; quod si noluerit, noueris quod statuum tuam nõ adoramus. Hęc est vera recte orãtis fides, & vera confidentia. Vnde S. Chrysofostomus: Magna ad Deum confidentia accedes, si te arbitraris merito carere vnde confidas. Contrã summum dedecus, summa condemnatio, si te arbitraris posse fidenter agere. Quãquam enim multa praeclare feceris, quanquam nullius tibi conscius sis mali, modò putes agere te posse fidenter ac liberè, omni gradu orationis continuò deijceris ac decidis. Contrã, si onera conscientia innumerabilia sustines, & peccatis summis grauaris, modò illud unum persuasum sit tibi, te omnium esse minimum, mirificè tibi animus fidendi, audendiq; apud Deum prestabitur. Hęc ille. Sic & D. Basilius filium suum spiritualem docet: Ne postules inquit) quicquam, quasi ex gratia meritorum: & si est tibi conscientia aliqua boni operis, cœla illum, vt, te silente, à Deo multiplicetur. Deus enim euulgabit omnia opera humilis, qui anima sua virtutes celare festinet. Hoc est quod Scriptura dicit: Oratio humiliantis se, penetrat nubes. Humiliatio autem orantis illa est, quæ totum à pura Dei misericordia expetit. Sic Dauid se leprosum sentiens, id est, grauissimè peccasse, vide quàm humiliter loquitur: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Primum non dicit, Miserere Dauid: sicut alibi, quum in statu gratiæ esset, dixit, Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Deinde non audet dicere, Miserere mei Deus meus; sicut quum in statu gratiæ dixit, Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo: sed dicit, Miserere mei Deus. Vix enim suum audet dicere, quem peccato fecerat nõ suum. Sic leprosus iste, Domine, dicit, non, Domine meus. Postremò non dicit, Miserere mei secundum miseriam meam: sed, secundum misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum.*

Hoc est quod leprosus hïc dixit: Domine, si vis: si infinitæ tuæ misericordiæ hoc placet. Quemadmodum & terra fructus, & mare pisces, & cælum lumen mortalibus suppeditant, non pro hominum sola indigentia (quum infinita supersint) sed pro Dei creatoris magnificentia; & vt Alexander semel

Dan. 3.

De incomprehensib. Dei nat. hom. 3.

In admonit. ad fil. spirit.

Eccl. 35.

Psal. 50.

Psal. 111.

Psal. 62.

Simile.

*Apotheg-  
mæ.  
2. Tim. 2.  
Ephes. 3.*

semel dixit, magnam mercedem pauperi tribuens, *se non dare quod alter mereretur, sed quod Alexandro dignum erat*: Sic peccatoribus Deus misericordiam præstat: non quia illi indigent, aut quanta solum indigent, sed quia ille misericors est, & se ipsum negare non potest, & omnia potest facere superabundanter quam petimus, secundum virtutem qua operatur in nobis.

3. Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris.

*Contra vanam  
gloriam.  
Homil. 26. in  
Matth.*

*Luca 8.*

*Causæ 4.*

*1. Causa, mer-  
cedis spoliatio.  
Matth. 6.  
Hom. 13. in  
Matth. operis  
imperf.*

1.

2.

3.

4.

5.

**L**ocus moralis de vana ostentatione boni operis studiosè fugienda. Ideo enim nulli dicere iubet, ait Chrysostomus, docens non diligere ostentationem & honorem. Nam quòd alio in loco sanatum à se Christus iubet beneficium publicare, non divulgari se ipsum iussit, sed dari gloriã Deo. Narra, inquit, quanta tibi fecit Deus. Per hunc ergo leprosum instruit nos, nõ esse vanè gloriosos: per illum autem, non esse ingratos, sed omnia ad Dei laudem referre. Virtus boni operis occultari debet, aut certè non affectatè publicari, tum quia alioqui mercede apud Deum carebit; tum quia non crescet amplius, sed staccet virtus; tum quia populari laude nihil fucatius, aut mendacius; tum denique quia vanum hoc per se ipsum est, & superbiæ species.

De primo dicit Christus: *Receperunt mercedem suam. In quem locum Chrysostomus: Quid enim à Deo accipies, qui nihil Deo dedisti? Nam quod propter Deum fit, Deo datur, & ab eo accipitur: quod autem propter homines fit, in ventos effunditur. Quid enim est aliud hominum laus, quàm ventorum transeuntium sonus? Quis est autem sapientia, res dare, & verba vacua comparare? Rursum qua sapientia est, mercedem Dei contemere in perpetuum manentem in cœlis, & fugientes hominum sermones eligere? Deinde melius est non facere, quàm propter homines facere. Qui enim non facit, etsi in cœlo nihil inuenit, saltè in terra nihil perdit, puta labores, pecuniam, & aliã. Qui autè propter homines facit, & in terra perdit, & in cœlo non inuenit. Prater ea vel illum aspice, à quo laudem expectas, quid sentit de te? Ideo te laudat, quia propter Deum te facere putat. Si autem intelligeret quia propter eum facis, non te laudaret, sed vituperaret magis. Quid ergo illi placere festinas, qui, si te aliquãdo intellexerit, irridebit? Postremò sic est homo qui propter homines facit bonum, sicut mercenarius malus, qui intra tempus loca-*  
*tionis*

tionis sua comedit omnes mercedes suas : quum autem tempore completo recesserit , nudus egreditur. Sic enim vacuus vadit ad Deum, qui mercedem omnium bonorum suorum accipere desideravit in seculo. Hæc ille. Sapienter quoque D. Bernardus : Si tanto studio vitia nostra abscondimus , ne humanam gloriam amittamus: quanto maiori cura dissimulanda virtutes sunt , ne celestis gloria iacturam faciamus? Est ratio fortissima, & luculenter populo explicanda. Hoc nempe studiosè agit diabolus, vt per vanæ gloriæ studium omni nos bonorum operum mercede spoliet. Est enim similis pavoni, qui ova gallinæ suæ quærit, vt frangat & comedat , vt sic liberius libidini vacet; quod etiam cuniculi faciunt, teneros in nido inuentos comedentes: sed gallina & cunicula ova & tenellos suos sagaciter abscondunt & seruant. Sic diabolus quærit nostra bona opera, vt ea nobis auferat, ipseque per vanitatē euulgata comedit. Ezechias Rex, quia suos thesauros omnes ostentauit Assyriis, grauius à Propheta increpitus, grauius in filio suo punitur, à quo Assyrii omnia in Babylonem abstulerunt. Assyrii illi Babylonicis diabolum figurant, cui ostentantur bona opera, quoties humana laus ex illis captatur. Manna die sabbati seruatum integrum mansit & purum: alio quocunque die septimanæ seruatum putruit, & vermes generauit. Sic bona opera quæ in præsentī vita laudantur, putrescunt; quæ in sabbati cælestis gloriam laudanda reseruantur, vigeant. Basiliscus, animal venenatum, & hominis hostis capitalis, si primus te videt, interficit certissimè, si à te prius conspicitur , facillè superatur: sic vana gloria, si à te primùm expenditur, nullo negotio repellitur; si incautum te occupet, opprimit. Quod qualiter faciat, sapiētē describit S. Basilius. *Inanis gloria, spirituum opum est latro, blandus animarum hostis, tinea virtutum, sub mellis illitu fraudis suæ venena propinat, & poculum mortiferum porrigit. Quos captiuos tenet, eos ad omne nefas facillè impellit, vt id faciant quod admirationi esse animaduertunt, quantumcunque id turpe & inhonestum sit. Sic nõ modò honestas omnes actiones subuertit, sed & ad improbas iter facit.*

Hæc ille. Refert Plinius, quòd aquilæ pullis ( quæ in alto semper nidificat ) serpens qui vocatur Parias infidiatur ; qui videns se propter altitudinem accedere non posse , trahit ad se ventum, & venenum emittit, vt aër infectus, per venenum ad pullos deductus, illos occidat. Sed aquila ex instinctu naturali, vt huic malo occurrat, nido suo inëdificat lapidem qui vocatur

*Simile.*

*Stella in Luc. 9.*

*Exemplū.*

*4. Reg. 20.*

*De contemp.*

*mundi par. r.*

*cap. 9. & 10.*

*Allegoria.*

*Simile.*

*Constitut. monast. cap. 11.*

*Natural. hist.*

*lib. 10. cap. 3. &*

*lib. 36. cap. 19.*

*Simile.*

vocatur gagates, & semper in illa parte, quæ est contra ventum, ponit. Iste autem lapis venenum expellit, ne ad pullos accedat. Simili industria & cautela debemus nos pullos nostros, id est, bona opera, quæ per Dei gratiam in sublimi virtutum exercitio operamur, ne à vento superbiæ diaboli arte excitato pereant & dissoluantur, Christum lapidem, seu Dei gloriam inter opera nostra & ventum vanæ gloriæ ponere. Eleganter dicebat S. Arsenius: *Qui bona quidem opera facit, sed ut studeat hominibus placere, similis est perpetuò haurienti aquam, & in canalem perforatum perpetuò insudenti.* Et certè, sicut dementissimum esset, pretiosis gemmis atque lapillis, ruinosi alicuius parietis rimulas implere atque fulcites; sic pro virtute humanos fauores desiderare, & rem cælo dignam, vili pretio venalem exponere. Porrò sicut ineptus ille mercator esset, qui merces optimas paruo præsentis pretio venderet, certò sciens, si ad aliquot dies expectaret, centuplo plus se accepturum: sic inepti illi operatores sunt, qui bonas operationes præsentis hominum laude, eaque leui & momentanea vendunt, quum certò sciant post hanc vitam futurum, ut amplissimam mercedem accipiant, si tantisper expectent. Et quum vix vsquam tam ineptus mercator inueniatur, ineptos istos operatores vbique locorum inuenias.

*In vita eius  
apud S. Arsenium  
pag. 257.*

*Similia.*

*Dom. 3. Aduert.  
text. 8.*

Sed diaboli hoc esse artificium, viri secundum Deum prudentes facile aduertunt, ideoque (ut in alio Euangelio ostendimus) non tam improbi homines studiosè contendunt, ut ab aliis laudentur, quàm illi cauent ne laudentur. Neque vllus vir vsque adeò de vxoris suæ pudicitia conseruanda sollicitus est, ac sancti omnes sunt & fuerunt, ne vanæ gloriæ animum intenderent. Vnum hîc aliud exemplum proferam. Quum S. Marcellus Abbas τῶν ἀνομιήτων dæmones multis precibus coniuraret, ut ex possessis corporibus exirent; clamant illi: TUBE nos exire, quoniam in nos accepisti potestatem. Ille perseverat in oratione, donec virtute diuina expelleretur. Cum autem causam rogarent, qui tunc aderant, cur dæmonibus secessuros consentirent, ab initio nihil præcepit, ille respondit: Quoniam dicentes me in eos accepisse potestatem, non aliud agebant, quàm quòd vanæ gloriæ laqueis me conabantur implicare.

*Exemplum.*

*In vita eius apud  
S. Hieron. tom. 6. pag.  
1029.*

*2. Causa, virtutis  
detrimentum.  
Matth. 13.*

Sed nunc, ut per vanam gloriam virtus flaccescat, nec crescere queat amplius, ostendendum. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, què qui inuenit homo, abscondit.*  
Thesaurus

Thesaurus bonorum operum occultè inuenitur, occultè  
 emitur & occultè seditur. Qui statim suam virtutem ostendunt, sunt tanquam amygdalus, quæ florem citò emittit, & flante vento celeriter amittit; qui autem occultant, morum imitantur, quæ quam seò emittat flores, nullo unquam vento aut gelu offenduntur. Natura prouidit vt non esset in manu & potestate mulierum parere: Nam si quando vellent, ipsa parerent, multa monstra vtique emitterent, & aliæ spatio vnus mensis, aliæ duorum aut trium parerent. Sic opus est labore & manu Dei obstetricante, vt virtus, sicut fœtus in ventre, abscondatur, & laboret in hac vita, donec tempus pariendi adueniat. De quo Christus dixit: *Mulier dum parit, tristitiam habet: quum autem peperit, non meminit pressuræ propter gaudium.* Sic vos contristabimini, in multa scilicet patientia bonum operantes; sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Quòd si ante tempus prodire & parere virtus vult, & hic gloriam quærere, vt fœtus immaturus varijs casibus extinguetur, vel superbia sua, vel inuidia, aut adulatione aliena. Animalia apud Ezechielem habebant quatuor alas, quarum duæ erant erectæ; illæ sunt opera virtutum sursum tendentia: alijs duabus tegebant corpora sua; istæ sunt timor & humilitas, quibus virtutum actus & substantiæ à vana laude teguntur. Qui iter longum faciunt, solent secum duas crumenas ferre, quorum altera monetam auream ferunt, hanc semper ducunt absconditam; altera minoris valoris, & vulgarem concludunt: & hanc in hospitij manifestant, hospitibus ex ea symbolum soluentes; alteram occultant, ne latronibus insidiandi ansam præbeant. Sic abscondita debet esse virtus, vt, sicut Christus monuit, *nesciat sinistra manus quid faciat dextera*, id est, (vt exponit Chrysostomus) *nesciat voluntas carnis, quæ Deo semper est contraria, quid faciat voluntas animæ, & superioris rationis Deo subdita.* Certè vt thesaurus absconditus tutior à latronibus est; & virgo domi clausa faciliùs castitatem seruat, quàm ea quæ vagatur: sic virtus occultata, à superbia & diaboli laqueis tutior est. Et quemadmodum fructus arborum quæ iuxta viam publicam crescunt, rarissimè maturanescunt; quia à transeuntibus præpostera auiditate comedendi, ante maturitatem colliguntur: sic virtutum opera quæ in hominum conspectu fiunt, vel, vt ab hominibus spectentur, ostentantur, nunquam ad veram soliditatem perueniunt; quia statim humano fauore intumescere operantem

*Stella in Luc. cap. 5. Similia.*

*Ioan. 16.*

*Ezech. 1. Allegoria.*

*Matth. 6. Homil. 13. in Matth. operis imperf. Similia.*

1.  
2.  
3.

faciunt, ideoque iam distentum ad progrediendum in virtute, vel ad alia virtutum opera capessenda, prorsus inidoneum reddunt. Postremò, sicut gallina quæ ovoposito, statim cantillat, causam præbet, cur statim collectis ovis, nunquam pullos pariat: sic qui suas virtutes statim prædicant, aut prædicari cupiunt; id agunt, ne vltos virtutum suarum fructus ampliùs producant. Sapienter Chryostomus: *Sicut aurum vestemque pretiosam, quum in publico ponimus, plurimos ad insidias prouocamus, si verò ea recondamus atque occultemus, domi in tuto cuncta seruabimus: sic, si diuitias virtutum in memoria quasi venales assidue portemus: armamus hostem, irritamus inimicum, & dolosum inuitamus ad furtum: sin verò nemo alter id scierit, nisi quem nulla occulta latere possunt, tutissimo in loco pretiosa consistunt.* Certus enim rectè factorum thesaurus, obliuio. Vnde Apostolus: *Ea quæ sunt retrò, obliuiscens.* Memoria quippe præteritarum virtutum impedimentum est sequentium, dum ex præteritis, ita sibi quisque inaniter placet, vt plus sibi ad cumulum addi, aut non necesse putet, aut negligat. Ita cum inani gloria crescere aut maturari virtus non potest. Verum quidem est quòd virtus laudata crescit, quando vera virtus, & solida est quæ laudatur, id est, quæ propter solum Deum suscepta fuit, & non propter laudem humanam. Quemadmodum enim aurum, si verum & purum est, in fornace purgatum manet, si adulterinum, in fumum abit: sic virtus laudata, si vera & pura virtus est, crescit & solidatur; si falsa & fucata, euanescit. Vnde Salomon: *Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis.*

Iam verò laude hac populari & humana nihil fucatus aut mendacius, vt eam in rectè factis consèctari velle, dementia sit. Nonne dementia est, cum habeas theatrum in cælo constitutum, spectatores tamen in terra tibi deligere? Athleta ubi certat, ibi & probari cupit. Tu cum in superioribus certes, in inferioribus coronari quaris. Videamus tamen, si placet, coronas. Illa quidem superbia constat, hæc autem inuidia; quædam ex ironia & adulatione, propter pecunias & alia; nonnulla etiam ex seruili ministerio. Quemadmodum enim pueri ludentes, ex fæno coronas alicui imponunt, coronatum autem suum post tergum irrident; sic sæpè fit, vt qui te in faciem prædicant, apud seipos clanculum subsannent. Deinde, nonne dementia esset, laruas & personas histrionum, quas in scenis gestant, vehementer adamare aut appetere? Sunt tamen per sæpe honestis-

simè

5.  
Homil. 3. in  
Matth.

Philip. 9.

Prou. 27.

3. Causa,  
Laudis vanitas.

Chrysof. hom.  
17. in epist. ad  
Rom.

Similia.

1.  
2.

simè & exactissimè fabricatæ. Attamen nemo tam demens, vt eos appetat aut amet; quia inanem tantùm & fictum esse illarum decorem norunt omnes, & aliud esse personam, aliud rem personatam. Atqui laus in ore hominum, persona tantùm & larua veræ laudis est, quum sepius aliter sentiant quàm loquantur: & vt id non fiat, breuis temporis laus est, & facilè in contemptum vertitur; ac denique, non nisi huius vitæ est, & valde caduca. *Gloria mea* (ait Apostolus) *hæc est, testimonium conscientie meæ.* Et iterum *Mibi pro minimo est, ab hominibus iudicari, aut ab humano die,* id est, favore & exultatione. Qui conscientias suas in alienis labijs posuerunt, modò magai, modò parui, modò nulli sunt. Sic *stultus ut luna mutatur.* Crescit & decrescit pro laudatorum arbitrio. Polycletus Statuarius duo simulachra fecit: vnum ad arbitrium plebis transponens & commutans, prout quisque accedens atque aspiciens; mirandum diceret, & cuiusque voluntati morem gerens, in publico opus suum effingens; alterum verò ex artis suæ pericia, domi fabricauit suæ. Quum vtrumque in foro posuisset, & domesticum omnes admirationi haberent, publicum omnes deriderent, vt-pote in quo vix vllum membrum alterius proportioni respondit: Atqui, inquit Polycletus, quod vituperatis, à vestra arte profectum est; quod verò suspicitis, ego mea facultate sum fabricatus. Hippomachus, pugillandi magister, quum athleta quidam ex eius discipulis specimen exhiberet artis, & circumstans multitudo vniuersa acclamaret, percussit eum virga, inquiens: Sed tu perperam fecisti. Nam si quid artificiosum præstitisses, ignari illi non te collaudarent. Antisthenes Philosophus, dicenti sibi euidam, *Multi te laudant, Quid enim, ait, mali feci?* Turpe est, Christianos, Sacerdotes, Theologos hoc non videre, quod isti ethnici viderunt. Acute hoc in Diogene taxauit Plato. Stetit aliquando Diogenes gelidissimo tempore in aquis penè congelatis nudus. Quum magna multitudo hoc spectans, commiseratione hominis rangeretur, superueniens Plato, multitudini dixit: *Si huic homini misereri vultis, eumque hac molestia liberare, discedite.* Accedit ad hæc omnia, ex virtute laudem humanam aucupari velle, per se malum esse, & superbix speciem, ideòque Deo exosam, & (vt Chrysostomus loquitur) *matrem gehennæ.* Qui enim se exultat, id est, suas laudes prædicat, vel se laude dignum, & cæteris præferendum iudicat, humiliabitur, id est, ad barathrum detrudetur. Nam vt hu-

2. Cor. 1.

1. Cor. 4.

Eccli. 27.

Aelianus var. 1.

hist. lib. 17.

Exempla.

1.

Idem lib. 2.

2.

Laert. lib. 6.

3.

Apophthe-

gma.

Idem ibid.

4.

Apophthe-

gma.

4. Causa,

Superbix ma-

lum:

Homil. 17. in

epist. ad Rom.

Luca 18.

Epist. 36.

Simile.

Hom. de profectu Euang.

In Timao.

De summo bono lib. 2. cap. 28.

Exemplum.

In vita eius apud Surium tom. 3. pag. 298.

milis exaltatio, de qua Christus illic loquitur, est cœlestis gloria, sic superbi humiliatio, est inferni pœna. *Vitia cœtera in peccatis* (ait Augustinus) *superbia verò etiam in rectè factis rimenda est, ne illa quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur.* Quare hanc vanitatem pestiferam naufragium in portu esse docet Chrysostronus: *Sicut navis* (inquit) *quæ multos fluctus transit, multasque tempestates effugit, in ipso autem portu tandem in scopulum impingit, iacturam totius in se reconditi thesauri facit, ita qui post multos labores ac virtutes, linguam & mentem à cupiditate laudis non temperavit, in ipso portu naufragium fecit.* Hac de causa appositè Plato superbiam vocat, *ultimam vestem quam anima deponit*, quasi in exuendo vetere homine, extremus sit superbiæ pannus. Quod alijs verbis Isidorus dixit: *Superbia est in peccato prima, & in conflictu postrema: quia, ut est omnium criminum origo, sic est omnium virtutum ruina.* S. Pachomius, vir admirabilis sanctitatis & prudentiæ, quum animaduertisset quemdam ex suis duas paruas storceas vno die factas (quum cæteri fratres vnicam quisque faceret) sic ex aduerso loci, vbi vir ille sedebat, sub vesperam posuisse, vt ab illo viderentur, simulque vt à Pachomio laborantis industria prædicaretur, dixit astantibus tristis: *Frater iste à manè huc vsque laborans, totum suum laborem diabolo donauit, nihil sibi fructus ex opere relinquens, sed magis amans hominum gloriam, quàm Dei.* Quare & acerrimè increpitum seuerè puniuit, vt hoc in eo vanitatis vitium sanaret. Docet ergo Christus in illis ad leprosum sanatum verbis, *Vide nemini dixeris*, cupiditatem inanis gloriæ etiam in veris virtutibus nullo modo affectandam, sed sedulo repellendam esse, siue quia affectus ille præposterus omni apud Deum mercede bonum opus spoliat, siue quia virtutis incrementum impedit, siue quia omnis humana laus fucata & falsa est, siue denique, quia vitiosus per se, & damnabilis hic affectus est.

4. *Sed vade, ostende te Sacerdoti.*

Sacerdotalis reuerentia.

**L**ocus moralis de debito honore ac reuerentia Sacerdotali ordini exhibenda. Quum enim iuxta præscripta legis veteris, leprosus non censebatur mundus à lepra, nec in consortium hominum recipiebatur, nisi à Sacerdote mundus declararetur: Christus hoc loco, etsi nec legi subiectus, nec approbatione illa sacerdotali opus habens, leprosum



profum tamen à se mundatum, & diuina potentia mundatum, & ita purè mundatum, vt nulla lepræ species, nulla emundationis dubitatio relicta esset; mittit ad Sacerdotes, vt se illis ostendat & exhibeat, eorūque declarationem & approbationem accipiat. Sic videlicet Christus vtrunque supra legem & extra ordinem sanans, Sacerdotium illud verus honorare voluit; & ab ijs, quos sanauerat, honorari iussit. Docet hoc facto Christus, multo fortius, multoque sincerius noui Testamenti Sacerdotium ab ipso institutum, honorandum esse. *Illis enim legis veteris Sacerdotibus* (ait Chrysostronus) *corporis lepram purgare, seu, vt verius dicam, haud purgare, sed purgatos probare, datum fuit. At nostris Sacerdotibus non corporis lepram, verum animi sordes, non dico purgatas probare, sed prorsus purgare concessum est.* Quanto igitur maior Sacerdotij nostri efficacia, potestas, virtus, tanto excelsior dignitas est, tanto maior ei honor & veneratio debetur. De vtriusque Sacerdotij discrimine, & nostri dignitate, in altero Promptuario, ad hunc locum, & alterum ei similem, Dominica 13. post Pentecosten diximus. Nunc de reuerentia Sacerdotibus noui Testamenti exhibenda, quatenus ad debitam populi pietatem hoc pertinet, pauca dicemus, Sacerdos quum Christi personam gerat (*pro Christo enim legatione fungimur, & sic nos existimet homo, sicut ministros Christi, ait Apostolus*) hoc primum nomine singulari honore ac veneratione affici debet. Dicit enim Christus: *Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit.* Rursum alia Scriptura dicit de Samuele Sacerdote contempto: *Non te spreuerunt sed me.* Ex hac consideratione dixit Gregorius: *Si Dauid, Regum iustissimus, in Saul, quem constabat à Domino iam reprobatum manum mittere non praesumpsit, quia vnctus Domini erat, quanto magis cauendum est, ne manum detractionis, aut vituperationis, sive indiscretionis, aut dehonorationis quidam mittant in vnctum Domini, vel in predicatores sanctæ Ecclesiæ: quia eorum vexatio sive detractione ad Christum pertinet, cuius vice in Ecclesiæ & legatione funguntur!* Similia scribit Chrysostronus: *An nescitis quid honor Sacerdoti collatus, ad Deum ipsum pertinet? Ne igitur respicias illum cui honor confertur. Non enim propter illum debes quod tuum est facere, sed propter eum cuius Sacerdos est, vt & ab illo mercedem accipias.* Rursum alio in loco: *An ignoras quid sit Sacerdos? Angelus utique Domini est. Non ex seipso loquitur. Si despicias, non illum despicias, sed Deum, qui illum*

Lib. 3. de Sacerdotio.

1. Ratio, quia Christi personam gerit.

Matth. 10.

1. Reg. 8.  
Epist. lib. 12.  
epist. 31.

Hom. 65. de Genes.

Homil. 2. ad Tim.

ordinavit. Si per *asin* & *os*, si per *Balaam scelestum hominem populi causa Deus loquutus est*; multo magis loquitur per *Sacerdotem plebis sua gratia*. Quid enim non agit Deus salutis nostra *causat per quem non loquitur? per quem non operatur?* Si enim per *Iudam operatus est*, si per *Caipham*, si per *prophetas eos quibus dicturus est*, Non novi vos; *Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quanto magis per Sacerdotes diuina ministerio famulantes operatur!* Propterea igitur honorandi Sacerdotes; quia Dei, & Christi eius personam ex officio gerunt. Alia ratio huius debiti honoris est, quia nostri curam gerunt. De hac Paulus: *Obedite Præpositis vestris, & subiaceat illis: ipsi enim peruigilant pro animabus vestris, tanquam rationem reddituri apud Deum*. Quemadmodum ergo de medico Scriptura dicit: *Honora medicum propter necessitatem*: ita multo magis animarum medici, vel propter hanc summam necessitatem, mirificè honorandi sunt. Ex hac consideratione sic scribit S. Chrysostomus: *Dic oro, ipse tanto periculo tui gratia subditus est, & tu illi obtemperare detrectas in his que tibi utilia sunt? Etsi enim ille sua omnia ritè disponat, quàm diu tu minùs rectè vales, angoris vacuus esse non potest, quum duplex sit ab eo ratio exigenda. Iam verò considera quanti sit periculi per singulos subditorum discuti, rationemque pro omnibus reddere, Quantumuis illi honoris impendas, quantumlibet obsequij deferas, nihil his periculis par referre poteris. Nam etsi animam ponas, ipse hoc pro te iugiter facit. Etsi id minùs in hac vita facit, quòd persecutionis iam tempus non sit, eam tamen periculo eterna mortis exponit. Tu contra neque ad verba usque illi subijceris? Hoc nempe est malorum omnium causa, quòd Præpositorum vestrorum authoritas periijt, nulla ijs reuerentia habetur, nullus honor, nullus metus. Hæc ille. Ex hoc sanè colligi potest, maiorem esse causam cur Sacerdotem populus amet ac reueretur, quàm cur Sacerdos populum. Quantò enim maior est ratio vt nos ipsos, & bonum nostrum amemus, quàm alienum, quia charitas à se ipso debet incipere in ratione secundæ tabulæ: tanto maior ratio est vt populus Pastorem diligat, qui ad suum bonum datus est; quàm vt Pastor populum, qui ad populi bonum & vtilitatem ordinatus est. Atque hinc emergit alia ratio reuerentiæ sacerdotalis; quia videlicet eorum studio & labore, maxima ad nos salutis nostræ adiumenta perferuntur. Quare quum Apostolus dixisset; *Qui bene præsunt Presbyteri, duplici honore digni sunt; & dicit: Maxime qui laborant in verbo & doctrina*. Hæc enim*

2. Ratio.  
Hebr. 13.

Eccles. 30.

Homil. 2. in 2. ad  
Timoth.

3. Ratio.

1. Timothi. 5.

pars officij Sacerdotalis, qua verbum Dei populo administratur, & pro populo oratur, talis ac tanta est, vt nullo satis obsequio aut officio compensari queat. Vrger hoc Chrysofomus his verbis: *Reuerere Sacerdotem, quod tibi diebus singulis diuina ministrat, Scripturas relegi facit, tui gratia exornat domum, propter te vigilat, tui causa preces exoluit, pro te apud Deum precaturus astat, propter te vota persoluit, pro te apud illum religio, cultusque & obsequium est. pro te ista omnia. Reuerere ergo atque considera.* Hæc ille. Certè sicut nobilis pater, qui filij sui præceptorem, vt eum diligentius erudiat, magnis muneribus afficit non modò præceptorem, sed ipsum quoque filium honorat: sic qui Dei ministros vel honore, vel muneribus afficit, vt eum apud Deum iuuet, vel quia eius consilio in causâ pietatis vsus est, non solum ipsum Sacerdotem, sed & seipsum honorat, ac sui ipsius dilectionem veram ac religiosam se habere ostendit. Quare hac de re sic iterum Chrysofomus: *Insania manifestissima est, statim istum principatum, sine quo neque salutis, neque bonorum à Christo promissorum, participes fieri possumus, despiciere. Nam si non potest introire in regnum caelorum, nisi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto; si aeterna vita priuatur, qui non manducat carnem Domini, & sanguinem bibit; omnia autem hæc haud aliter quàm per sacrosantas illas manus perficiuntur, manus inquam Sacerdotum; qui fiet, vt citra illarum opem, aut gehennam euitare, aut caeli præmia consequi quis possit? Hoc certè nomine Sacerdotes meritò, non modò plus reuereri debemus, quàm vel Principes, vel Reges; sed etiam maiori honore quàm parentes proprios honestare.* Hæc ille. Iam verò etiam propter ipsas oues, & populum fidelem, necessaria est hæc reuerentia, hic honor Sacerdotibus præstandus, ipsique populo in primis est utilis. Hinc Apostolus, postquam dixisset, *Obedite Prepositis vestris*, adiecit. *Vt cum gaudio hoc faciant, non gementes. Hoc enim non expedit vobis.* Nempe non expedit populo, vt propter eius vel inobedientiam & contemptum, vel ingratitude & neglectum, cum tristitia & gemitu suo munere fungantur Sacerdotes; idque multis de causis. Primò, quia graue est hoc in populo peccatum. Secundò, quia honor ille exhibitus, populo est vtilior quàm pastori. Tertiò, quia alioqui difficilius curatur & docetur populus. Quartò, quia suos pastores lædunt, & pascendi prouinciam difficiliorem illis reddunt. Singula paucis ostendentur. De primo exemplum esse potest Dathan & Abiron cum suis,

M 4 qui

Loco idm circo

Granar. tom. 2. serm. detempo.

pag. 418.

Simile.

Libr. 3. de Sacerdotio.

4. Ratio;

Hebr. 13.

Sacerdotem non reuereri, peccatum.

*Exempla.*

*Num. 26.*

*Lib. 3. de Sacerdotio.*

*1. Reg. 3.*

*Zachar. 2.*

*Lib. 4. epist. 9.*

Sacerdotem reuereri populo est utile.

*Homil. 2. in 2. ad*

*Timot.*

Sacerdotis reuerentia facit populum docilem.

*Similia.*

*In orat. quum à patre in consortium assumptus esset.*

*Lib. 2. de Sacerdotio.*

*cap. 23.*

Sacerdotibus negata reuerentia, facit eos minus utiles.

qui propter inobedientiam Sacerdotio exhibitam, descenderunt in infernum viuentes. *Meo quidem iudicio* (ait Chrysofostomus) *qui nostros Sacerdotes despiciunt & contemnunt, multo sceleratiores, ac maiori supplicio digni sunt, quam Dathan cum suis omnibus.* Aliud exemplum esse possunt Iudæi Samuelem reiicientes, & Regem postulantes. Sic enim graui iugo postea subiiciebantur, vt latè illis futurum exposuit Samuel. Huc etiam pertinet quod de suis Sacerdotibus per Prophetam Deus dixit: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Hinc D. Cyprianus: *Qui Christo non credit Sacerdotem facienti, postea credere incipiet Sacerdotem vindicanti.* De seoundo sic scribit Chrysofostomus: *Quid Præpositi de nostro honore lucrantur, nisi in quantum obtemperantes habebunt, idque pro utilitate nostra? Hi enim, licet honorentur, nihil ex eo honore in futurum lucrantur; imo maiorem inde sapè damnationem suscipiunt. Et si patientur iniurias, nihil ex eis detrimenti futurum acquirent, imò & meritorum illis accedit cumulus atque defensio. Nostri autem causa cuncta hæc sunt. Nam siue honorantur à subditis, & hoc illis fieri iubet, sicuti dicebat ad Heli, *Assumpsit te de domo patris tui; siue iniurijs afficiantur, hoc in se Deus ipse perpetitur, vt ad Samuelem ait: Non te spreuerunt, sed me. Itaque illis contumelia, lucrum, honor, onus est.* Tertium per se patet. Quemadmodum enim recalcitrantem ouem non facile pastor curauerit, & qui reluctatur æger, difficilius medelam capit; ita subditi immorigeri & morosi, qui vel per contemptum pastorem non audiunt, vel auditum per superbiam contemnunt, difficillimè ab eo formantur. Multo autem hoc veriùs in animarum cura accidit, quàm in illis alijs. Curari enim anima non potest, nisi sponte & lubens se disciplinæ subiiciat. *Volentium enim, non coactorum salutis est mysterium,* ait Gregorius Nazianzenus: *& Christus eos æterna corona donat,* (ait Chrysofostomus) *non qui coacti aut inuiti, sed qui certo animi proposito à peccato abstinent.* Quare D. Basiliius verba Apostoli citata exponens, ait: *Quod hic dicitur, Hoc enim non expedit vobis, mea quidem scientia magni cuiusdam detrimenti, & quod agrè admittat curationem, significationem habet. Res est enim omnium difficillima, seipsum cognoscere & curare. Naturaliter enim seipsum vnusquisque amat: ab alio autem cognosci & curari facile est.* Iam verò quod quartò dictum fuit, non expedire populo vt gementes ac dolentes Pastores officium faciant, quia sic Pastores suos lædunt, & difficiliorem illis prouinciã pascendi*

pascendi reddunt, ex eo patet, quod animi dolor ac tristitia, quæ ex subditorum peruicacia oritur, animi vires frangit, & ad munera pastoralia obeunda grauem atque inidoneum facit. *Mæstitia* (ait Chrysoſtomus) *itẽmque cura ac ſollicitudines perpetua*, animi vim maximè poſſunt proſternere, eundẽmq; ad ſummam etiam imbecillitatem perducere. Nam menti tenebras offundunt, neque ſinunt eius factus puros ſinceroſq; euadere. Sic & D. Gregorius Magnus: *Loqui de Deo, quietæ valde & libera mentis eſt. Nec enim concuſſa aqua imaginem reſpicientis reddit; ſed tunc in ea vultus intendentiſ aſpicitur, quum non mouetur.* Sic & D. Auguſtinus: *Ex ipſa triſtitia ſermo proſedẽs, minus gratus eſt, quia de ariditate mæſtitia minus exuberat: & proſectio languidus & inſuauis ille ſermo erit, qui per venam cordiſ aſtuantem, fumantẽmque traijcitur.* Plurimum ergo ſibiipſis detrimenti adferunt, qui ſua peruicacia & irreuerentiã id agunt, vt animarum curatores gementes ac dolentes officium faciant; quando ita conſtituti, nec cum ſpirituſ libertate & charitate aliis cõſulere, nec ſalutiſ pabulum vbertim ſubminiſtrare, nec laborantibus ſuis condolere & compati poſſunt. Hiſ igitur de cauſiſ tum ipſi populo, tum ex rei natura neceſſaria eſt, Sacerdotum in Eccleſia Chriſti debita reuerentiã: quam in hiſ verbis commendare Chriſtuſ voluit, cum à ſe ſenatum leproſum mittit nihilominus ad Sacerdoteſ, vt illiſ ſe oſtendat. Vnum exemplum ſubiiciam. S. Martinuſ, Epicoſcopuſ Turonenſiſ, à Maximo Imperatore inuitatuſ, quum primũ illi poculum, iubente Imperatore porrigeretur, eo fine vt ipſi Imperatori Epicoſcopuſ, honoris cauſa, ante omneſ præbiberet; neglecto Imperatore, ſuo ſacellano Preſbytero propinauit. Quo viſo, dixit Imperator, alioſ quideſ Epicoſcopoſ, etiam in templo, illi adulari; Martinuſ verò nec in menſa Principiſ, ſacerdotaliſ reuerentiæ aliquid imminuere velle.

### 5. Et offer munus quod præcepit Moyses.

**L**Ocus moralis de animi gratitudine in Dei beneficiis acceptis præſtanda. Leproſiſ enim ſanatuſ, iubetur in lege offerre duoſ paſſereſ viuoſ, iuxta ritum in Leuitico præſcriptum; quam oblationem Chriſtuſ hic *Munus* vocat: id eſt, donum in gratiarum actionem pro munditiẽ accepta oblatum. Multum quippe Deo diſplicet hominiſ à peccato ſanati (quod per lepram ſignificari in altero Promptuario

Lib. 5. de Sacord.

Homil. 11. in Ezech.

De catech. rudib. cap. 10.

Exemplum.

Seueruſ Sulpitiuſ in vita S. Martini.

Gratitudo animi. Leuit. 14.

*De Spiritu &  
lit. cap. 12.*

*Psal. 15.*

*1. Theff. 5.*

*Psal. 102.*

*Ezech. 46.*

*Allegoria.*

*Stella in Luc. 5.*

*Similia.*

1.

2.

*Pint. Dial. part.*

*2. Dial. 2. cap. 10.*

*& 11.*

3.

4.

*Esaia 1.*

*Cant. 4.*

*Phil. Dicit in  
hanc Domini.*

*conc. 3.*

ostendimus) ingratitudo. Vnde pietas quam Deo debemus, propriè in eo consistit ( vt definit Augustinus ) vt anima non sit ingrata Deo. *Cultus Dei* (inquit) *in hoc maxime constitutus est, vt anima ei non sit ingrata: vnde in ipso verissimo & singulari sacrificio, Domino Deo nostro gratias agere admonemur. Deus enim bonorum nostrorum non indiget, ait Dauid; sed totum obsequium nostrum, quod Deo præstare possumus, illud est, ne eius beneficiis ingrati simus. Vnde Apostolus: In omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas Dei. Ad hoc officium multis verbis Propheta regius se excitauit, dicens: Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas: Qui redimit de interitu vitam tuam. Qui coronat te in misericordia & in miserationibus. Præcepit Dominus per Ezechielem, vt qui templum ingrediebatur, per aliam portam egrederetur, ne Propitiatorio terga verteret, cum à templo exiret. Qui enim eadem porta regrederetur, terga verteret Propitiatorio. Docuit iste ritus typicus, accepto aliquo à Deo propitiante beneficio, non esse illi per obliuionem terga vertenda. Omnes qui aqua indigent, præcipientes in fontem vadunt, in eum oculos & animum dirigentes; sed iam bene potati reuertuntur, terga fonti animumque vertentes.*

Sic multi in sua siti & tribulatione, diuinæ bonitatis fontem inelamant; lberati obliuiscuntur. Sed & situla quæ aquam à fonte haurimus, vt aquam intromittat, os inclinat, & immergit; vbi aquam receperit, fundit illi quasi tergum obuertit. Sic faciunt ingrati. Et sicut mare aquas dulces è cælo accipit, sed easdem salvas reddit; sic multi, pro bonis à Deo acceptis, mala per ingratitudinem rependunt. Et sicut nubes virtute radij solaris è terra exhalatur & attollitur, sublata autem ipsum aërem obnubilat, & radios solares obscurat: sic homo ingratus, Dei fauore exaltatus, Deum postea spernit, & mandata eius violat. De hoc conqueritur per Prophetam Deus: *Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et rursus: Bos cognouit possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israël autem me non cognouit. Sponsa in Canticis, quæ est anima fidelis, quam laudatur à sponso, vt tota pulchra; prima pulchritudinis pars, vnde sic laudatur, est: Oculi tui sicut columbarum. In quo eam gratitudinis nomine collaudat. Columba enim cum singula grana rostro deglutit, rostrum atque oculos*

oculos in altum extollit. Accipit vnum granum, & oculos in altum eleuat: accipit alterum, & iterum oculos erigit: & sic denique ad singula grana facit quæ deglutit. Talis est anima fidelis: ad singula Dei beneficia oculos & corda fursû tollit, gratias agens Deo suo. Hanc virtutē in iustis cōmendat Psal. *Psal. 36.*  
*Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.* hoc est, nūquam cessant Deum laudare. Laus autem Dei vocatur *vox exultationis*, quia ex gratitudine singulare animi gaudium iustis oritur. Vocatur *vox salutis*, quia gratiarum actio non solum perseuerantiam in bono, sed & ampliora gratiæ beneficia à Deo impetrat. *Quemadmodum enim exiguum phar-*  
*macum è magnis plerunque morbis hominem eripit, sic ob res par-*  
*uas Deo gratias agere, ingētia bona cōciliat:* ait S. Damascenus in historia de Barlaā & Iosaphat. Sicut enim omnia flumina currūt in mare, vnde per exhalationes marinas orra sunt, vt eò reuertantur vnde iterum fluant, fiat quæ hoc modo perpetuus aquarum cursus atque recursus, fluxus atque refluxus assiduè reciprocus: sic omnia Dei dona, quæ ad nos descendunt à Patre luminum, ad Deum denuo per gratiarū actionem reportantur, vt sic rursus à Deo ad nos recurrant, sit quæ perpetuus gratiarum eius & reciprocus recursus inter Deum & nos. *Ingratitudo verò* (ait D. Bernardus) *est quasi vē-*  
*tus exiccans & vrens fontem pietatis, rorem misericordie, fluent-*  
*ia gratie.*

Si Rex quotannis mille aureos tibi dari iuberet, tu verò illos omnes in emendo veneno, quo eum tolleres, vel in armis ad ei bellum inferendum, consumeres, nonne maximam iniquitatem te admisisse, & mille mortes commeruisse omnes iudicarent? At sic faciunt qui Dei dona in occasionem peccati vertunt, qui diuitiis, honoribus, scientia, accepta denique frequenti peccatorum remissione, ad luxum, ad superbiam, ad impietatem, ad faciliorem recidiam abutūtur. Dedit Deus Hebræorum populo eam gratiam in oculis Ægyptiorum, vt eos omni auro atque argento, rebusque pretiosis spoliarent. At boni isti Hebræi ex his Ægyptiorum spoliis vitulum sibi aureum conflauerunt, quem, reiecto vero Deo, infandè colerēt. An magis execrabilis potuit esse ingratitude? At eandem committimus omnes, qui, quod modò dictum est, facimus. Hanc ingratitude mirabili metaphora veteri populo Deus exprobrauit, quæ tanto maior est in populo nouo, quanto maiora accepit beneficia Christi Ecclesia, quàm synagoga Iudaica. Sic apud Ezechielem loqui-

Serm. 81. in Cāt.

Simile.

Exemplū.

Exodi 31.

Exodi 32.

Ezech. 16.

tur: *Iuravi tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi. Et laui te aqua, & emundavi sanguinem tuum ex te, & unxi te oleo. Considera hinc Baptismum, emundationem à peccatis, Sacramentum Chrismatis. Et vestiui te discoloribus, & calceavi te hyacintho, & cinxi te bysso, & indui te subtilibus. Considera hinc varias virtutes, pacem in affectibus, castitatem in lumbis, intellectum acutissimum in mente. Et ornavi te ornamento, dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi in aurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. Considera hinc ornamenta exteriora, bona opera manuum, abstinentiam gutturis, silentium oris, custodiam auditus, & victoriam vitiorum. Et ornata es auro & argento, & vestita es bysso & polymito, & multis coloribus. Considera hinc dona charitatis, & eloquentiæ, & omnis generis virtutum. Similam, & mel, & oleum comediisti, & decora facta es vehementer nimis. Considera hinc omnium rerum abundantiam, etiam quoad victum corporis. Et profecisti in regnum, & egressum est nomen tuum in gentibus propter speciem tuam, quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus. Certè nomen Christianum, totum orbem occupavit, & post professionem Christianam plurima regna maximè floruerunt. Sed & anima fidelis regnat in gratia, quàm diu non regnat in ea peccatum. Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, ut eius fieres. Hæc est execrabilis ingratitudo, ut vnde maiorem Deo seruiendi materiam anima acciperet, inde ansas & materias peccandi, Deumque offendendi maiores caperet: *Incrassata quippe, impinguata, dilatata, recalcitrauit.* Renouata in Christo anima, & noua creatura facta, quasi iam satis pulchra atque perfecta, deque salute certa & secunda (ut impij hodie hæretici blasphemant) Dei mandata negligit, omni se voluptati prostituit. Adhuc sequitur in Ezechiele: *Et tulisti vasa decoris tui de auro meo & argento meo, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis.* Talia idola nobis fabricamus de donis Dei nobis concessis, quotquot ad honores, ad voluptates, ad diuitias, ad odia & similitates execrandas, vel ingenij, vel corporis, vel fortunæ viribus abutimur. Concludit Propheta: *Vae, vae vobis, ait Dominus.**

Deut. 32.

Norauit Seneca, ab humanis legibus nullam ingratitudi-  
ni pœnam constitutam esse: quia tanta est eius iniquitas, ut  
sola Dei iustitiæ rigidissimæ relinquatur punienda. Sunt  
autem



autem ingrati multo similes, qui, quā saturatus est lacte materno, calcibus petit matrem. Rogatus Diogenes, quid apud homines celerius senesceret; beneficium, respondit. Nam iniurias quidem acceptas marmor, beneficia pulveri inscribimus. Et sicut muscæ in tersissimis speculis reptantes dilabuntur, in asperis verò locis hærent facillimè; sic, quæ est nostra morositas, beneficiorum immemores, iniuriarum tenacissimi sumus. Sed & infans ac furentibus similes ingrati sunt, qui in xenodochiis aluntur, & suos benefactores nunquam agnoscunt. Ad hanc ingratitudinem circa Dei beneficia diligentissimè cauendam, innumera gratitudinis exempla, barbaris & ethnicis exhibita, nos incitare debebant: quod fecit S. Saba, multorum monasteriorum celeberrimus Pater. Quibusdam Agarenis per cellam eius transeuntibus, & famentibus apposuerat radices tantum quasdam melagriorum & arundinum cortices: neque enim alio cibo ipse utebatur. Redierunt illi postea, afferentes ei caseos & dactylos. Quo viso, Hei mihi, inquit. Barbari isti, parui nostri bñficij memores, referre gratiam munificè studuerunt: nos autem, qui quotidie fruimur bonis Creatoris, nullam ei vicissim studemus referre gratiam per mandatorum obseruationem. Quæ de cætero excusatio, quæ venia dabitur? Hæc ille. Ideo Apostolus generale & perpetuum præceptum contra ingratitudinis vitium dat: *Omne quodcumq; facitis aut verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agètes Deo & Patri per ipsum.* Quemadmodum enim ingrato vniuersa inter manus euanescent; sic illi qui pro omnibus Deo agere gratias nouit, omnia crescunt & multiplicantur. De hac materia in alijs Euangelijs plura.

*Exemplū.*  
*In vita eius*  
*apud Surium,*  
*to 6. p. 719.*

*Coloss. 3.*

§. *In testimonium illis.*

**L**ocus moralis de grauiori iudicio eorum, qui maiora à Deo virtutis documenta & adiumenta acceperunt. Nam ut idcirco hūc sanatum leprosum ad Sacerdotes mittit Christus, quò videntes miraculum Christi, nec tamen credentes in Christum, inexcusabiles fierent, hoc ipso miraculo testimonium incredulitatis contra illos perhibente: sic hodie inexcusabiles fiunt, qui videntes quotidie mirabilia Dei opera, audientes optimas conciones, habètes ante oculos tot exempla virtutum, manent tamen in peccatis suis. Illa enim omnia

nia erunt illis in testimonium. Sic Christus de persecutione quam à Iudæis Apostoli passuri erant, dixit: *Continget autem hoc vobis in testimonium.* Hinc D. Augustinus: *Tot iudicibus inops astabo, quot me præcesserunt in opere bono. Tot arguentibus confundar, quot mihi præbuerunt bene viuendi exemplar. Tot conuincar testibus, quot me monuerunt proficuis sermonibus, seq̃q̃ imitando iustis dederunt actionibus.* Quare sicut Christus de Iudæis dixit: *Si non venissem, & opera non fecissem in eis quæ nemo alius facit, peccatum non haberent, nunc autem & viderunt, & oderunt me, & Patrem meum: peccatum eorum manet:* idem de nobis diceretur qui Christi operibus, beneficiis, promissionibus, visis, acceptis & intellectis, nihilo tamen meliores simus. Terre nos debent Christi verba: *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent. Veruntamen dico vobis: Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij quàm vobis.* Consideret quisque, quas & quantas virtutes, naturæ, fortunæ, gratiæ Deus in ipso fecerit, videatque an adhuc pœnitentiã egerit, vitamque emendatius traduxerit. *Durissimum iudicium his qui præ sunt: & potentes potenter tormenta patientur.* Quanto magis crescunt dona, tanto & crescunt rationes donorum, ait S. Gregorius.

Hanc inconsiderationem exprobrat Propheta dicens: *Homo quum in honore esset, non intellexit. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* In honore homo est, qui magna Dei dona accepit, multas miserationes sensit. Hæc si non intelligit, erunt omnia *in testimonium illi*, & comparabitur iumentis insipientibus; quæ quum magnum à natura robur acceperint, à paruulo tamen puero mimantur & reguntur. Quum non reciperetur Apostolorum prædicatio, *excurrentes illi, excuriebant puluerem de pedibus suis.* Vbi nunc Apostolica prædicatio corda non immutat, sic anathema & maledictio erit Deo, vt nec minimum ab Ecclesiæ Sacramentis beneficium sit accepturus; sed etiam pro minutissimis peccatis pœnas graues luiturus. Bonorum fidelium non solum pulueres, sed & sordes Ecclesiæ portat, pro multis eorum peccatis apud Deum intercedens, adcoque ea comedens.

7. *Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, &c.*

**L**ocus moralis de cura & officio dominorum erga seruos. Bonus hic enim Centurio pro seruo suo (vt diserte Lucas

Lucæ 27.  
Meditar. c. 6.

Ioan. 9.

Matth. 11.

Sap. 8.

Psal. 48.

Matth. 10.

Osee. 4.

Dominorum  
in seruos cura.

Lucas

Lucas eum vocat) tum per se, vt hic apparet, tum per amicos suos, seniores Israël (vt est apud Lucam) apud Christum omni studio atque officio intercessit, vt à graui morbo sanaretur. Damnatur hoc exemplo illorum dominorum pessima consuetudo, qui ægrotos ministros statim domo expellunt, & ad hospitale publicum emittunt. Illis quippe maior equi aut mulæ, quàm seruorum, imò conseruorum cura est. Apostolus quum seruis erga dominos omnem charitatem imperasset, subiungit: *Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas.* Parem charitatem exigit à dominis erga seruos; quam à seruis erga dominos. Et causam subiungit fortissimam: *Scientes quia & illorum & vester Dominus est in cœlis, & personarum acceptio non est apud Deum.* Et rursus in alia epistola: *Domini, quod iustum est & æquum, seruis præstare.* At quid æquius & iustius, quàm domesticorum suorum curam habere? *Si quis enim suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* id est, grauius in hoc genere peccat, quàm ipsi infideles solent; & fidem negauit, id est, fidem Christi diffamauit, & graui ignominia affectus, ea faciens quæ fidei non conueniunt, imò quæ nec infidelis faceret; vt in isto Centurione homine gentili patet. Sic & Seneca, homo infidelis, sensit. *Libenter, inquit, ex his qui à te veniunt, cognoui, familiariter te cum seruis tuis viuere. Hoc prudentiam tuam hoc eruditionem decet. Serui sunt? imò homines, Serui sunt? imò contubernales. Serui sunt? imò humiles amici. Denique serui sunt? imò conserui si cogitaueris tantundem in utrosque licere fortuna.* Hæc quidem ille. Sed multo magis conseruos æstimabimus, si cogitauerimus, eodem esse pretio emptos pretiosi sanguinis Christi, & eundem nobiscum habere Patrem & Dominum. Sic Christus: *Non debuisti misereri conserui tui?* Cruditatis dominorum in seruos vnum exemplum proferam.

Memoria nostra (ait Franciscus Senensis, scriptor modernus) extitit ingenij pessimi seruus, cui etiam sæuissimus heurus fuit, qui in eum verberibus sæuire non desinebat. Iratus seruus, quum dominum vlcisci nequiret, duos quos habebat dominus infantes, anniculum vnum, alterum bimulum corripuit; turrique edita conscensa, dominum vocauit, monens vt infantes suos gremio exciperet: quos quàm primum illi-  
 fos parieti deiecit, seseque præcipitauit, ne viuus in potestatem domini veniret.

Hoc animaduertant, qui omnia sibi in seruos licere arbitrantur,

Ephes. 6.

Coloss. 4.

1. Tim. 5.

Epist. 47.

Matth. 18.

Lib. 4. de Reipub.  
Exemplum.

trantur, quorum nunquam tam destituta fortuna est, vt non interim nocere dominis possint.

8. *Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum.*

Humiliatio  
fui.

Lucæ 7.  
Centurionis  
humilitas.

**L**ocus moralis de humili consideratione sui ipsius, & vt de se quisque humiliter sentiat. Superbus omnia sibi deberi putat, humilis nihil. Erat hic Centurio vir nobilis, & Capharnaum, quæ Galilææ caput erat, Præfectus à Romanis constitutus, qui & gentem Iudaicam sic amavit, vt synagogam ipse eis ædificauerit, ideóque seniores Iudæorum pro eo apud Christum intercesserint, dicentes, *Dignus est vt hoc illi prestes*: qui etiam venienti Christo ad se, *amicos obuiam misit, dicens, Domine noli vexari*. Hic tamen nec generis nobilitatē, nec officij sui dignitatem, nec merita in gentem Christi, nec pietatem, & gratiam, qua valebat, respiciens, omnino se indignum putat non solum beneficio quod petebat seruo suo, non sibi, sed etiam conspectu Christi. *Propter quod* (inquit) *me ipsum non sum dignus arbitratus vt venirem ad te*. Obseruatione dignissima est huius ethnici hominis tam profunda humilitas. Reuera, quo quisque melior est, eo humilior est, eo se ceteris indigniorem iudicat. Ramus in quo pendet fructus, & spica plena grano declinat se in terram: sic anima humilis, onusta fructibus bonorum operum, respicit humi, propriam scilicet fragilitatem & conditionem terram, vnde sese humiliandi causam accipit. Ramus erectus & spica erecta vacua sunt. Vnusquisque nempe, non solum ex parte corporis (quod clarum est) sed etiam ex parte animæ, se puluerem & cinerem reputare debet, & sic se semper humiliare. Sicut enim cinis vilis est, sic anima ex culpa (delicta autem quis intelligit) vilis, & abominabilis Deo est. Sicut cinis statim quouis vento dispergitur, sic homo per se non potest resistere modicæ tentationi, sed ad sibilum modici verbi sæpe cadit. Denique sicut cinis non potest redire ad statum suæ materiæ; sic peccator non potest redire ad statum gratiæ, nisi sola Dei virtute. Cerrè quicquid consideramus, siue ea quæ extra nos sunt, siue quæ intra; siue quæ infra nos sunt, siue quæ supra; siue denique quæ contra nos: omnia nos humiliationem & abiectionem nostri ipsius docent. Propter ea quæ extra nos sunt, humiliare nos possumus, considerando proximorum virtutes. Propter ea quæ sunt intra nos ipsos, considerando proprias offensas, inclinationes

S. Bonavent. in  
diata salut.

cap. 36.

Similia.

1.

2.  
Cineri homo  
assimilatur.

Humiliationis  
nostræ causæ.

1.

2.

nationes prauas, defectus, vel etiam ipsas virtutes, si quæ sunt, à Deo esse, non à nobis. Propter ea quæ infra nos sunt, si quadrupedia consideras, vides ea fortiora; si volatilia, vides ea agilia; si terræ nascentia, vides vel vtiliora, vt fructus, vel pulchriora, vt flores. Propter ea quæ supra nos sunt, considerando Deum, cuius vel potentiam euadere, vel sapientiam latere, vel iustitiam corrumpere, vel misericordiam tuis viribus promereri, & sine ea tamen esse non possumus. Propter ea quæ contra nos sunt, considerando hostium varietatem, importunitatem, crudelitatem, mundi varietatem, carnis importunitatem, dæmonum crudelitatem, vt dicere quisque debeat: *Misericordia Domini quod non sumus consumpti.* In hac tam varia consideratione quis ita demens, vt de se non humiliter sentiat? Sed hæc pauci considerant. At sicut muscus in locis fœtentibus recuperat odorem, sic humilitas fragrantior efficitur, quum quis propriam considerat vilitatem. Vnde D. Ambrosius, *Sicut apes, inquit, quum aëris motus suspectos habet, lapillis sæpè sublati, per inania se liberat nubila, ne loue alarum remigium precipitent flabra ventorum: sic qui à vana gloria vento sibi timet, ne eius impulsu in transuersum rapiatur, suarum culparum & imperfectionum consideratione assumpta, mentis suæ cogitationes libret, vt, quantum vana laus attollere potuit, tantum alia deprimat.* Hæc ille. Sic diuus Chrysostomus: *Si vel vnus diei peccata in memoriam reuocet, faciet illa recordatio, vt facile cristas demittat.* Vbi pauo superbus pedes suos conruetur admodum turpes, caudam, vnde superbit, statim demittit. Sic indignum se quisque reputabit, quum fortè dignus sit, si suas imperfectiones & peccata considerat. Sicut, si quis vestem manu tenens, à iunctura manus vsque ad cubitum se tegat, reliquo toto corpore nudus, meritò insanire iudicaretur, meritò ab omnibus deridetur, si illam suam manicam semper ob oculos habens, propter illam se bene vestitum putat, & contra alios, eius nuditatem spectantes atque irridentes, offendit: sic omnino qui propter vnã aut alteram virtutem, quum multis præterea vitijs scateat, sibi interim bene placet, & plaudit, meritò deridendus ab hominibus, meritò reprobatur à Deo. *Qui iacet in terra, non habet vnde cadat. Qui humiliter de se ipso sentit, vix in peccatum cadet, certè in temporalibus cadere non potest.* Nam vt superbia quærit contentionem, id est, locum superiorem, pro quo omnes contendunt; ita humilitas

3.

4.

5.

Thren. 2.

Similia.

1.

Lib. 3. de Virginitib.

2.

Hom. 20. in Marth.

3.

4.

5.

Dom. 3. Ad-  
uent. text. 2.  
& 3. Dom. 4.  
Aduent. text. 6.

semper habet pacem, quia quærit locum inferiorem, pro quo nemo contendit. Plura de hac virtute superius dicta sunt in præcedentibus Dominicis: in alijs quoque sequentibus plura dicentur.

9. Filij regni eijcientur in tenebras exteriores.

Vocationis  
nulla certi-  
tudo.

**L**ocus moralis de vocatione incerta, siue ad Christiani nominis, siue ad religionis cuiuspiam, aut status ecclesiastici professionem: neque satis esse Christum profiteri, religionis propositum suscipere, Sacerdotalis ordinis esse, nisi vocationi & professioni tota vita, & res ipsa respondeat. Nam vt Iudæis nihil profuit, Dei populum & peculium fuisse, filios promissionis, & semen Abrahamæ secundum carnem extitisse, circumcisionem accepisse, verum Deum cognovisse, *credita illis eloquia Dei fuisse, adoptionem filiorum, & gloriam, & testamentum, & legislationem, & obsequium, & promissa accepisse, patres denique fuisse, ex quibus esset Christus secundum carnem*, quia in Christum credere noluerunt: sic nec nobis Christianis proderit, *nunc populum Dei esse, qui eramus non populus*, filios promissionis esse secundum fidem, Baptismo per Christum incorporatos esse, Scripturas sanctas nobis relictas habere, *adoptionem filiorum in qua clamamus Abba Pater, & gloriam, & testamentum, & nouam legislationem in melioribus repromissionibus sancitam, & cultum Sacramentorum, & amplissimas Christi promissiones accepisse, patres denique in Christo fuisse, ex quibus multi in Christo spirituales filij nascerentur, si fidem nostram bonis operibus non consummamus, vt Iacobus de fide Abrahamæ loquitur (fides eius operibus consummata est) & vocationem nostram per bona opera certam facere non satagimus, vt Petrus monuit. Sumus per fidem filij regni, ciues & domestici Dei, vocatione sancti, sed nisi Centurionis humilitatem, & fidem operantem imitemur, in tenebras exteriores eijciemur. Orat Paulus pro Ephesijs, vt det illis Deus spiritum sapientia & reuelationis in agnitione Christi, vt sciant qua sit spes vocationis eius, & qua diuitia gloriæ hereditatis eius in sanctis. Est enim certè maxima spes vocationis Christianæ; sed vide quid eisdem paulo post Paulus scribat: Obsecro vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis: cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, &c. Paulus ipse ait, se ea quæ sunt retrò obliuiscens, ad ea quæ sunt priora, extendere*

Rom. 8. & 9.

Osca 1.

Rom. 8.  
Hebr. 9.

Iacobi 2,

1. Pet. 2.  
Ephes. 2.

Ephes. 1.

Ephes. 4.

Philip. 3.

*extendere seipsum ad destinatum persequi, ad brauium superna  
 uocationis Dei in Christo Iesu. Magnum certè est uocationi  
 nostræ brauium propositum, sed eò contendere ut in agone  
 oportet, nõ per ignauiam & locordiam nos distendere, ut som-  
 nolenti faciunt. Orat rursum Paulus pro Theſſalonicensi-  
 bus, ut dignetur eos (id est, dignos faciat) uocatione sua sancta  
 Deus, & impleat omnem uoluntatem bonitatis suæ, & opus  
 fidei in uirtute. Nam (ut in priori epistola dicit) non uocauit  
 nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Ita semper  
 beatissimus Apostolus uocationem nostram in Christo spe  
 plenam quidem esse docet; sed omnino à rectè factis, & à  
 bonis operibus, ac sancta patientia, spei huius complemen-  
 tum pendere, *Hæredes sumus secundum spem uitæ aternæ*; sed  
 sequitur: *Si tamen compatimur, ut conglorificemur. Superindui-  
 cupimus (gloria cœlesti) si tamen uestiti (bonis operibus) &  
 non nudi inueniamur, uidelicet sine ueste nuptiali*; quam qui  
 non habuit, in tenebras exteriores eiectus est. Rursum: *Par-  
 ticipes Christi sumus, & uocationis cœlestis*, ait Paulus, sed  
 addit: *Si tamen initium substantiæ eius usque ad finem firmum  
 retineamus*. id est, si renouationem in Baptismo factam, de  
 qua Iacobus dixit: *Voluntariè nos genuit uerbo ueritatis, ut  
 simus in initium aliquod creaturæ eius, integram seruamus*. Rur-  
 sum, *Domus Christi sumus nos*; sed, *si fiduciam & gloriam spei  
 usque ad finem firmiter teneamus*. Spes autem & fiducia, sine  
 conscientia bonitate & integritate, præsumptio est, non spes;  
 & audacia, non fiducia. Omnes denique Dei & Christi pro-  
 missiones ad filios regni factæ, conditionales sunt. *Si com-  
 mortui sumus, & conuueemus. Si sustinebimus, & conregnabi-  
 mus. Si negauerimus illum (factis autem negatur, non uerbo  
 tantum) & ille negabit nos*. denique, *Si manseritis in sermone  
 meo uerè discipuli mei eritis*. Adeò uerum est, quòd filij regni  
 eiicientur foras, nisi, quod filios regni decet, pro regno ob-  
 tinendo legitimè decertent. Valet autem hic locus contra  
 pestilentes horum temporum hæreticos, qui ex doctrina so-  
 lius fidei statuunt filios regni eiici de regno non posse, post-  
 quam semel per fidem adoptati in filios sunt: ut in altero  
 Promptuario non semel ostendimus.*

2. Theſſ. 1.

1. Theſſ. 4.

Rom. 8.

2. Cor. 5.

Matth. 22.

Hebr. 3.

Iacobi 1.

Hebr. 3.

2. Tim. 2.

Tit. 1.

Ioan. 8.

Locus contra  
hæreticos.10. *Ibi erit fletus, & stridor dentium.*

**L**ocus moralis de pœnis inferni: quas per fletum & stri- De pœnis  
 dorem dentium Christus ex parte hoc loco describit, & inferni.

per tenebras exteriores, id est, extremas, & quibus nihil est ulterius aut profundius. Fletus autem iste, etsi non sit fortè resolutio lachrymarum, quæ alterationem præsupponit, quæ, cessante motu cæli, naturaliter fieri non potest; est tamen dolor aliquis fletui corporali respondens, ut commotio capitis, & turbatio cerebri acerbissima, quod ad corpus ipsum attinet: animæ verò summus mœror atque tristitia, qualem in hac vita lachrymæ solent exprimere. Nam fletus iste, atque stridor dentium, qui verè in damnatis corporibus erit, non ab igne, frigore, fumo, tenebris, aut aliqua causa extrinseca, sed à causa intrinseca, à tristitia & indignatione mentis procedent. Stridor autem dentium fiet ex concussione totius corporis, quam tristitia & dolor incredibilis efficiunt. De his pœnis Elaias: *Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur*, Vermis conscientiæ, animam; ignis comburens, corpus in æternum affliget. In his pœnis est perpetuus & intolerabilis fœtor: de quo David: *Ignis & sulphur, & spiritus procellarum* (id est, turbulentæ tempestates, seu strepitus ventosi) *pars calicis eorum*, id est, pars afflictionis damnatorum. Fœtor autem huiusmodi est, ut si corpus damnati super terram poneretur, vniuersum aërem suo fœtore inficere posse, à quibusdam existimetur. Ad has pœnas accedit alterum cum calore frigus, non ad recreationem, sed ne villo pœnæ genere careat damnatus. Sic S. Iob: *Transseant ab aquis niuum ad calorem nimium, & vsque ad inferos peccatum eorum*. Fames quoque & sitis damnatos premet. *Serui mei comedent* (ait per Elaiam Deus, & addit Christus, *in regno Patris mei*) *& vos esurietis*. Sic diues in inferno guttam aqua petijt à Lazaro. Sed & torquebunt maligni spiritus, carniçes infernales. *Tradidit eum tortoribus, donec redderet vniuersum debitum*. Denique horror erit illic perpetuus, confusio, strepitus, *Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*. Atque hinc tartarus à verbo *ταράσσω* vocatur à D. Petro. Postremò (quod omnium est grauissimum) pœnarum æternitas: *Ita maledicti in ignem æternum*. Hæc de pœnis inferni Scriptura sancta nobis reuelauit. Ex his omnibus, si sola æternitas consideretur, ad fugam & detestationem peccati vel sola posset sufficere. Considera Oceanî magnitudinem, quàm immensa est aqua quam continet. Finge animo, centesimo millesimo quoque anno formicam ex eo bibere, quantum formica potest; dicere autem Deum dampnatis, Confidite; nam quum exhaurietur à formica mare,

tunc

Esaia vii.

Psal. 19.

S. Bonauent.  
in diuina salut.  
cap. 39.

Iob 24.

Esaia 65,  
Lucæ 16.

Matth. 18,

Iob 9.  
2. Pet. 4.Æternitatis  
consideratio.



tunc pœnarum vestrarum finis erit. magnam haud dubiè ex eo spem & consolationem conciperent damnati, quia saltem finis sic aliquis tormentorum esset. Nam hoc quantumcunque longissimum temporis spatium, tamen præ aternitate prorsus nihil est. Sed & de his pœnis sic alia Scriptura loquitur: *Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua. In tempore consummationis effundent virtutem, & furorem eius qui fecit illos, confundent. Ignis, grando, & fames, & mors: omnia hæc ad vindictam creata sunt: bestiarum dentes, & scorpionum, & serpentes, & romphæa vindicans in exterminium impios.* Hæc autem descriptio pœnarum inferni, etiam ex voce *Gehenna*, quam primus de loco & pœnis inferni Christus Dominus in Evangelio vsurpauit, colligi potest. Significat enim vox illa vallem quandam propè Ierusalem, quæ *Gehenna*, quod vallem filiorum Hinnon significat, vulgò vocabatur. In hac autem valle solebant idololatræ Iudæi filios suos per ignem diabolo immolare, & immolationis tempore, ne paruulorum lamentabilis clamor audiretur, tubis ac tympanis, aliisque instrumentis bene sonoris resonantibus aërem complere. Cessante autem idololatria, in tanti sceleris horrorem, in hanc vallem sordes omnes, stercore, cadauera exportabantur. Vt verisimile sit, Redemptorem nostrum hoc vocabulum ad tormentorum locum, & inferni pœnas significanda vsurpasse, eo quòd in inferno ploratus & vlulatus, fletus, & stridor dentium, fœtores, scorpionum, serpentes (qui huiusmodi in fimis nasci solent) vindictam in impios exercerent. Has pœnas singulis peccatis responsuras, iuxta illud, *Quantum se glorificauit in delicijs, tantum date illi tormentum* & luctum, sic apud Iob legimus: *Panis eius in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ. Luet qua fecit omnia, nec tamen consumetur. Iuxta multitudinem adinventionum suarum, sic sustinebit.* Sed de his inferni pœnis aliàs plura.

Egeli. 39.

Gehennæ

VOX.

Hier. in cap. 17.

Matth.

Apoc. 18.

Iob 20.

Dom. 3. post

Epiph. text. 2.

Matth. 8.



**A**SCENDENTE Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse verò dormiebat. Et accesserunt discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos: perimus. Et dicit eis: Quid timidi estis, modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?

PERICOPE moralis huius Euangelij.

2. *Motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.* De tribulationibus iustorum, ad patientiæ virtutem exercendam, ad arctiorem erga Deum amorem prouocandum, ad maiorem Dei erga nos amoris significationem.

2. *Ipse autem dormiebat.* De apparente Dei obliuione, sed vigili semper prouidentia.

3. *Et suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos: perimus.* De inuocando per orationem Christo in omni necessitate.

4. *Quid timidi estis modicæ fidei.* De fiducia in Deum nunquam deponenda.

5. *Tunc surgens, imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna.* De Dei clementia, qui post procellas serenitatem adferit.

I. *Motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.*

De tribulationibus iustorū.

**L**O C V S moralis de tribulationibus & aduersis, quæ Deus sua prouidentia, etiam ab eo maximè dilectis, immittit; vel ad maiorem suam gloriam in eorum postea liberatione ostendendam; vel vt ipsos electos suos liberatos à malis, ad maiorem gratitudinem, & Dei amorem excitet. Apostoli enim hic in mari tempestatem sentiunt, & quidem tantam, vt iam iam perituri viderentur; sed à qua Christus sic eos liberat, & vt suam gloriam magis manifestet, & suorum erga se fidem & dilectionem magis prouocet. Nam Christus quidem solo imperio tempestatem tollit; Apostoli verò, in seipsis miraculum experti, ad Christi amorem magis accenduntur, quàm in aliorum morbis & malis expellendis, quæ quotidie

quotidie cernebant. Sic solet Deus in pericula quidem, eaque presentia suos conicere, non ut pereant. sed ut exercitentur. Passus est Iacob reuertentem de Mesopotamia videre fratrem suum Esau cum quadringentis viris ad se venientem, & ingenti metu concutit; sed ubi eum docuerat à quanto periculo liberandus erat, absque vllò damno liberavit. Voluit Deus ut filij Israël viderent Ægyptios à tergo suo cum curribus & equis in maxima multitudine eos prementes, & presenti se periculo proximos cernerent; sed eos statim maximo miraculo liberavit: ut videlicet Dei potentiam, & erga eos misericordiam tanto magis agnoscerent. Suauissima est hæc Dei prouidentia, ad patientiæ virtutem exercendam, ad arctiorem in nobis Dei amorem prouocandum, ad maiorem diuini erga nos amoris significationem. Quæ tria breuiter ostendentur. Sanè quum ad omne virtutis opus patientia non minùs sit necessaria, quàm ad reliquos cibos panis (difficultates enim virtutum operationi naturaliter insitas patientia superat, sicuti reliquis cibus saporem & gustum panis adfert) hinc fit ut patientiæ virtus perpetuò nobis sit necessaria, quasi instrumentum quoddam, cuius ministerio reliquas virtutes operemur. At verò quemadmodum gladius ferruginosus, & qui diuissimè è vagina non extractus, æruginem contraxit, quum ad arma venit, dominum suum se penumero adeò moratur, ut prius ab aduersario vulneretur, fortè & occidatur, quàm è vagina educi possit: sic omnino patientia non exercitata adeò tarda est, ut se penumero locum diabolo concedat miseram vulnerandi animam, antequam se armare contra obortam difficultatem aut tentationem possit. Hac de causa exercet suos Deus tribulationibus externis, ut fortiores sint ad tentationes internas: exercet ubi non est peccati periculum iactura temporali, ut firmiores sint in tentatione ad peccatum, ad conseruandam salutem æternam. Sic Apostolos hic patitur Christus in mare iactari & periclitari, ut eos ad patientiam exerceret, si quando vel à persecutoribus fidei, vel ab internis animæ hostibus agitentur. Non est arbor solida nec fortis, nisi in quam frequens ventus incurrat: ipsa enim vexatione confringitur, & radices certius figit, fragiles sunt quæ in aprica valle creuerunt. Sic ad ferenda aduersa delicari sunt, qui non fuerunt prius exercitati vsu malorum. Ad suspensionem vulneris tyro pallefcit. Audacter veteranus cruorem suum spe stat, qui seit se sæpè vicisse post sanguinem. Exercitiis

De<sup>o</sup> suos exercet.

Genes. 32.

Exodi 14.

1.

2.

3.

Patientiæ operatur tribulatione.

Similia:

1.

Stella in Ludo cap. 9.

2.

3.

Seneca de prouidentia Dei.

4.

5. igitur fortem faciunt. Videmus equos, quos ad cursum natura formavit, si diu in stabulo torpeant atque desideant, claudos effici, & marcescere. Ferrum vsu splendescit, argenti instar: diu in terra iacens, rubiginem contrahit, & tandem in terram vertitur. Sic virtus non exercita, arescit; & terrenus fit, qui spiritualis erat, nullis aduersis excitatus.

6. Quisquis igitur tentatur, tribulatur, vexatur, seu à diabolo, seu à hominibus malis, seu à Deo percuciente; si aurum est, expurgatur; si ferrum est, rubiginem amittit. Et quia ferrum potius quam aurum plerique sumus; ideo ad excutiendam rubiginem, & ad exercendam patientiam, plerisque est necessaria tribulatio. Hinc illi Deo chariores ostenduntur, quos, vt salutem eorum procuret, diligenter exercet. Iratus Deus Israëlitis, dixit: *Dimittam vineam, & non putabitur neque fodietur.* In quæ verba Basiliius: *Quemadmodum*

*Esaia 5.*

*In cap. 5. Esaia.*

*Simile.*

*qui vineam putant, astringunt eius vites, & internè continent, vt maiore cum temperamento procedat ad proferendos viles fructus: ad eundem modum contingit anima, assiduitate afflictionum incuruat. Quodammodo in se contrahitur, seque humiliter dimittit atque humiliat, atque ad sui diligentiore curam retrahitur. E contrario, anima que indulgenter ac remissè viuere sinitur, perinde atque vinea quepiam neglecta, luxuriat, & siluescit sarmentis, seque effundens circa incommoda, nec ullam afferentia frugem, natiuo succo exhauritur.* Christus ergo suos Apostolos in omni patientiæ genere exercuit. Cum illo famem & sitim in deserto, cum illo frigus & æstus in paupertate communi, cum illo labores & peregrinationes, pertransiendò de ciuitate in ciuitatem prædicationis causa; cum illo in mari tempestates & periculum extremum (vt in hoc Euangelio) cum illo denique Pharisaorum accusationes, & Iudæorum opprobria perpeffi sunt. Quare illis dicit: *Vos estis qui permansistis mecum in omnibus tentationibus meis.* Sic eos igitur ad omnia postea pro sancto eius nomine perfecta exercuit & obdurauit; sic suos semper fideles & amicos in hac vita exercet, & patientiam docet. Sicut enim qui mare nauigant, & innumeras procellas tulerunt, multasq; hyemes perpeffi sunt, antequam merces referunt, non paruum peregrinationis sue lucrum reportant, eo quòd aliquòto sidentiores sunt, ac pelagi sauitiam minus horrent, adeoque intrepidè ac voluptate quadam transmarinas peregrinationes aggreduuntur: ita & qui in presenti vita propter Christum multas fert afflictiones, etiam antequam regnà cælorum magnam

*Apostolorum exercitia.*

*Lucæ 22.*

*Chrysof. homil. de Resurrect.*

*Simile.*

*illiam*

illam retributionem assequatur, magna hic potitur fiducia, animamq; suam ita excelsam efficit, ut posthac grauia omnia quasi è sublimi derideat. Nempe sic fiunt ( vt canit Ecclesia ) tunsionibus pressuris expoliti lapides, qui suis coaptantur locis per manum artificis, ut disponantur permanfuri sacris adificijs. De qua dispositione & præparatione Sanctorum sic S. Augustinus super illa Psalmi verba: *In tubis ductilibus, in voce tuba cornea: Ductiles tuba aera sunt, qua tundendo producuntur. Si tundendo, ergo vapulando eritis tuba ductiles in laudem Dei producta. Sic cum tribulamur, tribulatio, tunsio; profectus, productio est. Quomodo sonuit & quàm suauiter tuba ductilis, qui in tribulatione percussus gratias agit! Ecce, inquit, fabricator Deus. Illam tubam perficere volo. Non perficiam, nisi tundam. Male sonabat antequam produceretur. Nunc productus & factus tuba ductilis, laudes Dei sonabit, qui antea blasphemias intonuit.* Nempe sicut aurum, quo magis tunditur, eo magis extenditur; & in laminas tenuissimas producitur, adeoque in fila subtilissima; sic iusti, quo magis per varias tribulationes tunduntur, eo se in charitatem Dei magis dilatant, eo subtilius & excellentius operantur. Quare (quod secundo loco diximus) ad amorem nostrum in Deum magis accedendum valet tribulatio. de quò mox plura. Sed patientiæ & fortitudinis robur ab afflictionibus nasci, ex eo adhuc demonstrari potest, quòd quemadmodum costi lateres, nisi vehementi igne coquantur, mox vbi aquam biberint, dissoluantur, & in minutissimas micas abeunt; igne autem, quo consumendi viderentur, & in cineres redigendi, ita roborantur & obdurescunt, vt nulla aqua dissolui queant, fiantq; ad ædificia aptissimi: sic omnino iusti, quos ingentes tribulationes frangere, & è statu mentis dimouere posse cuiquam videantur, ex eisdem tamen tantum animi robur, fortitudinem tantam concipiunt & acquirunt, vt nullis rerum aduersarum fluctibus lædi queant, sed ad ædificium spirituale maximè idonei reddantur, qui viui & electi lapides in eo fiant. Nempe sicut lana & linum, antequam illa pannus bonus, hoc tela subtilis fiat, tundi, neri, texti & pecti debet, variamque fortunam subire; sic, vt vasa in honorem fiamus, multa pati, variis ærumnis disponi & exerceri prius oportet. Arbor, vt melius crescat, magisq; fructificet, varias patitur incisiones, & multa palmitum spolia ferre debet. Denique ipsa aromata, nisi pistillo contusa, suauem odorem non spirant. Tot & tanta sunt in rerum natura, quæ neces-

Enarrat. in  
Psal. 95.

Simile.

Pintus Diaolg.  
part. 1. dial. 4.  
cap. 3.  
Similia.

1.

2.

3.

4.

fariam hanc fidelium exercitationem docent, & ad oculum illud ostendunt quod Paulus dixit: *Tribulatio patientiam, patientia probationem operatur*. Nunc de secundo puncto.

*Tim. 5.*

2.  
Tribulatio ad  
maiolem Dei  
amorem exci-  
tat.

*Psal. 115.*

*Homil. 10. in*

*Matth.*

*Similia.*

1.

2.

3.

*Homil. 14. ex  
avr. in Matth.  
locis.*

4.

*Hom. 5. in Matt.  
operu imperfekt.*

*Pintus part. 2. a  
dial. 2. cap. 10.*

5.

Tribulationes,  
amoris Dei er-  
ga nos testi-  
monia.

Nam quod tribulatio frequens ad maiorem Dei amorem excitat, & vt arctius Deo adhæreamus facit, vel ex hoc etiam Euangelio patet. Nam Apostoli, videntes se in mari periclitari, statim ad Christum accurrunt, dormientem excitant, & clamant: *Domine, salua nos: perimus*. Sic David: *Multiplicata sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt*. Hinc D. Chrysostomus: *Deus tribulationes irruere permittit, vt ad ipsum frequētius confugiamus. Tale aliquid faciunt amā-  
tiores filiorum parentes cū paruulos suos viderint à se quidē sapē  
discedere; aqua uorū autem suorum lufibus detineri, præcipiunt  
famulis terribilia multa simulare, vt exagitati metu paruuli  
ad maternum sinum confugere festinent*. Sed & mater paruulum infantem laxius & negligentius in sinu suo hærentem, ex industria cadere in terram permittit, vt casu læsus, & matrem inclamans, in sinum post receptus, tenaciùs adhæreat, matrisque collum amantissimè stringat. Ita enim Deus non modò ab aliis tribulari & vexari nos finit, sed nonnunquam etiam ipse plagam minatur, adeoque infert, vt nos ad se vagantes & lalciuentes adducat. *Sanè sicut pluuia in  
terram cadens, erigit semina* (ait idem Chrysostomus) *sic tribulatio  
animum ingressa, erigit desiderium*. Nam sicut granum tritici inclusum in palea, foras non egreditur, nisi fuerit trituratum; sic & homo impedimentis mundialibus, & rebus carnalibus, quasi in palea inuolutus, difficile egreditur, nisi fuerit aliqua tribulatione vexatus, ait idem alio in loco Chrysostomus.

Attentiorem quippe hominem facit, & in causa salutis vigilantiolem, inflicta tribulatio. Quemadmodum enim viator magis tunc in via sollicitus est, cautiùs & circumspectiùs ambulat, quando vel densæ siluæ, & loco latrôciniis obnoxio appropinquat, vel semitam aliquam aut trāsicum difficiliorem inuenit; in campestribus autem planis ac spatiosis locis securus & negligenter procedit: sic omnino tribulatione graui oborta, recolligimus nos ipsos cautiùs, & actionum nostrarum vestigia cautiùs ponimus: ideoque Dei voluntatem consideramus pressius, & auxilium implo-ramus feruentius. Sic ad maiorem Dei amorem tribulatio excitat. Iam quod tertio loco diximus, immiffas seu permissas à Deo tribulationes ipsius diuini erga nos amoris significat.

significationem esse, vel ex hoc etiam Euangelio liquere potest. Quid enim Christo suis Apostolis charius? quid rursus illis innocentius? imò quid sanctius, qui omnia reliquerunt, ut Christum sequerentur? Et tamen in mari illos iactari permittit, & ita iactari, ut *nauicula operiretur fluctibus*, iamque morti proximi essent: ut cum Dauide, à Saule agitato, dicere possent: *Vno tantùm gradu nos morsq; diuidimur*. Sed amoris hoc totum significatio fuit. Quum enim illos & probare & coronare vellet; via autem ad coronas, & modus probationis sit ipsa tribulatio; quo magis eos & amplius coronare desiderauit, eo magis & amplius eos tribulari necesse erat: iuxta illud Angeli ad Tobiam: *Quia acceptus eras Deo, necesse erat ut hac tentatio te probaret*. De qua re in alio Euangelio plura diximus. Sed hinc pauca adiciemus. *Potest enim certè Deus* (ut sapienter scripsit Chrysostomus) *omnia grauiora hodie soluere, sed donec nos purgatos videat, & firmam atque incussum conuersionem, tribulationem nõ dissoluit. Etenim aurifex, donec aurum bene purgatum viderit, de conflatorio non extrahit. Nec citharædus neruum intendere prius desinit, quàm harmonia concentum perfectum aduerterit. Sic Deus non abducit tribulationis nubem, donec nos penitus emendauerit*. Ergo ut aurifex aurum, & citharædus concentum; sic Deus nostram salutem amat, desiderat, procurat.

Innocentissimus inter filios Iacob erat Ioseph; cæteris tamen omnibus domi quietè & prosperè agentibus, solus tribulatur. In cisternam fame periturus mittitur. Inde extractus, Ismaëlitis in seruum & mancipium venditur. Ab illis in Ægyptum trahitur, vbi linguam, quam non nouerat, audiuit. In Ægypto seruitio mancipatur, denuo venditus. In seruitio ad adulterium grauissimè tentatur. Tentationi resistens, fidei Deo ac Domino suo castissimè seruans, falsò tamen accusatur, cõdénatur, in carcerem & in lacum mittitur; multis annis in eo custoditur. Ab ingrato pincerna decipitur. Sed quorsum tot annorù tam varia, tam grauis afflictio? Ut hac ratione à Pharaone exaltaretur, & totius Ægypti Dominus fieret, patremque suum & totam cognationem, imò totum qui tunc in terris erat, populum & peculium Dei à fame extrema liberaret.

Nisi enim à fratribus in Ægyptum venditus, nisi in Ægypto in carcerem missus, nisi in carcere à pincerna deceptus fuisset; nec in Ægyptum venisset, nec Pharaoni per tardam licet pincernæ declarationem pro viro sapienti innotescere potuif

1. Reg. 20.

Domin. 2.

Aduertus,

text. 1.

Homil. 4. ad

pop. Antioch.

Similia.

Iosephi perfectio.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

Gen 45.

potuisset. Sed vt ipsemet fratribus suis dixit: *Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum vniversa domus eius, & Principem in omni terra Ægypti.* Sed quare? *Pro salute vestra, vt reseruemi ni super terram, & escas ad viuendum habere possitis.* Denique pro annis quatuordecim quibus afflictus erat Ioseph, dominatus est in Ægypto annis octoginta. Nam anno ætatis decimosexto venditur à fratribus, & anno ætatis trigesimo venit in conspectum Pharaonis. Vixit autem annis centum & decem.

Iosephi mercedes.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

Sed & vide quo modo pro singulis malis quæ patitur, singulas accipit mercedes. Pro odio fratrum, acquisiuit gratiam Regis & principum eius. Pro contemptu fratrum & irrisione, dicetium, *Ecce somniator venit*, ab illis adoratur pronis in terram non semel, & muneribus honoratur. Pro exilio, exaltationem in terra aliena. Pro labore manuum in seruitio Putipharis, anulum regium in gratia Pharaonis. Pro tunica polymita, qua fratres eum spoliauerat, stolam byssinam, qua Rex eum induit. Pro compedibus in carcere, torquem auream in honore. Pro eo quòd vinctis in carcere ministrabat, Regi in summa dignitate ministrat. Pro carcere & lacu, sedet super currum regium. Pro eo quòd ab omnibus contemptus fuit, vt extraneus, vt seruus, vt vinctus; ab omnibus honoratur genuflexione, sic iubente Pharaone. Pro nomine seruili, quod in Ægypto Ismaëlita illi indiderunt, nomen regium & magnificum, vt vocaretur. *Saluator mundi.* Pro contempta illicita adulterij voluptate, accipit in vxorem legitimam fœminam nobilissimam.

Denique, pro domo paterna amissa, dominatur in vniversa Ægypto. Sed existimet hîc fortè aliquis, hoc totum in persona & figura Christi contigisse, qui à Iudæis venditus, proditus, spoliatus, irrisus, & morti traditus est: atque hæc omnia *non eorum consilio, sed Dei voluntate passus*, vt viueremus nos omnes, & ( vt ait Propheta ) *in umbra sua viueremus in gentibus*, quiq; postea *exaltatus à terra, omnia traxit ad se ipsum*, & accepit à Patre nomen, *vt in nomine eius omne genu flecteretur, & omnis lingua confiteretur, quia ille sedet in gloria Patris*: ideoq; ad nostram necessariam tribulationem istud exemplum non pertinere. Quasi verò qui scripsit, *Oportuit Christum ista pati, & ita intrare in gloriam suam*, non etiam scripserit, *Oportet nos per multas tribulationes intrare in regnum Dei.* Aut quasi non etiam ideo Christus passus sit, vt

nobis

Añ. 4.

Thren. 4.

Ioan. 12.

Philipp. 3.

Luca 24.

Añ. 14.



*nobis relinqueret exemplum, ut & nos sequamur vestigia eius.* 1. Pet. 1.

Sed tamen obseruatione dignum est, non minus Iosephi fratres (qui nostri haud dubiè figura fuerunt) ab ipso Iosepho passos & tribulatos fuisse, antequam eos pro fratribus suis recognoscere vellet; quàm ipse Ioseph à Deo, antequam dominus Ægypti fieret: ut propterea, sicut Christus à Patre, sic nos à Christo multa pati necessariò debeamus, quatenus *Christo compatiens, Christo conglorificemur.* Vide ergo quanta à Iosepho passi fratres fuerunt, & quot modis eos probauit, id est, dilexit, & fauore atque gratia sua dignos fecit, antequam seipsum illis manifestauit. Quum primò ad eum venirent frumenti emendi causa, probauit eos verè pœnituisse de eo quòd ipsum vendiderāt. Quum enim illis priùs in vincula coniectis, & grauitè accusatis, quòd exploratores terræ essent, ac tandem cæteris dimissis, vnus teneretur in vinculis; *Locui sunt ad inuicem: Meritò hac patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustias animæ illius quum deprecaretur nos, & non audiuimus. Idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus vnus Ruben ait: Nunquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum, & non audistis me? En sanguis eius exquiritur.* Hanc eorum nobilem confessionem & pœnitentiam audiuit Ioseph. *Nesciebāt autem quòd intelligeret Ioseph, eo quòd per interpretem loqueretur ad eos.* Sic hac prima vexatione eorum pœnitentiam probauit. Secundò voluit eos probare, an in fratrem suum vterinū Beniamin aliquid peccassent. Propterea ait illis: *Fratrem vestrum minimum ad me adducite, ut possim vestros probare sermones, & non moriamini.* Illo tandem adducto, tertio eos probauit, an fratri suo minimo inuiderent.

Idcirco posita mensa, ut ante eum omnes comederent, *Maior pars venit Beniamin, ita ut quinque partibus excederet.* Quarto probare eos voluit, an sic fratrem suum Beniamin diligerent, ut propter illum solum detentum, omnes è cæpto itinere redire vellent. Propterea enim missò scypho argenteo in sacco Beniamin, & ibi inuento, quum antea compromississent, *ut, apud quemcunque fuisset inuentus scyphus, moreretur, cæteri omnes, scissis vestibus, oneratisq; rursum assinis, reuersi sunt in oppidū, & Iudas pro fratre Beniamin captiuum se iussit.* Quintò probat eos, an patrem ex animo diligerent, & an redire vellent, relicto in vinculis Beniamin: quia vna resumam calamitatem eos patri allaturos sciebat.

Dicente enim Iuda, *Omnes serui sumus domini mei, & nos, &* *Ibidem.*

*apud*

Rom. 8.  
Probatio fratrum Ioseph.  
1.

Typus.

Gen. 42

2.

Ibidem.

3.

Gen. 43.

4.

Gen. 44.

5.

apud quem inuentus est scyphus, dixit Ioseph: *Absit à me vt sic agam. Qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus: vos autem abite liberi, ad patrem vestrum.* Sed quum Iudas persisteret, & longa oratione habita, tandem concluderet, *Non possum redire ad patrem meum absente puero, ne calamitatis, que oppressura est patrem meum, testis assistam:* hac videlicet extrema probatione facta, *Non se poterat vltra cohibere Ioseph: & eleuata voce, cum fletu, dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph.* Sic, sic Ioseph noster, Saluator noster, qui nos fratres suos vocare dignatus est, post variam & legitimam cuiusque probationem, manifestabit seipsum nobis, iuxta id quod in Euangelio promittit: *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.* hoc est, Diligam eum, probando amorem & patientiam eius: & vbi probauero, manifestabo ei me ipsum. Non vltra me continere poterò. Dicã fratribus meis eleuata voce, sic vt totus mūdus audiat, in extremo iudicio: *Ego sum Iesus frater vester: Venite benedicti Patris mei, percipite regnũ, &c.* Nã vt vocẽ Ioseph, quum fratribus suis se manifestaret, *audierunt Aegyptij, omnisq; domus Pharaonis,* sic vocem Christi in iudicio, quando manifestabit se fratribus suis, audiet cælum & terra, audient omnes Angeli: audient etiam damnati, & tota domus inferni. *Illa enim hora est, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei.* Sed de hac materia, quatenus qui tribulantur, magis à Deo diliguntur, & quòd signum sit dilectionis, à Deo vel propter Deum aduersa pati, tum suprã quãdam diximus, tum in aliis adhuc Euangelis plura dicemus. Esse tribulationes dilectionis diuinæ signum, vtilitates earum docẽt, quas his verbis Augustinus tradit: *Molestia tribulationesq; temporales plerumque prosunt, vel ad sanandum tumorem superbia, vel ad probandam patientiam, & exercendam, vel ad quacunque flagellanda, & abolenda peccata.* Quinque vtilitates posuit.

## 2. Ipse autem dormiebat.

Prouidentia  
Dei non dor-  
m. i.

**L**ocus moralis de Dei apparente & varia rerum humanarum, sed afflictionum & tribulationum maximè, obliuione. Orta enim grauissima tempestate, nauicula iam fluctibus cooperta, Apostolis in summo vitæ discrimine positis, dormit Christus. Videtur Christus & suam, vt homo, & Apostolorum suorum, & nautarum cæterorum, nauisq; ipsius

in qua nauigat, salutem negligere, curam non habere, penitus denique obliuisci. Nunquid ergo falsum erit quod scriptum est: *Non dormiet, neque dormitabit qui custodit Israel:* aut *quod alius Propheta dixit: Nunquid potest mulier obliuisci infantem uteri sui? Sed etsi obliuiscatur illa, ego tui non obliuiscar.* *In manibus meis descripsi te. Muri tui coram oculis meis semper.* Quid cuique homini particulari præsentius manibus suis? Quid in ciuitate illustrius quàm muri eius? Sic ergo Deus vnumquemque semper in memoria habet, sicut suas quisque manus: sic totam Ecclesiam in oculis fert, sicut ciuitatem qui mœnia eius videt.

Hinc D. Augustinus: *O tu bone omnipotens, qui sic curas vnumquemque nostrum tanquam solum cures, & sic omnes tanquam singulos.* Hæc quum ita sint, tamen dormit Christus, dormit prouidentia Dei; sed dormiens vigilat. Vnde vox illa Sponsi in Canticis: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* id est, oculis clausis somnum præ me fero, sed verè non dormio. Videor exteriùs tantùm aspicientibus dormire: sed qui cor meum videt, vigilantem me videt; qui meam prouidentiam considerat, intelligit me nihil minùs quàm dormire. Laborauit in hoc genere vnus Propheta, & dicit: *Mei penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia & elauit super iniquos, pacem peccatorum videns.* Et post pauca: *Et dixi, Ergo sine causa iustificauit cor meum, &c. Si dicebã, Narrabo sic:* id est, si in ea sententia manerem, vt propter prosperitatem præsentem impiorum, meam mortificationem vanam & inanem esse putarem: *Nationem filiorum tuorum reprobauit:* id est, omnes electos damnauit stultitiæ quasi frustra iustitiæ studentes.

*Existimabam vt cognoscerem: hoc labor est ante me.* Inueni rem laboriosam, huius rei causam cognoscere. *Donec intrem in sanctuarium Dei,* id est, in secretam Dei prouidentiam: & intelligam in nouissimis eorum, id est, cõsiderem quis sit finis eorum: de quo Apostolus, *Quorum finis interitus.* Hinc ergo dormire videbatur Deus oculis clausis, quasi non videns facinora impiorum: sed tandem re meliùs introspecta, vidit cor Dei vigilare, & prouidentiam non dormire. Laborauit in hoc genere & alius Propheta, & in persona populi in captiuitate Babylonica conquerentis, & contra Dei iustitiam & prouidentiam murmurantis, sic loquitur: *Vsq; quo Domine clamabo, & non exaudies?* (quasi dormientem in nauis Christum inclamat) *Vociferabor ad te, vim patiens, & non saluabis?* *Quare ostendis mihi iniquitatem* (persequentium nos)

& laborem? videre prædam & iniustitiam contra me? Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorum se? Et facies homines quasi pisces maris (vbi maiores etiam eiusdem generis deuorant minores) & quasi reptilia, non habentia ducem? Grauißima hæc cum Deo Prophetæ expositulatio est, sed in persona afflictorum, qui patientiam perdidisse videntur, quasi quæ Dei prouidentiam negare, & dicere, non magis eum homines curare quàm bestias. Sed postquam respondit postea in persona Dei, totam illam afflictionem esse iustam pœnam peccatorum, et si carnifex Chaldæus fuerit ipsis castigatis nequior, & maiori pœna dignus; tandem Canticum instituit, cui titulum fecit, *Pro ignorantia*, vel, *Pro ignorantijs*: Vbi orat veniam à Deo, quòd ignoranter contra Deum murmurauerit: *Domine audiui auditionem tuam, & timui, & quæ sequuntur*. Laborant in hoc genere illi omnes, qui diuina prouidentia afflicti, vt cunque innocenter viuant, dormire Deum, & eorum curam non habere existimant: & clamant cū Prophetæ: *Vsquequo Domine obliuisceris me in sinem? Vsquequo auertes faciē tuam à me? Quàm diu ponam consilia in anima mea? Dolorem in corde meo per diem? Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?* Et adhuc alibi apertius: *Exaudi Deus deprecationem meam, & ne despexeris orationem meā. Intēde mihi, & exaudi me*. Sed quam ob causam sic quasi dormientem excitat? Sequitur: *Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à vōce inimici, & à tribulatione peccatoris*: per quam videlicet exercebatur, à malis hominibus vexatus. Et paulo post: *Expectaui eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate*. In quem locum Augustinus: *Fortè nauis tua ideo turbatur, quia Christus in te dormit. Meritò fortè turbatur cor tuum, quia excidit tibi in quem credideris. Intolerabiliter pateris, quia non venit tibi in mentem quid pro te pertulerit Christus: si in mentem non venit tibi Christus, dormit. Excita Christum, recole fidem. Tunc enim in te dormit Christus, si oblitus fueris passionis Christi. Tunc in te vigilat Christus, si memineris passionum Christi. Cū autem pleno corde intuitus fueris quid ille fuerit passus, nonne a quo animo & tu tolerabis? Et fortassis gaudes quia inuentus es in aliqua similitudine passionum regis tui. Cū igitur ista cogitans, consolari & gaudere cœperis, ille surrexit, ille ventis imperauit. Ideo facta est tranquillitas. Hæc Augustinus. Illis ergo dormit Christus, quorum fides in Christum dormit. Nam & ideo in hoc Euangelio Christus excitatus, & cuigilans,*

Abacuc 3.

Psal. 12.

Psal. 54.

Enarrat. in  
Psal. 54.Quibus dormit  
Christus.

euigilans, primo statim verbo Apostolos obiurgat: *Quid timentis, modica fidei?* Nam ut illi præsente Christo adhuc timebant; sic multi præsente in corde & in Ecclesia Christo, timent, dubitant, diffidunt. Dixit Ecclesiæ suæ Christus: *Ecco ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.* Et tamen ac si nobiscum non esset, timemus omnia, & sæpenumero *trepidamus timore, ubi non est timor.* De Ioseph in carcere scribitur, *Et fuit Dominus cum eo*: quia fidem & spem in Deum Ioseph, nec in cisterna, nec in seruitio, nec in carcere amisit; quo tamen toto tempore ex iudicio humano longissimè abesse videbatur. *Descendit cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum*, ait Sapiens de præsentia Dei cum Ioseph. Continuit enim manus fratrum ne eum occiderent: continuuit irati domini manum, ne eum de violata vxore suspectum interficeret. Sic dormiens, vigilabat cum Ioseph Deus. Sic & cum Iacob, etsi grauissima passo, semper fuit Deus. Fuit cum eo in itinere in Mesopotamiam, ut viam eius dirigeret. Fuit cum eo apud Laban, ut greges eius multiplicaret. Fuit cum eo in reditu, ne Laban iratus de fuga illum retraheret. Fuit cum eo in ingressu terræ natiuitatis suæ, ne ab Esau opprimeretur Denique descendenti in Ægyptum dixit: *Ego descendam tecum in Ægyptum: Ego inde reducam te.* Sanè totidem verbis nobis omnibus Christus dixit: *Confidite, ego vici mundum. Ego vado parare vobis locum. Ego veniens, assumam vos ad meipsum. Ego rogabo Patrem, & alium Paraclætum dabit vobis. Ecco ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi.* Inter tot promissiones adhuc dormit in nobis Christus? Excitanda fides de perpetua Dei prouidentia, & Christi assistentia, ne dormiat. De priori Basilii: *Sicuti rerum grauium pondera appendendo, libra motus discernimus, utq; de auro, purum ne sit & excoctum, an secus, experimur affricu lapidis: sic memoria repetentes mensuram, modumque rerum omnium nobis à diuina voluntate & prouidentia præscriptum, iuxta illam omnia mensurantes, nunquam ab animi moderatione & quiete excidere poterimus, quicquid demum aduersi nobis accidere videatur.* Hæc ille. De posteriori S. Bonauentura: *Oculo dextero comparatur fides, que omnia, tam naturalia quàm supernaturalia videt: Oculo sinistro ratio comparatur, que solum de naturalibus indicat.* Sicut ergo qui amisit oculum dextrum inutilis est ad pugnam manu conferendam, quia scutum operit oculus sinister; sic qui non habet fidem, inutilis est ad pugnam spiritualem.

Matth. 8.

Matth. 28.

Gen. 39.

Sap. 20.

Gen. 46.

Ioan. 14. 19.

Et 16.

Matth. 28.

Hom. 4. de gratiarum actione.

Simile.

In Dieta salutis cap. 26.

Simile.

Reg. 11.

Ephes. 6.  
Similia.

1. Pet. 5.

Matth. 7.

tualium. Vnde quod Naas dixit viris Iabes Galaad, *In hoc feriam vobiscum fœdus, vt etiam omnium vestrum oculos dextros, significat, diabolum (nam Naas interpretatur serpens) hoc pactum cum suis ferire, vt fidem illis eripiat: contra id quod Apostolus dixit, In omnibus sumentes scutum fidei. Nam sicut scutum ponitur ad sinistram partem, sic fides præcipuè armat contra aduersitates, vt nunquam dormiat in nobis Christus. Et sicut scutum portatur à parte cordis, quod est in sinistra parte hominis, sic fides est armatura mentis. Et sicut scuto repellimus hostiles ictus, sic fidem opponimus falsis diaboli suggestionibus, iuxta illud: *Cui resistite fortes in fide.* Denique & hanc ob causam fides in Euangelio grano sinapis comparatur. Sicut enim granum sinapis quo plus teritur, tanto fortius viget; sic fides in aduersitate magis inualefcit. Vigilare ergo fides debet, ne Christus dormiat. Sed hæc quæ de fide hic diximus, tanquam de trepidationis & diffidentia circa præsens semper Dei in rebus arduis auxilium, remedio; ad alia magis huius Euangelij verba pertinent, quæ mox tractabimus: *Quid timidi estis, modica fidei?* Quare vide illic plura. Sed & de Dei prouidentia, quæ nunquam fallit, in alijs Euangelijs alius erit, & magis proprius, dicendi locus.*

3. *Et suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos; perimus.*

Christus in  
necessitate in-  
uocandus.  
Matth. 14.  
Psal. 80.

Similia.

1. Paral. 20.  
1. Pet. 5.

Philip. 4.

**L**ocus moralis de inuocando per orationem Christo in omni afflictione & necessitate nostra. Hoc nobiscum pactum iniit, hanc legem misericordia plenam reliquit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam vos. Pulsate, & aperietur vobis. Inuoca me in die tribulationis tuae, & ego exaudiam te. Aperi os tuum, & ego implebo illud.* In apertione oris nostri, salus nostra est. Si perimus, nostra culpa perimus, qui os aperire nolumus. Excitatur quippe celerrimè ad vocem ouiculae, pastor; ad clamorem pulli, gallina; ad gemitum paruuli, mater: quibus omnibus in Scriptura Deus comparatur. Sic Iosaphat Rex, ab hostibus vndique pressus: *Quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum, vt oculos nostros ad te dirigamus.* Sic monet Petrus: *Omni sollicitudinem vestram projcite in eum, quoniam ipsi est cura de vobis.* Sic Paulus: *Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione*

*obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestra inno-*  
*tescant apud Deum. Rationem adfert David: Exaudi me* *psal. 68.*  
*Domine, quoniam benigna est misericordia tua. Sicut enim* *Similia,*  
 non grauat puerperam distenta lacte vbera gestantem in-  
 fantulus qui ea sugit; sed potius alleviat & delectat: sic diui-  
 næ bonitati exuberantissima molestus non est, sed acceptis-  
 simus, quisquis ei miserendi materiam præbet. Et quemad-  
 modum in naturalibus forma magis appetit materiã, quàm  
 materia formam, quia hæc necessitate naturali, illa boni-  
 tate naturali appetit: sic Dei amor est fortior & propensior  
 erga nos, qui ex bonitate nascitur, quàm noster erga eum,  
 qui ex necessitate oritur. Hanc paratissimã Dei inuocanti-  
 bus eum misericordiam, modis omnibus Christus in Euan-  
 gelio commendat. *Si vos, quum sitis mali, nobis bona data* *Matth. 6.*  
*dare filiis vestris, quanto magis Pater vester qui in caelis est!*  
 Quis vnquam de causa desperet; quis certissimã victo-  
 riam non expectabit, quando Iudex ipse partem litigantem  
 & ad supplicandum hortatur, & formam supplicandi docet,  
 & facilem impetrationem spondet? At hæc omnia nobis  
 præstitit Christus Iudex noster, vt omnes difficultates su-  
 peramus. Monet vt oremus. Docet orare. Promittit iterum  
 atque iterum: *Petite, & accipietis, &c.* Sed nostrum est Chri-  
 stum quasi dormientem suscitare, vt hic Apostoli fecerunt. *Matth. 7.*  
*Exempla.*  
 Docet nos suo exemplo David: *Exurge, quare obdormis Do-*  
*mine? Exurge, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum.* *Psal. 43.*  
 Hanc operam nostram & industriam laudat Deus: *In tribu-*  
*latione inuocasti me, & liberauit te: exaudiui te in abscondito tē-*  
*pestatis.* Negligentes nos hac in parte, & torquentes, vech-  
 menter ipse excitat & inuitat, idque peccatores deploratã  
 nequitia. Sic apud Ieremiam: *Frons meretricis facta est tibi* *Ierem. 3.*  
*noluisti erubescere. Ergo saltem amodo voca me. Pater meus*  
*es tu, ilux virginitatis meæ. Nunquid irascēris in perpetuum,*  
*aut persuerabis in finem?* Esaias, explicata impiorum nequi-  
 tia, ad orationem confugit: *Va qui prædabis, nonne & ipse* *Esaiæ 33.*  
*prædaberis? &c. Domine misereri nostri. Te enim expectauimus.*  
 Esto brachium nostrum in manẽ, & salus nostra in tempore tri-  
 bulationis. Susanna castissima, in extremo vitæ & infamiae  
 periculo posita, ad orationem confugit: *Deus æterne, qui ab-* *Dan. 13.*  
*sconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis*  
*quoniam falsum testimonium tulerunt contra me.* Moxque  
 spiritũ pueri Danielis Deus excitat, qui eam liberat. Israëlita

5.  
Judic. 19. & 27.

6.

8. Paral. 18.

7.

1. Reg. 17.

Simila.

Serm. 226.

De temp.

3. Reg. 18.

Epist. 31.

Lib. 1. de orati-  
do. Dom.

Alia exem-  
pla.

De Civit. Dei.

lib. 5. cap. 26.

Baptista Ful-

gosiuss, lib. 1.

Cap. 1.

Zonaras in

Valente.

Apud Zon-

aram tomo 3. in

Anastasio.

etiam, repulsa semel accepta à Deo, quia toties eum dereli-  
quarant, perseverantes tamen clamaverunt: *Peccavimus, Red-  
de tu nobis quicquid tibi placet. Tantum nunc libera nos.* Exau-  
diuit eos Deus, & Iephthæ Duce dato, liberavit eos à iugo fi-  
liorum Ammon. Rex Iosaphat ab equitatu Syriorum cir-  
cundatus, & in summo discrimine positus, *clamavit ad Do-  
minum, & auxiliatus est ei, & auertit eos Dominus ab illo.* Eze-  
chias Rex sua oratione in templo facta, prostravit Senna-  
cherib cum exercitu 185000. hominum. Hæc & alia ex Scri-  
pturis exempla in hunc locum afferri possunt, vt doceatur  
populus exemplo Apostolorum in hoc Evangelio, perpetuò  
& semper, in omni quacunquẽ necessitate, ad Deum ora-  
tione confugere. Medici pro morborum varietate, varia  
ægris medicamenta applicant: sed oratio medicamentum  
generale est, quod omnes tam animi quàm corporis morbos  
sanat. Orationis efficacia nunquam satis à Patribus laudari  
potuit, Augustinus eam vocat *Clauem cæli*: & certè Elias  
aperuit cælum precibus suis, eodem ferè tempore & ignem  
ad sacrificia, & aquas ad terræ fructus è cælo deducens.  
Paulinus vocat eam, *tabulam naufragorum*, que in tot &  
tantis nos fluctibus mundanis tutos ad portum vehit. Chry-  
sostomus *anima solem* nuncupat: quia vt sol mundum, sic  
oratio mentem illuminat. Theodosius de suis hostibus de-  
cuplo fortioribus, pernoctans pridie pugnæ in oratione,  
amplissimam victoriam reportauit, non sine manifestis di-  
uini auxilij indicijs, vt latè describit Augustinus. Heraclius  
Imperator frequentibus supplicationibus ieiunia atque ora-  
tiones addens, Chosdroem Persarum Regem, etli viribus  
multo inferior, duobus maximis prælijs superauit. Masel-  
cerus Africæ Comes, ad prælium se, per orationes inter  
eremitas ac sacerdotes medius orans, sic munivit, vt cum  
quinque millibus hominum, Gildonem fratrem octoginta  
millia pugnatorum ducentem vicerit ac deleuerit. D. Basi-  
lius suis & suorum precibus clausas Nicææ Ecclesias resera-  
uit, frustra hoc orantibus Arianis; quum Valens Imperator  
illis ecclesias decreuisset, ad quorum preces sua sponte pa-  
tescerent. Sed illustre admodum huius rei exemplum com-  
memorat Cedrenus apud Zonaram, cuius historiæ Cedrini  
additiones inseruntur, his verbis: *Castrum est in Persa-  
rum, atque Indorũ consinio, nomine Tquader, in quo multum  
pecunie, margaritarum, & lapidum pretiosorum repositũ, à ds-  
monibus*



monibus asseruabatur. Cabades Rex Persarum, ea re percepta, castrum occupare est enixus. Cùmque ei à demonibus obsteretur, omnibus & Magorum & mox Iudaorum tentatis artibus, impos propositi fuit. Ergo quum ei persuasum esset Christianorum ad Deum precibus eo se potiri posse: hoc à quodam Episcopo Christianorum in Perside agentium contendit. Is synaxi coacta, cum diuinis mysterijs communicasset, ad locum accedens, demonas ibi morantes exegit, castrumque Cabada nullo labore occupandum tradidit. Quo miraculo Cabades attonitus, primum in consensu locum Episcopo ei tribuit, quem hactenus Manichæi & Iudæi tenuerant: liberam quoque potestatem fecit ijs qui baptizari uellent. Hæc ibi. Est nempe oratio sicut uena auri inexhausta, in qua quoties fodis, toties auri massam inuenis. Alexander, Patriarcha Alexandria, quo tempore regnauit Constantinus, primus Imperator Christianus, indicta Synodo omnium qui ei subiecti erant Episcoporum, volebat gentiles statuas, quæ in Ægypto adhuc multæ supererant, communibus precibus euertere. Itaque omnes Episcoporum communibus precibus deiectæ sunt, vna sola excepta, quæ S. Spiridionis orationi reseruata fuit, Deo tunc sanctum illum virum sic honorare uolente. Alia huiusmodi exempla de admirabili orationis efficacia uide in Collationibus sacris Tilmanni Bredenbachij; & apud Marcum Marulum in libro Exemplorum, qui plurima diligenter & data opera collegit. Nos, quæ apud illos non sunt, annotauimus.

In uita S. Spiridionis, apud Sar. tom. 6. pag. 378.

Lib. 1. & 4. Lib. 2. cap. 2.

#### 4. Quid timidi estis, modica fidei?

**L**ocus moralis de fiducia in Deum, in medijs periculis & malis nunquam deponenda. Apostoli enim non eo quòd orabant, dicentes, Domine salua nos, à Christo reprehenduntur; sed eo quòd addiderunt, Perimus. Illa enim vox diffidentiae erat, & modicæ fidei, maximè præsentè Christo, quo nisi pereunte, perire non poterant, quum in eadem nauì nauigarent, ut in altero Promptuario ostendimus. Docet ergo hic locus, tum in proprijs malis & difficultatibus, tum in publicis Ecclesiæ periculis & damnis, nunquam de Christi auxilio & præsentia dubitare, nunquã illam uocem usurpare, Perimus. Actum est de Ecclesia per istas hæreses: actum est de nobis. Certè quod ad Ecclesiam attinet, in eadem

De fiducia in Deum.

Ecclesia perire  
non potest.

Philip. 3.

1. Cor. 15.

In die S. Petri.

Sap. 11.  
Similia.

Hebr. 6.

Hebr. 10.

Ioan. 13.

1. Reg. 2.

Psal. 26.

Exempla.

Seuerus Sulpi-  
cius, in vita ei<sup>9</sup>.

naui nauigat cum illa Christus. Caput enim à corpore non  
seiuungitur. Perire Ecclesia de hoc mundo non potest, nisi  
Christo quoque, vt homine, per passionem à Deo Patre glo-  
rificato pereunte; id est, nisi Christi gloria illa pereunte, de  
qua Paulus dixit: *Humiliauit seipsum, &c. vsque ad mortem:*  
*Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi Nomen, quod*  
*est super omne nomen, & quæ sequuntur: vt omnis lingua*  
*confiteatur, quia Iesus est in gloria Patris.* Sed vt hanc Christi  
gloriam vsque ad seculi finem stabilem permanere, donec  
tradiderit regnum Deo Patri, nemo nisi infidelis negauerit;  
sic Ecclesiam vel peruisse de mundo per aliquod secula (vt  
multi hodie hæretici sustinent) vel in periculo esse ne pereat  
de mundo, non modicæ tantum fidei, sed & nullius. De hac  
materia in altero Promptuario plura. Ad priuata cuiusque  
pericula & difficultates quod attinet: Vt timor filialis bo-  
nus est, ne propter peccata, quibus Patrem cælestem offen-  
dimus, ab eo deseramur; ita fiducia necessaria est, vt ab eo  
nos non deserendos bene semper speremus. Prima ferè Sa-  
pientis vox illa est: *Sentite de Domino in bonitate, & in sim-*  
*plicitate cordis querite illum.* Si enim etiam inter homines  
hoc sæpè accidit, vt inimicus inimicum in aliquo periculo  
constitutum, ad se confugientem recipit, maximi hoc ho-  
noris loco ducens, & generosi pectoris esse iudicans, quanto  
magis Deus absque dubio humiliter & veraciter ad se con-  
fugientes recipiet? Retinendâ igitur hæc fiducia ad extre-  
mum vsque periculum, tanquam anchora fortissima. *Con-*  
*fugiamus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram*  
*habemus animæ tutam ac firmam; & incedentem vsque ad in-*  
*terius velaminis, id est, in cælum vsque, cuius typus erat san-*  
*cta sanctorum.* Et rursum illis, qui rapinam bonorum pro  
Christo passi erant, dicit idem Apostolus: *Nolite amittere*  
*confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.*  
Certè viri sancti in maximis periculis maximam fiduciam  
conciipiunt. Sic Iob: *Etiamsi me occideret, in eo sperabo.* & S.  
Anna, Samuelis mater: *Dominus mortificat, & viuificat: de-*  
*ducit ad inferos, & reducit.* Et iterum: *Dominus illuminatio*  
*mea & salus mea: quem timebo?* & quæ toto ferè Psalmo se-  
quuntur. S. Martinus à latronibus captus, & librata in caput  
eius securi, sed altero latrone ictum retrahente seruatus, ro-  
gatus postea an tunc timeret, constantissimè profitebatur,  
nunquam se tam fuisse securum, quia sciret misericordiam  
Domini maximè in tribulationibus affuturam. Vencestaus  
Bohemiz,

Bohemiæ Rex, quum toto exercitu profligato, & viribus fractis, captiuus teneretur, rogatus quo animo esset, respōdit: Nunquam meliori. Quum enim, (inquit) omnibus humanis præfidiis vallatus essem, vix de Deo cogitandi spacium dabatur: nunc illis omnibus exutus, Deum solum cogito, & in eo spem meam omnem colloco, qui me, sat scio, non deseret, sed inuocantem exaudiet. S. Hugo, Lincolnensis in Anglia Episcopus, quum nocte quadam à grauius curis & sollicitudinibus distractus & infestatus, eas excutere non valeret, ideoque perturbari animo cœpisset; mox ad se reuersus, grauius ingemuit, & primo mane confessarium accersit, valde se peccasse pronuncians, quòd non sic, vt decet hominem Christianum, omnem curam suam iactasset in Dominum, sed perinde ac si propriis aduentibus fidendum illi esset, discrucari & angere inaniter cœpisset. Hanc autem in Deum fiduciam & confidentiam ethnici ipsi ad nostram confusionem docere possunt. Marcus Antoninus pius Imperator, reprehendenti cuiusdam cum, quòd in hostes mitis fuisset, & coniuratis quos vicerat, pepercisisset, ac dicenti, Quid si hostes te vicissent? grauius respōdit: *Nos nō sic deos colimus, nec sic viuimus, vt illi nos vincāt.* Quāto magis Christianus, Christum colens vt oportet, nihil aduersum formidare debet, memor eius quod Propheta scripsit: *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Et rursum: *Nunquam vidi iustum derelictum, & semen eius querens panem.* Et iterum: *Renuit consolari anima mea: scilicet ex rebus terrenis, quas mihi omnes aduersas vidi.* Memor fui Dei, & delectatus sum? Memor bonitatis, memor promissionum, memor beneficiorum eius. Et Apostolus: *Si Deus nobiscum, quis contra nos?* Illustre est exemplum veteris populi, quum Abias, Rex Iuda, Ieroboam & Israël maximo prælio vinceret. Ait enim Scriptura: *Humiliati sunt filij Israël in tempore illo, & vehementissimè confortati filij Iuda, eo quòd sperassent in Domino Deo Patrum suorum.* Hæc ergo fides magna, & fiducia in Deum, amplissimæ victoriæ causa fuit: nam & Rex ipse Abias sic loquebatur ante pugnam initam, quum copiæ Israëlitarum duplo maiores essent, quàm filiorum Iuda: *In exercitu nostro Dux Deus est, & sacerdotes eius.* Hæc Dei præsentia, cultusque verus, causa fiduciæ; hæc fiducia causa victoriæ fuit. sic iterum Dauid: *Non in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me (sola scilicet, vt solis humanis præfidiis nitar) sed in nomine tuo Domine sper-*

*Aeneas Sylvius in hist. Bohem.*

*In vita ei apud Surium, cap. 21.*

*Brussonius lib. 5. cap. 26.*

*Vulcat. Gallic. in Auidio Cassio.*

*Apophthegma.*

*Psal. 54.*

*Psal. 36.*

*Psal. 76.*

*Rom. 4.*

*Exemplum.*

*2. Paralip. 13.*

*Ibidem.*

*Psal. 43.*

*nemus insurgentes in nobis. Et iterum: Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. Talis erat pufilli Dauid contra gigantem Goliath victoria: Ego venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israël. Tales erant Machabæorum victoriae contra Antiochi Duces: Sicut fuerit voluntas in caelo, sic fiat. Hoc totum docere voluit Christus, dicens Apostolis suis, adhuc in schola eius nouitiis, & ad praesens periculum trepidantibus: Quid timidi estis, modica fidei?*

5. *Tunc surgens, imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna.*

Tribulatio ver  
tutur in gaudiu.

**L**OCVS moralis de summa Dei clementia, qui post tribulationum procellas, serenitatis pacem adfert. Christus enim clamantes ad se Apostolos, non solum periculo eximit, aut modum tempestati imposuit, ac calamitatem mitigauit; sed tum potentiam suam ostendendo, *imperauit ventis & mari* (quod doctrinae locus est) tum bonitatem admirabilem declarando, *tranquillitatem magnam fecit*. Has enim tribulationum & tentationum nostrarum catastrophas, Dei clementia facit: *Vos contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium*. Sic apud Esaiam: *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui*. Et iterum Christus ipse: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*. Et addit Ioannes: *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra*. Haec est tranquillitas magna post calamitates praesentes. Sed & in hac vita quoque (nam illa retributio aeterna alterius loci est) suos semper ita consolatur Deus, ut post tempestates succedat tranquillitas magna. Tobias post caecitatem recuperat visum, videtque filios filiorum suorum, & (ut ait Scriptura) *reliquum vitae suae in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace*. Iob post plagas suas accepit omnia duplicia, & post illas vixit annis centum quadraginta, & vidit filios filiorum suorum, usque ad quartam generationem. Sic Ioseph post exilium & carceres, sic Dauid post longam Saulis persecutionem, sic Iacob post longum de Ioseph perditio mœrorem, tranquillitatem maximam inuenerunt, in summa pace florentes. Audiens enim Iacob

nuntiantes

Ioan. 16.

Esaias 54.

Matth. 5.

Apoc. 21.

Tob. 14.

Iob 42.

nuntiantes ei filios, & dicentes, *Ioseph uiuit, & ipse domina-* Genes. 45.  
*sur in omni terra Aegypti, quasi de graui somno euigilans, ta-*  
*men non credebat eis. Cum autem uidisset plaustra, & uniuersa*  
*qua miserat Ioseph, reuixit spiritus eius. Sic uidelicet To-* Tob. 13.  
*bias dixit Deo: Tu flagellas, & saluas; tu deducis ad inferos, &*  
*reducis. Hoc est quod Dauid dixit: Secundum multitudinem* Psal. 93.  
*dolorum meorum cōsolationes tua latificauerunt animam meā.*  
 & quod Apostolus primū de seipso dicit: *Sicut abundant* 1. Corin. 10.  
*passiones Christi in nobis, ita & abundat per Christum consola-* 2. Cor. 1.  
*tio nostra. Deinde nos docet, dicens: Fidelis Deus, qui nemi-*  
*nem tentat supra id quod potest: sed dat etiam cum tentatione*  
*prouentum, ut possitis sustinere. hoc est, dat post procellam*  
*tranquillitatem, subministrans gratiæ vires, quibus procel-*  
*la sustineri queat, donec finiatur, & (vt alia Scriptura dicit.)* Psal. 36.  
*Donec transeat iniquitas. In umbra (inquit) alarum tuarum*  
*sperabo, donec transeat iniquitas. Nempe sicut hi qui agonibus*  
*presunt (ait Origenes) eos qui ad certamen veniunt, non vecū-* Similia.  
*que, neque fortuito inter se sinunt inire certamina; sed diligentī* De princip. lib.  
*examinatione, prout viderint corpora vel atates, a quissima* 3. cap. 2.  
*comparatione iungentes illum cum illo, ut pueros cum pueris, vi-*  
*ros cum viris, &c. ita intelligendum est de Deo, quod homines,*  
*qui in hos humana vitæ descendunt agones, iustissima ratione*  
*dispenset, secundum rationem vniuscuiusque virtutis, quam ipse*  
*solus agnoscit; ut alius quidem pugnet aduersus carnem, talem*  
*& tanto tempore, alius verò non tanto; tum vt alius resistat*  
*aduersus inimicā potestatem hāc vel illam, aliud aduersus duos*  
*vel tres simul. & sic in aliis. Nimirum conflictus isti nostri*  
*contra carnem, contra diabolum, & contra mundi illece-*  
*bras, sunt procellæ, & tempestates, & venti, quibus in hoc*  
*mari magno & spatioso huius mortalis vitæ periclitamur, &*  
*quidem mergi incipimus, si Christus in nobis dormiat, nisi*  
*feruenti oratione eum, id est, fidem & fiduciam in illum*  
*nostram excitemus, vt ille imperet ventis, fiatque tranquil-* Psal. 67.  
*litas. Hoc enim pietatis officium si præstamus, dicemus cum* lona 1.  
*Propheta: Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in*  
*refrigerium. Et cum alio propheta: Omnes gurgites tui, & flu-*  
*ctus tui super me transierunt, & ego dixi: Abiectus sum à facie*  
*oculorum tuorum. Veruntamen rursus videbo templum sanctū*  
*suum. Hic enim Ionas non Christi tantū, sed & omnium*  
*nostrum typus erat. In maximis periculis, nempe in profun-*  
*do maris, bona spe plenus est. Philo Iudæorum legatus apud*  
*Caicm Caligulam Imperatorem, nec repulsam tantū passus,*

Iosephus Antiq.  
Iudaicarum lib.  
18. cap. 10.

sed acerbissimè & contumeliosè reiectus, sapientissimè dixit: Bono animo nos esse oportet quibus iratus est Caius: nunc enim Deus nobis contra illum aderit. Quod ita factum fuisse, seq. cap. apud Iosephum mirabiliter narratur.

## EVANGELIUM DOMINICÆ V.

POST EPIPHANIAM.

Matth. 23.



**D**IXIT Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit. Cùm autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui Patris-familias, dixerunt ei: Domine, nõne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis imus & colligimus ea? Et ait: Non; ne forte colligentes zizania, eradicetis & triticum. Sinite utraque crescere vsque ad messem: & in tempore messis, dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.

## PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. Qui seminavit bonum semen in agro suo. De bono semine legis & gratiæ per Christum seminato.
2. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus eius. De negligentia Christianorum post acceptam gratiam.
3. Venit inimicus eius, & superseminavit zizania. De mali otij fructibus pessimis, & de diaboli vigilantia.
4. Vnde ergo habet zizania? Contra iniquitatis abundantiam, abundante Christi gratia.
5. Inimicus homo hoc fecit. De pugna nostra necessaria corra diabolũ.
6. Serui autem dixerunt ei: Vis imus & colligimus ea? De zelo iustorum contra peccata.
7. Ne forte colligentes zizania, eradicetis & triticum. Tolerari malos, vt fiant boni.
8. Sinite utraque crescere vsque ad messem. Tolerari in mundo malos propter bonos, & in medio malorum conservari bonos.
9. Colligite zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. De terribili impiorum iudicio in consummatione seculi.

## 1. Qui seminavit bonum semen in agro suo.

**L**ocus moralis de bono semine legis & gratiæ, quod in  
 cordibus fidelium Christus seminavit. Et si enim Christus <sup>De semine gratiæ.</sup>  
 ipse, hanc parabolam edisserens, *per bonum semen, filios regni, per agrum mundum hunc* intelligi exponit: tamen quia filij  
 regni non nisi per fidem, per legis observationem, & per gra-  
 tiam sunt tales filij; & mundus in quo Christus hoc se mina-  
 vit, non est mundus impiorum, de quo suis Apostolis dicit, *Ego  
 elegi vos de mundo. Si de mundo essetis, mundus, quod suum esset, di-  
 ligeret,* & c. sed est mundus piorum, & vera Ecclesia Christi, de  
 quo mundo dixit, *Filius hominis non venit ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum:* idcirco bonum semen in agro  
 est Dei gratia in corde pio. Christus ergo in agro Ecclesiæ  
 suæ seminavit filios regni, verbo & prædicatione sua, exem-  
 plo & miraculis suis, gratia & sacramentis suis, primò per  
 seipsum, postea per eos quos misit in mundum, multa semi-  
 navit, multos ad fidem traxit, doctrinam purè Euangelicam  
 per omnes gentes disseminavit. De hoc Esaias: *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei.* id est, in loco edito & excelso, eo-  
 demque frugifero & oliivo consito, Ecclesia enim Christi, <sup>Esaias 5.</sup>  
 est ciuitas supra montem posita. In eam Christus Spiritum san- <sup>Matt. 5.</sup>  
 ctum effudit abundè: *diffusa charitate* (quæ per oleum signi- <sup>Tit. 3.</sup>  
 ficatur) *in cordibus fidelium.* Et *sepelivit eam, lege mandatorum* <sup>Rom. 4.</sup>  
 & Angelorum custodia. *Angelis enim suis mandavit de ea, ut* <sup>Psal. 90.</sup>  
*custodiant eam in omnibus vijs suis.* Et de lege Dei dicitur: *Ne* <sup>Prou. 4.</sup>  
*dimittas eam & custodiet te, dilige eam, & conseruabit te.* Nam  
 ut sepes agros à bestiarum incurfu, sic leges Dei fidelium ani-  
 mas à vitiorum imperu & ingressu defendunt. Sequitur in  
 Esaias: *Et lapides elegit ex illa.* id est, omnia impedimenta salu-  
 tis abstulit, præterita peccata delèuit, *tollens chirographum quod* <sup>Coloss. 2.</sup>  
*contranos erat, & affigens illud Cruci.* Idola, superstitiones,  
 ignorantias, luce prædicationis Euangelicæ sustulit. Dura  
 corda emolliuit. *Abstulit cor lapideum, & dedit cor carneum,* <sup>Ezech. 36.</sup>  
 docile videlicet, & ad omne bonum flexile. Deinde plantavit  
 vineam electam.

Sublatis enim impedimentis, *mundavit Ecclesiam sanguine suo, in lauacro aquæ, & verbo vitæ, ut esset sine macula & ruga:* <sup>Ephes. 5.</sup>  
 mundavit sibi populum acceptabilem, *sectatorem bonorum ope-* <sup>Tit. 3.</sup>  
*rum.* Porro *edificauit turrim in medio eius.* Dedit Apostolos, <sup>Ephes. 4.</sup>  
 Prophetas, Doctores, Pastores, *in edificationem corporis sui, in* <sup>Matt. 5.</sup>  
*consummationem*

*consummationem sanctorum. Istis dicit: Vos estis lux mundi. Vos estis ciuitas supra montem posita. Hos dedit speculatores domui suæ, tanquam turrem in vinea, tanquam speculam in agro, vt regant Ecclesiam suam. Postremò, (vt nihil defit) Torcular extruxit in ea. Plurimam & gloriosam patientiæ materiam dedit, ad probationem sanctorum, & ad confirmandam spem gloriæ filiorum Dei. Nam vt in torculari vineæ fructus compressi & calcati, optimum vinum reddunt: sic in tribulatione & afflictione fidelium, virtutes eorum optimum odorem spirant, fortiùs operantur, clariùs elucent, copiosius concurrunt. Vnde Iacobus: *Omne gaudium existimate fratres, quum in varias tentationes incideritis, scientes quòd probatio fidei vestra* (hæc est torcular nostrum) *patientiam operatur: patientia autem perfectum opus habeat, vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.* Hæc videlicet est perfectio filiorum regni, non solum declinare à malo, & facere bonum, sed etiam *per multas tribulationes ingredi in regnum Dei, pati persecutiones in hoc seculo: & in patientia sua possidere animas suas: Denique tollere vnumquemque crucem suam, & sequi Christum.* His ergo præmissis concludit Propheta: *Quid est quod debui ultra facere vinea mea, & non feci?* Sic seminauit Christus bonum semen in agro suo. Rursum torcular extruxit Christus in vinea Ecclesiæ suæ, quia reliquit in ea fructum passionis suæ. In ea enim torcular calcauit solus, & non erat de gentibus vir cum eo. Vel quia solus ab omnibus etiam suis, adeoque à Deo Patre derelictus, Crucem pertulit, vel quia talem Crucem nemo sustinuit, & non erat *similis dolor, sicut dolor eius,* vel quia ratione personæ quæ patiebatur, talis alia passio, tale torcular non fuit. Ex hoc autem torculari fluxerunt Sacramenta salutis nostræ, ex hoc Spiritus gratiæ quem accepimus: *Nam Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat* (per mortem) *glorificatus.* ex hoc denique fons meritorum nostrorum deriuatur, & poculum immortalitatis nostræ bibitur. Sic ergo suam vineam excoluit: sic bonum semen seminauit.*

De hoc suo seminandi labore, cuius fructus postea Apostoli & eorum successores collegerunt, sic ad eos Christus suauissimè loquitur: *Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia alba sunt iam ad messem.* Dixit hoc Christus post Samaritanam illam conuersam, & Gentium conuersionem futuram in Spiritu præuidens atque prænuncians. *Et quis metis, mercedem accipit, & congregat fructum in vitâ æternam.*

Simile.

Iacobi 1.

Act. 14.

Luca 18.

Luca 9.

Esaiæ 5.

Esaiæ 63.

Ioan. 4.

Ioan. 4.



*(Qui enim elucidant me, dicit Sapientia, vitam aeternam habebunt: & qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt ut stelle in perpetuas aeternitates) ut & qui seminat simul gaudeat & qui metit. Ait enim postea suis: Ego veniam & assumam vos ad me ipsum. Et Patri caelesti dicit: Volo Pater, ut, ubi ego sum, ibi sit & minister meus. Tunc quippe congauget Christus cum Apostolis, Pastoribus, Doctoribus, quos in Ecclesia posuit. Sequitur in verbis Christi: In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis. Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiistis. Christus enim laborauit, in humilitate incarnationis suae, formam serui accipiens, in doctrina & praedicatione sua, in Cruce & tota Passione sua. Nam propter haec omnia datus est Spiritus gratiae. Apostoli postea id docentes quod Christus docuerat, & sola manu impositione Spiritum sanctum dantes, introierunt in labores Christi, id est, fructum eius collegerunt, conuertendo populos. De hoc bono semine, quod bonus paterfamilias Christus pro sua diuina bonitate in agro cordis seminauit, dicit beatus Petrus: Animas vestras castificantes, in obedientia charitatis, (erga Ecclesiae praepositos, seminantis ministros) in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicem diligite attentius. His enim duobus castificatur anima, ne fornicetur a Deo, cui desponsata est; si Ecclesiam obsequenter audimus, & fraternam charitatem retinemus. Nam & qui diligit proximum, legem impleuit, & ait de suis Praepositis Christus: Qui vos audit, me audit. Sed vnde haec animae castificatio & puritas? Sequitur apud Petrum: Renati non ex semine corruptibili (quod enim de carne natum est, caro est, & carnaliter affectum) sed incorruptibili per verbum Dei viui, & permanentis in aeternum. Hoc verbum Dei viui, est tota praedictio Evangelica, quam a Christo seminante Apostoli acceperunt: nobisque tradiderunt. Haec praedictio est semen incorruptibile, purum, sincerum, non admixtum zizaniis, non caducum aut fluxum, sed firmum & stabile, & ut Paulus ait, ad salutem omni credenti.*

Omnis humana doctrina, persuasio, philosophia, sapientia, vana est & inepta, multisque erroribus corrupta; fluxa quoque & fragilis, ac citò intermoritura. Vnde Petrus subiungit: Quia omnis caro foenum, & omnis gloria eius tanquam flos feni: exaruit foenum, & flos eius decidit, verbum autem Domini manet in aeternum. Hoc est autem verbum quod euangelizatum est in vobis. Hoc ergo verbum euangelizatum, haec tota praedictio

Ecclesi. 24.  
Dan. 3.

Ioan. 15.

Ioan. 4.

1. Pet. 1.

Rom. 12.

Ioan. 1.

Rom. 1.

1. Petri 1.

dicatio Evangelica, tota Christi cælestis doctrina per Ecclesiæ ministerium nobis prædicata & tradita, est *semen incorruptibile*, quod bonus pater-familias seminavit in agro suo. Rursum interna Spiritus sancti dona, & gratiæ munera, per qua diuina natura consortes nos fecit (vt idem Petrus loquitur) sunt hoc semen. De quo diuus Ioannes: *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.* Quod tantum valet atque illa Christi verba: *Non potest arbor bona malos fructus facere.* id est, voluntas bona non potest nisi actiones bonas proferre: quamdiu scilicet & quatenus bona est. Est autem voluntas bona per gratiam, quam omnes renati in Christo accipiunt, tanquam semen nouæ vitæ. Hoc Apostolus dixit: *Peccatum vobis non dominabitur. Non enim estis sub lege, sed sub gratia:* quod aliis verbis dixit, *Non accepimus spiritum seruitutis in timore* (lex enim iubendo, vetando, comminando, non nisi terret: & seruiliter quasi sub iugo premit) *sed accepimus spiritum adoptionis filiorum Dei in quo clamamus, Abba pater.* id est, spiritum dilectionis. Est autem dilectio, seu *charitas Dei diffusa in cordibus nostris*, primum & præcipuum donum gratiæ per Spiritum sanctum. Hæc charitas Dei, hoc donum gratiæ, est semen nobis datum à Christo, quando illum per Baptismum induimus, vel quando per veram penitentiam ei reconciliamur. Tunc enim reddidit nobis *stolam primam.* Hoc semen qui habet, & in quo manet, ille non peccat, nec peccare potest, ad mortem scilicet, vel sic, vt desinat esse filius Dei, vel, vt Ioannes loquitur, *natus ex Deo.* non potest, inquam, ex potentia habitus gratiæ, etsi possit potentia naturæ. Hoc est bonum semen, quod, vt nascerentur nonni filij Dei, filius hominis seminavit in agro suo. Nam vt ager habet potentiam ad producendum triticum, & alia grana (quam saxum non habet) sed illa potentia sine semine iacto nulla est: sic cor humanum possibilitatem ad bonum habet, post peccatum relictam, sed illa possibilitas nulla esset, nisi semen diuinæ gratiæ cordi infunderetur.

Et sicut semen iactum etiam in terram bonam, tamen non germinat, nisi pluuia tempestatiua rigeretur: sic semen gratiæ corde infusum, non germinat fructum boni operis, sine verbo fidei prædicato. *Quomodo enim credent sine prædicante?* De quo ministerio ait Apostolus: *Ego plantavi, Apollo rigauit, & mox: Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt.* Prædicatio enim verbi incipientes plantat, proficientes rigat. Christus autem

*Ibidem.**1. Ioan. 3.**Matth. 7.**Rom. 6.**Rom. 8.**Rom. 4.**Lucæ 15.**Simile.**Rom. 10.**1. Cor. 3.*

autem utroque modo seminavit bonum semen, & plantavit, quum in terris doceret. Sed nunc in gloria Patris seminat quotidie per seipsum, plantat & rigat per ministros suos. Hic locus de bono semine, et si magis ad doctrinam quam ad mores facere videatur, tamen tractari hic debuit, & explicari, quia fundamentum est locorum omnium quæ ad mores pertinentia, mox tractabuntur.

2. *Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius.*

**L**ocus moralis de summa renatorum in Christo negligentia, qui, accepto bono semine agriculturæ diuinæ, accepto verbo prædicationis Evangelicæ, accepto semine incorruptibili regenerationis novæ, habentes vineam & agrum cordis sui omnibus modis excultam (ut supra ex Esaiâ ostendimus) nihilominus tamen tam altè dormierunt, ut potuerit inimicus homo sua superfeminare zizania. Somnus iste negligentia altus & profundus fuit, quem sic exaggerat Paulus: *Impossibile est, eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesq; seculi venturi* (id est, qui bonum semen acceperunt, ut in superioribus explicatum est) *prolapsi sunt, rursus renouari, &c.* Videbimus ergo primum, quid sit hoc loco dormire; postea, quam graue hoc sit vel peccatum, vel detrimentum. *Dormiunt homines*, accepto bono semine in agro cordis sui, qui in vacuum Dei gratiam accipiunt. Vnde Apostolus sic suos excitat, ne dormiant: *Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te.* Sic Propheta dixit: *Quis ascendet in montem Domini; &c. Qui non accepit in vanum animam suam.* In vanum aliquid accipitur, quando in eum finem, cui destinatum erat, non applicatur. In vanum vestem tibi emisti, si eam nunquam indueris. In vanum accipis animam tuam, Dei gratiam, & bonum semen, si ad desideria caelestium, & ad bonorum operum fructum, ad quæ obtinenda anima creata, & cætera data fuere, ea diligenter & vigilantè non dirigas. Sed ad particularia veniendo, dormitur in singulis diuinæ gratiæ, & boni seminis neglectibus & abusus, dum non fit quod Apostolus monet: *Contemplantès ne quis desit gratia Dei* (id est, ne abutatur bono semine, aut vsum eius negligat) *ne qua radix amaritudinis, id est, amara radix,*

Negligentia  
Christianorū.

Hebr. 6.

Loci partitio.  
Dormire quid  
sit.

2. Cor. 6.

Psal. 23.

Simile.

Hebr. 12. i

radix, praua & vitiosa, *sursum germinans impediatur*. Sicut enim ex agricolæ negligentia herbæ malæ succrescentes segetem impediunt; sic operationem gratiæ, succrescentia vitia. Vnde Apostolus paulo antè ibidem: *Remissas manus, & soluta genua erigite*. id est, torporem & negligentiam excutite. Dormit in causâ fidei (quod est præcipuum) & zizanij hæresum in corde suo seminandis lacum præbet, qui non facit quod Apostolus dicit: *Vigilate, stete in fide, viriliter agite, & confortamini*. & rursum quod Christus monet: *Attendite vobis à falsis Prophetis*. & rursum: *Probate spiritus an ex Deo sint*. Hæc enim omnia vigilantiam, attentionem, & diligentiam notant, somno contrariam, vt in altero Promptuario ostensum est. Porro quis ille somnus sit, propter quem hæresum zizania seminantur & crescunt, in eodem quoque Promptuario explicatum est, in festo SS. Simonis & Iudæ. Dormit omnis, & pessimum somnum dormit, qui odio fratris laborat. *Qui enim odit fratrem, adhuc in tenebris manet*, ait diuus Ioannes. Tenebras autem affectat omnis qui dormit, adeo vt de die dormiens, vel fenestras claudat, vel faciem cooperiat dormiturus. Dormit carnalis & libidini deditus. Vnde Apostolus, quum dixisset: *Qua enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere*, adiecit: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus*. Dormit omnis auarus, & suauissimè (vt sibi videtur) quiescit, dicens: *Requiesce nunc anima mea, habes multa bona reposita in annos multos*. Sed istorum somnum deridet Scriptura, dicens: *Dormierunt somnum suum omnes viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis*. Dormit gulosus & ventri deditus, quem his verbis D. Petrus stertentem excitat: *Fratres, sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam Leo rugiens circumit, quærens quem deuoret*. Dormit propriissimè & altissimè, stertit omnis negligens, in deuotus, & salutis suæ curam non habens: de quo Sapiens: *Piger complicat manus suas: vult & non vult piger. Sicut cardo in ostio, sic piger in lecto suo vertitur. Dicit piger: Leo est in via: in media platea occidendus sum*. Sic somno suo scilicet indulget. Omnia illi difficilia, omnia impossibilia videntur. Nullum adhuc ille tempus surgendi à peccato, nullum bene operandi tempus inuenit. At omnis Scriptura, nos, nos, inquam, in Christo renatos, & bonum semen, & filios regni, ad vigilantiam hortatur, à somno deterret, ne dormiamus, & locum diabolo dormientes demus, crebre rimè excitat. Christus clamat & repetit:

*Vigilate*

1. Cor. 16.

Matth. 7.

Dom. 7. post  
Pentec.

1. Ioan. 2.

Ephes. 5.

Luca 13.

Psal. 75.

1. Petri 5.

Prou. 13. 19. 22.

*Vigilate: quod vobis dico, omnibus dico, vigilate. Rursum: Si quis sciret qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et iterum: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Sic Paulus vas electionis; Vos fratres non estis in tenebris, ut vos dies illa, tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei: non sumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus, sicut & ceteri (Gentiles scilicet qui Christum ignorant) sed vigilemus, & sobrii sumus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii sumus. Christus iterum iubet nos esse similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs. Ad perpetuam vigilantiam excitandam, nihil significantius dici potuit. Nunquam enim maiori studio ministri dominum suum expectant, quàm, quando à solennitate nuptiarum in templo peracta, ad conuiuium nuptiale peragendum eum recipiunt: siue sollicitudinem spectes rerum ad conuiuium necessarium, siue promptitudinem, ut domino reuertenti, nouas nuptias gratulentur. Quare ut omnia in huiusmodi debet esse negotio & charitate plena; sic in nobis Christianis, Christi nostri aduentum gloriosum expectantibus.*

Sed nunc, quàm sit damnabile non vigilare, quantum detrimentum dormire, paucis dicetur. Non excluduntur à nuptijs sponsi, à gaudio cœlesti, nisi qui veniente sponso, absque oleo in lampadibus suis, dormitauerunt & dormierunt. Si enim beatus homo, quem, quum venerit Dominus, inuenerit vigilantem; profecto miser, quem inuenerit dormientem. Sic Apostolus, quum dixisset, *Hora est iam nos de somno surgere*; addit causam: *Nunc enim propior est nostra salus (vitæ æternæ) quàm quum credidimus, id est, cum primò fidē Christi accepimus, aux primū Christiani esse cœpimus. Quanto enim professionem hanc Christianam diutius tenuimus, tanto in ea magis profecimus, aut certè profecisse debuimus; ne illud nobis exproberetur, quod suis Hebræis Paulus dixit: Quum debere-tis esse magistri propter tempus, rursum indigetis ut doceamini quæ sint elemēta exordij sermonum Dei. Somnū igitur propterea excutere debemus, qui iam dudum Christiani sumus, siue quoad totam Ecclesiam, siue quoad vnumquemque nostrum. Sic enim comminatur Scriptura: Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te, videlicet vel per mortem temporalem, quod est iustitiæ; & sic clausa erit ianua: vel per pœnam temporalem, ut à somno*

- Psal. 13.* exciteris; quod est maxima misericordiae; quia sic non obdormies in morte. Quam sit autem hic negligentiae somnus Deo exosus, illis verbis explicat, quum dicit. *Venam aut frigidus esses aut calidus! sed quia tepidus es, nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.* Apertè, ait Ambrosius, negligentiam grauiori damnat iudicio quàm imprudentiam. *Frigidus est enim qui fidem nescit; calidus, qui Spiritus sancti feruore succensus est. Qui enim calorem fidei non habet, tolerabilius illi fuerat fidem non accepisse, quàm neglexisse.* Hæc ille. Sic diuus Gregorius: *Calidus est, qui bona studia arripit & consummat. Frigidus est, qui consummanda nec inchoat; & sicut à frigore per teporem transitur ad calorem; ita à calore quoque per teporem reditur ad frigus. Quisquis ergo amisso infidelitatis frigore, sed nequaquam tepore superato, exardescit ut ferueat; procul dubio calore desperato, dum noxio in tepore demoratur, agit ut frigeat.* Hæc ille. Et paulo superius eodem in loco. *In hoc mundo humana anima quasi more nauis est, contra ictum fluminis cõtendentis, quæ uno in loco nequaquàm stare permittitur, quia ad ima relabitur, nisi ad summa conetur.* Hinc par Salomonem dicitur: *Qui mollis & dissolutus in opere suo fuerit, frater est sua operum dissipantis: quia videlicet, qui coepit bona districtè nõ exequitur, dissolutione negligentia manuum destruentis imitatur.* Hæc ille. Nempe ut a uicula non capitur dum est in motu, sed ubi primum subsistit, facile attingitur; sic nisi otiosos & dormientes aduersarius diabolus ferit. Hinc Salomon: *Frastra iacitur note ante oculos pennatorum, vigilantium videlicet & attendentium, ut solet a uicula aucupem attendere.* Ut aquæ dulcès in motu semper sunt; ita stagnantes aquæ nec dulcès, nec salubres sunt, & non nisi venenata & noxia generant. In domo derelicta, ubi nemo habitat, animalia innumera multiplicantur, imbres, forices, aranæ, vermes. Animalia quæ diu iaceant in terra, nec ambulant, vngulas amittunt. Aues quoque quæ morantur in nidis, plumas perdunt. Sed & vulgo dicitur: Non utentes privilegio, vel abutentes, perdunt illud. Sic bonis gratiæ collatis excidit, bono semine priuatur, zizania cupiditatum facile admittit, qui dormit, & otio fertit. *Otiositas enim multam malitiam docuit. Totus die concupiscit & desiderat. Labore parua crescunt; ignavia & negligentia magna dilabuntur.* Iustus protestatur: *Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem & requiem temporibus meis, donec intueniam locum Domino, id est, templum ei spirituale in corde meo si fabricauero, quod libenter inhabitet,*

Dormitatio

Dormitatio porro hæc, & salutis negligentia, quot ex cau-  
 sis periculosa & perniciofa sit, breui enumeratione ex S. Bo-  
 nauentura annotabimus. Cui longum iter faciendum est, &  
 breue tempus fupperit, ad finem non perueniet, nisi continuo  
 ambulet. Ad cœlum nobis eundum est: cuius via longa est,  
 quia multæ tentationes superandæ, multa mandata seruan-  
 da, multa bona opera faciendâ, multa mala toleranda sunt,  
 antequam eò perueniatur. Tempus nostrum hæc vita est,  
 cuius breues dies sunt, & nec de crastino certi sumus. Vt quid  
 ergo hæsitamus in viâ, iudò dormimus? Deinde quando quis  
 à domino suo expectatur, nonne æquam est vt properet? At  
 nos expectant iusti & sancti omnes, ipseque Deus. Rursum  
 qui inuitatur à maiori suo ad cœnam, & quidem ad cœnam  
 magnam; nonne grauiter peccat, si, serò veniens, cæteris in  
 mora est? nonne multum periclitatur, ne, tempestiue non ve-  
 niens, excludatur? At Christus nos omnes ad talem cœnam  
 vocat, vt in alio Euangelio explicabitur. Quid enim maior  
 gloria cœlesti, ad quam omnes inuitamur? Porro quum  
 multa sint impedimenta in via, vel quia difficile inuenitur,  
 vel quia latronum insidiæ timentur, vel quia transitus habet  
 asperos, nonne necessarium est, vt tanto expeditius ambula-  
 re viator incipiat? At in via salutis, tentationes sunt multæ;  
 insidiantur dæmones, multæ obijciuntur difficultates. Nun-  
 quam igitur dormiendum, sed carpenda celeriter via est.  
 Præterea quando in periculo sumus, ne præscribat aduer-  
 sarius longam possessionem, nonne festinandum est in cau-  
 sa? At per habitus diuturnæ negligentia in quibus dormi-  
 mus, præscribit diabolus. Excutiendi igitur tempestiue sunt,  
 ne præscriptio valeat. Iam verò quando media quotidie ab  
 amico offeruntur, quibus te possis ab aliquo malo liberare;  
 an non maxime amicum offendis, si illa media negligas? At  
 Deus quotidie suam gratiam nobis offert, cuius medio à pe-  
 riculo perdendæ salutis certissime liberamur. Sed & illud  
 quoque, nonne maxime nostram negligentiam arguit, quod  
 in præsentia, & ter maximo periculo constituti, damnationis  
 scilicet æternæ, pœnæque infernalis, adhuc stertimus? Postre-  
 mô, qui proprium tempus aliquid comparadi prætermittit,  
 nonne grauissime culpatur? Solet dici: *Fronte capillata, post  
 est occasio calua.* At tota hæc vita tempus nostrum est, nobis  
 à Deo concessum. *Nunc enim est dies salutis, nunc tempus ac-*  
*ceptabile.* illud ergo quare patimur præterefluere? *Volat irre-*  
*uocabilis hora.* Hæc singula amplificari poterunt, vt intel-  
 ligant

Negligentia  
 quot ex cau-  
 sis periculosa.  
 S. Bonauent.  
 in dieta salut.  
 cap 7.

1. *Similium  
 congeries.*

2.

3.

Dom. 2. post  
 Pentec.

4.

5.

6.

7.

8.

Rom. 13.

ligant auditores, quantum hoc valeat, *Cum dormirent homines*, sed & ex loco proximè sequenti ista magis elucescent.

### 3 Venit inimicus eius, & superseminauit zizania.

Diabolus  
otiosos op-  
primit.

Luca 11.

Matth. 6.

Similium  
congeries.

1.

2.

3.

4.

5.

**L**ocus moralis de malis seminibus tentationum, vitio-  
rum, errorum, quæ in anima negligenti & dormienti,  
opera & studio diaboli citò seminatur, apparitura, & in opus  
exitura postea. Hoc est quod alibi Christus dixit: *Cum im-  
mundus spiritus exierit ab homine*, id est, quum factus fuerit  
semen bonum & filius regni, expulso demone, cui antè ca-  
prius tenebatur ad voluntatem eius, *perambulatur per loca  
iniqua, quærens requiem*, id est, improba suæ voluntatis,  
qua hominum saluti inuider, executionem: *Et non inueniens,  
dicit: Reuertar in domum meam unde exiui*. Nam propter ve-  
terem peccati consuetudinem tum domum suam vocat, tum  
spem reuertendi concipit. *Et quum venerit, inuenit eam va-  
cantem*, id est, otiosam, & accepta reconciliatione securam,  
nullique bono operi intentam: *scopis mundatam*, id est, leuiter  
& superficie tenus purgatam; quia bonum semen tenaciter  
non inhaeret, nec ex imo pectore conuersio ad Deum facta  
est. *Tunc assumit septem spiritus nequiores se, & ingressi habi-  
tant ibi*. Ista sunt zizania quæ inimicus homo bono semini  
superseminat quando homines dormiunt, id est, otiosè &  
negligenter agunt, accepto beneficio gratiæ. Qui fuit ali-  
quandiu compedibus victus, quando compedes soluantur,  
liberæque dimittitur, nec rectè iterum, nec expedite, sed mo-  
dicè & tortuosè ambulat. Quare talis, nisi diligentissimè ca-  
ueat, citò cadet, damnumque accipiet. Auicula quæ longo  
tempore in cauea detenta fuit, si qua forte ratione exit, mo-  
dicum volat, & alicui statim, aut a bori, aut recto, insidet:  
vnde non difficult er vel capi, vel occidi tunc possit, nisi ma-  
gnam sibi vim faciat. Qui ex graui morbo recenter cõualuit,  
magnam diligentiam adhibet, ne recidiat. Sic accepto bo-  
no semine, vel regenerationis primæ, vel reconciliationis &  
conuersionis secundæ, nisi diligens pietati opera adhibeatur,  
sua statim zizania, debili adhuc & infirmæ animæ diabolus  
superseminat. Nempe vt hostis explorat præsidia infirma, &  
loca; & in ciuitatis obsidione prima eius cura est, vt locum  
maximè infirmū deprehendat: sic diabolus adhuc infirmam  
& recentè conuersam animam maximè aggreditur. Præ-  
terea siue recenter seminato bono semini, siue etiam iam  
radices



radices agenti, & animo benè confirmato ac radicato in fide & charitate sua non desinit superfeminare zizania dæmon. Imò ut piratæ his potissimum nauibus insidiantur, quas auro, & pretiosis mercibus onustas esse intelligunt: ita dæmon his potissimum laqueos obtendit, quos, bono accepto semine, spiritualibus diuitijs abundare cognoscit. Quare & hic dicitur, quòd in medio tritici superfeminauit zizania. Hanc ob causam monuit Sapiens: *Omni custodia custodi cor tuum. Siquidem* (ait Basilius) ei, perinde ut si aurum esset, dies noctesque à dæmonibus insidia comparantur, & repente tum, quum minimum expectas, minime intelligis, affortatur. Vnde facillè colligitur, quàm non sit tutum, accepto bono semine dormire & dormire. Hinc Apostolus monet: *Nolite locum dare diabolo.* Ille locum dat diabolo, qui nulli bono operi intentus dormit. Quod Petrus satis expresse, qui, ubi monuit nos sobrios esse & vigilare, adiecit hanc causam: *Quia aduersarius uester diabolus, tanquam le rugiens, circueit quærens quem deuoret.* Si semper circueit, & iratus ac famelicus circueit; quid mirum, si, zizania & venena sua spargendo, bonum semen corrumpit? Filij Dan, de qua tribu Antichristus nasciturus creditur, occupauerunt ciuitatem Lais sine sanguine, totamque destruxerunt, quia & opulentam illam, & valde securam atque quietè agentem, absque vilo timore inuenerunt. Typus erat dæmonum, hominum animas bono semine ditatas, quando securè & absque timore dormiunt, spoliantium & occidentium. Sauli dormienti vas aquæ & hastam in medio exercitus fortissimi abstulit Dauid, & ense eum confodere potuerat, si voluisset. Dormienti Christiano utcumque in Catholica Ecclesia, & inter optimos viuat, instrumenta tamen militiæ spiritualis diabolus aufert, & si Deus permittat, necem infert. Noluist Deus sic filios Israël in deserto pascere, & manna illis de cælo plueret, ut vel pro toto anno, mense, aut hebdomada plueret; sed in singulos tantùm dies, ut quotidie colligerent. Sic Deus nos quotidie vigilare, orare, animæ curam agere voluit, non semel bono semine dato in totam vitam alere. Et ut diabolus nunquam cessat, ne momento quidem temporis animæ nostræ insidiari, ut sua zizania superfeminet; sic nos perpetuò contra eum aduigilare necesse est. Vix ab Adam Deus recesserat, dato præcepto de non comedendo ex ligno scientiæ boni & mali; quod mandatum optimùm semen fuit; quum statim diabolus suum adfert zizanium, dicens: *Nequaquam*

Crysof. hom.  
4. de ver. is  
Esai.

Prou. 4.  
In serm. de ab-  
dicat rerum.

Ephes. 4.

1. Pet. 5.

Judith 18.

Typus.

Allegoria.

Exodi 16.

Diaboli vi-  
gilantia.

Exempla.

2. *morte moriemini. David quum esset vir secundum cor Dei, & multo bono semine opulenter excultus, tamen suum libidinis zizanium otio domi vacanti inseuit diabolus, vt adulterium & homicidium vno ferè halitu perpetraret. Paulus in*

3. *maximo feruore spiritus, & audiens arcana Dei, quæ non licet homini loqui, colaphizatur tamen ab Angelo satanæ stimulo carnis. Nec enim inimicus iste homo vel vlli, vel vnquã par-*

1. *Corinth. 12.*  
*Moral. in Tob lib. 1. cap. 30.*

*cit. Omni operanti bonum, & in omni operatione invidiatur, vt, iacto zizanio, bonum semen corrumpat. Vnde in Evangelio nostro dicitur, quod superfeminavit in medio tritici id est, vt docet sapienter S. Gregorius, aut intentionem aut*

*Psal. 141.*

*finem boni operis aliquo vitio contaminare studet. Intentionem boni operis polluit: quia cum facilia ad decipiendũ corda hominum viderit (qualia sunt quæ minus diligenter custodiuntur) eorum desideriis auram transitory fauoris apponit. Intentionem vitare si nequit, actionem quasi in via corrumpit: vt vel laus humana obuias, quamuis quesita nõ fuerit, tamen oblata delectet; vel zelus iustitiæ immoderatus mentem turbet, quod cæteri non sic faciunt; vel tristitia abnubilet, vel deniq; immoderata lætitiæ ex bono opere percepta dissoluat. De qua*

*Similia.*

2. *varia hostis infestatione dixit David: In via hac quam ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Cum verò antiquus hostis*

2. *neque in exoratio intentionis ferit, neque in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit: vt saltem per lassitudinem*

3. *fractus, & radio perseverandi affectus, antea acti laboris meritum*

*perdat. Sic sua inimicus superfeminat zizania. Nec tamen*

*propterea bene operandi fastidium quemquam capiat, quoniam iste aut ille iam à diabolo captus est. Si in diuitiis*

*custodiendis contra latronum insidias, contra superfluos sum-*

*ptus, contra futuras necessitates, mille curas impendimus; si vasa vinaria & olearia, ne vinum aut oleum vel diffuat*

*vel accescat, tam diligenter conficimus, obstruimus, collocamus; si vestes & reliquas suppellectilem sedulo custodimus,*

*ne à tinea ledantur, ne situ & pulvere maculentur, ne humore*

*corrumpantur: quam est indignum boni seminis, ad salutem & gloriam nostram æternam à Deo accepti, parem curam non habere, ne superfeminato zizanio suffocetur: Via*

*Sermo, 12. super Psalm. 90.*

*diaboli (ait D. Bernardus) sunt circuitio & circumuentio. Circuit; terram, & perambulat eam, vt nos circumueniat. Nec, si*

*interdum cessare videtur, propterea imparati esse debemus. Qui versantur in bello, quando induciæ dantur, tunc sese*

*muniant, & propugnacula reiciunt. Idem nobis faciendum*

in conscientia pace. Verum quidem est quod non dormit neque dormitat qui custodit Israël: sed neque dormit nec dormitat qui impugnat Israël. *An ideo dissimulandum nobis, quia undique subuenitur nobis? Imò propterea studiosius vigilandū. Neque enim tam magna pro nobis in caelo pariter & in terra sollicitudo gereretur, si non magna nobis incumbere necessitas videretur. Non tam multiplex nobis custodia, nisi ob multiplices insidias poneretur.* Hæc D. Bernardus. Tulit legem Solon, ut qui sectatur otium, omnibus accusare volentibus obnoxius esset. Hanc legem Deus tulisse videtur, ut otio vacans, & circa salutem negligens, omnibus dæmonibus ad tentandum & accusandum obnoxius, & omnibus vitiis expositus sit.

#### 4. Vnde ergo habet zizania?

**L**ocus moralis contra iniquitatis abundantiam, abutendæ gratia Christi. Boni quippe serui magni patris familias, siue Angeli, siue Sancti in hac vita merito demirantur, tot & tanta esse in agro Dominico zizania, quum non nisi bonum semen ille seminauerit. De bono semine seminato dicit Apostolus: *Vbi abundauit delictum, superabundauit gratia; ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.* Sed ne postea zizaniis amplius locus esset, subiungit: *Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet?* Superseminabimus zizania, ut superabundans gratia boni seminis magis elucescat? *Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?* Moxq; ostendit latè Apostolus, virtute baptismi nostri illam esse, huiusque boni seminis à Christo seminati vim & efficaciam talem, ut destructo corpore peccati, ultra nō seruiamus peccato. Vnde ergo tot zizania in agro Dominico? Vnde tot peccata in hominibus Christianis? Sic demiratur Esaias Propheta, postquam Dei bonitatem & diligentiam in vinea sua excolenda descripsisset, dicens: *Quid est quod debui ultra facere vinea mea, & non feci? An quod expectaui ut faceret vinas, & fecit labruscas?* Sic apud Ieremiam: *Ego plantavi te vineam electam, omne semen verum. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena?* Sic Christus in Euangelio. *Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos: aut facite arborem malam, & fructus eius malos. Omnis quippe arbor bona (ut alibi dicit) facit fructus bonos.* Vnde ergo habet zizania ager

Matth. 7.

Cant. 5.

Galat. 4.

Peccati in Christi-  
ano absur-  
ditas.

3. Reg. 18.

Jerem. 2.

3.

Psal. 10.

Eccles. 30.

Iona 2.

4.

Som. 8.

2. Petr. 3.

Dominicus bono semine seminatus? quomodo vitis profert labruscas? quomodo arbor bona fructus malos facit? Hoc est quod Angeli, quod Sancti, quod pij omnes non sine stomacho demirantur. Sic in alia Scriptura: *Lavi pedes meos, & quomodo iterum coinquinabo illos?* Sic adhuc Paulus: *Tunc quidem ignorantes Deum, ijs qui naturam non sunt dii, seruibatis: nunc autem, quum cognoueritis Deum, imò cognitisit ab illo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire vultis?* Quæ ut ille de carnali obseruatione legalium dixit, ita multo fortius de carnali conseruatione, & peccatorum repetitione dici possunt. Nempe quid demum causæ est cur bono semini superfeminetur zizanium, cur accepta gratia, seruiamus peccato? Si voluntas est bona, & in Christo renata semine incorruptibili, ut quid peccatum appetit, quod haud dubiè malum est? *Vsquequo claudicatis in utramque partem? Si Dominus est Deus, sequimini illum; si Baal est Deus, sequimini illum.* Rursum si peccatum est contra Deum, & contra intentionem seminantis, qui nõ nisi bonum semen seminauit, cur eum offendimus à quo tot bona quotidie accipimus? *Obstupescite cæli super hoc, & porta eius desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aqua viua; & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Bonum semen destruxerunt, & zizania superfeminarunt; vel certè superfeminata, libenter receperunt. Præterea, si peccatum est ipsi peccatori noxium, si zizanium agri bonitatem corrumpit, vnde habet zizania? *Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam.* Et alia Scriptura: *Miserere anima tua, placens Deo.* Et Ionas Propheta: *Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquunt.* Nonne per peccatum mors, & per mortem omnes eius comites, adiuncta & agnata omnia, pœnæ, cruciatus, miseriæ huius vitæ omnes? Porro peccatum nonne toti mundo dettumentum adfert, & in diaboli seruitutem eum redigit? Si enim omnia propter hominem creata sunt, & homini cuncta seruiunt; profectò quemadmodum quum Deo seruit homo, cætera omnia Deo seruiunt; ita quum seruit diabolo per peccatum, facit ut cætera omnia diabolo seruiant, eiusque voluntatem faciant. Hinc apud Paulum *totus mundus ingemiscit, quia vanitati seruit;* & apud Petrum *igne cremandus est, quia vanitatis instrumentum fuit, quia tot zizania protulit.* Iam verò si peccatum nos inferno addicit, ut in

ut in

vt in pœnis æternis dæmonum focij simus; quæ dementia, quòd tot zizania sumus? Hoc est enim quòd Paulus dicit: *Venundati sub peccato*. quia (vt Augustinus exponit.) *Vnusquisque peccando animam suam diabolo vendit, accepto tanquã* *pretio dulcedine temporalis voluptatis*. Sic Chrysoſtomus peccatum voluntarium quendam dæmonem, & spontaneam insaniam vocat. His accedit, quòd ipsi rationi & lumini naturali omne peccatum aduersatur. Omnia ingenia humana illud condemnant. Vnde ergo tot zizania? cur sic contra naturam ascendit impetus fluminis? Iam totum Euangelium, & tota professio Christiana quid aliud clamat, docet, profiteretur, quàm contra peccatum? vt non regnet amplius peccatum in mortali corpore nostro; vt sicut filij lucis ambulemus; vt expurgato veteri fermento, simus noua conspersio, sicut sumus azymi. vt exuentes veterem hominem, induamus nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis; vt retento bono semine, fructificemus in vitam æternam. Vnde ergo habet zizania ager Dominicus? Postremo, cur incarnatus est filius Dei, cur tanta docuit, fecit, passus est? Nõne vt dissolueret opera diaboli, quæ sunt peccata? Nõne vt nos redimeret ab omni iniquitate & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum? Nõne vt iam non desiderijs hominum, sed voluntati Dei, quòd reliquum est viuamus temporis? Nõne nunc qui peccato seruiunt, crucifigunt iterum in semetipsis Filium Dei, sanguinem testamenti pollutum ducunt, Spiritui gratiæ contumeliam faciunt? Vnde ergo zizania, vnde tanta iniquitatis abundantia? Adeò certè nunc corruptus est populus Christianus, vt quemadmodum tempore pestis, non eos qui moriuntur, sed eos qui supersunt, admiramur; sic hodie, non eos qui peccant & flagitiosè viuunt, sed honestos, pudicos, veraces, misericordes, deuotos, quasi miraculum aliquod, quòd tantæ corruptionis immunes fuerint, miramur. Arguit hic locus, & vehementissimè arguit hominum Christianorum negligentiam, ingrati tudinem, extremam impietatem; & contra peccati turpitudinem iustè exaggerandam, plurimum valet.

### 5. Inimicus homo hoc fecit.

**L**Ocus moralis contra generis nostri, & salutis humanæ hostem capitale, diabolum. Hic est inimicus ille homo; non quia homo, sed quia homini inimicus est. In-

5.  
Rom. 7.  
In exposit. eius  
loci.  
Homil. 28. in epi.  
ad Rom.

6.

7.

Rom. 8.

Ephes. 6.

1. Cor. 5.

Ephes. 4.

Tit. 2.

1. Petr. 4.

Simile.

Diabolus hostis capitalis.

micus homo vocatur, vel quia id facit quod inimicus homo homini facere consequitur, cum quo similitatem exercet; vel quia hominis inimicus & iuratus hostis est. Ille enim est, qui ad tanquam absurditatem & ingratitude credentes in Christum adducit, ut nequicquam accepto bono semine, sua tamen zizania eos admittere persuadeat. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus principes & potestates; aduersus mundi rectores, tenebrarum harum; contra spiritualia nequitia in cœlestibus.* Quare ibi nos armat Apostolus contra inimicum hunc hominem, ne eius zizania in corde nostro locum accipiant. *Induite (inquit) armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli.*

*Ephes. 6.*  
Armatura contra hostem diabolum.

1. *Moxque hanc armaturam describit: Stare succincti lumbos vestros in veritate.* Primum enim hostis vicinus superandus est, carnis luxuria castitatis studio comprimenda: non fictè nec simulatè, sed sincerissimè. *Et induiti lorica iustitia.* Vincendo illicitas cupiditates rerum temporalium. Nam ut iustitia suum cuique tribuens, omnes quasi virtutes complectitur, sic lorica totum corpus tegit. *Et calceati pedes in præparationem Euangelij pacis:* id est, vitiosis affectibus, & superflua cura rerum temporalium depositis: *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea exinguere.*

- 2.
- 3.
- 4.
5. Sic Petrus: *Cui resistite fortes in fide:* quod quale sit, supra explicuimus. *Et galeam salutis assumite;* quæ est, spes firma, tam de præsentis gratia ad auxilium, quàm de futura gloria ad præmium: *Et gladium Spiritus, quod est verbum Dei:* Exemplo Christi, qui sic diabolum in deserto prostrauit: *per omnem orationem & obsecrationem, orantes omni tempore in spiritu.* Est enim oratio fortissima armatura, ut supra diximus: *& in ipso vigilantes omni instantia.* Ne videlicet dormientes & negligentes non opprimat, ut paulo superioris dictum est satis.
- 6.
- 7.
- 8.

Habemus hic ergo octo armorum genera, quibus facile diabolum superamus. Succinctos castitate lumbos; lorica iustitiæ; calceatos pedes; scutum fidei; galeam spei; gladium Spiritus; orationem; & vigilantiam. Non enim sua virtute, sed nostra ignauiâ inimicus homo superfeminat zizania. Sic Iacobus: *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Si quis ab aduersario in ius vocaretur cum discrimine non fortunarum tantum, sed & capitis; qui tamen aduersarius nullas vires haberet, sed talis esset, ut solû fortiter se illi opponendo, & litè contestando,

Diabolus non  
tra ignauiâ  
vincit.

Iacobi 4.

Simile.

contestando, quilibet vinceret: quis tam demens aut ignauus esset, vt sese non opponeret, lirẽmque strenuẽ contestaretur, ad omnia se respõsurum paratum ostendens? Quis tam ignauus, vt talem aduersarium timeat, vel ab eo se vinci patiatur? At diabolus talis aduersarius est. Per suas suggestiones & tẽtationes, in discrimẽ salutis æternæ nos vocat. Sed sola fide, id est, sola oratione fidei Deum inuocando, & hoc modo ei resistendo, in fugam conijcimus. Nec oratione tantum fidei, sed & signo fidei, signo crucis Dominicæ, adeoque sola nominis Iesu inuocatione fugatur. Sic D. Antonius, maximus ille & sanctissimus Eremita sapius rẽ expertus, dicere, ac suos docere solitus erat, vt in vita eius scribit author grauissimus S. Athanasius: *Ad primum* (inquit) *signũ Crucis demones euanescent. Ridendi potius sunt, quàm timendi. Cũ enim sint debiles, minantur cuncta, nec faciunt. Adueniente enim Christo, omne penitus diaboli robur elanguit, & calcaneo Christianorũ substratus gemit.* Hæc magnus ille Antonius iuxta Scripturas. Quod enim in Euãgelio Christus dixit, *Vidi Satanã sicut fulgur cadẽtem de calo,* & quod Ioannes in Apocalypsi dicit, *Satanam ad mille annos alligatum fuisse,* hæc Antonij verba confirmant. Sed multo apertius quod D. Ioannes scripsit. *Vos ex Deo estis filioli, & vicitis eũ* ( Antichristum scilicet ) *quia maior est qui in vobis est, quàm qui in mundo.* id est Maior est Spiritus sanctus in cordibus fidelium, quàm diabolus, princeps huius mundi. Nostra igitur ignauia vincit, & sua zizania sic superfeminat, vt, *crescente herba, in medio tritici appareant.* De virtute nominis Iesu fideliter inuocati contra demones, in altero Promptuario quædam protulimus. Propter orationem fidei; propter signum fidei; propter inuocationẽ nominis Iesu in fide. dixit Petrus de diabolo quærente quem deuoret: *Cui resistite fortes in fide.* Neminem enim, nisi trepidantem, & de Dei auxilio parum fidẽtem, diabolus opprimit. Sic S. Antonius in hoc certaminis genere exercitissimus, *Si quod, inquit, in pectoribus nostris mala mentis & pauoris semina inuenierint demones* (quod per signa exteriora deprehendant) *more quasi latrones, qui deserta obtinet loca, ceptos cumulant timores, & crudeliter imminentes infelicem vexant animum. Sin sictem alacres fuerimus in Domino, & futurorum bonorum nos cupido succenderit, si semper omnia manibus Dei committimus, nullus demonum ad expugnandum valebit accedere.*

Hæc ille. Nostra igitur culpa, ignauia & timiditate nostra fit, sua in nobis zizania seminet diabolus. Mirabile est quod

Diaboli victoria facilis.  
S. Antonius.

Luca 10.  
Apoc. 20.

1. Ioan. 4.

In festo Circumcisionis Domini.

1. Pet. 5.

Athanasius,  
In vita S.  
Antonij.

Petrus Anania dixit: *Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de prælio agri?* Non enim dicit, Quomodo te à Satana superari pessus es? sed, *Cur tentauit Satanas cor tuum?* hoc est, quare illi anam præbuisi, vt te tentaret: atque ita prosterneret? Offendit nostra ignauia fieri, non solum quòd superamur: sed etiam quòd tentamur à Satana. Etsi enim etiam optimos & fortissimos tentat Satana, tamen plurimas à nobis victorias reportat: quia occasiones ei præbimus. Sic Iudæos grauius taxat Ieremias: *Quid dicis quum visitauerit te?* scilicet, hostis ab Aquilone. *Tu enim docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum. Nūquid non dolores apprehendent te quasi mulierem parturientem?* Idem de plerisque hodie nostrum dici potest.

Jerem. 13.

Ezech. 1.

Simile.

Jerem. 2.

Eccli. 10.

Nosmetipsi diabolum docemus, quanam nos via aggrediat, quia somnolenti & negligentes, quia pauidi & diffidentes, quia cupidi & carnales sumus. In Ezechiele dicitur de quatuor illis animalibus, *quòd totum corpus oculis plenum, in circuitu ipsorum quatuor erat.* In quo maxima vigilantia aduersus Satanae importunitatem docetur. Sed fit in nobis quod in auiculis, quæ auidè in prædam dum currunt, laqueo capiuntur, non videntes retia. Appositè Propheta. *Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventū amoris sui: Nullus auertet eum.* Sic enim currit ad feminæ vocem, vbi eam rudentē audiuit, vt insequentium nec venabula, nec insidias vel attendat, vel curet. Ita fit, vt nostræ cupiditates, diaboli insidijs nos exponant, & retibus illaqueent; qui ad omnem rei bene gerendæ occasionem intentissimus est. vbi verò sobrios nos & circumspectos aduertit, aggredi non audet. Rectissime monet Sapiens: *Si spiritus potestatem habentis (id est, diaboli) ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris:* id est ita fortis in inde: *quia curatio faciet cessare peccata maxima:* id est, tempestiua attentio principiis tentationum occurrens, seruabit te à grauissimis peccatis, quæ facile incurres, si primis aduersarij suggestionibus aditum præbes.

Vinci & fugari diabolus prompta & forti fide vno exemplo docebitur.

Exemplū.

In vita S.

Northerti, ca. 38.

apud Surium,

to. 3. pag. 537.

Cum monachus quidam ex primis S. Northerti Præmonstratensium monachorum Patris sanctissimi discipulis, cui multum insidiabatur diabolus, se modicæ fidei tandem agnoscens, seque ipsum reprehendens, fiduciam sumpsisset, & solus pro singulari quadam necessitate claustrum exisset, astitit dæmon coram eo terribilis valde, hominis effigie assumpta,



& aspectu nigerrimo incedens, & quasi ipsum esset in aërem delaturus, minas incedens.

Ille autem fidei collectis viribus, & vigore animi resumpto, intra se dicebat: Quam diu hæc importunissimi inimici figmenta & phantasias patiar? Surgens igitur, apprehendere eum voluit; sed dæmon statim in fugam versus est; quem & ille insequitur donec dispareret. Hæc animi virtute, serpentis illusionem deuicta, nullum postea eius timorem passus est. Sicut in hac externa, sic in spiritali pugna inde fugatur inimicus homo. De quo in alio Euangelio plura dicendi locus dabitur.

In Domin. 1.  
Quadrages. text.  
3. Dom. 3. Qua-  
drages. text. 1.

6. *Serui autem dixerunt ei: Vis imus & colligimus ea?*

**L**ocus moralis de zelo iustorum contra peccata. Tam enim indignum videtur iustis, & sanctis, Deumque amantibus, in tanta gratiæ abundantia, a tali aduersario, tam saepe, tam grauitè, vinci homines, tot zizania, tot scandala, tot peccata in agro Dominico, in Ecclesia militante conspici; vt propter Dei gloriam, propter zelum domus Dei, propter iustitiæ dilectionem, hæc omnia primo quoque tempore tolli cupiant, nec messem expectari; sed vbi primum enascuntur, vel enata appareant, statim eradicari & colligi velint: ad quod suum ministerium libentissime offerunt atque promptissime. Ait enim, *Visimus*; non auit, ibimus, eo quod absque mora confestim tolli zizania desideret. Hæc est enim in Scripturis vox iustorum: *Zelus domus suæ comedit me, & opprobria exprobratiuum tibi, ceciderunt super me.* Iniuriam quippe Deo factam sibi ipsi fieri vir iustus existimat; imo multo magis de domo & honore Dei violatis torquetur, quam de sua quacumque accepta iniuria. Sic in conferuum illum crudelè, qui, omnium debitorum accepta a domino remissione, suo conferuo remittere noluit, ceteri conferui videntes, *conristati valde, narrauerunt domino omnia quæ facta sunt.* Sic Dauid: *Kidi preuaricantes & tabo sebam, quia eloquia tua non custodierunt.* Talis erat maximus ille Elias, qui, quum propter zelum domus Dei, videns suo tempore omnia plena zizaniis, persequutionem passus, in speluncam fugeret, atque a Deo rogaretur, quid illic rerum ageret, respondit: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filij Israel, &c.*

Zelus iustorum  
contra peccata.

Psal. 68.

Matt. 18.

Psal. 118.

Exempla.

1. Reg. 19.

Talis erat Apollolus Paulus, sic ad Galatas scribens: *Qui conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille.* & paulo post:

Gal. 5.  
post:

1. Cor. 5.

post: *Vinam abscindantur qui vos conturbant.* Sed ad Corinthios multo vehementius & verbo & opere hunc zelum ostendit. *Omniino (inquit) auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita, ut uxorem patris sui aliquis habeat.* Hæc ad delinquentem.

Nunc ad tolerantantes & dissimulantes: *Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit.* Reprehendit eos, quod nihil commoti, nullo dolore, nullo zelo tacti fuerint, ut e medio illorum tolleretur zizanium. Nunc ergo ad opus venit. *Ego absens corpore, præsens spiritu, iudicavi ut præsens, tradere huiusmodi hominem Sætanæ, &c.* Moxque redit ad illorum negligentiam & teporem reprehendendum. *Non est bona gloriatio vestra: ne scitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, &c.* quasi dicens, quia pauca zizania totum triticum corrumpunt. Eradicat zizania de medio tritici. Eodem zelo & diuus Petrus Ananiam & Saphiram, mentientes Spiritui sancto, e medio tollit: Simonem magum, sacrilegium perpetranti, confestim excommunicat. *Nô est tibi hæc neque fors in sermone isto. Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Hic zelus honoris Dei res est, ut per se sanctissima, sic Deo gratissima.

Et quamvis hanc seruum voluntatem Deus exequi noluit, quia quasi cæcalem zizaniorum eradicationem exerebant, quam propter causas, quas mox dicemus, concedere noluit, tamen eorum zelum non reprehendit, sed suo tempore quod cupiunt futurum docet. Huiusmodi zelus si linguarum esset, non sic abundarent zizania, nam & ideo hodie innumeri zizania sunt, quia vel in honore sunt peccata, ut ambitio, auaritia, caliditas, vel a nemine tere reprehenduntur, ut cætera omnia. Sed sapienter Solon interrogatus *quænam ratio nullam in urbe scelus perpetraretur, respondit: Si tam indignarentur illi quibus non est facta iniuria, quam quibus facta est.*

Sto. serm. 41.

Apophthegma.  
M. ximus  
serm. 6.

Amos 6.

Sic & Timon ille, cuius deus dictus, rogatus cur sic homines odierit. *Improbos, inquit, odi, quia improbi sunt probis vero, quia improbos non oderunt.* Nunc multo aliter. Prophecia tribui iudæa dicit, quod ablatis in captiuitatem decem tribubus, fratrum suorum tam miserabili ruina, & horrendis sceleribus, quæ in causa erant, nihil tangebantur. *Verò, inquit, illis, qui nihil patiebantur super contritione Ioseph.* Est quippe huiusmodi zelus & reuerentia erga Deum, & amoris erga

erga proximum, & iusti odij contra peccatum, illustre argumentum.

7. *Nonne fortè colligentes zizania, eradicetis & triticum.*

**L**ocus moralis de admirabili Dei bonitate & longanimitate in tolerandis malis, ut fiant boni. Idcirco enim non vult bonus Dominus zizania colligi quam primum apparent in agro, ut ipsis zizanijs tempus poenitendi concedat, quo fiant triticum: *Ne fortè (inquit) eradicetis & triticum*, id est, futuros triticum. Sic Paulus bonam terram, quæ triticum profert, à Deo statim benedici docet, malam vero scilicet maledici. *Terra sèpe venientem super se bibens imbrem, & germinans herbam oportunitam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. confestim scilicet, & in presenti. Proferens autem spinas ac tribulos, reprobata est, ac maledicto proxima.* id est, non statim maledicunt, sed suo tempore maledicetur. Hanc Dei bonitatem mirifice exaggerat Paulus alio in loco. *Deus (inquit) sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitum* (hæc sunt zizania in agro) *ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ preparauit in gloriam.* Docet Deum sustinere vasa iræ formaliter talia, & apta quidem in interitum, ut fiant vasa misericordiæ. Vnde alio in loco, quum dixisset, *quædam esse vasa in contumeliam*, addit: *Si quis autem se emundauerit ab istis (scilicet vasis in contumeliam) erit vas in honorem sanctificatum, & utile Domino.* Tolerat ergo vasa iræ, & zizania ad tempus talia, ut fiant triticum, & vasa misericordiæ in æternum. Quare & suum Timotheum Paulus, ut hanc Dei bonitatem imiteretur, eodem in loco docet. *Seruum Domini (inquit) oportet cum modestia corrigere eos qui resistunt veritati: nequando Deus det illis poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur.* Ecce ista erant zizania ab inimico homine seminata, & eius laqueis implicata: sed non eradicantur statim ut tempus respiscendi habeant. Hac de re tota sic sapienter scribit sanctus Augustinus: *Omnis malus aut ideo vinit ut corrigatur, aut ideo ut per illum bonus exerceatur. Vtinam ergo, qui nos modo exercet, conuertantur, & nobiscum exerceantur. Tamen quæ diu ita sunt ut exerceant, non eos oderimus: quia in eo quod malus est quis eorū, utrum in sinè perseueraturus sit, ignoramus: & plerumque, quum tibi videris disse inimicum, fratrem odisti, & nescis.*

Malorum toleratio, ut emendantur.

Hebr. 6.

Rom. 9.

2. Tim. 2.

Ibidem.

Enar. in Psal. 54.

*nescis, Dei ergo bonitatem imitari docemur, qui solem suam oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.*

Luca 6.

Dei bonitas in malis tolerandis.

Sed hoc in loco admirabilis Dei bonitas, qua peccatores tam diu tolerat, altè consideranda est. Saulum persequentem si statim Deus eradicasset, Paulum prædicantem non haberemus. Propterea in se ipso hanc admirabilem bonitatem sedulo prædicat. *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere: quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consequutus sum, ut in me primò ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.*

1. Tim. 2.

Rom. 2.

Homil. 5. de Pœnitentia.

Se dicit exemplum diuinæ patientiæ, qua non vult statim eradicari zizania, ad nostram informationem: ut & in nobis singuli similem Dei patientiam admiremur; & incessanter de hoc singulari beneficio gratias agamus, quòd milles nos barathro proximos, viuere tamen, & pœnitentiæ tempus habere sustinuerit. *Hæ sunt diuitiæ bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis; quoniam benignitas Dei ad pœnitentiã nos adducit.* De hac re pulchrè Chrysostomus: *Nos homines multo tempore edificamus, uno die destruimus. Deus cõtrà. Cùm struit, velociter struit; quum destruit, tardè destruit. Illud potentis, bonitatis istud; potentis, excellètia velox, multà de bonitate tardus. Sex diebus cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt, creauit. Vt vnã urbem Hiericho destrueret, septem diebus eam circumiit. Dauid peccantem, adulterium atque homicidium patrantem, multis diebus tolerauit; pœnitentem vno verbo restaurauit. De hac Dei patientiã, quæ in peruersis Iudæis maximè eniuit, Propheta. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi.* Et alibi: *Sabbatha vestra facta sunt mihi molesta. Laborauit sustinens.* quia videlicet tam diu & frustra eos ad pœnitentiã expectauerat. In Euangelio quoque: *Nisi pœnitentiã habueritis, omnes similiter peribitis.* Paucos Deus punit, ut innumeros sanet. Tormèta paucorum, exempla sunt omnium. Sic parcit zizaniis, ut fiat bonum triticum.*

Esaiæ 65.

Idem 1.

Luca 13.

8. *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.*

Mali tolerantur propter bonos.

**L**Ocus moralis de alia Dei benignitate, eaque duplici, qua & propter bonos sustinet in mundo malos, & in medio malorum conseruat bonos. Has enim duas ob causas vtraque simul crescunt, simul proueniunt, tam zizania, quàm bonum triticum. Nam quod ad prius attinet, iam dudum mala zizania de mundo eradicata fuissent, nisi vel propter

propter bonos Deus illis parceret, vel ad vilitatem bonorum eos in mundo esse permetteret. Si in Sodomā & Gommorra decem fuissent iusti & innocentes, illis ciuitatibus ad Abrahamæ preces pepercisset Deus. Quot ibi zizania stertissent, si vel manipulus tritici in agro crenisset? Nam & sic agricola, vbi parum aut nihil tritici est, sed omnia zizanijs plena sunt, omnia in fasciculos colligit & comburit. Sed & ciuitati Segor propter vnum Loth iustum, pepercerunt Angeli. Hoc respectu, bonus Rex Ioas, decumbente ad mortem Eliseo Propheta, flens dicebat: *Pater mi, pater mi, currus & auriga Israël.* Aurigam vocat, quia suo sancto exemplo atque doctrina totum Israël ducebat. Currum vocat, quia virtute sua, crebrisque orationibus populum sustinebat, ne Deus illos propter peccata ipsorum perderet. Hoc sensu in veteri Lege dicuntur *sacerdotes templi comedere peccata populi*: quia stante sacerdotio, & iugi sacrificio, Deus illi populo semper aderat, & vtcunque aliter peccantem tolerabat, suæque gratiæ beneficijs prosequeretur. Quæmadmodum pater familias, quum famuli eius aliquod scelus perpetrarint quod supplicio dignum sit, si quis fortè vir nobilis, cui reuerentia debeat, superueniat, non eos punit, sed iubet gratias agere circumstantibus; prædicens tamē fore, vt, vbi eos solos comprehenderit absque patronis, tunc pœnas illi dabunt: eodem modo Deus in hoc seculo parcat malis, pœnam eorum differt, sinit ea crescere propter præsentiam iustorum quos diligit, & quorum preces pro malis audit; in futuro autem seculo pœnas dabunt, quando totum triticum in horreum fuerit congregatum, solaque remanserint zizania, nec vllæ iustorum preces iuuabunt, vt in alio quodam Euangelio ex Scripturis ostendimus. Sic apud Ieremiam: *Circuite (ait Dominus) vias Hierusalem, & aspiciete, & considerate, & quarite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & querentem fidem, & propitius ero ei, id est, Hierusalem ciuitati.* Sic & apud Ezechielem: *Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni.* Sic videlicet & ante captiuitatem Babylonicam, vt ciuitatem Hierusalem seruaret, & in ipsa captiuitate, vt terram populo suo redderet, quæsiuit Deus paucos iustos: quæsiuit triticum, vt seruaret zizania. Nonne totum populum in deserto, factum zizania, disperdere Deus voluit, nisi vnicum tritici granum Moyses obstirisset, suæque oratione Dei iram placasset? Tanti valet, vt, vtraque finan-

Pars Hyemalis.

Q

tur

Gen. 18.

Gen. 19.

4. Reg. 19.

Osea 4.

Simile.

Dominica 1.

Aduentus,

text. 1.

Ierem. 5.

Ezech. 22.

Exod. 32.

Peccantium  
multitudo  
aggrauat.

tur crescere. Ex quo loco & illud salubriter obseruare con-  
cionator poterit, quanto in errore illi versentur, qui pro-  
pter multitudinem peccantium lenius se à Deo castigandos,  
vel etiam non castigandos putant, ideoque id maximè sa-  
tagunt, vt, in quo illi peccant, in eo ab vniuersis peccetur,  
quali peccatum quanto generalius, tanto leuius esset, &  
venia dignius. Contrà enim se res habet: & si sic multitudo  
peccantium crescat, sic zizania multiplicentur, vt omnes  
mali fiant; absque vilo dubio celerrimè omnes sint perituri  
cum Sodoma, Gomortha, & Ierusalem; quum nulli simul  
boni crescant, propter quos saluentur.

Bonorum co-  
habratio  
malis vitilis.

Alius quoque populi error grauis ex hoc loco taxari po-  
test; uo improbi homines, & licenter vitam agere cupien-  
tes, a suo consortio, domicilio, ciuitate, viros bonos & Deo  
gratos longissimè abatece student. Contrà enim si sape-  
rent, id maximè satagere deberent, vt, etsi improbi ipsi sint,  
nec virtutis callem carpere ipsis libeat, alios tamen apud se  
pios, religiosos, ac sanctos viros habeant, in quorum certè  
gratiam & fauorem loco & domicilio illorum parcat Deus,  
& temporales saltem has pœnas ab illorum capitibus de-  
pellat. Crescit quippe cum zizanijs triticum, vt propter tri-  
ticum non eradicentur zizania, ne vna ambos pœna in-  
uoluat.

Mali ad vi-  
lilitatem bo-  
norum tole-  
rantur.

Rursum crescunt vtraque simul, zizania cum tritico,  
etiam vsque ad messem, & consummationem seculi, ad bo-  
num & vtilitatem ipsius tritici, & propter filios regni: idque  
partim vt exerceantur à malis, partim vt eorum numerus  
compleatur. *Omnis enim malus* (vt ex Augustino paulo su-  
prà ostendimus) *ideo uiuit in mundo, vel vt corrigatur, (de*  
*quo priùs dictum est) vel vt per eum bonus exerceatur, quod*  
huic loco proprium est. Nempe (vt ibidem adiecit Augu-  
stinus) *quum iubeat nos dominus inimicos diligere, sublatis ini-*  
*miciis, id est, malis hominibus, quomodo in hoc precepto exer-*  
*ceamur? Sed & pleraque charitatis ac misericordiæ, omnia*  
certè fortitudinis & patientiæ officia, sublatis è mundo ma-  
lis, cessabunt. Dicit Deus de veteri populo: *Ego non delebo*  
*Gentes quas dimisit Iosue, & mortuus est, vt in ipsis experiat*  
*Israël, vtrum custodiam viam Domini, & ambulent in ea.*  
Sic in Ecclesia noui populi fiuntur zizania crescere & mul-  
tiplicari, & prosperare cum tritico, vt experiat nos Deus in  
illis, vtrum custodiamus viam Domini. Impiorum enim  
maledicta, iniuriæ, rapinæ, probat & experiuntur patientiam  
bonorum

Enar. in  
Psalm. 57.

Judic. 3.

bonorum; inuidia, odium, detractio, charitatem. Hoc quoque exercitium quod à malis hominibus patiuntur boni, acerbius plerumque est, quàm quod à dæmonibus patiuntur. Vnde hæc iusti voces: *Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.* Et causam subiungit: *Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant praelia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum.* Ad exercitium itaque & maiorem gloriam bonorum tolerantur mali. Nec ad maiorem gloriam tantum, sed & ad maximam & necessariam vilitatem. Torpet enim absque certamine virtus, & peius vacat quàm occupatur. Quum cibis in stomachum descendit, calor naturalis, quasi pugnam contra eum instruit, donec in suam substantiam eum conuerterit: sed hac pugna alitur stomachus, totumque corpus. Vbi verò stomachus vacuus est, contra seipsum pugnat ille calor: planèque seipsum absumeret, nisi identidem nouo alimento subministrato exerceretur. Eodem profus modo externis tentationibus exercetur piorum animus, quasi que alitur & impinguatur præclarissimis virtutibus: quibus si careat, sibi ipsi tentatio erit, suis seipsum cogitationibus affliget & vel vanæ gloriæ vel inuidiæ, vel etiam peruersæ libidinis iaculis otiosus ferietur. Sed & extra tentationem à rebus externis, vel periculosa securitas, vel præsumptio bonos incauè inuadet. Nam sicut naues in mari pacato & sereno magis periclitantur, quàm orta tempestate; quia plura sunt contra tempestatem remedia hominum industria inuenta, quàm contra tranquillitatem & mollitiem maris, quæ solis ventis, qui in nostra potestate non sunt, curatur: sic omnino animus iusti & timentis Deum, tutior est in tentatione, quàm in alia & longa pace; quia contra tentationes multa sunt remedia, & diligenter à iusto adhibentur. Extræ tentationem verò sine maxima vigilantia, & perpetuò flante diuini spiritus aura, assiduè periclitamur, ne vel torpor opprimat, vel securitas diabolo exponat, vel præsumptio præcipitet, vel inuidia pungat, vel vanitas dissipet. Propter maximam igitur bonorum vtilitatem & exercitium necessarium sinuntur vtraque simul crescere, mali cum bonis, zizaniam cum tritico.

Potèrò vt numerus electorum compleatur: tolerari in agro Dominico zizania, & vt vtraque simul crescant permitti, illa Scriptura docet, vbi clamantibus ad Deum iustis,

*Vsquequo Domine sanctus & verax non iudicas & vindicas sanguinem nostrum de ijs qui habitant in terra? (hoc enim erat eradicare zizania ex agro Dominico huius militantis Ecclesiæ) dictum est illis, ut requiescerent ad tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut illi. Sic Paulus ab improbis & malis hominibus afflictus, se hoc respectu omnia libenti animo sustinere scribit. In quo (Euangelio) laboro vsque ad vincula, quasi male operans. Sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, qua est in Christo Iesu cum gloria caelesti. Hoc est quod sanctus Hilarius scripsit, Longam Dei patientiam in tolerandis impijs, in profectum humanæ salutis extendi. Hoc denique finis parabola perspicue docet, vbi dicit Saluator, se messis tempore dicturum messoribus (id est, Angelis, & diuinæ iustitiæ ministris) vt zizania colligant in fasciculos, bonum autem triticum congregent in horreum suum. In eum igitur finem crescere linuntur, vt plenum sit triticum in horrea congregandum. Atque hæc de prioris Dei benignitate admirabili, qua propter bonos sustinet in mundo malos, siue ex parte malorum, ne intereant; siue ex parte bonorum, vt utilitatem inde capiant.*

2. Tim. 2.

Can. 26. in  
Matth.Bonos in me-  
dio malorum  
conseruat Deus.

Nunc de altera Dei benignitate, qua in medio malorum bonos conseruat, & sic finit vtraque crescere vsque ad messem, vt tamen crescentia zizania triticum suffocare aut exficcare non valeant (quod boni illi serui, qui eradicare zizania cupiebant, metuisse videntur) tribus verbis dicitur; si forte hanc partem tractare Concionator desideret, ad maiorem Dei gloriam, & populi fidelis amorem in Deum accendendum. Scimus (ait Apostolus) quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti. Docet, lic Deum in medio malorum conseruare bonos, vt malorum commixtio etiam in bonum ipsis cooperetur, & quod in perniciem futurum videbatur, in salutem fiat. Sic Dauid Propheta: *Maledicent, & tu benedices: Qui insurgunt in me, confundantur; seruus autem tuus latabitur.* Exemplum in Balaam homine impio, sed Propheta, à Rege Balac, hoste Iudeorum, ad maledicendum illis vocato. *Veni* (inquit Rex ad Balaam) *& maledic Iacob: propera, & detestare Israel.* Cui Balaam: *Quomodo maledicam cui benedixit Deus? Qua ratione detester, quem Dominus non detestatur?*

Rom. 8.

Psal. 108.  
Exempla.  
1.

Num. 23.

Quumque



Quumque statim verba benedictionis plena protulisset, ait illi Rex impius: *Vt malediceres inimicis meis voravi te, & tu è contrario benedixisti eis.* Exemplum in fratribus Ioseph, qui, vt frustrarent somnia eius, ex odio & inuidia vendiderunt eum Ismaëlitis in Ægyptum. Sed hoc totum in gloriam Ioseph, atque in ipsorum fratrum consolationem versum fuit. *Pro salute vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum* (ait illis Ioseph) *vt reseruemini super terram. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum.* De hoc genere dixit Salomon: *Vir impius procaciter obfirmat vultum suum* (vt noceat videlicet iusto) *Qui autem rectus est, corrigit viam suam*: id est, correctionis & emendationis suæ causam, ex illa impij pernicacia accipit. Et rationem subiungit: *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Equus paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit*, hoc est, frustra impij iustum perdere contendunt. Sicut equus in bello seffori suo, sic Dominus in tentatione iusto suo, cuius cor possidet, & quem inhabitat, certissimam salutem adferet. Hoc est quod Christus de suis ouibus dixit, *Nemo rapiet eas de manu mea*: & quod Paulus confidentissimè dixit: *Si Deus nobiscum, quis contra nos?* Ex hac etiam consideratione sic Dauid profiteretur: *Dominus illuminatio mea & salus mea: quem timebo? Dominus protector vita mea: à quo trepidabo? Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.* Hoc est dicere: Crescant zizania vsque ad messem, multiplicentur impij contra iustos (neque enim in sua tantum, sed & in omnium iustorum persona propheticè hoc dixit) nihil mihi ab illis timebo, quia *turris fortissima nomen Domini.* Nec per se tantum, & per sanctissimæ gratiæ suæ auxilia vberissima, sed etiam per Angelos suos, contra zizaniorum corruptionem incolumes suos seruat Deus; iuxta illud Psalmistæ: *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Ingens pollicitatio: sed quo defensore tanta protectio? sequitur: *Quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.* Si in omnibus, ergo nusquam cadendi periculum timeas. Addit tamen ad maiorem certitudinem: *In manibus suis portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Ad quæ omnia verba diligentius expensa exclamat diuus Bernardus: *O criticum inter zizania, ô granum inter paleas, ô liliam*

*inter spinas. Gratas ei fratres, gratias ei, & pro nobis pariter, & pro vobis agite. Pretiojum depositum nobis commiserat fructum Crucis sue, pretium sanguinis sui, Non est contentus custodia hac. Super muros tuos Ierusalem constituit custodes. Angelis suis mandauit de te. Mira dignatio. Quis enim, quibus, de quo, quid mandauit? Deus, Angelis, de homine, custodiam exactissimam. Quantam tibi debet hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam! Hæc ille: & multo illic plura, quæ vide. In hoc ego prouidus paterfamilias, & gloriam suam, & dilectionem in nos longè maximam ostendit, quod sic sinat crescere zizania cum tritico vsque ad messem, vt ipse tamen conseruet triticum in messem, nec ei nocere valeant zizania.*

9. *Colligite zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.*

Iudicium impiorum terribile.

*Moral. in Iob. lib. 9. cap. 47.*

*Dial. lib. 4. c. 35.*

*Ioh. 14. c.*

*Vbi supra in Iob.*

*Apoc. 18.*

**L**O C V S moralis de terribili impiorum iudicio in conluminatione seculi. Diciturus est Deus Angelis suis, vt colligant impios, & in certos fasciculos alligent, & in igne æternum proiciant. Quod de fasciculis dicitur, sic exponit S. Gregorius: *Si nullus in supplicijs ordo seruabitur, cur comburenda zizania in fasciculos colligantur? Sed nimirum fasciculos ad comburendum ligare, est, hos qui æternis ignibus tradendi sunt, pares paribus sociare: vt quos similis culpa inquinat, par etiam pœna constringat. & (vt alibi scribit) superbi cum superbis, luxuriosi cum luxuriosis, auari cum auaris, fallaces cum fallacibus, inuidi cum inuidis, infideles cum infidelibus ardeant. Nempe docere Saluator vult, omnes quidem impios vnã manere ignis æterni pœnam, sed vt in domo Patris eius multa mansiones sunt ad disparẽ iultorum gloriam, sic in domo inferni multa supplicia erunt ad varia impiorum tormenta. Nam sicut vno sole (ait sanctus Gregorius) omnes tangimur, nec tamen sub eo vno ordine omnes æstiuamus; quia iuxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris: sic damnatis, & vna est gehenna quæ afficit, & tamen non vna omnes qualitate comburit; quia quod hic agit dispar valetudo corporum, hoc illi exhibet dispar causa meritorum. Hæc ille. In istis quippe fasciculis illam Angeli exequentur sententiam, qua dictum est: *Quantum se exaltauit & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Item illud futurum est, quod Ezechiel de vltione per Angelos facta, in visione præuidit;*

*Vnusquisque*

*Vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua.* Dicitur ter-  
 ribile, & spectaculum terribilius, ab illis in extremo iudicio  
 acerrimè puniri, quos in hac vita patronos & custodes salu-  
 tis habuimus. Ab aliquo carnifice pœnas accipere, vt vul-  
 gare, ita minùs graue est. Sed à proprio parente, aut veteri  
 amico, publico supplicio per viam iustitiæ affici, quanto hor-  
 rori, quàm crudele tormentum esset! Deinde societas ipsa  
 simul in hac vita peccantium, qui simul puniendi colliga-  
 buntur, quantæ erit confusions? Usurarius cum vxore, libe-  
 ris, ac famulis suis, quos ex vsura aluit, in vno fasciculo;  
 Confessarius cum iis, quos malè absoluebat, in alio: ini-  
 quis iudex; fallax scriba, aduocatus fraudulentus, relator  
 ac testis mendax; alium fasciculum conficient: Mox in alio  
 medicus, chirurgus, pharmacopola, qui agris malè ministra-  
 runt, suum quoque fasciculum facient. Deinde meretrices,  
 lenones, fornicarij, in alio colligati ferentur. & sic de cæteris:  
 sicut enumerat sanctus Augustinus, hæc verba tractans. *S. August. serm. 39. de Sanctis.*  
 Porro ista colligatio in fasciculos, ostendit promiscuè om-  
 nes puniendos secundùm delicta, non secundùm statum  
 quem in hoc seculo quisque tenebat. Nam vt in messe est *Simile.*  
 vna spica grandis, alia parua atque humilis; sed cum messor  
 omnes colligit ad alligandum, non apparet quæ grandior,  
 quæ minor fuerit, nec sit delectus maiorum à minoribus,  
 sed simul omnes parue & magne, quæ eiusdem generis sunt,  
 colligantur: sic in illa messe postrema, quum id fieri quod  
 Angelo in Apocalypsi præcipitur: *Mitte falcem tuam & mete.* *Apoc. 14.*  
*quia venit hora vt metatur,* parui cum magnis, potentes  
 cum mendicis, pariter colligabuntur absque vilo discrimi-  
 ne. Rursum quemadmodum in scacchorum ludo, quàm diu *Simile:*  
 certè ludus agitur, stant suo ordine Rex, Regina mitrati,  
 Equites, Cataphracti, milites gregarij; at finito ludo, &  
 mensa sublata, vbi omnes in sacculum coniciuntur, confusi  
 iacent, & sine discrimine, Rex fortè in fundo, & miles gre-  
 garius in capite: sic omnino in huius quidem vitæ teatro,  
 personas suas splendide agunt Reges, Prælati, Nobiles, &  
 diuites huius seculi; sed ludo huius vitæ finito, & teatro  
 vacuato, omnes mali simubim fasciculos colligati, in bara-  
 thri sacculum proficiuntur. Sed parum est sic colligari atque  
 confundi. Illud quàm horrendum, *Colligari in fasciculos ad  
 comburendum!* igne videlicet æterno. Zizania illa & paleæ  
 inanes quomodo hunc ignem sustinebunt? Si non homines, *Æternæ pœnæ  
 grauitas.*  
 Q 4 vel

vel Olympus essent, hanc flammam sempiternam & acerrimam sustinere nequirent. Hic est ille ignis de quo in Apocalypsi dicitur: *Cruciantur igne, & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & in conspectu Agni, & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum.* Hic est ille ignis de quo Esaias dicit: *Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* Hic est ille ignis de quo David prædicit: *Pones eos ut caphuranum ignis, in tempore vultus tui.* Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis. Quomodo hunc talem, tantum, tam sempiternum ignem delicati peccatores sustinebunt, quæ vel minimum capitis dolorem sine gemitu ferre non possunt? *Si cum pedibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis?* Sed quemadmodum ferrum, quanto fortius & diutius igni resistit ut caliat, tanto iam calefactum acrius ardet, & iam ignitum, ipso igne feruentiusurit; lignum autem, quod facile ignem concipit, non ita combustumurit: sic delicati & voluptuosi in hac vita, quanto diutius & fortius omni mortificationi restiterunt, & nihil asperum, aut durum pati vel pro Christi amore, vel pro peccatis suis voluerunt, nec famem in ieiuniis, nec frigus in orationibus, nec æstum in laboribus, aut aliquid simile, tanto ab hoc igne infernali acrius corripientur, tanto & ardebunt vehementius, & flammam sentient subtilius: quia quanto plus & fortius aliquid suo contrario resistit, tanto violentius, ubi ab eo semel victum fuerit, in suum contrarium transit. Tunc quippe fiet quod de pœnis impiorum prædixit Esaias: *Erit fortitudo vestra ut fauilla stupa, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur utrumque simul, & non erit qui extinguet.* Nihil tenuius aut ad flammam concipiendam promptius quam stupa: sed eius fauilla nihil siccius, nihil iuanius: scintilla quoque nihil leuius aut magis momentaneum. Tale quid tunc erit impiorum fortitudo, id est, gloria, robur, deliciae. In nihilum totum redigetur, & igne tamen inextinguibili comburetur. Sic divitiis epulonis fortitudo, & tota gloria conuersa fuit in fauillam stupae semper ardentem. Ignis autem seu flamma quam pertulit, quam intolerabilis fuerit, ex eo liquet, quod nec eius extinctionem petiit, quam æternam sciebat, nec vas aquæ, quo totum corpus ablueret, rogavit; quod impetrari non posse sciebat, sed guttam aquæ tantum, eamque extremo digito Lazari intinctam, qua refrigeret linguam suam, imploravit. Mirabilis mutatio.

Apoc. 14.

Esaias 33.

Psal. 20.

Jerem. 12.

Simile.

Esaias 1.

Luca 16.

mutatio. Qui micas è mensa Lazaro negauit, vnam aqua guttam ab extremo Lazari digito petiit. Hic ergo zizaniorum finis & exitus, quæ alioqui vsque ad messem bonus paterfamilias sinit crescere.

Obserua autem, quòd hoc totum Euangelium etiam hæreticis applicari potest, vt bonum semen sit sana doctrina; zizania, hæreses, quæ diabolus superfeminauit, post traditam à Christo celestem doctrinam: & illas tolerari non simpliciter, sed quatenus periculum est eradicandi triticum, si & illa extirparentur. Et ita in altero Promptuario hoc Euangelium tractauimus. Neque tamen aut hic aut ibi tertui Euangelico vllam vim fecimus; tum quia eiusdem loci plures esse sensus possunt, etiam literales (vt in illis verbis, *Ego ero ei in Patrem, & ille mihi in Filium*, manifestissimum est, quòd tam de Salomone, quàm de Christo ad literam intelligitur) tum quia *filij nequæ*, quos per zizania intelligi Christus exponit, vtrosque æquè propriè significat, hæreticos & malos Christianos: tum denique, quæ vtroque modo hæc verba Patres exposuerunt.

## EVANGELIUM DOMINICÆ VI.

POST EPIPHANIAM.

**D**IXIT Iesus turbis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo, seminauit in agro suo; quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cùm autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor; ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farine satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis; vt impleretur quod predictum est per Prophetam, dicentem: Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita à constitutione mundi.

## PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. *Simile est regnum cælorum grano sinapis. De fidei virtute ita vt oportet exulta.*

2. *Cum autem creuerit, maius fit omnibus oleis, & fit arbor ita vt uolucres cæli habitent in ramis eius. De fidei excellentia, incremento, & effectibus*

3. *Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina satus tribus, donec fermentatum est totum. De virtute & efficacia vitæ exemplaris, & de ædificatione proximi.*

1. *Simile est regnum cælorum grano sinapis.*

De fide excolenda.

**L**OCVS moralis de fidei virtute ita vt oportet exulta. Quum enim Christus per regnum cælorum siue cæleste (iuxta scripturæ phrasim) intelligat hoc loco Ecclesiam sanctam, in qua Christus regnat, quæ legibus cælestibus gubernatur, quæ non nisi cælestia appetit, cuius origo de cælo, cuius conuersatio in cælis, cuius finis est ad cælum tendere (propter quas causas regnum cælorum vocatur) hæc autem omnia non nisi per rectam fidem, ita vt oportet bonis operibus exultam, fiunt; propterea per granum sinapis illam & significare & describere voluit. Habet quippe illa omnes sinapis proprietates, ad morum ædificationem egregiè pertinentes. Primum enim, vt granum sinapis in omnibus seminibus minimum est (vt hic Christus dicit) ad oculum videlicet, & aspectui humano: sic fides Christiana, quæ videlicet rationi absurda, cupiditatibus contraria, mundo abiectissima apparet. Quare vt pauci & obscuri (non multi nobiles, non multi potentes) eam ab initio amplexi sunt; sic pauci & obscuri (infirmi enim mundi, & contemptibilia elegit Deus, vt fortia confunderet) eam, vt oportet, excolunt. De hac paucitate Christus: *Putasne, quem venerit Filius hominis, inueniet fidem in terra? Viuam scilicet, operantem, rectè & laudabiliter bonis operibus exultam, vt D. Hieronymus & Augustinus exponunt, Et iterum: Nolite timere pusillus grex, quia complacitum est Patri vestro dare vobis regnum. Non quia paucorum est Ecclesia; sed quia multi vocati, pauci electi. Nec omnium est fides, eorum scilicet, qui ea profitentur. Multi quippe verbis aiunt, factis negant. Qui autem dicit se nosse Deum & mandata eius non seruat, mendax est. Fides ergo granum sinapis est; quia plerisque contemptibilis est, & a paucis in pretio habetur.*

1. Corinth. 1.

Luce 18.

Luce 12.

Math. 10.

Rom. 10.

1. Ioan. 4.

2.

Rursum

Rursum veri fideles & pij, latitudinem terrenam fugiunt, profundam humilitatem amplectuntur. *Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum calorum.* Math. 19. Ut granum sinapis esse, vilitatem amare, vel certe non respuere, non aspernari à Deo immisam exterius, internè verò perpetuò tenere, excelsa non morari, non appetere oportet. Sed hoc granum sinapis in mentis horto conatum, & altè plantatum, firmis actis radicibus, crescit in arborem magnam: quia *omnis qui se humiliat, exaltabitur:* & radix gloriæ est humilitas; quòd alias ostendimus. Præterea granum sinapis fides est, non solum quia è paruo fit magnum quid, quòd etià nuci alijsq; seminibus conuenit; sed quia quum minimum quiddam sit, totam tamen suam virtutem & calorem, atque acrimoniam interiorius habet, qualem nulla alia habent femina i a crescentia. Sic fides tota virtus interior est; hominem interiorem sanat, purificat, perficit. Vnde Petrus: *Fide purificans corda eorum,* & Paulus ait, *Christum per fidem habitare in cordibus nostris:* nosque per fidem ad interiora velamina tabernaculi Dei ingredi & profunda scrutari. Iam verò non purificat tantum cor fides: sed etià sicut granum sinapis contritum calorem & acrimoniam confert; sic fides exercita laboribus, probata rebus arduis, persecutionibus agitata & compressa, fortius valet, novos spiritus induit, & vinum suam admirabilem exeret. Quade re sic pulchrè D. Ambrosius, & post eum penè ad verbum S. Augustinus: *Sicut granum sinapis prima fronte specie sui est paruum, vile, despectum, non saporem præstans, non odorem circumferens, non indicans suauitatem, at ubi teri coeperit, statim odorem suū acrimonia exhibet, cibum flammæ saporis exhalat, & tãto feruoris calore succenditur, ut mirum sit in tam frivolis granis tantum ignem fuisse cõclusum: cuius etià seminis cibum homines, hyemis præcipuè tempore, magna pro suauitate percipiunt, quatenus repellant frigora, humores egerant, viscera interna calefaciant: sepè etià ex hoc capiti adhibent medicinam, ut si quid inualidum, si quid ægrotum fuerit, sinapis igne curetur: ita & fides Christiana prima fronte videtur esse parua, vilis & tenuis, non potentiam suam ostendens, non superbiam præferens, non gratiã subministrans: at ubi diuersis tentationibus teri coeperit, statim vigorem suum prodit, acrimoniam indicat, calorem Dominicæ credulitatis aspirat: & tanto diuini ignis ardore iactatur, ut & ipsa ferueat, & participantem sibi ardere compellat. Et granum quidem sinapis mēbrorum viscera calefacit; fidei autem vigor, cordium peccata comburit. Illud asperum algorem frigoris rema*

Luca 18.

3.

Act. 15.

Eph. 3.

Hebr. 6.

1. Cor. 2.

4.

Serm. 1.

Serm. 21. de S. A.

A. u.

Sinapis virtutes fidei applicatæ.

Simile.

remouet hæc delictorum diabolicū frigus expellit, acedia torporem discutit. Sinapis iniquos humores decoquit corporum: fides autem libidinū fluentia consumit. Per illud medicina capiti procuratur, per fidem spirituale caput nostrum, quod est Christus, in suis membris saepe refouetur. Sed & fidei iuxta comparationem sinapis sancto odore perfruimur, dicente Apostolo, Christi bonus odor sumus.

2. Cor. 2.

5.

Ambr. ser. 2.

Aug. ser. 33.

de Sanctis.

Simile.

Hæc illi. Porro sicut sinapis, sic cibus est corporis conduens, ut tamen, quanto purior est tanto maiori cum acerbitate comedatur, sic fides ita animæ cibus & alimentum est, ut, quanto viuacior illa est, tanto maiori quadam cum asperitate salutem adferat. De qua re sic iidem duo Patres citati, iterum scribunt: Sicut cum sinapis succum sumimus, vultu contristamur, fronte contrahimur, ad lachrymas prouocamur, & ipsam salubritatem corporis nostri cum quodam fletu austeritatis accipimus, illinc enim nos amaritudo exasperat, acrimonia penetrat, hinc calor ignei saporis accendit, & toto perturbati corpore, tunc magis sani efficimur, cum amplius deploramus: ita omnino, cum fidei Christianæ præcepta percipimus, contristamur animo, affligimur corpore, ad lachrymas prouocamur, & ipsam nostram salutem cum quodam fletu ac marore prosequimur. Inde enim ieiunia nos exasperant, illinc peccatorum conscientia macerat, hinc patrimonij iactura perturbat, & toto contristati habitu, magis salutem consequimur, si amplius desileamus: secundum id quod ait Dominus: Vos plorabitis, mundus autem gaudebit. Hæc illi.

6.

Simile.

Sed & ita per omnia grano sinapis similis iudes est, ut etiam in modo sanandi eadem sit fidei ratio respectu animæ, quæ est sinapis respectu corporis, quam rem eodem in loco Patres citati his verbis explicant. Sicut cum sinapi caput forte curandum est, subemur abrasos capillos demere, impedimenta cutis vniuersa deponere, ut nudo corpori perfectius medicina proueniat: ita & quum anima per fidem curanda est, præcipimur substantiâ à nobis seculi auferre, impedimenta auri argentiq; deponere (quoad eorum videlicet cupiditatem, non vltim, & animi præparatione) ut nuda & soli animæ congruentius spiritualis medicina proueniat. Quisquis enim rebus mundi & diuitiis seculi obvolutus est (mētis suæ cogitationes & delideria in illis infixata gerens) huic fidei medicina non proderit. Ergo quod succus sinapis in corpore, hoc fides Christiana operatur in anima. Hæc rursum illi. Tanta & tam varia est fidei nostræ cum grano sinapis proportio & similitudo.

2. CUM



2. *Cum autem creuerit, maius fit omnibus oleibus,  
& fit arbor, ita ut volucres cali ha-  
bitent in ramis eius.*

**L**ocus moralis de incremento fidei, eiusque effectibus. Fidei incremē-  
tum, & eius  
effectus.  
Nam ut minimum sinapis granum sic crescit, ut sit ma-  
ius ceteris oleibus, fiatque arbor, atque ea satis capax & am-  
pla: sic secundum has tres proprietates, fides de corde puro sic  
in animo crescit, ut ceteras amoris intellectualis virtutes  
longissimè superet, ut fiat arbor bonorum operum egregiè  
fructifera, ac denique ut in tali fide rerum diuinarum admi-  
rabiles cōtemplationes & amores seraphici, veluti volucres  
in ramis, habitent & conuiescāt. De quibus singulis aliquid  
dicetur. Quod ad primum attinet, fides Christiana & Euan-  
gelica, omnes humanas scientias ac disciplinas, dignitate &  
utilitate, omnes virtutes intellectuales certitudine & ampli-  
tudine vincit: atque hinc fit ut in arborem crescat, quā cate-  
ræ in nihilum euanescent. Docet hoc D. Hieronymus in hæc  
verba: *Confer doctrinam fidei dogmatibus philosophorum, & li-  
bris eorum, & splendori eloquentiæ, & compositioni sermonum: &  
videbis quanto minor sit ceteris seminibus sementis Euangelij.  
Sed illa cum creuerit, nihil mordax, nihil uinidum, nihil vitale  
demonstrat: sed totum flaccidum marcidumque, & mollium ebul-  
lit in cholera, & in herbas quæ cito arcescunt & corruunt. Hæc au-  
tem prædicatio, quæ in anima credentis sata fuerit, crescit in ar-  
borè.* Hæc ille. Nempe omnia Socratica dogmata, & cetera  
philosophorum placita, scripta, præclara dicta, ut nihil diuini  
spiritus habebant, ita nisi morales quædam & ciuiles virtu-  
tes animo audientium & legentium inferebāt, nullas solidas  
virtutes, & verè diuinas: nō humilitatem, non purum mundi  
contemptū ob Dei amorem, non fortitudinem spiritualem,  
non excellentem virginitatem, non cultum & obsequiū Dei  
pulum, non orationis studium, non denique maximum cha-  
ritatis charisma, quo Deum supra omnia, & proximum tan-  
quam nosipfos in Deo diligimus. Rursum illa omnis huma-  
na philosophia nec Deo adherere, quem nesciebat; nec be-  
neficia mediatoris agnoscere, quem ignorabat; nec exemplis  
eius commoueri quæ non audierat, nec naturæ suæ corru-  
ptionem videre, de qua nihil legerat, nec eius remediū qua-  
rere, quod non curabat, vllō modo poterat.

Fides Euāgeli-  
ca humanis  
omnibus di-  
sciplinis ex-  
cellentiōr.

In com. in  
Mat. cap. 13.

Philosophiæ  
humanæ de-  
fectus.

At fides hæc omnia docet, & docendo, ingentem diuinæ  
sapientiæ thesaurum animo credentium recondit. *Christi do-  
ctrina*

Lib. 7. in Luca  
cap. 13.

*Trina* (ait Ambrosius) est granum frumenti, quia confirmat cor hominis, & est granum sinapis, quia cor hominis accendit. Granum tritici, quum de eius resurrectione tractatur; quia Resurrectionis exemplum mentem alit, spem acuit, firmat affectum. Granum autem sinapis, eo quod amarior & acrior sit sermo de Domini Passione, amarior ad flendum, acrior ad commouendum. Itaque quum audimus & legimus ieiunasse Dominum, sisse Dominum, lachrymasse Dominum, vapulasse Dominum, dicentem Dominum sub tempore passionis, Vigilare & orate, ne intretis in tentationem, velut succo amarioris sermonis increpati, voluptatum corporalium suauitates iusto dulciores temperamus. Hæc ille. Tale granum est fides nostra, seu frumenti ad pascendum, seu sinapis ad commouendum. Contrà, omnis humana philosophia, vel siliqua est inanis quoad doctrinam, nihil solidi nutrimenti adferens: vel cortex aridus & insipidus quoad mores, nihil acrimoniæ conferens. Tota philosophorum theologia, physica & naturalis, quæ maxima erat apud eos doctrinæ sapientia, quia non opera hominum, vt saxa; aut poetarum figmæta, vt falsos deos; sed opera Dei, vt cælum, mare, terram colebant: inanis erat siliqua, de qua sic Augustinus: *Hæc siliqua intra dulce tectorium sonantes lapillos quatit. Non est autem hominum, sed porcorum cibus. Tã enim mihi statua qualibet, quàm mare uniuersum non est Deus.* Omnia quoque morum præcepta, quasi ad externum ornatum hominis, vt vestis aliqua, potius pertinebant, quàm ad internam hominis reformationem. Talia etiam sunt eorum scripta & documenta etiam Christianorù, qui philosophico magis quàm Christiano spiritu scribunt. Quo in genere illustre est quod de Erasmi scriptis moralibus, vt de Enchiridio militis Christiani, de Ecclesiaste eius, aliisque similibus libellis, vir sanctissimus, & nostri temporis lumen splendidissimum, Pater Ignatius Loyola, Societatis Iesu fundator nobilissimus, grauissimè iudicauit.

De doctrina  
Christi lib. 3.  
cap. 7.

Erasmi libri  
morales  
damnati.

In vita eius lib.  
1. cap. 16.

Quum enim vir ille, Spiritu diuino plenus, Erasmi Enchiridion militis Christiani studiosè perlegere cœpisset; celeriter sensit, eã lectione Spiritus feruorem in se, quasi frigida superfusa, restingui: consulto quæ per preces Deo, ita librum illum abiicit, vt neque in manus postea sumpserit ipse; & multo post, Generalis Societatis Præpositus creatus, omnia illius opera in Societate legi etuerit. Quod eius grauissimum decretum, hodie quæ merito & salubriter obseruatur: adeo quæ à Sede nunc Apostolica confirmari audio.

Iam

Iam verò quòd fides omnes intellectuales virtutes, omnemque scientiam certitudine superat, inde manifestum fit, quòd hæc sola sic perficit intellectum, vt faciat eum infallibiliter tendere in suum obiectum, quod est verum, ideoque caret imperfectione illa, non solum quæ est in fide humana, sed etiã quæ est in quacunque scientia acquisita: quæ tota, quia nititur rationi humanæ, non concludenti ex necessitate, fallere, & falli potest.

Fidei autem falsum non solum non subest, sed nec subesse potest. Vnde longè superat fides omnem scientiam & certitudinem humanam simpliciter, id est, secundum causam suæ certitudinis. Quum enim nitatur diuinæ veritati reuelanti tanquam medio, reddit intellectum incredibiliter certio- rem quàm vlla scientia, quantumcunque demonstratiua, reddere possit. Etsi enim nõ intelligit plenissimè, tamen assentitur firmissimè, & rei creditæ adhæret tenacissimè fides. Huc accedit, quòd etiam ex parte obiecti, seu eius quod creditur, omnem humanam scientiam vehementer superat: quia supra captum & facultatem intellectus humani sunt quæ fide Christiana creduntur: ideoque intellectus credentis, dono quodam supernaturali eleuatur vt credat: non sic quidem, vt vel illo dono, vel voce Dei loquentis conuincatur intellectus, ac credere ex euidencia cogatur (quod certè nulla virtus esset) sed sic vt ex illo dono libenter pareat voluntas, suumque intellectum in obedientiam fidei captiuè; atque ita credèdo, excellètem virtutem exerceat, & opus diuinum faciat, iuxta illud Christi: *Hoc est opus Dei, vt credatis in eũ.* Sic fides, quum sit sicut granum sinapis, ita tamen crescit in animo credentis, vt cæteras omnes intellectuales virtutes, omnemque scientiam humanam, & dignitate atque vtilitate, & certitudine atque amplitudine longè superet, ideoque verè maius fiat omnibus seminibus.

Nunc vt in arborem crescat, bonorum operum atque admirabilium fertilem & feracem, vix opus est explicare, adeo tota passim Scriptura Evangelica & Apostolica hoc prædicat. Omnes vererum iustorum heroicæ virtutes Paulus fidei tribuit, tanquam fructus arbori, aut certè radici. Christus alio in loco suis dicit: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicitis huic monti, Tollere, & iactare in mare; & fiet.* Nempe quum illud granum sinapis in arborem creuit, (ideo enim præmiserant Apostoli, *Domine, adauge nobis fidem*) quum illa fides fortis, & valida, & perfecta est.

Vnde

Fides omnes intellectuales virtutes superat.

Ioan. 6.

Fides operum honorum ferax. Hebr. 11.

Matth. 17.

1. Cor. 13.

1. Pet. 5.

1. Ioan. 5.

Rom. 1.

Iacobi 1.

Iacobi 2.

Hebr. 11

Marci 5. &amp; 10.

2. Petri 1.

Gal. 5.

2. Theff. 1.

**Exemplum.**

In vita S. Ioannis electi monachij, apud Surium tom. 1. & in historia Palladij 116.

Vnde Apostolus: *Si omnem fidem habuerit, ita ut montes transferam. Qualis arbor hæc fides sit, ex fructibus eius cognoscere potest. Fide diabolus superatur. Cui resistite fortes in fide. Eadem mundus vincitur. Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Hæc est vita, seu radix vitalis totius iusti, i. e. Iustus ex fide vivit. Hæc orationes nostras & preces perficit. Postulet in fide, nihil hæsitans. Hæc omnibus operibus bonis, ut verè bona sint, cooperatur. Sic de obedientia Abrahamæ in immolando filio D. Iacobus: *Vides quòd fides cooperabatur operibus illius. Sine hac, tanquam necessaria omnium virtutum radice, impossibile est placere Deo. Hæc à Christo omnia sanitarum beneficia impetrauit. Fides tua te saluum fecit. Fiat tibi sicut credidisti. Si potes credere, omnia sunt possibilis credenti: & multa similia. Deinde vide ex hac fidei arbore quanti fructus pendent. Vos (inquit Petrus) curam omnem subinserentes, ministrata in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia abstinentiam, in abstinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate amorem fraternitatis, in amore fraternitatis charitatem.**

Ab ima radice ad summitatem arboris, à fundamento ad recti culmen, à fide ad charitatem singula contexit. In talem arborem crescit fides, tot virtutes profert, tot fructus adfert, quando in arborem adoleuit. Nec enim vel infirmi in fide, vel modicæ fidei, vel mortuam fidem habentes, id est, bonis operibus vacuam, huiusmodi fructus proferunt. Fides arbor est frugifera, sed charitate formata, & quæ (ut Apostolus loquitur) *per dilectionem operatur*, quæ etiam per illam crescit & adolefcit.

Vnde Apostolus, quum dixisset, *Quoniam supercrescit fides vestra*, subiunxit: *Et abundat charitas uniuscuiusque vestrum in inuicem.* id est, in charitate supercrescit, sine qua prorsus atescit. Sed fides ita crescens in arborem fructiferam, protulit nobis fortissimos Christi martyres, sanctos confessores, sacraras Deo virgines, seculi contemptores, monachos; omnes denique veros Christi milites. Quo sensu sapienter Serapion Sidonius, vir magnæ sanctitatis, quum & pallio & tunica argenteis pauperibus datis, ipse nudus in frigore sederet, vnijs Euangelij codicem tenens, ac rogaretur quis eum sic nudasset, respondit, *Hoc me nudauit*, Euangelium, quod tenebat, ostendens. Propter fidem enim Euangelij, in quo tam præclaræ promissiones elemosynis factæ leguntur, ita sese expoliavit. Atqui, ut talis in nobis fides crescat, diligenter & assidue bonis operibus excolenda est.

Hortorum certè cultores omnem operam suam in excolenda arborum radice ponunt. Hanc aquis irrigant, simo iniecto fouent, terram cui innixa est, mollem reddunt. Beneficium quippe in vnam radicem collatum, in omnes arboris ramos redundat. Idem studium in fide omnium virtutum radice excolenda, fouenda, roboranda, & confirmanda, collocari debet. Sicut enim stomacho resecto, cætera corporis membra vigent; ita fide aucta, quæ fundamentum est cæteræ virtutes incrementa capiunt. Quod si verò, neglecta hac cura, & nulla vel promissionum, vel comminationum diuinarum ratione habita, (quas fides ante oculos ponit) liberas peccato habenas damus; quæ in arborem creuerat, vix aridæ radicis locum tenebit. Ersi enim fides absque bonis operibus maneat, & vera fides sit, tamen longa & multa impietate excuti potest, penitusque arescere, & extingui. Quemadmodum enim arbores, abscissa coma quæ à radice vitalem succum trahit, radicis beneficio rursum reuifescunt, & surculos emittunt nouos; quos etiam si euulseris, alios item atque alios subinde propagant; verùm si tu in hac contentione persistas, vt propagines omnes suppululare incipientes euellas, ipsa demum radix tam diu frustrata nixa, omni vitali humore destituetur & arescet: sic omnino fides, quæ virtutum omnium radix est, & in magnam arborem per varios virtutum fructus excrescit, si bonorum operum propagines, sceleratè viuendo, pertinaciter & continuo abscideris, arescet tandem tota, & in hæresis alicuius, aut etiã infidelitatis & atheismi crimen prolabetur. Vt ergo in arborem crescat hoc granum sinapis, omni virtutum genere fides nostra excolenda est.

Tertia huius grani sinapis proprietas, quam in hoc Evangelio Christus designat, hæc est: *Vt volucres cæli habitent in ramis eius*, id est, vt inde quæ iam in arborem creuit, per diuinarum rerum varias & admirabiles contemplationes, quæ e fidei radice diffunduntur, sublimia virtutum opera, veluti volucres in ramis habitent. Rami enim huius arboris, qui fructus ex radice prouenientes portant, sunt beneficiorum & operum Dei, ac mysteriorum fidei nostræ frequentes meditationes, ex quibus proximè & immediatè multa virtutum opera crescunt & propagantur, vt in vno atque altero Evangelio iam explicatum est. sed & hinc pauca adijcienda sunt. Certè in Ecclesiastico non breuiter tantùm hoc perstringitur, sed copiosè explicatur: *Beatus vir qui in sapientia morabitur*

*Simile.*

Multa peccata fidem excutiunt.

*Simile.*

Meditatio beneficiorum Dei.  
Ecclesi. 14.

*sur;* id est, in rerum diuinarum cogitatione fixus hærebit, eas voluens atque reuoluens: & *qui in iustitia sua meditabitur;* id est, dum opus iustitiæ operatur, considerat quo demum modo maxime ad Dei gloriam illud operari valeat: & *qui in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei,* id est, qui in omni actione & cogitatione sua Deum sibi præsentem agnoscit: *qui excogitat vias illius* (id est, Dei mandata) *in corde suo;* & *in absconditis suis intelligens* (id est, intimo intellectu capiens) *vadens post illam quasi inuestigator* (venatorum more omnia sapientiæ latibula perferutans & indagans) & *in vijs illius consistens* (non temerè præteriens) *qui respicit per fenestras illius;* id est, externa Dei opera in creatura mundi considerat: & *in ianuis illius audiens;* id est, in Prophetis eius & magistris auscultans *qui requiescit iuxta domum illius;* id est, non vagatur in vanâ, sed adhæret sapientiæ: & *in parietibus eius figens palum, statuet casulam suam ad manus illius;* id est, qui in sapientiæ operibus considerandis intentionem figit, ille quoque in ijsdem operibus per imitationem exequendis, statum vitæ suæ constituet: & *requiescent in casula illius bona per æuum;* id est, status vitæ huiusmodi hominis erit in æternum beatus & *statuet filios suos sub tegmine illius;* id est, protegentur à sapientiâ omnes actiones eius, quæ sunt sanctæ meditationis, & fidei bene exercitiæ proies seu fructus: & *sub ramis eius morabitur,* id est, qui eadem meditando exerceat, sub sapientiæ cœlestis ramis, & varijs eius considerationibus, quasi in umbra iucundissima requiescet, sicut volucres cœli requiescere in arborum ramis solent. *Protegetur sub tegmine illius à seruiore,* & *in gloria eius requiescet,* id est, qui sic in sapientiâ meditatur, qui sic fidem suam exerceat, qui sic Dei opera, & in vnumquemque nostrum beneficia cogitat & recogitat, ille cerè à seruiore carnalis concupiscentiæ per istas sanctas cogitationes facillè protegetur, quasi qui sub testæ agit feruente sole, ille quoque in gloria huius Sapientiæ, id est, in maxima voluptate spiritali, quam ex ea percipiet, prorsus requiescet, vanas seculi & carnis voluptates prorsus contemnendo. Vnde David, quum dixisset. *Veniant mihi miserationes tuae,* & *viuam,* subiunxit per quod medium id fieret. *Quia lex tua meditatio mea est.* Vides quot verbis sub perpetua quadam parabola, præsentis Euangelij parabolæ non ab simili, scriptor Ecclesiasticus fidei adultæ, & in arborem magnam exercentis exercitationem atque meditationem diligentem describit & amplificat. Sed & alio in loco verbis amplissimis

amplissimis sapientiae huius caelestis, quae est rerum caelestium per fidem cognitio, virtutes admirabiles & encomia prosequendo, inter cetera ait: *Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiae. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis.* Comparat sapientiam caelestem, id est, cognitionem Dei, rerumque diuinarum per fidem, terebintho arbori, quae extendit ramos suos, pulchros admodum & egregios. Terebinthus quae in Syria & Palaestina crescit, excelsa admodum arbor est, quae pyramidis in modum fastigio definit, frondosa valde, & perpetuo viridis, & ita frondosa, ut pari ambitu ac latitudine frondes excrescant, nihilque inaequale cernatur: ideo rami eius honorifici & gratiosi vocantur, quia aspectum valde delectant. Tale quid est fides Christiana, quando per honorum operum exercitium, in arborem magnam excreuit. Pyramidis formam habet, & in fastidium excelsum atque acutum definit, quia *qua sursum sunt sapit, qua sursum sunt querit,* & in vnum Deum tota cogitatione & actione tendit: frondosa est, quia operosa est: frondes & ramos habet gratia & honore plenos, quia opera eius diuinae gratiae opera sunt, magni apud Deum meriti, magnae apud homines existimationis & laudis. Sub his ramis, & bonorum operum fructibus ex fide factis, animae sanctae requiescunt. Sub his ramis Deum contemplantur, & post contemplationem laudant, sicut volucres caeli post volatum, in arborum ramis quiescunt atque cantillant. Denique sub his ramis sapientiae diuinae, eandem sapientiam exercent; quia ex fide in fidem, quasi ex radice in frondem, ex fronde in florem, ex flore in fructum, ex modica fide in magnam, ex magna in maiorem, ex maiori fide in operum bonorum fructus progrediuntur. *Iustus enim ex fide viuit:* quia ex radice fidei opera vitae aeternae producit; & iuxta fidei suae praecepta, vitae suae rationem dirigit atque gubernat; verborum flores per fidei professionem, operum fructus per fidei exercitium incessanter profert. *Qui secus facit, nec ex fide viuit sed mortuam fidem habet, nec fidem tener grano sinapis similem, quae in arborem excresecat, sed arido stipiti similem, qui in ignem mittatur.* Fides nostra est lucerna nostra (*Lucerna pedibus meis verbum tuum:* hoc est, verbum fidei) est fax accensa, non debet lucerna poni sub modio, non debet fax accensa abscondi. Si Rex tibi literas mitteret, in quibus te aliquid in sui ministerium

Simile.

Coloss. 3.

Hebr. 10.

Psal. 118.

Simile.

facere iuberet; maximæ esset impudentiæ, lectis semel literis, nihil amplius facere, sed sola lectione literarum contentum esse, quasi ea vna in re Regi tuo satis obsequutus esses. Tota nostra fides in Scripturis reuelata, & per Ecclesiam nobis tradita atque explicata, est quasi epistola literaria, a Deo ad nos missa, in qua voluntatem suam nobis patefecit, quid in obsequium & cultum eius facere debeamus. Qui lecta hac epistola, lecta Scriptura, audita Ecclesia, credit quidem vera & bona esse quæ Scriptura dicit, quæ Ecclesia prædicat, & Dei voluntatem sic se habere, sed interim nihil eorum facit, sola sua fide illa inani & mortua contentus; ille profecto toto cælo aberrat, totoque cælo excidet; ille impudentissimum se, & ineptissimum ostendit. Docet ergo hæc parabola de grano sinapis, talem Christianorum fidem esse debere, vt acrimoniam & feruorem habeat, vt in arborem magnam crescat, vt frequenti meditatione exerceatur, bonisque operibus assidue excolatur. Quare etiam contra nostri temporis hæreticos, & contra eorum solam fidem hic locus valere potest.

Locus contra hæreticos.

3. *Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina satis tribus, donec fermentatum est totum.*

Vitæ exemplaris efficacia.

Locus moralis de virtute & efficacia vitæ exemplaris, seu hominis Christiani piæ ac religiose Deum colentis. Nam vt in grano sinapis, iudem ac religionem Christianam in se Christus Dominus informare voluit: sic in parabola fermenti eandem respectu proximi, & totius societatis fidelium informat. Dicit ergo, fidem Euangelicam, & verum Numinis cultum, de quibus in istis parabolis nomine regni cælorum docet, esse fermento similem, *quod mulier acceptum abscondit in farina satis tribus*, siue in quacunque alia mensura (hanc enim mensuram nominat, quia in Palæstina tunc, vt & in tota Syria moris erat, non priuatim in vnaquaque familia, aut apud diuersos pistores, panem pinsere, vt hodie vbique in hac mundi parte fieri solet, sed in publico furno totius villæ, omnes eius villæ inquilinos pariter pinsere, ideoque in qualibet coctura panum, tria sata, id est, tres modij farina fermentabantur, vt ex tanta massa panes fierent) donec tota massa fermentaretur: quia



quia quemadmodum modicum illud fermentum disper-  
sum in minutissimas partes, totique farinae commixtum,  
totam massam per se inspidam fermentat, suoque sapore  
inficit; sic eodem planè modo fides Euangelica in vno iam  
aut altero fideli, opera diuini Spiritus, & Ecclesiae mini-  
sterio (quæ hic per mulierem significari potest, quanquam  
in singulis sui partibus parabolam rei significatæ conuenire  
non est necesse) plantata, & (si reliquas parabola partes  
applicare libet) in abdito cordis & interioris hominis pri-  
mum abscondita, idque in farinae satis tribus, id est, in re-  
nouatione totius hominis, quoad corpus, quoad animam,  
& quoad spiritum, iuxta illud Pauli, vt *in die Domini in- 1. Thessal. 5.*  
*teger spiritus vester, & anima, & corpus seruetur*, postea  
alijs farinae inspidis, seu infidelibus, seu Christi- nis parum  
religiosis, vel communi conuersatione, vel docendi officio,  
communicata, & siue per doctrinam tradita, siue per pie-  
tatis exemplum commendata, & hoc modo veluti dispersa  
atque commixta, suum illis saporem bonum impartit, & vel  
ad fidem conuertit, vel in moribus & vitæ instituto cor-  
rigit ac reformat, massamque efficiunt bene sapidam, quæ  
igne diuini Spiritus postea concocta, & aqua saluari vel  
Baptismi in prima conuersione, vel lachrymarum in vitæ  
emendatione, constipata & solidata, purus panis efficiat-  
ur, mensæ Domini apponendus. Nam & panes propositio- 1. Reg. 11.  
nis, qui in veteri testamento altari apponebantur coram  
Domino, idque calidi semper, nec nisi à sacerdotibus co-  
medi poterant, aut ce tere non nisi à mundis, veros noui te-  
stamenti fideles & spirituales panes significant; qui Do-  
mino quotidie sistuntur, non vt comedantur, sed vt hostia  
in odorem suauitatis accepta Deo, calore diuini Spiritus  
semper accensi. Nempe quemadmodum *modicum fermentum*, si malum est, non ex bona massa relictum, sed aliquo  
iniquo sapore infectum, *totam massam corrumpit* (vt Aposto- 1. Cor. 5.  
lus docuit) ideoque à *fermento*, & corrupta doctrina Phari- Math. 16.  
*saorum*, cuius traditione & commixtione sancta Dei man-  
data polluebant & corrumpebant, *cauere* suos Christus  
monuit; & vt vna praua heretica doctrina totam fidei or-  
thodoxæ confessionem peruertit, vnâque ouis scabiota to-  
tum gregem inficit, & *corrumpunt bonos mores colloquia praua*,  
ac denique *cum peruerso peruerteris* - sic è contrâ, modicum 1. Cor. 5.  
fermentum bonum, & ex bona massa relictum, quales sunt, Psal. 17.  
orthodoxi & pij fideles, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesie

- germani filij, eiusque purissimæ massæ, quam Christus ipse fermentauit, veræ particule, suo sapore optimo alias farinas conspergit, vt fiant noua conspersio, & massa sibi similis: quia *inter electos electus eris*. Docet igitur Christus Dominus, quod quemadmodum ipse erat fermentum optimum, in sacrosancta sua passione (vt se ibit sanctus Ambrosius) diuersis passionibus contractus, laceratus, & dissolutus, succusque eius sanguinis pretiosi guttatim effusus, vt admixtione sui omne genus humanum solidaret, quod per diuersa antra resolutum iacebat, quasi farinam aridarum & in pipidarum multitudo dispersa; vt sic vigore passionis Christi in eius corpus redacti, suoque spiritu in omnes diffuso, cunctos Christianos id esse faceret quod Christus est, & vt Petrus loquitur, *diuina confortes natura*: sic etiam & nos à Christo fermentati, iuxta ordinem & modulum nostrum, bonum fermentum esse debemus, ad alios fermentandos, & vel doctrinæ puritate, vel vitæ innocentia & integritate, aliis ad Christum pertrahendis, vel in Christo reformandis, instrumenta esse & media. Et quemadmodum Petrus de Christo dicit, *Ad quem accedentes lapidem viuum, & ipsi tanquam lapides viui super adificamini*: sic etiam nos tales lapides viui esse debemus, vt, qui ad nos accedunt nostramque vel sanam doctrinam audiunt, vel sanctam conuersationem vident, in lapides viuos & ipsi ædificentur. Nam sic de bonis Christianis dixit Paulus: *Vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis praua & peruersa, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo*. & rursum Petrus: *In quo admirantur impij, non concurrentibus vobis in eandem luxuria confusionem, blasphemantes*. Hoc sensu Christus Apostolis suis, & eorum in Ecclesia successoribus dixit: *Vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, vt glorificent Patrem vestrum qui in cælis est*. De alienis autem rectè factis Deum non glorificat, nisi qui vel imitatur quod laudat, vel ad imitandum paratus est, vel certè, quod non imitatur, compungitur. suamque seu infirmitatem, seu negligentiam humiliter agnoscit atque deplorat. Qui certè vnus est fermentationis & emendationis gradus. Rursum dicit: *Vos estis sal terra*. Nam vt carnes sale admixto, tum à putredine conseruamus, tum etiam nouo sapore condimus: sic peccatorum condiendis & extinguendis putoribus, *salem Apostolicum Dominus misit in mundum*, ait S. August. Id autem fiebat tum doctrina salutari, tum exemplo vitæ. Vnde Paulus: *Christi bonus odor sumus*

Christus optimum fermentum.

Sermo. 5.

1. Petri. 2.  
Fermenta esse debemus alijs.

1. Petri. 2.

Philip. 2.

1. Petri. 4.

Matth. 6.

Matth. 5.  
Simile.  
De serm. Domini in monte lib. 1. cap. 10.

2. Corinth. 2.

sumus Deo in ijs qui salui sunt, & in ijs qui pereunt; alijs quidē odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitā, id est, vt exponit D. Hierony. prædicationis nostræ longè latèq; spirat fragrantia. *Quæst. 11. ad Hebr. dist. am. com. 3.*  
 Sed obseruandum, quare tam bonus odor vitæ Paulus fuerit, & quare sic eius prædicationis fragrantia spirauerit. Sequitur, *Non enim sumus sicut plurimi adulterantes uerbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur.* id est, non suam, sed Christi gloriam in omnibus quæ rebat. Adulterat enim uerbū Dei, qui non ex eo generationem querit filiorum Dei, sed voluptatem tantum suam in tractando spectat, vt adulteri carnales non proles quarūt, sed voluptatē tantum vacant suæ. Quia ergo Paulus bonum fermentum fuit, bonus odor, azymus sinceritatis; ideo sua doctrina tot populos fermentabat, vt uerus sal terræ, & lux mundi. Interrogatus Franciscanus quidam, uir egregie doctus, & celebris ecclesiastes, quid causæ esset, cur non eam sermones eius ad populum uim & energiam haberent, quā Bernardini eiusdem Ordinis uiri, quem ipse & doctrina & eloquentia superaret; respōdit, Ego comparari possum carboni calido, sed non ignito, cui si alij carbones apponantur, ignem non concipiunt. At Bernardinus similis est carboni ardenti, diuino inflammatus Spiritu, cui carboni si alij frigidi apponantur, ignem ab illo colligent & incalescent. Tales carbones ardentes sunt fermenta Euangelica, ad multas farinas fermentandas. Sed absque doctrina publica in priuata uita & conuersatione, talia quoque fermenta sunt religionis Christianæ puri & veri cultores: adeo vt non cōuersatio tantū, sed & aspectus solus ad fermentationem & cōpunctionē aridarū farinarū sæpenuerò ualeat. De multis sanctis memoriæ proditum est, eos solo uultu atq; aspectu impiorum animos vel fregisse & terruisse, vel ad meliorem frugem conuertisse. Reynerius Marchio, homo impudicus, & alioqui ferus, dicere solebat: *Non Imperator, non aliquis mortalium tantum mihi metum ualeat incutere, quantum me Romualdi Abbatis terret aspectus. Ante eius quippe uultum neque quid dicam scio, neque quibus me defendere ualeam inuenio.*  
 Sancta Coleta uirgo, Ordinis sanctæ Claræ reformatrix, homines impudicos, & animo lubrico ad se accedentes, solo aspectu ita cōmouit, vt eos callos ac pudicos ablegaret. Sic ad solum aspectū sanctæ Mariæ Oeguiacensis, clericus quidam Cameracensis, satis dissolutus, ita subito mirabiliter mutatus fuit, vt magnam profuderit lachrymarum uirgū multum

*Exempla.*

*In uita S. Bernardini, apud Sur. tom. 7. pag. 422.*

1.

*In uita S. Romualdi, tom. 2. pag. 72. Sur.*

*In uita eius tom. 7.*

*In uita eius lib. 1. cap. 11.*

que compunctus & ædificatus decesserit: sic de plenitudine cordis in faciem eius diuini spiritus gracia redundabat.

Tom. 6. pag. 27.

Sanctus Malachias, Hibernia Episcopus ( vt in eius vita scribit S. Bernardus) armatorum contra se multitudinem, &

Tom. 3. pag. 344.

in caput eius conspirantium sola præsentia, & sermonis grauitate compefcuit. Idem quoque fecit sanctus Norbertus, Præmonstratensium monachorum Pater, in sua ciuitate

Tom. 6. pag. 436.

Episcopali Magdeburgi, quum populi aduersus eum acerimus tumultus, & furore plenus, concitaretur. Quod & de sancto Odhō Abbati Cluniacensi, circa cuiusdam monasterij reformationem accidisse, in eius vita apud Surium

Dial. lib. 1. ca. 4.

scribitur. Sed illustre est in hoc genere exemplum quod sanctus Gregorius de sancto Equitio Abbate commemorat.

*Julianus defensor à Romano Pontifice missus, ut hunc Abbatem Romam euocaret, quum ad monasterij locum peruenisset, & Abbatem in agro fenum tunc secare intellexisset, superbū quendam valde & contumacem puerum, cui vix poterat vel ipse dominari quum haberet, per hunc Abbatem ad se vocat. Perrexit puer, & proteruo spiritu præteru velociter ingressus, omnesq; illic intuens fenum secantes, requisit qui snam esset Equitius. Moxque ut audiuit quis esset, eum adhuc longè positum aspexit, & immenso timore correptus, cœpit timore lacessere: qui tremens ad Dei hominem peruēnit, atque vniuersim humiliter submissis, eius genua deosculans strinxit, suūmq; Dominum ei occurrisse nunciauit. Cui resalutato Dei famulus præcepit dicens, Leua fenum viride, porta pabulum iumentis in quibus venistis: ecce ego, quia parum superest, operè expleto te subsequor. Julianus autem quum post longiorem moram reuertentem tandem puerum cernit, atque in collo fenum ex prato deferentem; vehementer iratus, cœpit clamare, dicens: Quid est hoc? Ego te nisi hominem deducere, non fenum portare. Cui puer respondit: Quæ quærās, ecce subsequitur. Tum vir Dei clauatis calciatis caligis falcem fenariā in collo deferens veniebat. Quæ adhuc longè positum puor suo Domino, quia ipse esset quem quæreret, indicauit. Idem verò Julianus, repente ut vidit Dei famulum, ex ipso habitu despexit, eūmq; qualiter deberet alloqui proterua mente præparabat. Mox verò ut seruus Dei cominus affuit, eiusdem Iuliani animam intolerabilis pauor inuasit, ita ut tremere, atq; ad insinuandum hoc ipsum, pro quo venerat, vix sufficere lingua potuisset. Qui humiliato mox spiritu ad eius genua cucurrit, orationem pro se fieri petijt, & quia Pater eius Apostolicus eum videre veller, indicauit. Hæc ibi. Tanta est virtutis vis, & pietatis*

tatis

tatis energia. Talem odorem spargit, sic fermentat farinas, quibus etiam per occasionem admiscetur. Si talia hodie fermenta nos sacerdotes essemus, si tam bonus odor; profectò non secus & nos nobiscum cõuerfantes fermentaremus, *non fermento malitia & nequitia, sed sinceritatis & puritatis*, In hiffor. gentis Anglorum, lib. 3. cap. 26. vt meliùs Deum ac diuina saperent. Tales olim fuisse in Ecclesia primitiua Anglicana sacerdotes & monachos ante annos iam ferè mille, scribit venerabilis Beda, author grauissimus & perantiquus. *Tota (inquit) tunc fuit sollicitudo doctoribus illis Deo seruiendi, non seculo; tota cura cordis excolendi, non ventris. Vnde & in magna erat veneratione tempore illo religionis habitus, ita vt ubicunque clericus aliquis aut monachus adueniret, gaudenter ab omnibus tanquam Dei famulus exciperetur. Et si in itinere pergens inueniretur, accurrebant, & flexa ceruice, vel manu signari, vel ore illius se benedici gaudebant. Verbis quoque horum exhortatorijs diligenter auditum præbebant. Quòd si quis sacerdotum in vicum forè adueniret, mox congregati in vnum vicani, verbum vitæ ab illo expetere curabant.* Hæc venerabilis Beda. Talis tunc erat sacerdotum Anglorum (quam gentē quomodo hærelis hodie profus immutauit, & ex pia ac religiosa admodum, in omnem nunc luxum, libidinem, vitæque licentiam effusam reddiderit, sine lachrymis cogitare vix possumus) pietas & vitæ sanctitas, tam bonus odor, tam forte fermentum; ideòque sic populum passim quauis occasione fermentabat. Vt tale singuli fermentum simus, his verbis Apostolus vnumquemque hortatur: *Omnis sermo malus ex ore vestro non prodeat*, Ephes. 4. *sed si quis bonus ad adificationem fidei, vt det gratiam audientibus.* Et iterum: *Omnia ad adificationem fiant.* Et alio in loco: *Qua pacis sunt, sectemur; & qua adificationis sunt, ad inuicem custodiamus.* Et rursum: *Vnusquisque vestrum placeat proximo suo in bonum ad adificationem.* Et adhuc semel: *Consolamini inuicem, & adificate alterutrum sicut facitis.* Tota hæc ædificatio, quam toties tam diligenter Apostolus inculcat, est illa huius Euangelij fermentatio, qua bonorum operum luce, exemplo, odore, alios ad bonum ædificamus, ad virtutem extimulamus, & in massam bonam ac lapidam, nobiscum consimilem conuertimus. De hac etiam spiritali ædificatione & fermentatione Petrus: *Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam ministrans, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute quam admi-* 1. Corinth. 14. Rom. 14. Rom. 15. 1. Theff. 5. 1. Petr. 4.

nistrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum. Vult videlicet, ut omnes nostræ actiones & sermones proximum ædificent, & fermenti loco sint ad Dei gloriam, id est, donec totum fermentetur. Hic enim est totius ædificationis finis, & tota perfectio. Sed qui alios fermentare vult, debet ipse prius fermentū esse à Christo & in Christo bene sapidum ac sanctificatum. Quod quomodo fiat, his verbis D. Ambrosius docet: *Ecclesia renatū hominem, qui est in anima, & corpore, & spiritu, fermento sanctificat spirituali, ut fiant unū hæc tria fermentum. Quod utique tunc fit, quam sibi tria hæc pari quadam cupiditatum lance consentiunt, & æqualis aspirat concordia voluntatum: iuxta illud Apostoli: Ut integer spiritus vester, & anima, & corpus, sine querela, in die Domini nostri Iesu Christi seruetur. Sed spiritus quo vivimus omnes in hoc corpore siti, hoc verius facit quando carnis lascivia non redundat, & anima corporalibus non incurvatur erroribus, ac mensura vivendi in toto homine inoffensa servatur. Sed quia mensurarum æqualitas, sine adiumento Ecclesiæ atque doctrinæ difficile perseverat, idcirco mulier illa, quæ figuram Ecclesiæ gerit, tam diu virtutem illis doctrinæ spiritualis admiscet, donec fermentetur totus ille interior homo cordis absconditus & in gratiam panis cœlestis assurgat. Bene enim fermentum dicitur doctrina Christi, quia panis est Christus. Et Apostolus ait: Unus panis, unum corpus multi sumus. Fit ergo unum fermentum, quando caro non concupiscit aduersus spiritum, nec spiritus aduersus carnem, sed facta carnis mortificamus, & anima ex afflatu Dei flatum vitæ sumpsisse se conscia, secularis necessitudinis contagia terrena declinat. Hæc ille. Tale fermentum esse debemus, ut aliis fermentandis idonei simus. Quemadmodum enim ignis ut ad rem aliquam comburendam idoneus fiat, prius in ea per calorem emissum radicatur, & comburere nititur; quod postquam aliquantulum effecit, vires suas colligit, ut iuxta proprium naturæ suæ motum, sursum purius aduolet, sicut apparet in flamma quæ sursum ascendit: sic anima primum corpus animat, illudque vivificans ei communicatur, estque forma eius, & in hac communicatione aliquantulum terrestrius esse videtur, contra naturam suam; sed quando sursum ad Deum eleuatur, & quasi flamma supra corpus extollitur, tunc spiritus esse dicitur; tunc veluti carbo ignitus est, ad alios accendendos idoneus. De hac fermentatione, & ædificatione proximi, in aliis Dominicis alius erit dicendi locus.*

*Lib. 7 in Luc.  
cap. 13.*

*1. Thess. 5.*

*Simile.*

*Domin in Al-  
bis, text. 5.  
Domini. 3. post  
Pent. text. 1.*



**S**IMILE est regnum calorum homini patri- Matt. 20.  
 familias, qui exiit primo mane conducere  
 operarios in vineam suam. Conuentione  
 autem facta cum operariis ex denario diur-  
 no misit eos in vineam suam. Et egressus  
 circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, &  
 dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fue-  
 rit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit  
 circa sextam & nonam horam, & fecit similiter. Circa  
 vndecimam verò exiit, & inuenit alios stantes, & dicit il-  
 lis: Quid hic statis tota die otiosi: Dicunt ei: Quia nemo nos  
 conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. Cùm serò  
 autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo:  
 Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouis-  
 simis vsque ad primos. Cùm venissent ergo qui circa vnde-  
 cimam horam venerant, acceperunt singulos denarios.  
 Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent  
 accepturi. Acceperunt autem & ipsi singulos denarios.  
 Et accipientes, murmurabant aduersus patrem familias,  
 dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos no-  
 bis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus. At ille re-  
 spondens vni eorum dixit: Amice, non facio tibi iniuriam:  
 nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum  
 est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut &  
 tibi. Aut non licet mihi quòd volo facere? Aut oculus tuus  
 nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi pri-  
 mi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci  
 verò electi.

PERICOPE

1. *Exiit primo mane, hora tertia, sexta, nona, & circa vndecimã.* De prouidentia & benignitate Dei, in procuranda hominum salute.

2. *Conducere operarios in vineam suam.* De bonorũ operum necessitate ad vitam æternam consequendam.

3. *Astite eos in vineam suam.* De genere operum ad vitæ æternæ denarium consequendum necessario.

4. *Illi autem abierunt.* Contra dilatores & procrastinatores in causa salutis, & diuini obsequij.

5. *Quid hic statis tota die otiosi?* Contra otiosos & ignauios in causa salutis.

6. *Quia nemo nos conduxit.* De vera & certa mercede bonorum operum, & propter quam conducti sumus.

7. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* De bonorum operũ mercede, in quinque loca subdivisus. 1. Mercedem reddi operibus alioqui debitis. 2. Operibus quæ nobis ipsis sunt vilia, non Deo. 3. pro exiguo labore mercedem ingentem. 4. Quantum ad virtutẽ stimulus hæc merces sit. 5. De gaudio & gloria beatitudinis æternæ.

1. *Exiit primo mane, hora tertia, sexta, nona, & circa vndecimã.*

Prouidentia  
Dei circa salu-  
tem hominũ.

Serm. 59. de  
verbis Dom.

Ioan. 56

Apocal. 3.

Paulus de pala-  
tio in Mat. c. 20.

**L**ocus moralis de summa Dei misericordia, prouidentia, benignitate circa hominum salutem procurandã, à nobis humiliter, & cum debita gratiarum actione consideranda. Exire enim Dei, est vocare, & operari nouum effectum in creatura. *Hoc est* (ait Augustinus) *exire patrem familias, innotescere: quoniam qui in domo est, in abdito est, non videtur ab eis qui foris sunt. Cum autẽ exiit de domo, videtur ab eis qui foris sunt. Christus quando non intelligitur, & non agnoscitur, in secreto est: quando autem agnoscitur, exiit conducere.* Hæc ille. Deus ergo exit per suam prouidentiam & misericordiam, humanæ salutis causam agens, seque ipsum, & voluntatem suam nobis patefaciens, vt eam cognitam exequamur, exequendo salui simus. *Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me,* ait Christus. Sic Deus Pater exit ad nos, loquendo nobis per internam gratiam. Rursum: *Ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Sic Deus, qui omnia implet, exit de se, vt intret in nobis, imò vt nos conuertat in se: hoc est enim, *Cœnabo cum illo, & ille mecum.* Sicut enim Verbũ exiit à Patre, & venit in mundũ; quia deiecit se, & humiliavit se, vt deificet mundũ: ita Pater exit velut à se, velut à Maiestate sua, vt inhabitet in nobis. Hic est ineffabilis Dei erga nos a-



mor. Quid habet pectus nostrum, ut ad ipsum venire velit Deus? *Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quod- Psal. 8.*  
*niam visitas eum?* Si S. Elizabeth profunda cū humilitate di-  
 xit, veniente ad eam B. Virgine: *Vnde hoc mihi, ut mater Do- Luca. 1.*  
*mini veniat ad me?* quanta cum humilitate aduentum Dei in  
 cor nostrum, qui singulis penè momentis fit, excipere & ve-  
 nerari deberem? De vinea sua, de anima humana dicit Deus:  
*Ego Dominus, qui seruo eam. Repentè propinabo ei, ne fortè visi-*  
*tetur contra eam. Nocte & die seruo eam.* Sic in hoc Euangelio *Esaiā 27.*  
 primo manè, hora tertia, sexta, nona, & circa vndecimā exit  
 bonus paterfamilias, vineæ suæ curam habens. Primo mane,  
 in lege naturæ, per Angelos, in quibus locutus est ad Patres  
 veteres, hora tertia, per Moysen in lege scripta, hora sexta,  
 per Prophetas; hora nona, per Christum, circa vndecimam &  
 nouissimam horam, & fines seculorum, in quos nos deueni-  
 mus, per Apostolos suos, eorumque perpetuos successores,  
 Ecclesiæ sanctæ præpositos. Sic Apostolus: *Multifariè, multisq; Hebr. 1.*  
*modis loquēs Deus olim Patribus per Prophetas, nouissimè autem*  
*locutus est nobis in Filio.* Sed & in singulis nostrū, in prima eta-  
 te cuiusque, vsque ad decrepitam senectutē vocat nos Deus,  
 vel ad pœnitentiam, vel ad maiores in virtute progressus. De  
 hac Dei prouidentia iam in aliis Euangelis plura diximus.

## 2. Conducere operarios in vineam suam.

**L**ocus moralis de bonorum operum necessitate ad vitam  
 æternam consequendam. Quos Deus vocauit in gratiam  
 suam, eos quasi operarios in vineam conducit. Vult ut ope-  
 rentur, & operando, denarium diurnum, qui vita æterna est,  
 consequantur. Denarius enim vocatur, propter perfectionem,  
 & omnium bonorum aggregationem. Denarius siquidem *Bonorū ope-*  
 omnes numeros claudit, & vltra denarium nulla nouit natio *rum necessitas.*  
 numerare, nisi iterum ab vnitare incipiendo. Diurnus voca-  
 tur, quia in ea felicitate nox & tenebræ non sunt. Agnus est *Denarius diur-*  
 lucerna ciuitatis: nihil peccati, ignorantia, aut mali in ea ad- *nus.*  
 misceretur. Laboris ergo & operis boni assiduitatem, hic locus *Similium.*  
 docet. *Vt avis ad volandum, sic homo ad laborandum natus est.* *congeries.*  
 Ac primū operari omnibus naturale est. Nil sine duro vita *Job. 1.*  
 labore dedit mortalibus. Apud ethnicos Iupiter omnia ha-  
 buit labore venalia. Terra inculta, nihil nisi spinas & tribu-  
 los profert. Aër detentus corrumpitur.

Domus non habitatae corruunt. Viae non tritae siluescunt. Instrumenta musica, quae non pulsantur, destruuntur. Ferrum sine exercitio rubiginem trahit. Aqua stagnans, non nisi ranas, & bufones, & serpentes alit ac producit. Equus generosissimus in stabulo quiescens marcescit. Ad artes autem si respicimus, nunquam bonus colonus erit, nisi qui fuerit gnavus & industrius, & rusticarum rerum studio vehementer incensus. Opifices qui non de multa nocte vigilant, mercator ignavus, miles segnissimus, nec rem facere, nec aliquid laude dignum exequi possunt. Artium maximarum studia sine vigilantia & labore frustra appetuntur.

*Apothegmata.*

*Suetonius.*

*Brufon. lib. 4.*

*Laert. lib. 6.*

*Francisc. Senes.*

*lib. 1. de instit.*

*Rep. ex Diodore*

*Sic.*

Tota laus Imperatoris & Ducis, in mira celeritate & vigilantia posita est. Hinc illud Vespasiani dictum: *Imperatorem stantem debere mori.* Catonis sententia erat: *Homines nihil agendo, male agere discunt.* Diogenes, ne otio torperet, doliolum suum voluebat assidue. Solon praecipit, parentem a filio nullum vitae subsidium accipere, qui nullam artem filium docuisset. Lex fuit apud Aegyptios, quae singuli cogebantur nomina apud Praesidem profiteri, & qua arte sustentaretur ostendere: quod si qui mentirentur, aut iniusto quaestu viverent, capite plecterentur. Denique labor omnes artes adinvenit, domos aedificat, agros colit, terram peragrat, mare navigat, naturam ipsam excolit; fera & silvestria animalia, mansueta & domestica reddit. Ingenium acuit, memoriam perficit, auro ipsi ac gemmis pretiosis splendorem adfert, & ut nobilis Poeta dixit, *Labor improbus omnia vincit.* Dicat hic forte aliquis vel ignavus Catholicus, vel impius haereticus. Seculi quidem huius bona, non nisi labore acquiruntur; vita autem aeterna, Dei beneficio, Christi gratia liberaliter donatur, vel certe fide credentium comparatur, iuxta illud Apostoli: *Gratia Dei, vita aeterna.* Atqui Christus hic dicit, *conduci operarios in vineam.* & alibi: *Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* & idem Apostolus: *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum laborem suum.* Sed vita aeterna est gratia: quia radix & principium eius est gratia. De qua re vide plura in altero Promptuario. Accepta autem gratia, bonorum operum radice, nostrum est fructus producere: accepta Domini pecunia, nostrum est eam bene expendere. *Arbor non faciens fructum, excidetur, & in ignem mittetur. Ita, negotiamini donec veniam.*

Quod qui non fecit, ei Dominus dicit: *Quare non dedisti pecuniam meam ad meum, am? & ego veniens, cum usuris utique exegissem*

*Rom. 6.*

*Matth. 11.*

*1. Cor. 3.*

*Matth. 3.*

*Luce 19.*

*Matth. 25.*

*exagiffem illam ? Ad operandum ergo , ad negotiandum , ad fructum boni operis faciendum , omnes vocati sumus , vt denarium accipiamus . Hac enim conuentione facta , denarium vitæ æternæ accipiemus .*

*Quòd certè ne in statu gratiæ Euangelicæ cuiquam mirum aut durum videatur , etiam in statu innocentiæ , ante peccatum , talis quædam conuentio cum primo parente nostro facta est . Tulit Deus hominem , & posuit eum in Paradisum voluptatis , vt operaretur , & custodiret illum . id est , operando , & Dei mandatis obediendo , eum custodiret . Idcirco enim sequitur . Præcipitq; ei , dicens , Ex omni ligno Paradisi comede : de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas . In quocumque enim die comederis ex eo , morte morieris . Ecce opus Adæ in Paradiso , obedire præcepto Dei : ecce conuentio cum eo facta ; quo die mandatum violat , morte morietur . Sic in hunc locum Augustinus : Postus est homo in Paradiso , vt operaretur eundem Paradisum per agriculturam , non laboriosam , sed deliciasam , & mentem prudentis magna atque utilia commouentem : custodiret autem eundem Paradisum ipse sibi , ne aliquid admitteret , quare inde mereretur expelli . Denique accepit & præceptum , vt sit per quod sibi custodiat Paradisum , id est , quo conseruato , inde non proijciatur .*

*Hæc ille . Sic mittimur , vt operarij in vineam quisque suam , quæ tamen Domini vinea est , ad animæ cultum & custodiam , vt eam bonis operibus excolendo ( hoc est enim operari in vinea Domini ) custodiamus eam nobis ipsis , nihil admittendo vnde illam perdamus . Sumus quippe operarij , sed non qualescunque : nec satis est operari , sed videndum quid , & in quem finem operemur . Opera hæc intelliguntur , non vnde viuamus , non vnde honores & opes acquiramus ( hæc sunt huius vitæ vel necessitates , vel vanitates ) sed vnde vineam Domini excolamus , operando Dei gloriam , salutem nostram & proximorum . Mercenarius ( ait S. Chrysostomus ) non ad manducandum conducitur , sed vt opus domini sui faciat . Et vna quidem aut altera hora manducat , ceteris laborat , & pensum facit . Quo autem die opus non fecerit , erubescit panem petere . Sic nos Christiani , qui ( vt docet Origenes ) ad operandum in Baptismo conducti sumus , ibi nomen militiæ dedimus , ibi diabolo & pompis eius renunciauimus , ad opera Dei faciendâ , ad mandata eius seruandâ , ad labores pro nomine eius suscipiendos , ad salutem nostram & proximorum procurandam vocati sumus , non ad huius vitæ vel necessitates*

procu

Gen. 3.

De Genes. ad  
lit. lib. 9.  
cap. 12.

In Mat. hom.  
34 operis im-  
perf.

Tract. 10. in  
Matth.

procurandas, vel vanitates conquirendas: quorum illud cuiusvis hominis est, & cum brutis commune, hoc impiis proprium. Et modicum quidem temporis naturæ necessitatibus impendere, longè maximam vitæ partem Dei cultui, & excolendæ vineæ Domini tribuere oportet. Quo denique die nullum opus Dei fecimus, eo die pudeat dicere, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Titus Imperator ita beneficentiæ amans fuit, vt, quo die nulli beneficium præstitisset, suis dicere solitus fuerit: *Amici, diem perdidimus*. Nobilis quoque pictor Appelles dicere solebat: *Nulla dies sine lixa*. Totum hoc nostram ignauiam confundere debuit. *Vitium, & quæ eò pertinent, querere, non sunt opera nostra, sed diaria nostra*, ait Chrylostomus loco citato.

Sed vā nobis quorum totum opus est, viuere in hac vita posse, & qui diaria conuertimus in totum opificium. Laudatur Ezechias Rex in veteri Scriptura, hoc modo: *Operatus est bonum, & rectum, & verum coram Domino Deo suo in vniversa cultura ministerij domus Domini, iuxta legem & ceremonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo: fecitque, & prosperatus est*. Nobile exemplum boni & viri operarij in vinea Domini sui. Operatus est bonum, iuxta operis substantiam & naturam: rectum, ex parte intentionis: verum, quia feruenter & diligenter: coram Domino, quia propter Deum: in vniversa cultura, nihil omittendo quod ad vineam Domini excolendam pertinebat: denique iuxta legem & ceremonias, non ex cerebro aut sensu suo: postremò, volens requirere toto corde, id est, omnem perfectionis confiatum adhibendo. Hanc ob causam idem Ezechias, accepta mortis sententia, sic Deum precatus est: *Obsecro Domine, memento queso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim*. Si Rex in synagoga talis, qualis in Ecclesia Christi quilibet Christianus esse debet? De hac re mox plura in altero textu.

### 3. Misit eos in vineam suam.

De operum genere.

**L**ocus moralis de genere operum, quæ ad denarium vite æternæ accipiendum præstare oportet. Mittit nos Deus in vineam suam. Iubemur ire in vineam eius: non ad fabulandum (quod æquè in foro fiebat, vbi otiosos illos stantes inuenit) sed ad operandum, & id totum exequendum

dum quod vineæ cultura desiderat. Certè quæ in vinea ex-  
 colenda requiruntur, ea ferè omnia in anima curanda, seu  
 nostra, seu proximi, desiderantur. Vt vinea excolatur, pri-  
 mum terra purganda, eijciendo lapides, & extirpando spinas  
 ac vepres. Primum opus ad animam excolendam, illud est, Opera in ex-  
colenda vi-  
nea.  
 vt conscientia superbiæ, auaritiæ, libidinis, aliorumque vi-  
 tiorum spinis, sedulo pœnitentiæ studio expurgeretur. Ideo  
 prima vox Ioannis præcursoris Domini, & Petri vicarij Do-  
 mini illa erat: *Pœnitentiam agite*. Expurgata terra, fodiens 1.  
 plantandæ vineæ locus. Timoris & humilitatis spiritus Matth. 3.  
 cordi inducendus; quia *initium sapientia timor Domini*, nec Act. 7.  
 feruilis, qui pœnæ potius quàm Dei timor est, & sapien- 2.  
 tiam præcedit potius quàm pars eius est; nec filialis, qui Prou. 1.  
 perfectorum etiam sapientum est; sed initialis, qui sapien-  
 tiæ principium inclusiuè est, quem & Christus primo beati-  
 tudinem loco posuit, dicens: *Beati pauperes spiritu*. Matth. 5.  
 Humilitas videlicet ac demissus animus, benèque profundus, ideò  
 que ad pietatem docilis. Hic enim virtutis principium est,  
 sicut *initium peccati superbia*. De quo timore Apostolus di- Eccli. 1.  
 xit: *Noli altum sapere, sed time*. His gestis plantatur palmes. Rom. 11.  
 Bona virtutum opera animo inserenda, ante omnia fides, 3.  
 spes, charitas, móque earum fructus. Ad quæ inserenda, vt  
*Deus Pater agricola est, & Christus vitis ipsa*, cuius palmi- Ioan. 15.  
 tes esse, & cui incorporari debemus, vt *Dei agricultura* si- 1. Cor. 3.  
 mus: sic & ex parte nostra quædam opera concurrunt; *au-* Rom. 10.  
*ditus verbi Dei*, ex quo fides; consideratio promissionum  
 Dei, ex qua spes; præparatio voluntatis nostræ, vt *diffundatur* Rom. 5.  
*charitas in corde nostro*: iuxta illud: *Aperi os tuum, & implebo* Psal. 80.  
*illud*. Iam vt meliùs crescat palmes in terra fixus & planta- 4.  
 tus, fossa circumducenda, sublata terra quæ circa palmitem  
 est, vt aquam & solis calorem vberius percipiat. In anima  
 quoque spirituales fossæ faciendæ sunt, terrenaque delide-  
 ria à radice cordis longissimè remouenda, vt rorem gratiæ  
 de cœlo spiritualement, & calorem Solis iustitiæ, liberiùs ani-  
 mus accipiat, atque ita sua desideria cœlum versus detegere,  
 & aperire, & eleuare valeat. Hoc est enim *reuocari in noui-* Ephes. 4.  
*tate sensus nostri*, vt, qui antea non nisi terrena & carnalia ap-  
 petiuimus, nunc nisi cœlestia & spiritualia appetamus. Hoc  
 Dauid fecit quum diceret: *Os meum aperui, & attraxi spiri-*  
*tum, quia mandata tua desiderabam*. *Quali fossam in ore fe-* Psal. 118.  
*cit desiderio profundo seruandi mandata, atque hac ratione*  
 diuinum ad se Spiritum copiosè attraxit. Qui enim concu-

Eccleſ. 24.

5.

Luca 8. &amp; 27.

Philip. 4.

6.

Cant. 7.

7.

Gal. 2.

8.

piſcitur ſapientiam, inueniet eam. Vnde illa eius vox: *Transite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis implemini.* Vbi palmites creuerint, putandi diligenter, ne folia ſuperflua, & crebrò pullulantes pampini, fructuum & copiam lædant, & maturitatem retardent. Sic rerum, & curarum, & negotiorum terrenorum ſuperfluitas reſecanda, ne vel virtutes alias illa cura impediatur, quia iſtæ ſpinæ diuitiarum & ſollicitudinum huius ſæculi *ſuffocant verbum Dei*, vt eſcere in corde nequeat; & *grauantur corda curis huius vite*, vt ad Deum & diuina ſe extollere non valeant; vel ſaltem ne virtutum profeſtus impediatur ac remotetur: quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Superflua autem ſunt, quibus homo rectè vti non poteſt, ſicut ſuperfluis cibus eſt, qui ſtomachum grauatur. Alioquin vt ſtomachus benè ſanus multum cibum benè digerit: ſic animus cordatus & ſapiens dicere potuit, *ſcio abundare, ſcio & penuriam pati.* Illud quoque in vineæ cura in primis cauendum eſt, ne racemus in palmitate creſcens terram attingat: mox enim putrefiet. Non debet bonum opus, quod bona voluntas benè operando protulit, terram reſpicere aut tangere, hominum laudes ac fauorem quærere. Sic enim putrefiet, & omne meritum ac præmium apud Deum amittit. In Canticis ſponſa dicit: *Omnia poma ſeruauit tibi, noua & vetera.* Non mihi, inquit, ſed tibi ſeruauit. Non meam laudem, honorem, aut cõmodum meum in meis bonis fructibus quæro, ſed tuum, ô Domine, honorem & gloriam. Alia cura vineæ eſt, vt ad palum ligetur, ne ſuo pondere eo citiùs in terram corruat, quo vberius excreuit. Anima ſemel purgata, ne iterum ad terrena recurat (*naturam expellas furca, tamen uſque recurat*) ad Chriſtum per amoris vinculum ligari debet, vt cum Paulo quiſque dicat: *Chriſto confixus ſum cruci*, & rurſum: *Quis me ſeparabit à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu?* Tale amoris vinculum facit, vt Chriſto commortui, & reſurgentes cum Chriſto, ea quæ ſuſum ſunt quæramus, non quæ ſuper terram. Porro vitis, quia trunci eſt natura gracilis, ſuſtentari neceſſariò fulcris & baculis debet, ne quouis vento agitata, & huc illucque impulſa, magnum in fructibus detrimentum ferat. Sic & mens humana, quia ex naturali ſua per peccatum primigenium corruptione leuis, & ad omne malum procliuiſ eſt, vt quouis ſuperbiæ vento agitur, aut vanitatis aura inſletur, ne ſic bonorum operum ſuorum fructum penitus amittat, ſanctæ & profundæ humilitatis

tis fulcro (quæ omnium virtutum custodia est) sustentari & fulciri, & communiri debet: sicuti videmus apes, corpora leuissima, quum vehementes aëris motus suspectos habent, lapillis quibusdam pedibus tenentes sese per inania nubila, hoc pondere adhibito, librare & sustentare, ne leue alarum remigium præcipitent flabra ventorum. Humilitas quippe pondus est salutare deorsum mentem trahens, ne vana elatione subaltus, quo altius effertur, eo grauius præcipitetur. Præter hæc omnia vitis benè constituta & collocata, sepe aut muro circumdari debet, ne bestiarum moribus aut incurfibus pateat, ne singularis ferus depascat eam, & vel tenera virgulta in transcurso frangat, vel corpus ipsum & truncum grauius impellendo lædat. Eodem prorsus anima humana semel à Deo sanctificata, & in Christo iustificata, sepe & regula certa mandatorum intra pietatis & sanæ doctrinæ fines ac terminos coerceri & conseruari debet, ne feræ siluestres variorum vitiorum eam depascant, penitusque corrumpant: vel etiam falsæ doctrinæ, & impia consilia vastent eam. Sic apud Esaiam: *Deus vineam suam sepe circumdedit*, vt iam alio in loco explicuimus. His singularis ritè in vinea procuratis, restat vt rami bonis vuis onusti colligantur, fructusque vberes ex vinea ita benè exculca decerpantur. Sic debet vnusquisque tum in seipso aduertere, an diuini Spiritus fructus iam produxerit, de quibus Paulus: *Fructus Spiritus sunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas*: tum etiam ad adiuuationem proximi, talenta sibi data expendere, & fructum facere. Postremò, collectis vuis, etsi quædam integræ domini vsibus seruiant, tamen & multo maior earum pars, adeoque selectiores, & maturiores, & pulchriores in torculari calcantur, vt vinum inde exprimatur. Sic omnino etsi quibusdam fidelibus satis ad salutem sit, *declinare à malo, & facere bonum*, absque insigni aliqua cruce & certamine, absque eo quòd per varias tribulationes in torculari probentur; tamen plerique electi, & quidem Deo chariores, & fructu bonorum operum pleniores, in torculari calcantur, in varias tribulationes incidunt, & per longam probationem, patientiæ (quæ perfectum est opus) virtutem exercent, & coronam re-

Simile.

2.

Esaiâ 5.  
Dom. 5 post  
Epipl.

107

Gal. 6.

11.

Iacobi 1.  
12.

Luca 12.

De hac re in superioribus sæpe diximus. Sed & solent viniferos, spinis & vepribus ex vinea sublatis, vineam munire, & à ferarum ingressu arcere. Sic tu peccata per pœnitentiam sublata, animo tamen sæpe reuolue. Ab eisdem repetendis, vel ab alijs vitiorum monstris, illa recordatio custodiæ munimenti loco erit. Videat nunc vnusquisque, quousque in vineæ Domini cultura processerit, & si nihil habeat quod agat, otiosè sedeat: sin multa sibi adhuc deesse perspiciat, semper sibi operandum esse intelligat. In hanc vineam omnes conducti sumus. *Empti sumus pretio magno.* Et quare? *Vt glorificemus Deum in corpore nostro:* quanto magis animo, in tota mente, & toto corde? In Christi castris militamus. Nullus labor militaris recusandus. Qui vult ex mercatura ditescere, nullum nauigandi laborem detrectat. Qui liberari à graui morbo desiderat, medicamenta non respuit. Qui fundum emere cupit, statim de pretio incipit cogitare. Sic qui ad vineam Domini se & vocatum, & conductum, & missum esse intelligit, ad labores assiduos se vocari sciat. In omni agriculturæ genere, nihil tam varium & tam assiduum coloni laborem atque industriam desiderat, atque vnius vineæ cura. In bruma, in vere, in æstate, in autumno aliquid semper est quod agat agricola. Vix bene finita vindemia, refecandi palmites, qui totæ æstate luxuriarunt: terra de nouo purganda, plantæ nouæ inferendæ, fossæ duccendæ, sepes renouanda, sustentacula paranda noua. Vbi pululare cœperit, pampini follicite inspiciendi vt purgentur, vt putentur quum opus fuerit: folia superflua refecanda. Vbi vix maturuerint, quantus in tota vindemia labor! Maior certè quàm in reliqua vt adolesceret cultura. Nam & in custodia & recto vsu virtutum maior labor, prudentia & cautela maior adhibenda, quàm in ipsa earum operatione. Ideo Christus, vt ostendat nos operarios esse debere perpetuos, dicit, se nos in vineam suam mittere.

#### 4. Illi autem abierunt.

Contra dilationem virtutis.

**L**ocus moralis contra dilatores & procrastinatores, in causa salutis & obsequij diuini. Ecli enim Deus pro sua infinita bonitate omnibus horis vocat in vineam, mane, hora tertia, sexta, nona, vndecima: tamen neque eosdem omnibus



omnibus istis horis in hoc Euangelio vocauit, sed modò hos, modò alios; neque vlla eius vsquam extat promissio aut vitæ longioris, aut iterandæ vocationis. Imò hoc Euangelium disertè notat, quòd isti vocati, mox vt vocati fuerant, abierunt. Qui mane vocatus est, non se excusat, vt expectetur vsque ad tertiam: nec qui tertia, vt differatur vsque ad sextam. Vnde sanctus Augustinus: *Tu quando vocaris veni. Serm. 59. de Sexta hora vocaris? veni. Paterfamilias etiam hora undecima venienti denarium promisit: sed vtrum viuas vsque ad septimam horam, non promisit. Et alio in loco: Verum quidem dicis, quòd Deus penitentia tua indulgentiam promisit; sed huic dilationi tua diem crastinum non promisit.* Quare Apostolus suos Hebræos sic grauitè monet: *Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi à Deo viuo: non solum infidelitate hæresis, sed etiam infidelitate separationis à diuino amore, & obedientia Dei viui, quasi deserendo culturam vineæ eius, aut etiam nolendo ire in vineam.* Sequitur: *Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.* Sunt verba pulcherrima. Per singulos dies adhortari nos ipsos ad virtutem iubet: nec vllum cras expectare, sed illud *Hodie* semper in animo & opere habere. Sic enim alia Scriptura dixit: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Per totam hanc vitam, *Hodie cognominatur in nobis.* Hodie vox Dei est. Cras vox diaboli est: quam hinc Apostolus vocat *Fallaciam peccati.* Diabolus enim & peccatum in eo nos perpetuò fallunt, quòd Hodie sibi reseruant, & Cras Deo fallaciter promittunt. Obseruauit hoc sapienter & salubriter Gregorius Nazianzenus: *Quòd si hodiernum diem semper præteriens, salutem in posterum reijcias, tacitis nimirum dilationibus à pestifero spiritu deceptus, vt illius consuetudo fert, dicentis, Da mihi id quòd nunc fuit temporis, futurum Deo; mihi atatis florem, Deo senectutem; mihi voluptates, Deo corpus effæctum, nullisque vsibus aptum: quanto mi er in periculo versaberis! quot quàmque inopinati rerù casus te abripient?* Et vide, uaslo, diaboli fallaciam. In omnibus huius seculi negotijs vel necessarijs, vel superuacaneis, nullam nobis requiem, nullam dilationem permittit. Canit nobis illud per Poëtam: *Fronte capillata, post est occasio calua. Si filio, si nepoti, si amico, si tibi ipsi, beneficium, officium, patrimonium cõquiritur, noctes ac dies currimus. nullû rei benè gerendæ tempus elabi sinimus: sic ad omnia vigilamus,*

Serm. 59. de Sexta hora vocaris? veni. Paterfamilias etiam hora undecima venienti denarium promisit: sed vtrum viuas vsque ad septimam horam, non promisit.

Enarrat. in Psal. 114.

Hebr. 3.

Psal. 90. Cras, vox diaboli.

Orat. in Baptisma.

Diaboli fallacia.

quasi cras aut hodie moriendum esset. In sola causa salutis Nestoreos nobis annos promittit. Sic vafer diabolus præfens tempus per otium & voluptates, futuram per spem inanem lactando, nobis surripit; donec die quo minimè putamus in suum nos barathrum ex improviso cum maximis cachinnis prorahat. Hæc est fallacia diaboli & peccati, qua obduramur in malo, de quo Apostolus cauere nos iussit. Sic iterum Spiritus sanctus nos monet: *Ne tardes conuerti ad Dominum. nec differas de die in diem. Subitò enim venit ira eius & in tempore vindictæ disperdet te.* Sic iterum Paulus: *Ecce nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis. Illud tunc* (ait Nazianzenus) *non certum aliquod tempus, sed tempus omne designat.* Illud nunc, nullum crastinum habet. Vide, quæso, diaboli fraudem. Vt palàm atque apertè virtutem contemnat, homini medioeriter Christiano persuadere non potest. Id ergo agit, vt differat, ac differendo amittat. *Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Quanto enim magis differtur bonum, tanto difficilius redditur, vel propter peccati consuetudinem, vel propter Dei maiorem offensionem, vel quia tandem impius, quum in profundum venerit, contemnit. Nauis, etsi multa onera capiat, tam diu onerari potest, vt submergatur.* Tam diu & frequenter in peccato manere quis potest, vt gratiam suã Deus penitus subtrahat. quod & disertè futurũ Scriptura prædicat: *Auferetur zelus meus à te, & quiescã. nec irascar amplius, eò quòd nõ fueris recordata dierũ adolescentia tuã.* Non irascar, id est, non te castigabo vt emenderis. *Dimisit eos secundum desideria cordis ipsorum in adinventionibus suis.* Deinde quantum malum temporis iactura? Sicut pannus, quum adhuc integer est, quamcumque velis de eo vestem conficere licet; ubi autem semel aliquam formam accepit; ad aliud aptari non potest, absque magna panni iactura, aut cum magna nouæ vestis deformitate: sic tempus elapsum, quod otio aut voluptati datum fuit, animæ saluti applicari, aut vtile esse non potest, sed detrimento potius est, quia malè impensum. Sed & ideo mortis hora rem incertissimam Deus esse voluit, vt omnis Deo seruiendi dilatio penitus præscinderetur, & omni tempore vigilantes, quasi in acie accincti staremus: vt de extremi iudicij hora incerta, in aia Dominica ostendimus.

Exech. 5.

1. Cor. 6.  
ubi suprã.

Similia.

Basili in exhor.  
ad Bapt.  
Exech. 16.

Psal. 9.

Dom. 1. Aduen.

s. Quid

5. *Quid hic statis tota die otiosi?*

**L**ocus moralis contra otiosos, ignavos, & desides in Dei obsequio & salutis causa. Si enim necdum in vineam conductos ita arguit paterfamilias, quanto magis iam per Baptismum vocatos & conductos arguet! Si in foro otiosum esse non licet, quanto minus in vinea! Si nati ex carne, & adhuc de mundo homines orij arguuntur, quanto magis nati ex Deo, & electi de hoc mundo, vt Christo nomen dent, si otio torpescunt, redarguentur! Sed in foro huius mundi nulla sunt negotia? Imo locus ille omnium negotiosissimus est, vbi frequentissima mercatura, contractus plurimi, & magna politia civilis pars exercentur. Sed hos negotiosos homines, Paterfamilias Deus vocat otiosos: quia licet *in infinitis se questionibus immisceant, & solliciti sint circa plurima*, tamen quia vnum, quod necessarium est, omittunt; otiosi coram Deo censentur & sunt. Vt enim David tacuit dum clamaret tota die, (ait enim: *Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die*: clamauit enim in peccato, sed tacuit in gratia) & sicut Ierusalem plangitur vt *ciuitas sola, plena populo*, quia Deo suo caruit; & vt *caci duces* vocantur Pharisaei, quia veritatem non videbant, alioqui satis oculati; ac denique vt tota prudentia humana *stultitia est coram Deo*: si tota negotiositas humana, quae circa terrena occupatur, & cuius finis terra, & praesens commoditas est, otiositas est coram Deo. Sicut enim pueri, quum in casulis luteis componendis occupantur, & in arundine equitant, videntur sibi occupatissimi, quum nostro hominum iudicio meras nugas otiosè agant; licet omnino omnes occupationes terrenae, in quibus vel Dei gloria, vel salus proximi, aut nostra non quaeritur, etsi nobis hominibus seria & graua negotia videantur, tamen Deo & Angelis eius, imò sapienti cuique meræ nugæ & inane otium videntur, & sunt. Simile est in agricola, opifice, mercatore, quando non id agunt quod ars & professio eorum postulat. Sed vt de otiosis propriè dictis, & iuxta communem intellectum acceptis, Euangelij verba tractemus, hoc ipsum, otiosum esse, seu in foro, seu in vinea, meritò reprehendit paterfamilias, & vt bonus medicus radicem & causam morbi patefecit. *Otiositas enim, vt alibi dictum est, multam malitiam docuit*, id est, causa & radix est multorum peccatorum. Vnde illud etiam hominis ethnici: *Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.*

Contra otium;  
& ignauiam

Mundi negotia, otia sunt Deo.

Eccles. 7.  
Ioan. 11.;

Psal. 35.

Thren. 1.

Simile.

Otiositas ter-  
lorum radix.

Homil. 16. in epi.  
ad Ephes.

Sed audiamus potius Sanctos nostros. Esse otium per se graue peccatum; familiari exemplo docet S. Chryostomus. Nihil (inquit) *boni facere, hoc ipsum est malè facere. Dicas enim velim: si famulum haberes qui nec furaretur, nec conuittaretur, nec contradiceret, nec inebriaretur, nec quicquam malifaceret, sederet tamen toto die otiosus, nec aliquid eorum, quæ seruus hero præstare debet, faceret, non flagellares illum? Atqui nihil mali operatus est.* Planè sic Deus flagellabit otiosos hoc ipso quòd otiosi sunt. Duplex enim est hominis iustitia. Non solum, *Declinare à malo, sed etiam facere bonum.*

Ælianus var.  
hist. lib. 9.

*Pisistratus, Atheniensium tyrannus, accersi iussit eos qui in foro deambulando atque otiano tempus tererent, & dixit: Si nec boues nec semina habetis, de meo accipite, ut terram colatis: veritus ne horum otium insidias aliquas pareret.* Sic Deus, non nostras insidias metuens, sed nostræ saluti prospiciens, & multorum malorum causas tollens: vocat nos in vineam suam, dans nobis de suo & naturæ vites, & gratiæ semina, quibus freti laboremus. Huius otij & desidie fructum rectè Sapiens expressit, dicens: *Propter frigus piger arare noluisti, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi.* Docet, qui in hac vita non laborant, in altera vita nihil gratiæ aut fauoris impetraturos. Omnes creaturæ, accepto operandi præcepto, ab initio creationis suæ vsque hodie operantur. Cæli motus non cessant, terra germinat, bestię & pisces multiplicantur. Solus homo, quia liberi arbitrij est, non obtemperat præcepto siue naturæ: *In sudore vultus tui comedes panem tuum; siue gratiæ Euangelicæ, Regnum cælorum vim patitur.* & operarij conducuntur in vineam. Quare ad creaturas, easdemque vilissimas, otiosos & pigros Deus mittit.

Proverb. 20.

*Vade ad formicam, ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam.* Quanta ignominia, ut à formica homo discat? & sapientiam discat? Cur hoc? Sequitur: *Quæ cum non habet ducem, neque præceptorem, neque principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.* id est, quum non habeat cuius exemplum sequatur, ut nos Christi Mediatoris, & tot Sanctorum eius; nec cuius præceptis obtemperet, ut nos Ecclesiam, & omnes Præpositos eius; nec à quo reprehendatur, ut nos verbi prædicatores, & animarum curatores habemus: tamen parat in æstate, & congregat in messe quod comedat in hyeme: & nos in præsentī vita, & tot bonorum occasionibus & opportunitatibus, non prospicimus futuro iudicio. Sed & vide sapienciæ formicæ atque

Genes. 3.  
Matth. 11.

industriam.

Prov. 6.

industriam. Est animal paruum, in quo laudatur humilitas: *S. Bonavent. in*  
 grano puro pascitur, in quo commendatur honestas: socios *Dietæ salutis,*  
 laborantes adiuuat, in quo docetur charitas: sollicita sem- *cap. 28.*  
 per curfitat, in quo monstratur industria: prouida est de fu- *Formicæ sa-*  
 turo, in quo ostenditur prudentia: grana collecta detruncat, *pientia.*  
 ne in terra germinent vel putrescant; in quo significatur  
 nostra mortificatio: tempore imbris grana abscondit, in  
 quo nos docet tentationis fugam: tempore sereno granum  
 soli exponit, in quo docet, vel Deum de bonis suis laudare,  
 vel ad Dei gloriam bona nostra depromere: pondus portat  
 maius quàm ipsa sit, in quo monstrat zelum compassionis.  
 Occultas vias (ait Solinus) rectas faciunt, per quas incedant.  
 Hoc nos docuit Scriptura, clamans (*Rectas facite semitas*  
*Dei nostri*, vt suprâ explicatum est. Iuxta Plinium, lib. II. cap.  
 30. Grana sibi inuicem communicant, & labores ordinant.  
 Documentum dant charitatis, eiusdemque ordinatæ. Fa-  
 ciunt denique semitas in silice tritas, quo docent duras vias  
 nos custodire. Vides formicæ sapientiam, sine duce, sine  
 præceptore, sine principe. Ergo non iam Regina Austri, aut  
 Niniuitæ, sed vna formica surget in iudicio, & nos pigros,  
 otiosos, desides, vacuos, inanes ac steriles bonorum ope-  
 rum; condemnabit. Sed audi rursus sapientem, quomodo  
 exclamat: *Vsquequo piger dormies? quando consurges de som-*  
*no tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis; & veniet tibi*  
*pauperies quasi vir armatus*, id est, cui resistere & mederi  
 non poteris: à qua etiam in æternum non liberaberis, quia  
 captiuum te abducat, vt armati hostes aduersarios suos pi-  
 gros, & bello captos solent. Augustinus ante suam conuer-  
 sionem hoc se pigritiæ morbo laborasse, his verbis docet:  
*Vndique ostendenti vera te dicere, Domine, non erat omnino*  
*quod responderem veritate conuictus, nisi tantum verba lenta*  
*& somnolenta. Modo, ecce modo, sine paululum, Sed modo &*  
*modo non habebant modum, & sine paululum ibat in longum.*  
 Otium optimis Philosophis tam absurda res visa est, vt mun-  
 dum æternum potiùs ponere, quàm creationem eius in tem-  
 pore agnoscendo, otium in Deo agnoscere maluerint. Insi-  
 pienter quidem, quo ad Dei otium, quia etiam non creato  
 mundo, maiora habet in seipso Deus in quibus occuperetur  
 (vt suæ diuinæ essentiæ contemplationem, amorem, &  
 communicationem diuinarum personarum) quàm sit totius  
 vniuersi creatio & gubernatio; in hoc tamen sapienter, quòd  
 otium ita detestabantur, vt ne quidem Deo conuenire exi-  
 stimarent.

Prouerb. 6.

Confess. lib. 8.  
cap. 5.

stimarent. Si enim Deo non conuenit, qui nulla re indiget, quanto minùs nobis hominibus, quibus nihil est indigentius, adeò vt panem quotidiè à Deo mendicemus, dicentes: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie?* Otij fugiendi exemplo sunt fatuæ virgines, quæ, *moram faciente Sponso, dormierunt, & dormitauerunt.*

Volentes enim alienum oleum mendicare dicentes, *Date nobis de oleo vestro*, repulsam acceperunt, & quidem negligentia dignam. In extremo mortis articulo qui petit alienum oleum, id est, vt alterius bonis misericordiæ operibus iuuetur, frustra tunc hoc petit; sed bene ei respondetur: *Ito ad vendentes, & eme tibi.* hoc est, tu ipse vide quas elemosynas pauperibus feceris (illi enim vendunt quodammo- do cælum, qui, *quum defecerimus, recipiunt nos in aterna tabernacula*, eo quòd ex mammona iniquitatis eos nobis amicos fecerimus:) vel quæ alioqui misericordiæ & virtutum opera exequutus fueris.

Nam qui in tali articulo non inuenit oleum misericordiæ, quod eum sursum euehat, aqua negligentia suffocabitur. *Iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam.* Sera autem illa & extrema pœnitentia, vix pœnitentia dici potest, quia licet mortis metus angat, amoris tamen Dei paruum aut nullum vestigium ostendit. Quare diuus Augustinus, vt talibus pœnitentiam negare non vult, ita pœnitentiæ fructum illis promittere non audet, vt multis verbis in quadam concione ad populum disseruit. Otium igitur fugiendum, ne ad extremum hoc nos periculum adducat. Vnde sapienter sanctus Augustinus otium vocauit *viti hominis sepulturam*. Si lex dormientibus non est scripta, vt Iureconsulti dicunt, quanto minùs cælum dormientibus paratur! Dauid in bello fortis, domi otiosus sedens, alienam vxorem rapit, & homicidium committit. Salomon, quia in summa pace otio fruebatur, libidine seipsum perdidit. Populus in deserto, absente Moyse, & nihil agens, *sedit manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* De hac materia superius plura.

### 6. Quia nemo nos conduxit.

**L**Ocus moralis de vera & certa mercede bonorum operum, propter quam conducti sumus. Error enim omniù, fidem in Scripturis reuelatam ignorantium fuit, aut ferè omnium

Matth. 25.

Luca 16.

Iacobi 2.

Homil. 41. ex  
hom. 50.

Serm. 17. ad fratres  
in eremo.

Exempla.

Domini. 5. post  
Epipha. text. 2.

Merces certa  
bonorum operum.

omnium, nullum esse post hanc vitam virtuti præmium, mercedem nullam. Hunc humani generis errorem Christus hac voce huius parabolaë significare voluit. Otiolorum enim tam infidelium quàm etiam fidelium, sed impiorum, & fidem suam factis negantium, illa vox est: *Nemo nos conduxit.* Nullus est virtutis honos, præmium, & merces nulla. Horum vocem Ecclesiastes expressit, dicens: *Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestiis.* Nimirum qui id sentirent quod sequitur: *Idcirco unus interitus est hominis & iumentorum, & aqua utriusque conditio: sicut moritur homo, sic & illa moriuntur: similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius.* In his verbis (ut exponit S. Gregorius) *ex mente infirmantium*, id est, qui laborant ignorantia veri, *humana suspitionis sententiam proponit.* *Quis amen ex definitione rationis, suam postmodum sententiam protulit, dicens: Quid habet amplius sapiens stulto, & quid pauper nisi ut pergat illuc ubi est vita?* Hanc etiam impiorum & infidelium opinionem D. Paulus his verbis correxit: *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.* Veteres siquidem Philosophi, & sapientes huius mundi, vel ipsam voluptatem, & rerum omnium affluentiam pro summo bono habuerunt non virtutis actionem, ut Epicurei; vel qui virtutem coluerunt, aut propter se solam expetendam sine ulla mercede à Deo expectanda (ut qui Stoici vocabantur, & rigidissimi virtutis cultores habiti sunt) aut gloria presentis seculi, tanquam iusta & ampla mercede eam compensari putabant: vel denique nihil esse Deo curæ actiones nostras, seu bonas seu malas, asserabant. Omnium horum vox erat: *Nemo nos conduxit.* Contra hos omnes disputans Lactantius, ait: *Virtus mercedem suam à Deo iudice accipiet: quam si tollas, nihil potest in vita hominum tam stultum, tam inutile videri, quàm virtus.*

Ecclesi. 3.

Dialog. lib. 4.  
cap. 4.

Ecclesi. 16.

1 Cor. 15.  
Philosophorum  
omnium vox.Diuinar. instit.  
tur. lib. 5.

Nam & ideo disputabant olim Philosophi Academici (ut apud Ciceronem Carneades) iustitiam esse stultitiam. *Iustus* (inquit ille Carneades) *si aut equum saucio, aut tabulam naufrago non ademerit, quum in periculo vel hostium vel naufragij versatur, stultus est. Ipsi enim pereundum est, nisi fecerit. Si ademerit, iniustus est, prudens tamen, quia sua saluti consulit.* Hæc olim ethnicorum, hæc hodie impiorum etiam Christianorum disputatio est, qui vile honesto, commodum suum iustitiæ & æquitati præferunt; & dum prudentes esse volunt, iniusti sunt, rebusque tantum presentibus consulendu

Cic. lib. 3. de  
Repub. apud  
Aug. de ciuit.  
Dei, lib. 5.  
cap. 21.

Diuin. instit.  
lib. 5.

1. Theff 4.

dum putant. *Cur enim sic ille disputavit* (ait Lactantius) *nisi quia ad hanc vitam temporalem referebat omnia, virtutisque præmia, quæ sunt æterna & immortalia, non videbat? Qui enim iustitiæ præmium, iniustitiæ pœnas reddi firmiter credit, vitam potiùs præsentem, quàm iustitiam, deseret. Verùm ideo otiosi tota die in foro stamus ideo Dei & iustitiæ operibus neglectis improbè, fraudulentè, iniustè negotiamur, circumuenientes fratrem in negotio* (quæ magna hodie, pro scelus, prudentia videtur) *quia cum istis ethnicis & atheis in corde dicimus: Nemo nos conduxit ad benefaciendum: nulla virtutis aut iustitiæ merces est. Nam* (quod notandum est) *hæc vox nec eorum est qui mane, nec qui hora tertia, sexta, nona, sed qui circa vndecimam vocati in vineam fuerunt: nempe vel gentilium philosophorum, & huius mundi sapientum, qui paulo ante Christi aduentum florere in orbe cœperunt, & iniquitas omnis sic abundare, vt iustitia stultitia videretur; vel impiorum credentium, qui totam ferè vitam in fraudibus & mendaciis, & iniustitiis vbi contriuerint, vt opes accumularent, in vltima tandem ætate compuncti, & vocati in vineam, vt de animæ salute cogitent, pro sua exultatione dicunt: Nemo nos conduxit, de futuræ vitæ præmio nihil hæctenus cogitavi.*

Rom. 5.

Locus contra hæreticos.

Hanc opinionem impiam, & otij atque socordiae fontem (marcescit enim virtus, cui nulla spes præmij proponitur, & insitam omni virtuti difficultatem, mercedis expectatio vel tollit, vel minuit, quia, *vt patientia probationem operatur, sic probatio spem adfert*) nostri temporis hæretici renouarunt, suorumque animis altissimè impresserunt, omnem bonorum operum apud Deum mercedem negantes, sicut omne meritum negant, & operas eucharisticas (sic enim loquuntur) & gratuitas prædicant, docentes, posse quidem vnumquemque bene operari (ait enim Flaccus Illyricus) sed nec ob expectationem mercedis (hoc enim mercenarium vocant, & seruis proprium, non filiis Dei) nec tanquam rem ad salutem necessariam (sic enim illorum sola & specialis fides penitus concideret) verùm ex solo intuitu beneplaciti Dei: quia videlicet iuxta istos, *Nemo nos conduxit*. Sed hæc duplex persuasio & doctrina impia, omne prorsus bene operandi studium hominum animis eximit. Christianos enim frigidos & infirmos (quorum maxima turba est) ad bonorum operum contemptum inducit; alacriores & fortiores in desperationem trahit.



Illi enim bene operandi studium, vt minimè necessarium, perlibenter deponunt. Nam qui summa bonorum operum necessitate persuasa, & firmiter credita, tam tepidi nihilominus ac languidi sumus; eiusdem necessitatis opinione sublata, quomodo non penitus frigidi erimus, & planè stupidi? Isti verò propter perfectionem summam (est enim perfectissimus operandi modus, & rata auis in terris, ex puro & solo Dei amore, absque vilo mercedis desiderio, virtutem sectari) bonorum operum labores suscipere desperant. *Qua ex causa apud horum temporum hæreticos omnis pietas, iustitia, virtus, Dei timor, religio non exultat tantùm & iacet, verùm etiam exploditur ac deridetur. At nos Christiani Catholici agnoscimus & proitemur nos esse cōductos ad operandum in vinea Domini amplissima mercede proposita. Sic sumus filij Dei & liberi, vt simus tamen serui. Sumus liberi peccato, serui iustitiæ. Quod penè cum stomacho Apostolus docet, nostri temporis Libertinos in Spiritu præuidens. Ne-* *Rom. 6.*  
*scitis (inquit) quoniam cui exhibuistis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis: siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Gratias autem Deo, quòd fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrina, in qua traditi estis. Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitia. Ergo sic filij & liberi sumus, vt tamen serui. Certè ita serui Dei sumus, vt, quum fecerimus omnia quæ præcipit nobis, dicere tamen debeamus, Serui inutiles sumus. Deo quidem inutiles,* *Luca 17.*  
*qui bonorum nostrorum non indiget; nobis autem ipsis per om-* *Psal. 15.*  
*nem modum vtilis: quia talibus dicitur: Euge serue bone &* *Luca 19.*  
*fidelis, intra in gaudium Domini tui. Rursum sic serui sumus, vt etiam mercenarij simus, non quidem sordidi, sed heroici; nec coactitij, sed spontanei ac liberi. Merces quippe quam expectamus: non res vilis aut sordida est, nō bonum aliquod temporale & terrenum, & huius vitæ, sed illa quam seruo suo Abrahamæ Deus repromisit: Ego merces tua magna nimis. Qui ta-* *Gen. 15.*  
*lem mercedem respiciūt, heroici & nobiles mercenarij sunt; sicut Regibus seruire, nobilitas est. Quare Apostolus disertis verbis dicit: Scientes quòd à Domino accipietis retributionem* *Coloss. 3.*  
*hæreditatis, Christo Domino seruite.*

Sic serui Dei sumus, vt empti pretio magno, ita conducti mercede amplissima. Quare vt conductitij, finito labore, expectant suam mercedem; sic iusti in Scripturis. Pauli illi vox est & doctrina: *Sobriè, iustè, piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. Iubet be-* *Tit. 2.*  
 ne

ne operari, expectando mercedem. Hæc expectatio mercedis nostræ est quasi cibus noster inter laborandum. Deus in hoc Euangelio conducit operarios, & conuenit cum illis *ex denario diurno*. Quibusdam etiam dixit: *Quod iustum fuerit, dabo uobis*. De cibo & potu nihil dicit. Et tamen qui in uinea laborat, præpter denarium quem accipit, quod comedat habere debet. Noster ergo cibus spes est & expectatio mercedis. De hoc cibo dixit Propheta: *Propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras*. uerba labiorum Dei, promissiones amplissimas dicit: Et iterum: *Sustinuit anima mea in uerbo eius, sperauit anima mea in Domino*. Quasi enim sustentatur anima: pascitur & refocillatur in mediis laboribus, expectando beatam spem. Hæc expectatio, hæc spes mercedis, fuit cibus Martyrum in tormentis, cibus Cōfessorum in perpetua mortificatione, cibus denique & consolatio Christi ipsius, quum nostras iniquitates portaret. De illo enim Apostolus scribit: *Qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta*. Tollenda ergo uox illa otiosorum hominum, uox ethnica, uox hodie hæretica, uox impia, & desperatione plena: *Nemo nos conduxit*. Conducti sumus, quia *pietas*, quam in uinea excolenda exercemus, *utilis est ad omnia, habens promissionem uitæ, quæ nunc est, & futura*. Conducti sumus denario, quæ est uita æterna.

Matth. 20.

Psal. 116.

Psal. 120.

Hebr. 12.

1. Tim. 4.

### 7. *Voca operarios, & redde illis mercedem.*

De mercedis  
honorū ope-  
rū qualitate.

**L**ocus moralis, & consolatione plenus, de bonorum operum mercede à Deo reddenda. Hunc locum, quod ad doctrinam attinet, & de uera mercedis retributione, in altero Promptuario contra hæreticos tractauimus. Nunc ut ad mores ualet, & ad pietatem extimulat, tractandus est. Quo in loco primùm Dei benignitas spectanda est, quæ nostris operibus mercedem promittere uoluit. Secundò, quantus ad uirtutem stimulus hæc reposita merces esse debeat. Terriò, quæ & quanta hæc merces est, paucis explicabitur. Ad primum quod attinet, quum opera nostra seruorum sint opera, & prorsus debita, quum nobis ipsis sint uilia & necessaria, quum parui temporis & exigui laboris sint, immensa Dei benignitas satis laudari non potest, quæ illis mercedem reponit, uitam æternam.

1.  
2.  
3.  
1. Dei benignitas triplex.

1.  
2.  
3.

1. Opera nostra esse debita.

Seruorum opera esse labores fidelium in Dei præceptis exequen-

exequendis, iam modò ostensum est: sed & inde patet, quòd quicquid sumus, Deo debemus. Vnde illa fidelis serui vox: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Huc accedit, quòd omnia serè virtutum opera, Dei præcepta sunt: à nobis igitur præstari debent, et si nulla proponeretur merces.

Ideo peccata nostra & transgressiones vocantur debita nostra. *Dimitte nobis debita nostra*, quia id, quod debuim⁹ facere, non fecimus. Deus ergo opera à nobis alioqui debita sic remunerat, veluti si magnus aliquis Princeps, propter seruata[m] torquem auream, magnum auri pondus ministro daret. Nam ille commissam sibi torquem seruare debuit, alioqui puniendus; sic nos Dei mandata. Rursum nulla mercede proposita æquum & conueniens erat, nos Christianos Christo pro nobis passo compati, & capitis nostri vestigia sequi. Ex qua consideratione Paulus ait: *Charitas Christi urget nos: quia si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* Et tamen compatiens illi mercedem repromittit Christus; dicente Paulo: *Si compatimur, conglorificabimur. Socij facti passionum, socij erimus consolationum.* Amplificari hinc ergo debet bonitas & benignitas Dei, quæ operibus, alioqui debitis, mercedem tamen maximam reddit. Iam verò quale illud est, vt hæc ipsa bona opera, quibus merces promittitur, nobis ipsis sint vtilia, & sic vtilia, vt absque illis bruta, non homines essemus.

Quid enim aliud sunt omnia virtutum opera, quàm animi humani ornamenta? Quid aliud tota illa vineæ Dominicæ cultura, in qua laborantes mercede remunerat, quàm ipsius animæ cuiusque nostrum necessaria cura, homine rationali digna, vt in superioribus explicatum est? Quare quemadmodum pij parentes, egrotantibus filiis, & potiones amaras recusantibus, dona & xenia promittunt, si medici præceptis obtemperauerint, quum tamen salutis beneficium nõ tam parentum quàm filiorum sit: sic Deus Pater cælestis, præceptorum suorù obseruationi, & virtutù exercitio, quæ nobis in hac corrupta natura grauiter agrotantibus salutaria sunt, illi autè nullo modo necessaria aut vtilia, ingentia præmia promittit. De hac Christi medicina Augustinus: *Misit Deus medicum, qui nos gratis sanaret. Parum est, qui gratis sanaret; qui sanatis etiam mercedem daret. Nihil addi ad istã beneuolentiam potest. Quis est, qui dicat: Sanem te, & do tibi mercedem? Optimè fecit. Sciebat se venisse diuitem ad pauperes. Sanat agrosos:*

sanatis

1.  
Psal. 115.  
2.

Simile.

3.

2. Cor. 15.

Rom. 9.

1. Cor. 1.

2. Opera nostra nobis vtilia.

Simile.

Serm. 13. de  
verb. Apost.

In lib. de vita  
beata.

Homil. 11. in  
Matth.

Rom. 13.

Matth. 5.

Hom. 11. in  
operis imperfect.

Simile.

Matth. 6.

sanatis donat, & non aliud quàm seipsum donat. Hæc confide-  
ratio tam clara & certa est, vt multi gentium Philosophi vir-  
tutem propter seipsam expetendam & exequendam esse do-  
cuerint. Vnde Seneca: *Altum quiddam est virtus, excelsum &  
regale, inuictum & infatigabile Voluptas humile, seruire, imbe-  
cille, caducum, cuius domicilium fornices ac popina sunt.* Hæc est  
ergo maxima Dei benignitas, quòd bonis operibus operam  
dando, & *hic dulcem vitam* (vt scribit Chrysoſtomus) *virtu-  
tum ipsarum delectatione ducemus, & futurorum dono potiemur  
bonorũ, Deiq; insolubiles amicitias sortiemur.* Quid nepe vel hu-  
manæ societati cõmodius, vel cuiuis homini iucundius ef-  
se potest, quã perpetua & sincera dilectio? At hoc est maximũ  
Dei mandatum. Imò *qui diligit proximum, legem impleuit.*

Denique omnia decalogi mandata, an aliud iubent, quàm  
quod omnis Resp. ciuitas, familia, à suis omnibus exactè  
obseruari percuperet? Talia sunt omnia Dei & Ecclesiæ  
præcepta, vt magis ad nostram vtilitatem & consolationem,  
quàm ad Dei gloriam sint comparata. Imò in virtutum rati-  
one magis nostro commodo, quàm suo honori, Deus pro-  
spectum voluit. Verbi gratia. Orta est inter te & alium si-  
multas? Vide quid iubeat Deus, *Vade, prius reconciliare fratri  
tuo, & sic offeres munus tuum ad altare.* Consultum & pro-  
spectum prius vult paci fraternæ, & refarciendæ iniuriæ pro-  
fectum proximi, quàm suo honori, qui in oblationibus ad  
altare præstatur. Sed & inimicum tuum, nisi tibi reconcili-  
lietur, Deus idcirco non diligit, quia tibi inimicus est, &  
quia tu amicus Dei es. De qua re sic Chrysoſtomus: *Quia  
Deus nos perfectè diligit, ideo inimicis nostris non vult esse ami-  
cus. Vtputa, Duo inimici estis fideles ideo tibi non vult esse  
amicus, quia illi amicus est: & ideo illi non vult esse amicus,  
quia tibi amicus est. Ergo te diligens, est illi inimicus: & illum  
diligens, tibi est inimicus.* Hæc ille. Sic Deus propter bonum  
nostrum ad perpetuam charitatem cogit: non secus quàm si  
bonus pater duobus litigantibus filijs, etsi vtrumque amet,  
neutrum tamen, durante lite, velit diligere, quia alter alteri  
litigando nocet, quum ille vtrique beneconsultum vellet.  
Amplificari multum & copiosè hæc Dei benignitas potest,  
quòd illa in nobis virtutum opera magnificè remunerat,  
quæ nobis potissimum vtilitatem adferunt. Nam vide, quæ-  
so, quomodo hanc fraternam dilectionem remuneret. Iubet  
nos orare: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimit-  
timus debitoribus nostris.* Hoc est, promittit nobis veniam  
peccato

peccatorum, si nos alij in nos peccantibus ignoscimus. Et ideo in alia Scriptura dicit: *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Denique in extremo iudicio illa bona opera maximè remunerat, quæ proximorum nostrorum utilitatibus seruiuerunt, vt pascere esurientes, vestire nudos, visitare captiuos. Tertium punctum quod in ineffabili Dei benignitate circa bonorum operum remunerationem annotari potest, adhuc excellentius est, quod parui temporis, & exigui laboris opera, æterna & splendidissima mercede retribuat. Vnde Apostolus: *Quod in presenti momentaneum est & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis.* Leuitati laboris, pondus gloriæ, idemque supra modum sublime, momentaneo æternum responder. Sic alibi: *Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua reuelabitur in nobis.* Nempe, vt scribit Augustinus, *siqua laboris ad requiem sempiternam.* Si tibi certò constaret, & ad hoc diploma regium signatum haberes, te per annos in hac vita quinquaginta maximis redditibus positurum, si decem prius annos in Regis obsequio & seruitio ageres; an hanc conditionem recusares? Non adeò opinor demens aut stupidus esses, si bonorum huius vitæ amator es. Quòd si ergo cœlestem gloriam amas, quid de tantilli temporis labore causaris? An præsentium magis voluptate traheris? Nempe sic in vinea Satanæ se res habet. Prius illic merces redditur, & postea laboratur. Prius ad momentum temporis deliciantur, & postea in inferno cruciantur. Prius conuiuantur splendide, sed postea symbolum soluunt peracerbè. Paucas pecunias ex vsuris mutuunt, & postea duplum persoluunt. *Fauus distillans labia meretricis: nouissima autem eius amara, quasi absynthium.* Ducunt in bonis dies suos, & in puncto descendunt in infernum. An hanc conditionem cupis, vt præsentis voluptate modica æternos cruciatus emas? Atqui in Christi vinea prius laboratur, & postea merces redditur: qui omnis honestæ negotiationis ordo est. Agricola prius seminat, postea metit. Mercator primùm nauigat & peregrinatur, postea ex mercibus domum apportatis rem facit. Opifex cuiuscunque artis primùm opus facit, postea mercedem accipit. Sed isti omnes vix lucrum percipiunt, quod labores compenset; aut, si excedat compensatio laborem, mediocris ille excessus est; & vt sit maximus, paruo tempore eius fructus manet; nulle quoque periculis subest, vt, quod longo tempore &

*Pars Hyemalis.*

**T** labore

1. Pet. 4.

Matth. 25.

3. Retributionis excessus.

2. Cor. 4.

Rom. 8.

Enar. in

Psal. 93.

Simile.

Vinea satanæ.

Prou. 5.

Iob. 21.

Similia.

labore comparatum est, vno momento pereat, aut bello, aut latrocinio, aut incendio, aut morte. Sed merces quam operarijs suis Deus retribuit, vt infiniti excessus est, ira nullo casu intercidit, quia æterna est. Eleganter Chrysofostomus: *Vtrum melius est metueve, & anxio semper timore distineri, an cum securitate laborare? Si quis te collocasset otiosam in domo ruinosa, dicens, Expecta donec in caput tuum ceciderit testudo iam putris: fortassis enim cadet, fortassis non cadet: quòd si hæc conditio non placet, age operare, ac tutissimum inhabita thalamum: vtrum magis eligeres? otiosumne illud cum timore, an laborem cum securitate? Sic igitur & nunc facito. Siquidem incertus iste euentus futuri, dum voluptatis causa virtutis laborem fugiens, repentinæ te mortis & damnationis periculo exponis, est quasi domus quadam putris, semper ruinam minitans. At industria, quanquam laborem habet, tamen spondet securitatem. Tale est discrimen hominis voluptuarij, & in vinea Domini operarij.*

Quòd si adhuc laboris magnitudinem quis causetur, quem in vinea Domini excolenda, & in Dei præceptis obseruandis suscipere par est, certò sciat, quisquis ille est, idcirco eum hoc causari, idcirco labores illi arduos videri, quia Deum non amat, quod hæc demonstratione ostendit Augustinus: *Secari & vri se homines patiuntur, vt incertam & breuem corporis sanitatem consequantur. Immanissimis bellis miles atteritur, pluribus fortè annis in laboribus inquietus, quàm in otio quieturus. Quibus tempestatibus & procellis, quàm horribili & tremenda sauitia cæli & maris expositi sunt mercatores, vt diuitias ventosas acquirant, maioribus quàm quibus acquisituri sunt periculis & tempestatibus plenas! Quos æstus, quæ frigora, quæ pericula, ab equis, à fossis, à precipitijs, à fluminibus, à feris perferunt venatores! quem laborè sitiendi & esuriendi, quantas vilissimi & sordidissimi cibi & potus angustias, vt bestiam capiant, & interdum nec ipsius bestia carnes propter quam & hæc tanta sustinent, epulis necessarias! Quanquam, etsi aperceruus que capiatur, magis suaue sit venantis animo, quia captus est, quàm comedentis palato quia coctus est. Sed in his omnibus, qui hæc non amant, eadem grauis patiuntur; qui verò amant, eadem quidem, sed non grauius pati videntur. Quanto ergo certius & facilius ad veram beatitudinem charitas facit, quod ad miseriam, quantum potuit, cupiditas fecit! Hæc ille. Si tantum ergo laboris rebus perituris vanis quoque & futilibus comparandis impenditur; quis nõ videt beatitudinis æternæ retributio*

In prologo in  
D. Ioannem.  
Simile.

Sec. o. de verbis  
Domini.  
Similia.

tributionem operibus virtutum (quæ tantam adiunctam difficultatem non habent) misericordissimè & liberalissimè à Deo reddi? Atque ex his capitibus Dei benignitas in hac mercedis retributione demonstrari poterit.

Nunc quantus ad virtutem gnauiter capeffendam stimulus, hæc merces beatitudinis æternæ, bonis operibus red-  
 dita esse debeat, paucis ostendetur. Dauidis certè illa vox est: *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter re-  
 tributionem.* Sic Paulus ad virtutem adhortans, ait: *Non con-  
 templantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* Et rur-  
 sum, prolata illa Dei amplissima promissione: *Ero vobis in  
 Patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus om-  
 nipotens.* (Si autem filij, & hæredes, vt alibi dicit) mox infert: *Has ergo habentes promissiones, mundemus nos ab omni in-  
 quinatione carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore  
 Dei.* Scribat enim acerrimum esse ad virtutis stimulum, re-  
 promissæ à Deo mercedis expectationem. Hoc stimulo ve-  
 teres iustos ad opera pietatis ardua vehementer permotos  
 fuisse, exemplis alio in loco ostendit. *Abraham* (inquit) *obe-  
 diuit exire in locum, & exijt nesciens quò iret. Expectabat enim  
 fundamenta habentem ciuitatē, cuius artifex & conditor Deus.  
 Moyses grandis factus, negauit se esse filium filie Pharaonis,  
 magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati  
 habere iucunditatem: maiores diuitias aestimans thesaurum Ægy-  
 ptiorum, improperium Christi. Aspiciebat enim in remuneratio-  
 nem.* Moxque paulo post infert: *Ideoque & nos, deponentes  
 omne pondus, & circumstans peccatum, per patientiam curra-  
 mus ad propositum nobis certamen ( seu brauium) aspicientes in  
 authorem fidei, & consummatorem Iesum; id est, illum pro  
 exemplo in oculis ferentes: qui proposito sibi gaudio sustinuit  
 crucem, vt ita nos, proposita mercede, sustineamus labores.*  
 Et paulo post: *Omnis disciplina, id est, virtutum exercitatio,  
 in presenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea  
 autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitia.*  
 Hic fructus iustitiæ, est merces operarijs reddita. Propter  
 quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos  
 facite pedibus vestris. Vides quàm studiosè ad virtutis callem  
 gnauiter terendum, hac proposita mercede, adhortatur. Sed  
 & in seipso ostendit, ex hoc stimulo plurimum se incitatum  
 fuisse. *Qua, inquit, retrò sint, obliuiscens, ad ea verò quæ sunt  
 priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad bra-  
 uium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu.* Est igitur istius

4.  
 Mercedis ex-  
 pectatio, vir-  
 tuis stimulus.  
 Psal. 118.  
 2. Cor. 4.  
 1. Cor. 6.  
 Rom. 8.  
 2. Cor. 7.

Exempla.  
 Hebr. 11.

Hebr. 12.

Philip. 3.

*Apophtegma.*  
*Tuscul. 2.*

mercedis, bonis operibus repromissæ, huius brauij expectatio acerrimus virtutis stimulus, ideoque crebrò cogitanda, & ante mentis oculos ponenda. Appositè ad hanc rem scripsit Xenophon, & Dux, & Philosophus insignis, *Eosdem labores non esse æquè grandes Imperatori ac militi, eo quòd ipse honos laborem leuiorem faceret Imperatorum.* Quod eius verbum multum laudauit Scipio Africanus, ait Cicero. **Quanto** enim magis iidem labores non erunt æquè graues fideli & infideli, pio & impio, religioso & seculari, eo quòd ipsa merces, à fidelibus & pijs certissimè expectata, labores illis facit leuiores!

*Simile.*

*Greg. Nyssen.*  
*orat. 1. de beatitud.*

Quemadmodum enim auarus, si incidat in tabulas thesaurum alicui absconditum indicantes; is autem locus, qui thesaurum tenet, non sine multo labore & sudore adiri potest; nulli labori parcat, vt thesauro potiatur, quia auarus est, cui ad pecunias congerendas nihil videtur arduum: sic omnino vit pius, & Deo frui desiderans, inuentis Scripturæ tabulis, quæ illum docent, operarijs in vinea Domini mercedem denarij retribuui, quæ est vita æterna, suauissimè operatur, vt denario illo ac Deo suo fruatur.

*Gen. 29.*

*Chrysoft. hom.*  
*24. in Math.*

*Simile.*

*Seruiuit Iacob pro Rachel septem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.* Nostra Rachel est vita æterna, decora facie, & venusto aspectu. *Si nautis minaces pelagi fluctus, si tempestates atque hyemes agricolis, si vulnera cadèsq; militibus, si grauissimi illi ictus, plagaq; pugilibus leues videntur atque tolerabiles, propter spem temporalium ac pereuntium commodorum, multo magis quum cælum proponatur in premio, nihil ex presentibus his aduersitatibus sentietur.* An fortasse dicet quispiam, cœlestis gaudij expectationem ideo minùs mouere, quia etsi credatur firmissimè, tamen non cernitur euidenter? **Qui** hoc fucò ac prætextu suam vel incredulitatem vel ignauiam excusat, hac quotidiana experientia conuincitur inexcusabilis.

*Simile.*

Nullus pater carnalis euidenti cognitione scire potest, an proles ex vxore suscepta, vera & legitima sit. Hæc tamen ipsa cognitio, quæ ex sola vxoris credita pudicitia colligi potest, tantam vim habet, vt maximum filiorum amorem in patris pectore ingeneret: huiusmodi sanè, vt in filijs bene educandis, posteaque in seculo euehendis, nullis sumptibus, nulli labori parcat. **Quanto** magis qui ex sola promissione firmissimè credita æternam beatitudinem bonis operibus repromitti cognouit, ad illam assequendam bonorum operum



operum studio impensè incumbet! Nónne vides vt vrsi al- *Similia.*  
 uearia inuadunt, fauorum dulcedine allecti, quos illic esse  
 melle plenos autumant, nec aptum aculeos, nec ferientium  
 vulnera quicquam morantes? Nónne si inter mille nauig-  
 antes vnus tantùm ex Indijs auro onustus redeat, cæter-  
 is pereuntibus, eandem mox nauigationem, spe similis  
 fortunæ, innumeri suscipiunt? Eundem debet animis pio-  
 rum stimulum addere mercedis æternæ certissima retribu-  
 tio, etsi ex mille operarijs in vinea vnus tantùm aut alter  
 eam acciperet.

Postrema huius loci particula est, vt quæ & quanta sit *5. Quanta*  
 hæc merces, operarijs in vinea retributa, paucis explicet- *merces.*  
 tur: imò tantam esse potiùs, vt explicari nequeat, ostendatur.  
 quod his verbis ostendit Apostolus: *Nec oculus vidit, nec* *1. Cor. 5.*  
*auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus*  
*diligentibus se.* Quare, vt Simonides Philosophus ab Hie- *Cic. lib. 1. de*  
 rone tyranno rogatus, quid Deus esset, primò vnum diem *nat. deorum.*  
 ad deliberandum petijt, mox biduum, deinde quatrimum,  
 atque ita sapiùs & identidem numerum duplicauit; quia  
 (inquebat) *quanto diutius considero, tanto mihi res videtur*  
*obscurior*; sic de beatitudine cœlesti, quæ ipsius Dei visio ac  
 fructio est, responderi potest. Attamen sicut de Pythagora  
 narrat Plutarchus, & post eum Aulus Gellius, quòd ex *Noct. Attic.*  
 stadio Olympico ducentorum pedum ab Hercule metato *lib. 1. cap. 1.*  
 primùm pedis eius magnitudinem, ac postea, inuento pede,  
 totam corporis proportionem deprehendit, tanto cæteris  
 hominibus excelsiorem, quanto Olympicum stadium cæ-  
 teris pari numero pedum anteiret: ita ex eius cœlestis glo-  
 riæ vestigijs quibusdam, vel in Scriptura sacra reuelatis, vel  
 in Dei operibus, ac rerum natura obseruatis, quæ & quanta  
 illa sit, quantumque omnem huius vitæ felicitatem superet,  
 aliquatenus delineari poterit.

Ac primùm in Scripturis hæc merces vocatur gaudium  
 Domini. *Intra in gaudium Domini tui.* Nempe, vt qui par- *Matth. 25.*  
 ticeps laborum cum Christo fuit, eiusdem etiam gaudij, *1.*  
 quo Christus ad dexteram Patris sedens exultat & frui-  
 tur, sit etiam plenè particeps. Intrare enim in gaudium, est  
 non eminus illud prospicere & videre, sed intus receptum,  
 ad participationem admitti. Nunc tu cogita quantum Chri-  
 sti gaudium in cœlis sit, quod eum consolari potuit quum  
 in terris esset, dicente Apostolo: *Proposito sibi gaudio, Hebr. 12.*

21. *sustinuit crucem.* Porro in hac mercede esse gaudium omnibus rebus ad voluptatem comparatis affluentissimum, verbis ad captum nostrum accommodatis Christus describit, quum dicit: *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* non quod illuc sic nectar aut ambrosia Poëtica, vel Mahumetis carnales epulæ: sed quia affluentissima erit animæ delectatio sicuti in edendo & bibendo ad mensas regias corporis esse solet. Nempe affluentissimi huius gaudij particulæ, in Scripturis reuelatæ, hæc sunt: Primum, esse cum Deo, nec ab illius præsentia vniquam diuelli. *Vbi ego sum, illic erit & minister meus. Sequuntur Agnum quocunque ierit.* Deinde non esse tantum cum eo, sed & videre eum clara visione, vt eius præsentia, totaque gloria plenissime fruamur. *Videbimus eum sicuti est.* Non iam amplius in speculo & in ænigmate, *sed facie ad faciem.* Iam verò quo ad nos ipsos, primum status erit maximè gloriosus: in quo ipse Dei filius ministrabit Sanctis suis honoris causa. *Beati serui, quos, quum venerit Dominus (ad iudicium scilicet) inuenerit vigilantes,* id est, in vinea Domini operantes. *Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis.* hoc ea, singulos sanctos spirituali consolatione suauissime visitabit, seque totum singulis communicabit, non transiens de loco in locum, sed varias consolationes, vnam post aliam, quasi ministrantium more, nouos cibos afferentium, subministrans. Verbis tamen illis Christus hanc rem exprimit, quibus ostendat suum erga Sanctos non affectum tantum, sed & honorem. Nempe honor huiusmodi erit, vt singuli Sancti, non hæredes tantum Dei, sed & *coheredes Christi* futuri sint; & cum illo (vt Apostolus iterum loquitur) *conregnabunt, & conglorificabuntur.* Patrum nunc est, esse *sicut Angelos Dei*, aut, vt alia Scriptura dicit, *regnare in seculum seculi;* quia pariter cum Christo regnabunt, & suo propemodum honore Christus suos dignabitur. Huius autem honoris & regni vide quantus futurus sit splendor. *Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum.* Et vt cætera paucis perstringamus (quæ amplificabit disertus Concionator) in hac mercede erit sanitas sine infirmitate: *Qui sanat omnes infirmitates tuas.* erit satietas sine fastidio: *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* erit libertas à seruitute: *Creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertate gloria filiorum Dei.* id est, propter plenissimam humanæ

manæ naturæ in illa gloria cœlesti liberationem, creaturæ omnes, quæ propter hominem peccantem peccato serui-  
runt, & seruiêdo corruptæ fuerant, à tali seruitute per ignem  
expurgatæ liberabuntur, vt noui cœli fiant, & noua terra, in  
noua sanctorum gloria noua videlicet vestita puritate. Erit  
porrò hoc gaudium in loco amœnissimo: *Gloriosa dicta sunt* 6.  
Psal. 90:  
*de te ciuitas Dei. quam ciuitatem nouam, descendentem de* Apoc. 21:  
7.  
*cœlo, vt sponsam ornatam viro suo, describit S. Ioannes in*  
Apocalypsi. Erit quoque in hoc gaudio societas iucundissi-  
ma, quam Apostolus vocat *Multorum millium Angelorum*  
*frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in* Hebr. 12:  
*cœlis. De qua etiam Ioannes dicit: Vidi turbam magnam, quâ*  
*dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, stantes ante* Apoc. 7.  
*thronum, &c.* Postremò in hoc gaudio totum opus & exer-  
citiū sanctorum erit perpetua iubilatio: *Beati qui habitât*  
*in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Hæc  
ex Scripturis breuiter delibata: ex quibus aliquouſ. ue con-  
iicere licet, quæ & quantâ hæc merces sit, sanctorum la-  
boribus, & bonis operariis in vinea Domini reposita, ac in  
hoc Euangelio reptomissa.

Sed & illa qualis ac quanta sit, ex præſenti Dei liberali-  
tate ac bonitate, qua in hac vitâ vel iustorum merita solâ-  
tur, vel impiorum mortales quædam & ciuiles virtutes re-  
munerat, non difficulter colligi potest. Si enim tanti vitrum,  
quanti margaritum! Si in fragili & mortali vitâ magnus  
splendor, in æterna beatitudine quanta erit gloria! Si in val-  
le miseræ liberalis retributio, in cœlesti gloria quanta re-  
muneratio! Fulchrè S. Augustinus. *Si, mi Domine, pro hoc* Ex bonis præ-  
ſentis vitæ cõ-  
iiciuntur futu-  
ra.  
*corpore ignobili & corruptibili tam magna & innumera benefi-*  
*cia præstas, à cœlo & aère, à terra & mari, à luce & tenebris,*  
*à calore & umbra, rore & imbre, ventis & pluuijs, volucribus*  
*& piscibus, bestijs & arboribus, à multiplicitate herbarum &*  
*germinum terra, nobis successiue ministrantium, vt allenues fa-*  
*stidium nostrum: qualia, quaeso, & quàm magna & innume-*  
*rabilia erunt illa bona, qua præparasti diligentibus te, in illa cœ-*  
*lesti patria, ubi te videbimus facie ad faciem? Si tanta facis no-*  
*bis in carcere, quid ages in palatio? Si tanta solatio in hac die la-*  
*chrymarum, quanta conferes in die nuptiarum? Si tam innu-*  
*mera & varia dona tua, qua nunc amicis pariter tribuis & ini-*  
*micis, quàm dulcia & delectabilia, qua solis es largiturus amicis!*  
Hæc ille. Rursum alio in loco. *Bona cogitate & cõsiderate, fra-* Enar. in Psal. 85:  
*tres, qua dat Deus peccatoribus: & hinc intelligite quid seruet seruis*

*fuis. Peccatoribus, blasphemantibus eum quotidie, dat cœlum & terram, dat fontes, fructus, salutem, filios, copias, ubertatem.*

**Exempla.**

*Qui talia peccatoribus dat, quid eū putas seruare fidelibus suis?* Hæc ille. Hæc videlicet sanctorum virorum sapientia est, vt visa huius seculi pulchritudine, non ea se fascinari & decipi sinant, sed ad alterius seculi considerandam pulchritudinē, quasi de gradu inferiori ad superiorem, ex ea conscendant.

*In vita eius apud Suriū, tom. 1.*

B. Fulgentius, Ruspensis Episcopus, persecutionem Ariatorum fugiens, Romæ quum peregrinaretur, visa Romani Senatus & vrbs Romæ gloria, sic ad fratres, peregrinationis suæ comites loquitur, *Quam speciosa potest esse Hierusalem cœlestis, si sic fulget Roma terrestris? Et si in hoc seculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem, qualis honor & gloria præstabitur Sanctis diligentibus veritatem?* Hæc ille.

Similia verba protulit S. Porphyrius, Gazæorum Episcopus, quum ex causa quadam Constantinopoli existens, Theodosij, iunioris infantuli baptismum ingenti cum pompa & magnificentia celebratum cerneret. Nos (inquit vitæ eius scriptor) admirati sumus, videntes tantam gloriam. Dicit autem nobis S. Porphyrius: *Si ea quæ paulo post euanescent, tantam habent gloriam, quanto magis cœlestia quæ parata sunt Sanctis Dei!* Nempe Deus hac in resicut locuples aliquis

mercator facit. Quum vadit in emporium vt mercimonia emat, pro iis quæ viliora sunt & parui valoris, statim in numerato persoluit. Sed pro mercibus magis pretiosis, maiorisque sumptus fideiubet, vt proximo emporio, vel die condicto soluat. Sic Deus morales & ciuiles virtutes peccatorum, vt res minimi valoris ac pretij, statim in præsentī vita remunerat; sed piorum rectè facta, quæ in gratia & charitate, ad Dei gloriam, vel proximorum & suam salutem operati sunt, tanquam res maximi valoris & pretij, in altero seculo, quasi in altero emporio, æterna gloria compensanda & remuneranda reseruat. Hinc etiam colligere licet, quantum excellat merces illa operariis reposita & repromissa.

Sed & huius rei causa est, quod huiusmodi in cœlis persolutio nostro maximo commodo fiat. Nam vt mercator prudens, quo citò vult ditescere, ibi merces emit, vbi in magna copia habentur; vt postea reuendat, vbi rarò inueniuntur: sic iusti in hac vita multos pro Deo labores vel suscipiunt alacriter, vel sustinent fortiter, quæ hic quidem vulgares sunt merces & viles, nullòque in pretio; vt ieiunia, mortificationes corporis, humiliatio sui, & cuiuscunque generis

tribulatio-

*In vita eius apud Suriū, tom. 1. pag. 1008.*

**Simile.**

*Phil. Dicz in cœc. serm. 5. post Domin. 2. Quadra.*

*Didacus Stella de contemptu mundi, part. 1. cap. 27.*

**Simile.**

tribulationes. Huiusmodi enim plena est hæc vita, & huiusmodi pauci æstimant, sed à se singuli reiiciunt. At in cælo tales merces non inueniuntur, vbi omnia lætitia & honore sunt plena. Sed illic talia quocunque velis pretio videntur. Ille enim locus est, in quo *absterget Deus omnem lachrymam ab oculis iustorum*: & in quo, qui hinc laborauerunt, *requiescent à laboribus suis*. Ibi præteriti labores carè venduntur, & vberriè remunerantur. Nostro igitur maximo bono fit, vt non nisi illic, operantibus in vinea merces reddatur. Hæc est beata catastrophe eorum quos Paterfamilias conduxit in vineam suam, hic huius parabolæ finis. De gaudio cœlesti & gloria, vide plura apud S. Chrysostomum, in epist. ad Hebræos, homil. 6. in fine: & in paræn. 1. ad Theod. lapsum.

Apoc. 7. &amp; 14.

## EVANGELIUM DOMINICÆ

SEXAGESIMÆ.



**C**UM turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est: & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spina, suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Est autem hæc parabola. Semen est verbum Dei. Quod autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam quod supra petram, hi sunt qui, cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

Luca 8.

*Quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt & sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in terram bonam, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.*

PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. *Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum. De frequenter audiendo Dei verbo.*

2. *Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. De attentione audiendi verbum Dei.*

3. *Semen est verbum Dei. De virtute & necessitate audiendi verbi Dei.*

4. *Quod secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum. Contra otiosos, vagos, & distractos auditores verbi Dei.*

5. *Qui supra petram, qui, cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. De duritia cordis, & consuetudine peccati.*

6. *Qui autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur. Locus triplex.*

1. Contra sollicitudines & curas vitæ præsentis. 2. Contra diuitias. 3. Contra voluptates carnis: quatenus hæc tria spinæ sunt, & verbum Dei suffocant.

7. *Quod autem in terram bonam, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent. De corde bono & optimo, & de verbo Dei retinendo.*

8. *Et fructum afferunt cum patientia. De patientia ad omnes virtutes exequendas necessaria.*

2. *Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum.*

**L**O C V S moralis de diligentia & frequentia in audiendo verbo Dei, exemplo populi Iudæorum, qui sic vndequaque ad Christum audiendum confluxerunt. Hic locus tractari potest ex iis quæ infra dicuntur, tum in hoc Euangelio textu 3. & 4. tum in Dominica tertia Quadragesimæ, text. 7. & in Dominica Passionis, text. 1.

2. *Hæc dicens, clamabat, Qui habet aures audiendi audiat*

Attentio feruens audiendi verbum Dei.

**L**O C V S moralis de attentione feruente auditorum, verbo Dei adhibenda. Christus enim de fructu audiendi verbi Dei sub parabola seminis, deq; huius fructus impedimentis quæ dixisset; hac acclamatione, præter morem & consuetudinem suam, parabolam conclusit. Non nisi ter quaterve in toto Euangelio, hac vice excepta, clamasse legitur. Primum apud Ioannem: *Clamabat in templo Iesus dicens, & me scitis, & vnde scitis.*

scitis. Iudæorū caullationi contra aduentū eius in mundum respondens, moxque eodem tempore, *In nouissimo die magno festiuitatis, stabat Iesus & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. vbi se Messiam & mundi Saluatorem esse difertē proclamat.* Secundò in Lazaro resuscitando iam quadruidano. *Clamauit voce magna, Lazare, veni foras:* vt hoc clamore ostēderet, peccatoris lōga peccati cōsuetudine fœtētis sanationem longē esse difficillimā Rursus alia vice, de quo sic Ioannes: *Iesus autē clamauit & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. vt se & Patrē vnū esse ostenderet.* Ac postremò in Cruce bis clamauit. Semel illud: *Deum, Deus meus, quare me dereliquisti?* ac secundò: *Clamans voce magna, emisit spiritum.* In omnibus istis clamoribus, non nisi propter res maximas, & ex causis longē grauissimis clamasse legitur Redemptor noster. Sic in hoc Euangelio, recitata parabola seminantis, *qui exiit seminare semen suum,* clamabat vt doctrinam huius parabolæ primariam esse, summè necessariam, & maximam attentione recipiendam doceret. Vide enim quid clamet: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Ambas aures ferè omnes habent: sed non omnes aures ad audiendum habent. Qui podagra laborat, pedes habet, sed non ad currendum. Qui luscus est, ambos oculos habet, sed non ad clarè & perspicuè videndum. Qui à superiori aliqua potestate manus ligatas habet (vt loquuntur) manibus certè non caret; sed vt liberè, quod vult, agat, manus non habet. Sic omnes aures habent, sed pauci ad audiendum: nempe id quod bonum est, & bene, & vt oportet. *Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam.* Duo dicit: Primo, quòd sapientiam, id est, non nisi bona & salutaria audiet. Secundò, quòd feruenter, & magno discendi desiderio, ea quæ ad animæ salutem & Dei gloriam pertinent. Rationem huius affert Salomon: *Audiens sapiens sapientior erit; stultus autem nec plagis emendabitur.* Vnde de huiusmodi dici solet; Surdo narras fabulam: non quia auribus caret, sed quia aures ad audiendum non habet. Enimuero vel maximum est reprobationis & diuinæ iracundiæ argumentum, aures audiendi non habere, desiderio discendi ea quæ ad salutem pertinent, non teneri. Iuxta leges ciuiles, in primo furto deprehensus nudatur, & publicè vapulat.

In secundo latrocinio abscinduntur aures. At quem latronem auribus iam amputatis Iudex deprehendit, euestigio suspenditur. Sic Deus in primis peccatis exuit gratiæ vestibus,

&

Ioan. 11.

Ioan. 12.

Matth. 27.

Aures ad audiendum.

Similia.

Eccli. 5.

Prou. 1.

Simile.

& conscientiæ flagellis acriter verberat peccatorem. Secundo ac tertio in idem relapso, aures audiendi amputat; sensum & dolorem peccati peccator amittit: nec ad audiendum amplius vel Dei verba, vel sana consilia aures præbet. iuxta illud: *Impius quum in profundum venerit, contemnit*. Talem autem contemptum verbi Dei, quid nisi extrema damnatio consequitur? In veteri lege prohibetur ne quis vel ouem, vel bouem ex voto offerret, aure & cauda amputatis. Animal auribus amputatis offerri noluit Deus, quia qui auribus priuatur, præcipuo ad salutem medio destituitur: *Fides enim ex auditu*. & proprius cuiusvis disciplinæ sensus, est auditus. Iudicialis quoque in veteri populo lex erat, vt seruus emptitius, qui septimo remissionis anno libertate data vti noluit, sed diligens dominum suum, ei adhuc seruire voluit, applicaretur ad ostium & postes domus domini sui: *Perforabitque (dominus) aurem eius subula, eritq; ei seruus sempiternus*. Peccator, qui seruiens peccato, diabolo seruit, si oblata illi in prædicatione Euangelica lege libertatis, eam acceptare nolit, vt per baptismum & poenitentiam liberatus à lege peccati, iam non sit amplius sub peccato, neque sub lege, sed sub gratia; sed adhuc vult domino suo diabolo seruire, diligens cum, & post concupiscentias suas ambulans: hic aures habet subula perforatas, pereffluentes & audiendum inutiles, quia ostio domini sui affixæ fuerunt: *neque potest quis duobus seruire, Deo & Mammona*. Aures ergo audiendi habet, qui salutis desiderio tangitur, qui libertate gratiæ, ad quam vocatus est, vtitur, qui diaboli mancipium non est.

### 3. Semen est verbum Dei.

**L**ocus moralis de virtute & necessitate audiendi verbi Dei. Christus enim ideo verbum prædicatum (hoc enim est verbum seminatū) semini comparat, quia naturā & proprietates seminis habet, respectu salutis humanæ. Seminis autē proprietates, respectu fructus qui ex semine nascitur, potissimū sūt virtus ei⁹ & necessitas: Necessitas, quia sine semine iacto nullus sperari fructus potest; virtus, quia sem en habet proximam virtutem ad producendum fructum, adeoque torus fructus in semine est virtute. Sic se habet verbum Dei ad animæ fructum. Fructus & vltimus finis noster Deus est. Nam vt in arbore, planta, satis, vltimum est fructus; sic nostrum

*Prou. 18.*  
*Allegoria.*  
*Leuit. 22.*

*Rom. 10.*

*Exodi 27.*  
*Deu. 15.*  
*Allegoria.*

*Matth. 6.*

Necessitas &  
fructus au-  
diendi verbi.



nostrum vltimum & summum bonum Deus est. Deus autem (quem vt omnium actionum nostrarum finem speramus) non impetratur sine charitate. *Deus enim charitas est, & 1. Ioan. 3. qui manet in charitate, manet in Deo: qui autem non est in charitate, manet in morte.* Charitas autem non habetur sine fide. *Sine fide enim impossibile est placere Deo. hoc est diligere Deum; Hebr. 11.* vel ex dilectione opus aliquod Deo gratum facere. Fides autem non acquiritur sine prædicatione verbi Dei. *Quomodo enim credent quem non audierunt? Quomodo audient sine Rom. 10. prædicante?* Semen ergo seu principium salutis necessarium est, auditus verbi Dei. Atque ex his patet necessitas audiendi verbum: quæ quemlibet salutis suæ cupidum maximè stimulare deberet, vt aures audiendi habeat. Sed virtus huius seminis adhuc magis stimulat. Est enim *Euangelium* (ait Apostolus) id est, Euangelij prædicatio, *virtus ad salutem omni Rom. 1. credenti, hoc est, potest saluare, & est vnum medium saluandi omnes credentes.*

Sicut semen est virtus ad fructum producendum in omni terra bona; sic verbum Dei prædicatum, est virtus seu potentia ad salutem in omni corde credente: nempe sic credente, *vt verbum retineat, fructumq; afferat in patientia.* Et sicut *Lusa 8. Simile.* Deus per semen terræ iniectum, operatur in ipsa terra vt fructum adferat; sic per Euangelium prædicatum exerit potentiam suam, & operatur in cordibus credentium, vt sit illis ad salutem, & vt fructum afferat multiplicem. Et sicut Deus in creatione mundi dixit, *Germinet terra herbam virentem & Gen. 1. facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta germen suum, cuius semen sit in semetipso super terram: & factum est ita: sic in Ecclesiæ suæ constitutione dixit Apostolis, Matth. & per quos illam colligere & propagare voluit, Euntes prædica- Marci ult. te Euāgelium omni creatura. Qui crediderit (vobis scilicet prædicantibus) & baptizatus fuerit, saluus erit: & ita factum est: nec secus per verbi prædicationem perpetuam creuit Ecclesia credentium, quàm per illam Dei creantis vocem crescit hodie vsque herba, lignumque omnis generis pomiferum. Nam vt lignum pomiferum semen suum habet in semetipso, vt illo iacto in terram multiplicetur; sic Ecclesia habet verbum Dei in semetipso, cordibus insculptum (iuxta illud Ierem. 31. *Dabo leges meas in cordibus eorum, &c.*) & per prædicatores suos iacto illo verbi semine, quotidie multiplicantur & crescunt fideles.*

Iam verò quemadmodum vt semen crescat, sitque virtus ad

ad fructum faciendum, necesse est incorporetur in terra, vt alteretur, vt radices agat, vt radices agat, vt in ea conferuetur ad maturitatem vsque: sic omnino vt Euangelium sit virtus ad salutem, verbiq̄ue diuini semen fructificet, debet cordi credentis penitus infigi, debet quasi cibus in stomacho digestus, per ruminationem diligentem alterari, debet virtutum radices agere, ac denique in corde retineri, vt in hoc Euangelio dicitur. Quæ quum fiunt, admirabilem virtutem atque potentiã habet verbi semen, ad totum hominem in melius commutandum. Hac de causa verbum Dei vocatur in Scripturis *Ignitum eloquium vehementer*, quia nouas amoris flammæ excitat. Vocatur *malleus conterens petras*, quia corda durissima emollit. Vocatur *omni gladio ancipiti penetrabilis*, quia interna viscera penetrat, & intimos affectus mouet ac mutat. Vocatur *Lucerna pedibus nostris*, quia dirigit nos tutissimè in via salutis, & tenebras nostras illuminat. Vocatur postremo cibus animarum, quia *Non in solo pane viuunt homo, sed ex omni verbo quod procedit de ore Dei*. Hæc eius virtus & efficacia est. Cur autem hanc suam virtutem non semper operatur, in aliis huius Euangelij partibus mox dicitur. Alias seminis proprietates, quæ verbo Dei conueniunt, in altero Promptuario ex parte doctrinæ contra hereticos explicauimus. Sed & de semine verbi Dei plura vide superius.

*Psal. 118.*

*Jerem. 23.*

*Hebr. 4.*

*Psal. 118.*

*Matth. 4.*

*Dom. 5. post*

*Epiph. sex. 1.*

4. *Quod secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum.*

Auditoros  
otiosi.

*Hom. 4. in*

*Matth.*

**L**ocus moralis contra otiosos, vagos, & distractos auditores verbi Dei. *Qui via significantur* (ait Chrysostomus) *hi negligentes sunt atque otiosi*. Qui enim secus viam publicam ambulant, multas distractiones patiuntur, multum animo vagantur, prout multa & varia ab illis cernuntur. At in audiendo verbo Dei, animo collecto & attrito esse oportet, ne, si vel ad momentum vageris, aliud agens & cogitans, derentè diabolus id rapiat, alias atque alias immittens cogitationes. Sicut enim semen negligenter iactum, nec postea terra obductum, volucres cæli rapiunt & comedunt: sic verbum Dei negligenter acceptum, nec animo reconditum, sed oscitanter auditum, atque ita à nobis contemptum, demones rapiunt & comedunt, quia de nostro contemptu vehementer

menter gaudent & voluptatem magnam capiunt. Verbum Dei est animæ speculum, in quo omnes virtutes, & omnia virtutia, omnem animi decorem, omnemque deformitatem cernimus. Si speculum obiter inspicias, perinde est ac si non inspexisses. Hinc diuus Iacobus: *Qui auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitis sue in speculo: cōsiderauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.* Solent enim viri, nisi obiter & transeunter specula inspicere, mulieres nimis attentè & prolixè. Ideo viro, non mulieri, speculum inspicienti negligētē auditorem sapiēter comparauit.

Demosthenes, Orator Atheniensis, quum de rebus grauis-  
simis, & salute Græciæ differens, oscitantem populum, & negligentius auscultantem videret, ait, se breue quiddam velle illis narrare. Facta omnium attentione, Adolescens, inquit, quidam cētiuo tempore asinum conduxerat, ab Athenis Megaram vsque: Sole verò circa meridiem vehementer cētuantē, vterque volebat subire vmbra asini, sed vterque alterum prohibebat. Hic dicebat asinum conductum, non vmbra: alter contendebat, per conductionem, & asini & vmbrae ius esse factum. Atque hæc locutus Demosthenes, abiit è suggestu. Populo verò retinenti, ac narrationis finem flagitanti,

*De asini, inquit, vmbra audire cupitis, de salute Græciæ loquentem audire nō vultis?* Sic otiosus auditor fabellam potius nescio quam audiret attentissimè, quàm de animæ salute Dei verbum attentè. Diogenes Cynicus, quum aliquando de re seria differens, nullum haberet auscultatorem attendentem, cœpit ineptam cantionem canere, veluti salraturis. Vbi iam plurimi concurrissent, obiurgauit illos, quòd ad stulta & inepta frequentes & alacres accurrerent, ad seria verò, & ad benè viuendum vtilia, nec alacriter conuenirent, nec diligenter auscultarent. Meminisse deberent multo magis Christiani, quòd ad verbi Dei prædicationem cum veniunt, non in theatrum, quasi ad tragœdiam vel comœdiam audiendam, nempe vsque ad finem; neque ad cantationem musicam, vbi solus oblectatur auditus; sed ad scholas venerint & quidem ad Christi cathedram, vt ex sermone vitam emendent.

Laudatur meritò Aristonis dictum, *neque balnei vllam esse vtilitatem, neq; orationis, vnde nō prodeas purior.* Sed grauius per Prophetam Deus increpat: *Es eis quasi carmen musicum, quod suauis dulciq; sono canitur. Audiunt verba tua, & non faciunt*

*Simile.**Iacobi 1.**Erasmus de asini vmbra. Exemplū.**Auditores vagi.**Apophthegma.**Laert. lib. 6. Exemplū.**Dissimile. Auditores infuati.**Plutarch. lib. de officio auditoris. Ex ezech. 33.*

*faciunt ea.* Verbi Dei prædicatio, ut res est maximè negotiosa, fructuosa, excellens, diuina; ita auditorem requirit minimè otiosum, sed attentum & diligentem. Vnde diuus Chrysostomus: *Sicut qui pratum transit, florem accipit, & qui horum præterit, fructum colligit, & qui à conuiuio surgit, reliquias filioliis suis affert: sic ex concione aliquid semper anima tua reporta domum.*

*Similia.*

1.

*Hemil. 6. ad pop. Antioch.*

2.

*Plutarch. vbi supra.*

3.

*Epist. 109.*

Alioqui quàm absurdum est in concione audienda, turbari interdum & compungi, sed nihil emendari propter negligentiam! Quemadmodum à medico lectus, si mox fugiat, nec patiatur se obligari, & reliqua perfici quæ ad medicandum supersunt, dolorem quidem sensit, at curationis remedium non expectauit: sic qui audito Dei verbo, quasi plagam correptionis accepit, & confusus ad momentum fuit, sed statim obliuiscitur; discedit accepto morsu, ac dolore, sed nihil promouit. Tales auditores videntur quasi cõuiuæ in simposio inertes assidere, vbi laborantibus aliis, sudante concionatore, loquente Christo, cooperante Spiritu sancto, ipsi nihil aliud agant, quàm ut voluptate fruantur, & vel suis se vanis cogitationibus à re præsentis alienissimis oblectent, vel sola prædicatoris verba, non rem attendant. De his verum est, quod scribit Seneca: *Magnam hanc auditorum partem videbis, cui Philosophi schola diuersorium otij sit, Non id agunt, ut aliqua illò vitia deponant, ut aliquam vitam legem accipiant, ad quam mores suos componant, vel exigant, sed ut oblectamento aurium perfruantur. Alioqui tamen cum pugillaribus veniunt, non ut res accipiant, sed verba: quæ tam sine profectu alieno discunt, quàm sine suo audiunt.* Est plerumquæ hodie auditorum verbi Dei descriptio, qui sic audiunt quasi secus viam essent, non in schola Christi. Zeno Cirtieus aiebat, *Auditorem sic eis quæ dicuntur attentum esse debere, ut non vacet illi ad notas faciendas.* Si hoc in humana sapientia laudabiliter postulauit, quantus pudor in Dei verbo audiendo idem non præstare! Sed ita nunc verbi Dei prædicatores audiuntur, ac si ijs quæ ab illis dicuntur nihil esset vilius, ac si Anaximenes nugæ iterum proferrentur. Diogenes, disserente aliquando Anaximene, pernam protendens, auditores eius omnes in se conuertit. Indignante illo, *Anaximenes disputationem (inquit Diogenes) vnus oboli pretium dissoluit. Qui otiosè & oscitanter concionantes audiunt, propter vnus oboli pretium, à verbo Dei animum sæpè auertunt: & si aliquis Diogenes pernam protenderet,*  
concio

*Lært. lib. 7. Apophthegm.*

*Lært. lib. 6.*

concionem relinquerent.

Porro otiosi & negligentes auditores sunt, qui verba tantum, non rem attendunt. Horum absurditatem & ineptiam bene describit Plutarchus. Apes (inquit) quum in prata volant, violis, rosis, hyacintho referta, illis tamen neglectis thymum accedunt, florem asperrimum atque amarissimum, illique insidunt, flauum mel conficientes. Sic auditorem decet, delicata verborum ornamenta vt herbam inutilem missa facere, diligenti autem attentione in mentem sermonis & dicentis affectum irrepere, vnde ad se trahat quod bonum sit & conducibile. Rursus sicut floribus insidens apicula, flauum mel ex succo conficit, quum alij in eisdem floribus nihil præter colorem & odorem admirantur: sic prudens & pius auditor non ornatum verborum, sed rerum sapientiam consecretabitur. Qui secus faciunt, ijs similes sunt, qui pharmaci odore capiuntur & nidore, sanandi vim & purgandi negligunt.

Nihil autem est huiusmodi insania perniciosius; & quum in omni bono opere negligentia & otiositas multum sit noxia & damnabilis (vt alio in loco iam ostensum est) rum verò maximè in verbo Dei audiendo. Quàm diu enim opifex aliquis artis suæ instrumenta retinet, quibus operari queat, spes est eum sibi vitium parare posse (quam etiam ob causam, quum ad persoluendum creditoribus cætera bona omnia distrahi ac diuendi ius civile permittit, artis tamen instrumenta vendi non patitur) at illis etiam deperditis vel sublatis, nulla spes superest. Sic qui vitæ spiritualis instrumentis (quorum maximum est Dei verbum, cuiusque in Ecclesia institutio & doctrina) destituitur, vel ea non audiens, vel audita negligens; extra omnem salutis spem positus esse videtur. Quam etiam ob causam Ecclesiæ disciplina hoc habet, vt quos, ob certa crimina, Sacramentorum & orationum communione priuat, eosdem tamen à concionibus non excludat: imò ethnecos & cathecumenos, quibus sacris interesse non licuit, ad verbum Dei audiendum Ecclesia semper admisit. Censuit videlicet quasi instrumenta artis, & media salutis prorsus cuilibet necessaria esse, verbi Dei frequentes conciones, ideoque neminem illis priuari oportere. Quanta igitur eorum insania, qui tanto bono seipsum priuant, vel quia non audiunt, vel quia (quod perinde est) negligenter & oscitanter audiunt! Nemo sibi blandiatur, quod frequenter verbū Dei audiat, si mox vt audierit, rapiat

Qui verba, non rem attendunt.  
*In lib. de officio auditor.*

*Similia,*

1.

2.

3.

Otiosè audire, quàm res perniciosa.

*4.  
Gran. serm. de tempore, tom. 1.  
pag. 342.*

Hebr. 6.  
Deut. 32.

illud diabolus de corde eius. Talis enim suum iudicium & condemnationem audit. Terra (spe venientem super se bibens imbrem) (fluit autem ut ros eloquium Dei, quasi imber super herbam, & quasi stilla super gramina) proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledictioni proxima. Sic & Prophetæ docuit: *Sonum buccinae audiuit, & non se observavit. Sanguis eius super ipsum erit.* Denique talis omnis literas Viæ defert. Vrius acceptis à Rege David literis ad Ioab militiæ principem, existimabat se ex illis literis aliquid aut honoris, aut commodi accepturum. At miser mortis suæ nuncium & præceptum tulit. Qui conciones multas, sed oscitanter audierunt, has secum conciones inter alia bona opera ad Dei iudicium perferent; sed inspectis illis & lectis, inueniet iudex, auditorem omnia aliter fecisse, quàm edoctus fuit, ideoque ex illis ipsis eum condemnabit. Parum prodest vini copiam ex vindemia collectam habere, nisi vasa munda paraueris quibus id infundas & serues. Musicus instrumentum pulsare non potest, nisi chordas habeat instrumento aptas. Non capit verbum anima immunda; pulsare cor auditoris concionator non potest, quod timoris & amoris fidibus caret. Huc conferri possunt quæ de zizanijs bono semini super feminatis, & in illa verba, *Ecce hic positus est in ruinam multorum*, in alijs supra Dominicis protulimus.

Ezech. 33.  
Stephanus  
Cantuariensis,  
2. Reg. 11.

Similia,

Dominica 5.  
post. Epiph. &  
Dom. inf. Oct.  
Nat. Domini.

5. *Qui supra petram, qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.*

Auditores  
duri & incorp-  
sugibiles.

Rom. 2.

Ecclesi. 3.

**L**ocus moralis contra duritiam cordis, & auditores verbi in melius nunquam proficientes. Ideo enim audito Dei verbo impius non corrigitur, quia cor lapideum & durum habet, peccatis assuetum & obduratum; quo fit ut radices agere in corde, Dei verbum nequeat. Sic Apostolus duritiam cordis & impenitentiam pro eodem ponit: *Tu autem secundum duritiam & impenitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die ira.* Ostendit quis sit fructus duri cordis. Sic alia Scriptura: *Cor durum malè habebit in nouissimo*, & ostendit quomodo: *Qui amat periculum, peribit in illo.* Nihil duro corde periculosius. Qui tamè hoc se periculo oblectat, & obstinatè in peccatis pergit; quicquid in verbi Dei prædicatione contrarium audit, in hoc suo periculo peribit. Ægyptij cum suo Pharaone

Pharaone contra Moysem, & populum Dei obdurati, eoque iam abeuntes & dimissos, pertinaciter tamen persecuti, in mari rubro perierunt: & , vt ait Scriptura, *Descenderunt in profundum sicut lapis.* Duritiam cordis expressit Scriptura, simulque pœnam ei respondentem. Hoc erat maximum Iudæorum peccatum, & reprobationis eorum causa. Sic à Deo vocatur. *Populus dura cervicis:* & rursus apud Ezechielem, *Filij dura facie, & indomabili corde: & domus exasperans.* Sic & de illis Esaias: *Scio quia durus es tu, & nervus ferreus cervix tua, & frons tua aenea.* Nec aliter de illis Ieremia: *Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti,* videlicet ad prædicationem Prophetarum, quod adhuc magis exaggerauit Zacharias Propheta: *Noluerunt attendere, & auerterunt scapulâ recedentes, & aures suas aggrauauerunt ne audirent: & cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem & verba qua misit Deus exercituum in spiritu suo per manum Prophetarum priorum.* Nihil certè adamante durius. Et sic quidem Iudæi, qui propterea variè afflicti, sapius subiugati, in Babylonem expulsi, tandem toto orbe dispersi, & reprobatî à Deo fuerunt, & vsque hodie manēt. At nos Christiani iterum atque iterum videamus, ne simus adhuc hoc populo duriores *Adamas utcumq; durissimus, sanguine tamen hirci mollescit & domatur.* Nos sanguine Christi (qui fuit caper emissarius veterum sacrificiorum figuratus) *nec adhuc mollemur, aut cordis duritiem deponimus.* Atqui hæc propriè Christi est gratia, de qua sic Ezechiel: *Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum,* id est, molle & flexile: quod alijs verbis dixit Ioannes: *Erunt omnes docibiles Dei.* Sumus quippe omnes Christiani, *epistola Christi* (vt Paulus loquitur) *ministrata* quidē à nobis, id est, ab Ecclesiæ præpositis, verbum Dei administrantibus, sed *scripta* (à Christo) *non atramento, sed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* Consideret ergo, quisquis ille est, qui ex verbi Dei prædicatione non emendatur, non mollescit, non flectitur, sed in peccatis pristinis obduratus manet, quòd ille Christianus non est, nec Christi gratiam adhuc accepit, vtcumque nomen & Sacramenta Christi portet. *Charitate Filij Dei, qua voluit pro homine homo fieri, liquefacta est duritia mundi* (ait Augustinus) *vt agnosceret saltè beneficium sue reparationis, que non agnouerat excellentiam sue conditionis.* Qui ergo nec adhuc mollescit, quouis Iudæo, quouis adamante durior est, Christi gratiæ particeps non est. Moyses

Psal. 77.

*virga percussit petram, & fluxerunt aqua.* Virga illa crucem Christi significat, quæ percutiens dura corda, elicit poenitentiae lachrymas. Memoria passionum Christi, & beneficiorum eius, cor credentis necessariò emollit. Sed in corde duro verbum Dei non penetrat, etsi superficie tenus moueat, (nam cum gaudio suscipiunt verbum: placet illis veritas Evangelica, & delectat prædicator de virtute disputans; & ad tempus credunt, sermonem amplectuntur, & emendationem fortè proponunt) quia radices fidei & charitatis Dei non habent. Non sunt in charitate radicati & fundati (ut Apostolus loquitur) nec Christum habent per fidem in corde habitantem, ut possint comprehendere cum omnibus sanctis, id est, sicut omnes sancti, seu veri fideles, qui sic eo tempore nuncupabantur, comprehendunt, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum: nempe crucis Christi, seu Christi crucifixi. Hoc enim si comprehenderent, quod per illas duas radices fidem & charitatem sit, duritia cordis non laborarent; verbû Dei intima animi latibula penetraret, non ad tempus tantùm crederent (inrerim dum verbum prædicatur) sed in tempore quoque tentationis recurrentis, in fide manerent, resistendo fortiter in fide, non recedendo à bono proposito inter audiendum concepto. Nunc autem qui, quum irritantur, ex candescunt; quum affliguntur, despondent animum; quum honorantur, attolluntur; qui, quod vident, statim concupiscunt, & concupiscentiæ morem gerunt; isti sunt petra, hi cor lapideum habent.

Ephes. 3.

Duri cordis  
indicia.Duri cordis  
remedia.Im Scal. a reli-  
gioforum, par. 1.  
art. 5.

Psal. 69.

Iacobi 4.

Psal. 15.

4.

Postulat igitur hic locus, remedia aliqua proferre ad cordis duritiem remouendam, siue ad tentationes superandas, ne illis accedentibus, recedat cor à Deo. Talia remedia sapienter enumeravit Dionysius Carthusianus; & sunt saluberrima. Primum, propriam fragilitatem & insufficientiam agnoscere, atque ad Dei auxilium incessanter confugere, & cum Propheta dicere: *Ego egenus sum & pauper, Deus adiunxit me. Dominus adiutor meus, & liberator meus: Deus ne moreris.* Secundum, seipsum coram Deo profundè humiliare, & pro nihilo reputare. *Deus enim humilibus dat gratiam*, id est, in tentatione victoriam. Tertium, Dei præsentiam semper attendere, & eius iudicium atque iustitiam veteri, quod est singulare remedium. *Prouidebã Dominum semper in conspectu meo. A dexteris est mihi, ne comouear.* Quartum, attentè considerare, quis est qui tentat, quid quærit, quò tendat: quæ omnia, in negotijs temporalibus, qui non considerat, stultus habetur.



habetur. Est autem diabolus, vel minister eius qui tentat, nostram perniciem quærit, ad infernum trahit. Hoc est quod Sapiens monuit: *Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit.* Quintum, exitum tentationis expendere, & caudam serpentis obseruare. *Novissima eius ducunt ad mortem.* Sextum, habere ante oculos Sanctorum exempla, qui tentationibus restiterunt, & quantam inde gloriam adepti sunt. *Mementote prepositorum vestrorum: quorum intuentes exitum conversationis, imitami & fidem.* Septimum, contemplari quòd Deus cum omnibus sanctis Angelis confictum tuum intuentur, parati iuuare, & de tua pugna atq; victoria exultantes. De Deo iustus dicit: *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi: & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseria, & de luto facis.* Hæc sunt tentationum pericula. Angeli quoque, si gaudent super uno peccatore penitentiam agente, non est dubium quin gaudeant de iusto penitentiam proueniente, & in certamine victoriã peccati obrinere. Octauum, considerare quantopere de tuo lapsu dæmones exultent, & iacenti insultent, iuxta illud: *Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero, & iterum: Non supergaudeant mihi, non dicant in cordibus suis euge, euge anima nostre; nec dicant, deuorabimus eum.* Nonum, in principio tentationis, maximè carnalis, animum ab ea auertere, & ad salutaria cogitanda euertere. *Beatus qui allidit paruulos tuos* (Babylonicos videlicet, & Sathanæ fœtus adhuc teneros) *ad petram: de Christo eiusq; beneficijs, gratia, iustitia cogitando.* Decimũ, affligere afflictos tuos, impuros dæmones, applicãdo te tãto iustatius ad actus virtutum, ad pios labores, ad opera misericordie, prout vnique dedit Deus, & dicere cum Propheta: *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant: sed in Deo, non in nostris viribus.* Hæc sunt pauca de multis remedia, ne, qui ad tempus verbo Dei credimus, in tempore tentationis recedamus.

Porro vt ad cor durum redeamus (propriũ huius loci subiectum) duritia cordis, quæ semen verbi Dei intrò non recipit, etsi foris admittat, ex peccati consuetudine oritur. Sicut enim cadente pluuia lapides foris madescunt, intus verò suam siccitatem cum duritia seruant; sic dura corda imbrem eloquij diuini foris accipiunt, & aliquo modo compluuntur, quia cum gaudio suscipiunt verbum, (vt in hoc Euangelico dicitur) sed intus siccì & aridi manent, mala consuetudine aditum gratiæ violentè prohibente. Cogitationes

enim, quibus, audito Dei verbo, quasi resurgere è peccato conatur, qui ei iam dudum assuevit, *similes sunt* (ait sanctus Augustinus, hoc in seipso ante conuersionem expertus) *conuatis expurgisci uolentium, qui tamen superati soporis altitudine remerguntur. Et sicut nemo est, qui dormire semper uelit, omniumque sano iudicio vigilare praestat, differt tamen plerumque homo somnum excutere quum grauis torpor in membris est, eumque iam displicentem carpit libentiùs, quamuis surgendi tempus aduenerit: ita uetusti peccatores, audo Dei verbo, certum habent, esse melius, diuina charitati se dedere, quam suae cupiditati cedere. Sed illud placet, hoc vincit. Surgendi è peccato tempus agnoscunt; sed soporis, quo tenentur, grauitate in peccata recidunt. Sicut enim quae natura dura sunt, eadem grauiasunt, ut lapis, ferrum, plumbum, ideòq; deorsum ferantur: sic cor durum, in consuetudine peccati obduratum, graue est, & deorsum fertur. Hoc facit inuicta prope modum consuetudo peccati. Sicut enim morbi corporis inueterati, non nisi longa & acri curatione sanantur: sic peccata inueterata, diuturna patientia, assidua oratione, & acerrima animi contentione curari oportet. Quod reperitis uicibus, ac multo cum labore intinctum est, tincturam excipit pressius inhaerentem, & quae uix elui queat; obiter autem colore aliquo infectum, tincturam bibit facile mobilem: sic anima sanie peccatorum suppurata, & in habitu constituta malitiae, uix ac multo negotio elui potest. Quare sicut agricola, quum euellit siluestre gen & infrugiferum, ibi validè impacto ligone subuertit radicem, aut admoto igne accendit; sed in uite putanda, aut purgando oleastro, molliùs agitur: sic peccata inueterata rudiùs exagitari, & fortiùs eradicari conuenit. Est enim uerbum Dei, *malleus conterens petras*, ut supra ex Ieremia dictum est, & ad durissima corda emollienda aptum. Sicut quum intus in domo omnia strepitu & tumultu plena sunt; audiri non potest qui foris pulsat, nisi fortissimè & crebrò id faciat: sic à corde insanis cupiditatibus pleno, audiri uerbum Dei non potest, nisi fortiùs insonet; tandem nihilominus audiri & penetrare poterit. Cibum noxium ac pestilentem nec stomacho retinere audemus, ne nos corrumpat; nec sine molestia eiicere possumus iam bili permixtum; sic inueteratum peccatum si retinemus, interficit; si eiicimus, non aliter atq; choleram summo cum dolore euomimus. euomendum tamen est, & vim nobis ipsis facere oportet, si salui esse uolumus. Hanc difficultatem sentit peccator; quum à Dei verbo*

audito

2. Confess. lib. 8. c. 5.

4. Basil. in reg. sus. disp. ad qua. 55.

5. Idem in cap. 1. Esaiæ.

9. S. Bonau. Diat. salu. ca. 2.

audito manifestè se argui & conuinci vider. Nam sicut bos ligatus, non sentit se esse ligatum, nisi quum vult fugere; nec falco ad perticam, nisi quum vult volare: sic peccator non sentit sua vincula, aut prauæ consuetudinis tyrannidem, neque quum peccat, neque quum perseuerat in peccato, sed quum verbo Dei excitatus, inde emergere conatur. Vnde de peccatore Sapiens dixit: *Ignorat quòd ad vincula stultus trahitur.* Nempe sicut eadem ignis scintilla, arida quidem ligna faciliùs, viridia verò & humentia difficiliùs absumit: ita auxilium diuinæ gratiæ per verbum Dei seminatum operans (vt suprà dictum est) recenter lapsos facillè conuertit, vt Petrum negantem, & Dauidem adulterantem celeris misericordia sanauit; diuturna autem peccandi consuetudine obduratos, aut nunquam, aut tardissimè; vt in Pharaone, in Achab Rege Israël, ipsòque eandem populo toto Israëlitico Scriptura ostendit. De quo populo, iam obdurato consuetudine peccati, illa sunt Prophetæ verba: *Nunquid potest Aethiops mutare pellem suam, aut pardus varietates suas? Sic nec vos potestis benefacere quum didiceritis malum.* id est, quasi in disciplina quadam diuturna, in peccato exercitati fueritis. Hoc enim est, non solùm malè, sed malum discere. Tales ergo ad verbum Dei obsutdescunt. Vt enim illi, qui ad loca Nili, Catadupas appellata, inhabitantes profus nihil audiunt, quoniam nimio fluij fragore ab altissimis montibus labentis, surditatem natiuam contrahunt: sic qui cupiditatum suarum tumultibus diu assueuerunt, surditatem spiritualem contraxerunt, vt sonum quidem verbi Dei audiant, cõfusus illum & fortis tantùm; clarum autem, distinctum, & intus penetrantem non admittunt. Quare quemadmodum soporiferis febribus grauatos si vellices, & magnis clamoribus à somno excites, somniquè periculum declares, atrollunt oculos, & gratum habent, & vigilare nituntur; mox tamen, humoris noxij abundantia pressi, iterum obdormiunt: sic peccatorum somno, consuetudine, & voluptate consopitis accidit; ad quos si pro concione inclames, si mortem, si iudicium, si gehennam, si æterna præmia, & ipsam quoque Domini crucem, & alia ob oculos ponas audiunt illi quidem non illibenter, *cum gaudio verbum suscipientes*, & vera esse ac salutaria, quæ dicis, agnoscunt, & quasi emergere velle conantur; pondere tamen prauæ consuetudinis pressi, & amore seculi, ac prauis voluptatibus delintri, in pristinos mores delabuntur. Eleganter

Prouerb. 9.  
10.

Jerem. 13.

11.

12.

13.  
In vita eius  
apud Surium,  
tom. 2.

hac de re sanctus Anselmus dixit: Sicut puer auis pedera filo annexum tenens, aliquando laxius ire auem permittit, sed mox se auolare posse sperantem, retraxit captiuam, eoque ludo mirè oblectatur: sic diabolus, homines peccati consuetudine irretitos tentare cessat, móxq; illi audito Dei verbo compuncti, facta sua deslent, emendationem proponunt, atque ita se iam liberos auolare posse putant; sed quia prauo vsu ab hoste irretiti tenentur, illo iterum tentante, & peccati occasiones subministrante, in eadem vitia à diabolo deiiciuntur: & bellus hic illi ludus est, dum sapiùs hoc fit, nec tamen peccator liberatur. Solum ergo remedium est, filum consuetudinis, quo teneris, abrumpere, & omnem prorsus relabendi occasionem præscindere, nouaque virtutis contrariæ consuetudine veterem vincere. Nec minùs ad hanc rem appositè Hector Pintus, scriptor modernus, eruditus admodum, valde spiritualis ac pius, & in primis elegãs.

Hectoris Pinti  
laus.

14.  
In Comment. in  
Ezech. cap. 29.

Quemadmodum (inquit) piscator, cum magnum aliquem piscem capit, non statim violenter astringit, sed extendit filum piscatorium, donec piscis deuoret penitus hamum, sibique machinetur perniciem, ne si confestim nimis coerceat, scindatur filum & seta, & ita piscis aufugiat: sic diabolus, cum peccatorem hamo suo deuinctum tenet, mortifero scelere constrictum, & illecebris voluptatum ex longa consuetudine alligatum, non illum statim opprimit & exasperat, nec ad vehementer absurda statim inducit, ne nimium à dæmone iratus & concitatus, vincula abrumpat, & euadat. Mulcet illum, & in aliquas virtutum actiones incumberere permittit, vt paulatim flagitiôsæ consuetudinis hamo irretitus, ipse sibi exitium pariat, totumque in se malum accipiat.

Extendit itaque dæmon se tam, seu filum piscatorium: permittit cum conciones audire, verbo attentum esse, auidè illud & cum gaudio suscipere: non vt peccatorem dimittat, sed vt propter repetitum & reiteratum verbi Dei contemptum firmiùs stringat, & securiùs teneat. Sic Herodi hamo suo apprehenso mittebat, vt Ioannem Baptistam libenter audiret, & audio eo multa faceret, eius consilium in multis sequeretur: tandem tamen multis maleficiis & flagitiis cõtaminatum in æternæ perditionis nassam pertixit; vt super omnia sua mala etiam hoc adijceret, vt Ioan. Baptistam occideret. Hic est Diaboli ludus in hoc Euangelio expressus circa illos, qui ad tempus credunt, cum gaudio verbum suscipiunt

Marc. 6.

Luce 2.

*suscipiunt, sed in tempore tentationis recedunt.* Hoc est horrendum prauæ consuetudinis periculum. Hæc duri cordis durissima conditio. Huius duri cordis illustre exemplum sit Pharao, qui tot verbis & signis per Moysen editis moueri non potuit vt populum Dei dimitteret. Contra hoc malum orat feruenter Propheta: *Eripe me de luto vt non infigar, libera me ab ijs qui oderunt me, & de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aqua, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me, puteus os suum.* Luto iniigitur, non aspergitur tantum, qui consuetudine mala irretitur. In profundis aquarum iacet, qui per prauam peccati consuetudinem in profundum venit, de quo Sapiens. *Impius quum in profundum venerit, contemnet.* Reliqua Psalmistæ verba sic D. Gregorius exponit. *Quem mali operis iniquitas à bona stabilitate commouit, quasi tempestas aqua rapuit; sed si adhuc longa consuetudine non prauauit, non demersit. Iam in puteum cecidit, qui hoc, quod diuina lex prohibuit, perpetravit. Sed si adhuc longa consuetudo non deprimit, nequaquam os suum puteus coangustauit.*

Exemplum.

Psal. 68.

Prouerb. 18.  
Moral. in Iob  
lib. 26. cap. 30.  
¶ 31.

Tanto ergo facilius egreditur, quanto minori consuetudine coarctatur. Lapis verò puteo superponitur, quum etiam dura consuetudine mens in peccato deuoratur; vt, etsi velit exurgere, iam utcumque non possit, quia moles desuper mala consuetudinis premit. Hæc ille. Hoc igitur tam horrendum periculum, quo quasi de animæ salute conclamatur, vide quanto studio orat Propheta ne quando incurrat. Nempe & ante illa verba premit, *In multitudine misericordia tua exaudi me, in veritate salutis tua.* & post illa verba statim subiecit: *Exaudi me Domine quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me: & quæ sequuntur.*

Psal. 68.

Nihilominus ea est Dei clementia, & tâta verbi diuini efficaciacia, vt etiam obstinatissima corda mille modis nitatur mollire. Quomodo enim qui aliquid molle facere vult, pri<sup>o</sup> impressum manib<sup>o</sup> huc illuc versat; si adhuc resistit, adhibet victionem; post victionem verò in aquam coniecit, postea in ignem, deinde ad incudem ducit; quòd si nec hoc modo molliri potest, tanquam omnino inutile abiicit: sic Deus erga humana se gerit corda. Primùm enim illa quasi manibus suis contrectans, benigna passionis suæ grandiumque beneficiorum memoria mulcet. Secundò illa inungit diuinis auxiliis & inspirationibus, quibus facilius peccati rigorem

Durissima corda De<sup>o</sup> mollit.Stella in Luc. 8.  
Simile.

1.

2.

3. rigorem deponant. Tertio bonorum temporalium aquis inundat, vt gratias auctori agendo in memoriam veniant delicti sui. Quarto ignibus tribulationum & infirmitatum vexat. Denique ictibus mortis temporalis committit, vt vel saltem tunc resipiscant & conuertantur. At verò si nihil istorum potest deperditã reuocare voluntatem, nihil nisi infernum superest. Hic est duri cordis exitus. Sicut in hac vita insensatum & stupidum reddit ad salutis remedia capeffenda, sic in altera vita extremis suppliciis addicit, quæ omnibus sensibus acutissimè tanguntur.

5. *Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ suffocantur.*

**L**ocus moralis triplex. 1. Contra sollicitudines & curas vitæ præsentis. 2. Contra diuitias. 3. Contra voluptates carnis. His enim tribus suffocatur Dei verbum, etiam intimè in corda receptum, & compunctione vehementi cõsecuta; ita sanè vt fructificãre incipiens Dei verbum, atque emendationem conceptam operari, mox in ipso progressus exordio, quasi nascens herbula, reprimatur & extinguatur, quasiq̃ue onere imposito suffocetur.

Nam primi quidem æquè citò verbum negligentia sua perdidit, atque acceperunt. Secundi retinuerunt vtunque verbum, ad tempus credentes, sed in ipsa mentis penetrabilia, propter cordis duritiem, non admiserunt. Isti tertij intrò receperunt, & compunctionem atque emendationis desiderium senserunt, adeoque operari melius cœperunt; sed à tribus illis, vel aliquo illorum corrupti atque compressi, referre fructum non potuerunt. De istis tribus seorsum & separatim dicemus.

*1. Locus de sollicitudinibus, verbum Dei suffocantibus.*

**S**ollicitudo, & cura, & anxietas animi, quacumque ex causa suscipiatur, ita animum obsessum tenet, vt vix ad aliud aliquid considerandum foris prospicere valeat. Quum igitur circa res huius mundi ac vitæ versatur: prorsus impedit ne cœlestia cogitentur; tum quia contraria hæc sibi maximè sunt, cœlestia & terrena; tum quia mens hominum, peccato originali corrupta, terrenis magis afficitur, altius immergitur, &

Sollicitudo  
verbum suf-  
focar.

tur, & tenaciùs sua sponte adhærescit. Nam vt oculus iste corporalis simul & eodem motu cælum ac terram contueri non potest, nec vnus oculus cælum, alter terram eodem momento aspicere: sic curare sollicitè cælestia simul & terrena mens humana non potest. Huc accedit quòd spiritus vitalis, per què verbum Dei fructificat, est charitas & amor Dei, amor salutis, amor cælestium. Hic enim amor animum extimulat, vt iuxta verbi doctrinam bonos fructus proferat. At hunc amorem sollicitudo illa, quæ ex maximo rerum terrenarum amore nascitur, vehementer restinguit & suffocat, sicut aqua ignem. Spinæ suffocant semen propter tria. Primò, humorem & pinguedinem terræ exhauriunt, vt tanto minùs ad boni seminis radices alendas deriuetur. Secundò, Solem & imbres à semine excludunt, vt nec æstus necessarium recipere, nec oportuno imbre rigari valeat. Tertiò, crescentes grani aristas, aut recentia pomiferi fructus virgulta, tenerosque palmites, quasi circumplicando & obsidendo impediunt, quo minùs liberè exurgant, seseque dilatent. Tot quoque modis huius vitæ sollicitudines, & spinosæ anxietates semen diuinæ gratiæ & verbi Dei fructificationem impediunt. Primùm enim quum animi pinguedo, & humor vitalis respectu cælestium sit intensa Dei dilectio, quæ non secus animum fecundat quàm fimi pinguedo terram; hanc dilectionem exhaurit & consumit rerum terrenarum dilectio. Hoc docent Scripturæ: *Si quis dilexerit mundum, dilectio Patris non est in eo.* & rursum: *Qui vult amicus esse huius mundi inimicus Dei constituitur.* Et quemadmodum si fontem aquæ vt cunque vberem in varios canales deriuas, necesse est, vt quo plures sunt canales: eo minùs & parciùs per singulos aqua defluat: sic etsi dilectionis & amoris fons in homine vberimus sit, & quàm latissimè se diffundere queat; tamen, quia infinitus nõ est, necesse est, vt quo plura diligis, in quo plures quasi rerum obiectarum canales amorem tuum dispergis, eo in singulis minor & remissior dilectio fluat. Nunc autem si istos canales sic distribuas, vt vnus quidem aut alter sursum petat, & in ediciorem locum tendat; alij verò multo plures vel per plana ducantur, vel deorsum in loca depressiora ferantur: quis dubitat, ad superiores illos canales parum aut nihil aquæ fluxurum, reliquos verò canales vberim replendos esse? Sic se res habet in affectibus animi quos ex dilectionis fonte deriuamus.

Si enim sic erga multa affici volumus, vt rebus istis inferioribus

*Simile.*

Spinæ tribus modis suffocant semen.

Sollicitudines tribus modis suffocant verbum.

I.

I. Ioan. 2.

*Simile.*

rioribus plures canales distribuamus, maiorem curam & sollicitudinem impendamus; rebus autem superioribus & æternis modicè & tenuiter afficiamur: perspicuum est, ad hæc meliora dilectionis impetum penè nullum fore, sed omni humore & pinguedine ea citò destitui; in rebus autem caducis omnes nostras cogitationes & actiones fixam sedem habituras. Hoc Apostolus docuit, quum diceret: *Qui volunt diuites fieri, hoc est, qui sollicitè id agunt ut ditescant, ὁμιμὸν πρᾶξι;* quod plus est quàm, *ὁμιμὸν* & significat studiosè velle; *incidunt in tentationes & laqueum Diaboli, & desideria multa & inutilia, & nocua, quæ mergunt homines in interitum.* Docet, eos occupari desideriis multis, eisdemque vanis, atque etiam noxiis.

Hæc igitur tam multa, tam vana, tam noxia, omnem diuini amoris pinguedinè exhauriunt. De his de desideriis multis & malis, quæ totum hominem possident, pulchrè Basilius: *Quadam est Diaboli methodus: ad suggerendas diuitibus mille sumptuum inanum occasiones; ut ea quæ superflua & ad rem pertinentia non sunt, pro necessariis ducantur. Sit, inquiunt, res partim in vsu, partim cõdita sepositaq;. Item quæ in vsu sunt, necessitatis terminos transcendant. Ista seruiant sumptibus domesticis, illa præsto sint ad externas phantasias: ut iter facienti ornatus, equitatus, viaticum pro conditione fiant. Hæc domi permanenti vitam reddant splendidam & illustrem: ut mihi miraculum sit quomodo tot inanes sumptus excogitentur. Ad sunt præterea coci, pincerna, pistores, venatores, fectores, pictores, voluptatis omnimoda commentatores.* Hæc Basilius. Verum esto. Sicut hæc iam omnia, quia sic consuetudo inualuit ( contra quam sic exclamat Augustinus: *Væ tibi flumen moris humani, quis resistet tibi? quamdiu non siccaberis? quousque volues filios Eua in mare magnum & formidolosum, quod vix transeunt qui lignum conscenderint?*) nobilitati saltem necessaria. Atqui interea sic in multa animum distrahunt & diserpunt; sic harum rerum cura & sollicitudo animæ vires exhaurit, ut ad diuina cogitanda parum virium supersit, et si voluntas id conetur. Veluti enim flumina ex paruis initiis & raris scatebris profluentia, deinde paulatim aliis adaucta aquis, incrementum intolerabile in progressu accipiunt, ita ut violento impetu, quicquid obuium est, secum trahant: eodem sane modo rerum huius mundi cura & sollicitudo à paucis & necessariis ortum accipiens, alijs mox adaucta cupiditatibus tantum paulatim incrementum capit, tam multis & variis animum onerat, ut

obuia

2. Tim. 6.

Homil. in diuites auaros.

Confess. lib. 1.  
cap. 16.

Simile.



obuia quæque secum rapiat, & ipsa cælestia, verbi Dei prædicationem, Sacramentorum usum, ac quicquid est religionis, suis usibus deseruire cogat. Nam quorum animos hæc cura & sollicitudo tenet, eatenus religionem colunt, quatenus ea ipsis utilis, & rebus ipsorum commoda est, de quibus Augustinus verissimè dixit: *Vtuntur Deo, fruuntur mundo. Quoniam non nummum propter Deum impendunt, sed Deum propter nummum colunt.* Tales sunt spinæ, sollicitudo & cura anxia huius vitæ; & sic vbertatem & pinguedinem diuinæ gratiæ exhauriunt, omnem ad se succû, omnem animi conatum & impetum attrahendo. Secûdo loco sic spinarum naturam & indolem hæc sollicitudo refert, vt solem & imbrem à semine verbi Dei excludat. Vt verbum Dei in animo audientis fructificet, multum adiuuant iustorum exempla, quorum bona opera sicut lux solaris lucent coram hominibus. Nam sicut radij solares terræ semina calefaciunt, vt citius germinent; sic bona aliorum opera animos intuentium accendunt, & (vt in alio Euangelio explicuimus) sicut carbones ardentes alios inflammant. Atqui qui rerum secularium cura & sollicitudine tenetur, ad huiusmodi exempla animum & oculos conicere recusat. *Mundus enim (vt Christus docet) quod suū est, amat.* Sicut oculus noctuæ ad lucem, sic affectus hominis mundani (id est, cuius cura ac sollicitudo mundus est) ad res omnes spirituales caligat. Sed neque Christum iustitiæ solem, & iubar splendidissimum æquis oculis videt, terrenarum rerum curis & amori deditus, quia in Christo omnis huiusmodi scādalizatur, vt in alio Euangelio ostensum est. Vnde D. Chrysostomus: *Sicut cū aliquis ebrietas vino obsessus est, difficile omnino credit esse quempiam hominum, qui ne aquam quidem gustarit vquam, quum certe plurimi id apud nos monachi fecerint: & sicut ille qui cum mille meretricibus volutatur, virginem quenquam posse permanere desperat; & vt alienorum raptor etiam propria quenquam facile contemnere posse non annuit: ita qui mille curarum languoribus contabescunt, non facillè accipiunt hanc, qua à Salvatore præcipitur, in alijs esse virtutem.* Hæc ille. Vides quomodo solem iustitiæ & pietatis radios hæc sollicitudinis spina obumbrat, ne videri queant. Porrò solem diuinæ gratiæ non magis admittit animus terrenis curis obsessus, quam clausa spelunca solis radios.

Est enim clausa Deo spelunca animus curis terrenis occupatus. Vnde Paulus: *Nemo militans Deo, implicat se negotijs se-*

*De ciuit. Dei lib. 11. cap. 25.*

2. modus suffocationis.  
Exempla bonorum operū.

*Simile.*

*Dom. 6. post Epiph. sext. 3. Ioan. 13.*

*Simile.*

*Dom. 3. Aduert. text. 6.*

*Simile.*

*Hom. 22. in Matth.*

2. Tim. 2.

*culari*

*Simile.*  
Lib. 2. de  
Theolog.

*Simile.*  
3. Modus suf-  
focationis.

Sollicitudo  
terrena, quot  
bona opera  
impediat.

Matth. 6.

*Exemplū.*

In vita eius a-  
pud Surium,  
to. 3. pag. 619.  
*Exemplum.*

*cularibus.* Sed & imbrem diuini eloquij, ne liberè in cor defluat, impedit sollicitudinum spina. *Nam vt vociferantiū terror & clamor obuij flatus impetu frangitur; sic interna mentis cogitatio, externorum sollicitudine interpellatur,* ait Gregorius, Nazianzenus. Nempe aliò animū auertit sollicitudo terrena, ne verba cælestia in eum recto cursu decidant; sicut imbrem cadentem aliò ventus auertit, ne eum in locum cadat, in quem casurus erat. Tertiò, spinarum in modum sollicitudo terrena verbum Dei suffocat, crescentes aristas complicando, & ne sursum se libere attollant, remorando; quia conantem & volentem se ad cælestia cogitanda erigere, de quæ animæ salute seriò tractare, fructus quæ aliquos bonorum operum, & melioris conuersationis proferre, terrena sollicitudo deprimit, & sic implicatū ac irretitū tenet, vt quod sanctè proposuit, fortiter exequi nō valeat. Nec eleemosyna dari, nec statis horis Dei tēplū adiri, nec proximus cōsilio aut auxilio iuuari, nec de Dei beneficiis aut operibus sermo familiaris libenter audiri potest, quia cōtradicit his omnib⁹ sollicitudo terrena, & ait eleemosynis rem domesticam minui, quæ potius augenda est; frequentatione templi tempus absumi, domesticis negotiis necessariū; proximum iuuare dum vis, tibi ipsi inuidiam & odium aliorum conflare, qui tuis vñibus necessarij sunt, aut esse poterunt; denique sermonem de rebus diuinis, monachis & sacerdotibus relinquendum, & nihil illum ad rem familiarem augēdam facere. Totus enim in illa re est, qui eius rei sollicitudine & amore tenetur. *Vbi enim thesaurus tuus, ibi cor tuum.* Accepi aurifabrum iam in mortis articulo constitutum, quem vltimum quasi spiritum exhalaturo Crucifixi Saluatoris imago spectanda exhiberetur tota aurea, & gemmis ornata, ab astantibus sollicitè rogasse, quanti vñcia venderetur. Ita ille auri precium, de quo per totam vitam sollicitus fuerat, non Christi Redemptoris passionem, ne in extremo quidem articulo, cogitare potuit. S. Antonius de Padua, vir diuinus, & prophético spiritu præditus, in vsurarij cuiusdam exequiis concionaturus, thematis loco tractauit illud Euangelij: *Vbi est thesaurus tuus, ibi cor tuum.*

Sub concione autem, inter cætera, ait: Mortuus est hic diues, & sepultus est in inferno. Ite ad thesaurum eius: & in illius medio inuenietis cor eius, corpore iam humato. Abierunt hominis parentes & amici, & cor adhuc calidum in medio nummorū eius inuenerunt. Certè hanc nimix & superfluxæ

fluę sollicitudinis vanitatē videre etiam ethnici, & rerū cælestium ignari potuerūt. Aristippus Philosophus validissimis argumentis hortabatur, nec de præteritis curam postea suscipiendam, nec de futuris antea. Id enim animi bene constituti signum esse. Iubebat autem in diem animum intendere. *Solum enim niebat præsens in manu nostra positum esse, non præteritum, nec instans. Illud enim abuisse, hoc an euenturum sit, incertum esse.* Phocion Atheniensis dicere solebat, *multo satius esse humi cubantem viuere, ac bono quietoq; animo esse, quàm perturbatum in aureo lecto.*

*Ælianus de var. hist. lib. 14.*

*Apophthegma.*

*Srobæus ser. 1. de Prudent.*

*Sto. serm. 41.*

*Apoph-*

Si Christi Saluatoris doctrina non mouet, docentis vitæ verbū sollicitudinibus huius vitæ suffocari; moueat ethnicorum sententia, qui sollicitudinem viro prudente indignā iudicant. Sed et si quem fides non mouet, ratio parum mouebit, tamen fidei nostræ tarditatem rationis lumen fundet, & coram Deo condemnabit. Vide plura in Dominica 14. post Pentecosten. *Text 4.*

## 2. Locus de diuitijs, verbum Dei suffocantibus.

**Q**uia diuitias rem esse spinosam, & salutem nostræ ita inimicam atque aduersam, vt verbum salutis suffocent, ne fructum aliquem in corde referāt, difficulter à multis creditur; perspicuis id & multis argumentis ostenderetur, manendo in comparatione Saluatoris, quam maximè aptam & appositam fuisse dubitari non debet. Diuitiarum autem hoc loco nō vsus necessariū atq; laudabilem, sed cupiditatem cæcam, & vanam circa illas voluptatem Christus intelligit; & diuites, vel auaros, vel vanos, & arrogantes hæc parabola taxat; non iustos, misericordes, liberales, ac dispensatores fideles. De huiusmodi igitur loquendo, primū, quemadmodum ad spinas accessus est difficilis & periculosus, & vix illæsus ab illis discedis; sic diuitum conuersatio & familiaritas pauperibus est periculosa, qui ita sæpenumero lacerati ab illis abeūt (quum amicitia dissoluitur) vt hic agrum, ille domum, alius pecora sibi ablata deploret. Sed & ipse diuitis animus non minùs laceratur, atque in multa conuellitur, studens diuitiis. Vnde Sapiens: *Semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt.* id est, studia & cogitationes auari, quibus vult per fas nefasque ditescere, animam eius perdunt, rapiunt, lacerant. Rursum diuitiæ spinis in eo assimilantur, quòd qui spinas laxa & aperta manu tenet, illarum non pungitur aculeis:

*Diuitiæ quot modis sine spinę.*

*Stella in Luc. 8.*

*1.*

*Prou. 1.*

*2.*

fin

sin verò manum contrahit, quo magis contrahit, eo magis fauciatur. Sic enim diuitiæ, si expansa & liberali manu ferantur, noxiæ non sunt, sed causa meriti; si verò arctius eas comprimis, si avidè constringis & tenes, si difficulter eas à te, perinde ac si viscera tua essent, auelli sinas, iam animum tuum mortiferis aculeis cruentant; Dei & salutis tuæ curam tibi auferunt, verbum Dei in te suffocant, insana te cupiditate affligunt, fædo amore rei per se vilissimæ dedecorant, Deo te & hominibus exosum, vilem atque inutilem reddunt. Hinc Propheta: *Diuitia si affluant, nolito cor apponere.* Pungent enim, si fortiter cor apponas. Tertio comparantur spinæ diuitiis: quia sicut spineta suapte natura latibula sunt reptilium, & animalium venenatorum receptacula,

Psal. 61.

3.

Hom. 8. in epist.  
ad Rom.

si omnium ferè vitiorum diuitiæ. *Diabolus veluti serpens* (ait Chrysostomus) *spinis occultatur, intra diuitiarum imposturam assidue latitans. Radix omnium malorum cupiditas;* materialis scilicet, quia omnibus exequendis peccatis materiam vberriam præbet. Diuitem enim luxus, fastus, ambitio, gula, comessatio, rapina, fraus, iuramenta iam quodammodo decere & ornare videntur, aut certè ei impunè licere.

Eccli. 31.

Psal. 10.

Psal. 51.

Vnde Sapiens: *Diues iniuste egit, & fremet;* id est, superbè loquetur. *Pauper autem læsus tacebit.* Diuites illi sunt, de quibus per indignationem Propheta dicit: *Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur.* Et rursum: *Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate?* id est, qui potentiam tuam exerces iniquè agendo. Rursum: *Diues loquutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent. Pauper loquutus est, & dicunt, Quis est hic? & si offenderit, subuertent illum.* Nonne ergo diuitiæ vera sunt vitiorum latibula & spineta, in quibus & facere & loqui liceat

Eccli. 28.

Lact. lib. 6.

4.

quicquid libet? Rectè Diogenes vocauit diuitias *velamentum malitiæ.* Iam verò, vt spinas quasdam esse diuitias Deus ostenderet, mille difficultatibus earum aditum sepiuit, & ad acquirendum difficiles esse voluit. Sicut enim olitores hortos circumsepere spinis solent, ne furibus, aut pecori facilis pateat locus; ita Deus diuitijs comparandis & conseruandis, sollicitudinum & anxietatum claustra obdidit, ne homines, qui belluino more in secularia ruunt, impunè transeant, Vnde per Prophetam: *Sepiam vias tuas spinis,* quasi diceret: Quia auiditas tua nullis potest coerceri vinculis, quin hortos & pomaria expiles, aliud excogitabo remedium. Auiditatem

Osee 2.

hanc

hanctuam multorum laborum vepribus circumdabo, vt, quod pudor non potuit, prohibeat periculum. Ea tamen hominum dementia est, vt quemadmodum pueri furaces & petulantes, per medias spinarum & ruborum siluas, cruentatis etiam manibus & pedibus, non dubitant pomaria expilare: sic & illi, omnes à Deo difficultates immiffas nihil morati, ad opes conquirendas, etfi multis acceptis animi corporisque vulneribus, pertinaciter contendunt. Deus in ipsis terræ visceribus, & intimis adytis, aurum argentumque recondidit, vt nec facile inueniri, nec inuentum nisi difficillimè effodi potuerit. At nihilominus *effodiuntur opes irritamenta malorum*. Sed huiusmodi homines foueas sibi fodiunt, non in quibus boni aliquid inueniant, verum per quas in infernum descendant. Sic Augustinus: *Vt quid terram sollicitas? fossam facis, qua descendas, & foueam qua pereas: non in qua, quod quaris, inuenias.*

Similia.

Serm. 341. de temp.

Rursum, vt spina dolorem infert, quum infigitur, & cum infixa manet, & multo maximè cum extrahitur: sic omnino diuitiæ sudores magnos adferunt in acquirendo, maiores in possidendo, sed multo maximos in amittendo, & vt colligi spinæ non possunt, quin manum lædant; sic comparari diuitiæ vix possunt, quin anima lædatur.

5.  
Ludolphus de vita Christi, par. 1. cap. 64.

Porro sic diuitiæ sunt spinæ, vt quemadmodum spinæ non nisi in extremitate pungunt, & aculeos gerunt, quum reliquum eorum planum & tractabile sit: ita diuitiæ nunc quidem videntur dulces, ac iucundæ, & elegantes; sed in morte, & extremo vitæ ita horribiliter pungunt, vt sanguinem cordis eliciant. Nemo moriens tanto dolore afficitur quanto avarus. Vnde Sapiens, *O mors, quam amara est memoria tui homini habenti pacem in substantia sua!* id est, qui in diuitijs tanquam in summo quodam bono conquiescit. Qualis ille erat, de quo in Euangelio Christus: *Dicam anima mea: Anima habes multa bona posita in annos plurimos; requiesce, comede, bibe, epulare.* Vides quanta pax huic homini in substantia sua fuit, quam illi dulces & iucundæ diuitiæ fuerunt? Sed vide aculeum extremis hærentem: *Stulto, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt?* Solent pueri, vt alios decipiant, in rosa pulcherrima spinam abscondere, vt alij eius pulchritudinem admirati, nare admoueant olfaciendi causa; quod cum faciunt, à spina punguntur: sic diabolus nummorum pulchritudine, in quibus latet spina, homines decipit. Hac de causa, Christus apud Matthæum,

6.

Eccli. 41.

Luca 12.

Simile.

Matth. 13.  
Diuitiæ fal-  
laces.

1.

2.

Serm. 3. de  
Innocent.

3.

Epist. 127.  
Simile.

Plutar. lib de  
virt. & vitijs.

4.

In lib. de cupi-  
dit. diuitiarum.  
Apophthe-  
gmæ.

5.

Simile.  
De contemp.  
mundi, pa. 1.  
cap. 18.

6.

Homil. 2. ad  
pop. Antioch.

7.

Luce 18.

Eccles. 5.  
Abac. 2.

Simile.

*Fallaces diuitias* vocat. Fallunt enim mille modis. 1. quia spina latet, quæ in extremo pungit, vt iam dictum est. 2. quia multa promittunt, & nihil conferunt. *Dormierunt omnes viri diuitiarum somnum suum, & nihil inuenerunt in manibus suis.* Vnde sanctus Augustinus: *Cùm acquiruntur diuitia, falsam letitiam tribuunt; & quum perduntur, veram tristitiam derelinquunt.* 3. quia bona videntur, sed non sunt. Vnde Augustinus: *Talibus bonis non fiunt homines boni: sed aliunde boni facti, bene vtendo faciunt vt ista sint bona.* Et vt vestimenta non calefaciunt corpora, sed à corporibus calefiunt, posteaque calorem fouent: sic diuitiæ non faciunt bonum, sed ex bono vsu possidentis fouendæ virtuti subseruiunt. 4. fallunt, quia ne hoc ipsum quidem, propter quod appetuntur, præstant: id est, cupiditatem habendi non restinguunt, sed augent. Appositè Plutarchus: *A quibus malis liberant diuitia, si nec hoc ipsum quidem adimunt malum, sui cupiditatem?* Potus sitim sedat, famem cibus restinguit, vestis corpus calefacit: nullæ diuitiæ auaro satisfaciunt. Idem diuitijs dicere licebit, quod in medicum competit impostorem: *Pharmacum tuum, morbum auget.* 5. fallunt, quia quum vsibus nostris seruire deberent, faciunt vt nos illis seruiamus.

Serui & ministri ad hoc in domo sunt, vt dominum à varia sollicitudine liberent, dum vnus huius, alter illius curam habet, & in illis dominus acquiescit. At econtrà, diuitiæ non liberant possessores suos à curis & molestijs, sed onerant eos maximis sollicitudinibus. 6. fallunt, quia quum stabilitatem promittant, mille casibus abripiuntur, & nihil illis fugacius. Pulchrè Chrysostomus: *Fugitiuus est & ingratus seruus pecunia, vel si innumera ei vincula iniicias. Nam & cum ipsis vinculis aufugit; & quamuis seruorum adhibita sit custodia, sapius tamen seruis persuadens, cum ipsis fugit custodibus.* 7. maximè fallunt, quòd dum sui nos amore capiunt & oblectant, cælestium nos amore, quæ nobis oblata sunt, penitus spoliunt, & est hæc maxima deceptio. *Non potestis Deo seruire & mammona,* Deum amare & pecuniam. De hac deceptione dixit Sapiens: *Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: diuitia conseruata in malum domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima.* Et Propheta: *Va qui congregat auaritiam malam domui suæ. Vsquequo aggrauat contra se densum lutum?* Nam vt è denso luto nec facile quis extrahitur, & tamen turpiter maculatur; sic amor diuitiarum difficillimè

ficillimè excutitur, & animum tamen scèdè conspurcat. Rursum adhuc ideo fallunt, quia non cedunt ei, propter quem seruantur. Sic de auaro Sapiens: *Generauit filium qui in summa egestate erit.* Sic Dauid: *Nesciuit autem cui congregauit ea.* Et Christus in Euangelio: *Qua autem parasti, cuius erunt?* Hanc propriam auari pœnam Scriptura describit. Denique & in eo miserè fallunt diuitiæ, quòd faciunt homines superbire, quum nihil in illis sit vnde superbiant. Diuitiæ enim *dantur quidem bonis, ne putentur mala: sed dantur etiam & malis, ne putentur magna bona,* ait S. Augustinus. Quare Apostolus dicit: *Præcipe diuitibus huius seculi, non sublimè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum.* Appositè D. Augustinus: *Superbire de diuitijs qua abundant, & de illis gaudere, tale est, ac si vulneratus quis iacet, quia habeat multa emplastra in domo; quum hoc illi bonum esset, vt vulnera non haberet, & ne vno quidem indigeret emplastro.* Vulnus enim & ægritudo animi, est amor diuitiarum. Postremò fallunt, quia non assequitur diues quod ambiebat. *Telas aranea texuerunt: tela eorum non erunt in vestimentum: opera eorum inutilia.* Aranea se totam euiscerat, vt telam amplam texat qua muscas capiat; quam vbi texuerit, vnico scopæ ictu dissoluitur. Similes sunt cani Æsopico vmbra conlectanti, & id quod habet amittenti: vmbra bonorum quærunt, veris bonis excidunt.

Tot ergo modis, & adhuc multo pluribus (quos ex Scripturis & Patribus diligens concionator obseruare poterit) fallaces sunt diuitiæ; & quia fallaces, ideo in illis latet spina, quæ occultè pungit auarè possidentes. Quòd si verò has spinas diuites non sentiunt, hoc ideo fit, quia manicis ferreis induti, has spinas contrectant, id est, cor habent auaritia & ambitione sic obduratum, vt illas non sentiant. Iam verò, si diuitiæ sunt spinæ, profectò diues ipse rubus & spinetum erit: rubus certè, qualem Moyses vidit, qui ardet, & non comburitur. Verbum enim Dei, *ignitum eloquium est vehementer.* Et Dominus per Ieremiam ait: *Nunquid verba mea non sunt quasi ignis, dicit Dominus?* Verbum ergo Dei à diuite auditum, acceptum, creditum, ardet & calefacit, mouet & compungit; diuitiarum tamen spinas & cor auarum non exurit, non consumit. In pecuniarum amore integrum & immotum cor manet.

Hoc est miraculum fatanæ, quod, quia quotidie viderur, pro miraculo non habetur. Diuites enim, seu diuitiarum

8.

Eccles. 5.

Psal. 38.

Luca 12.

9.

Epist. 70.

1. Tim. 6.

Simile.

Quest. Euan-  
gel. lib. 2. q. 29.

10.

Esaiâ 59.

Diues spinæ-  
tum est.

Psal. 118.

Ierem. 23.

Psal. 57.

Enarrat. *ibid.*  
Simile.

Simile.

amatores, ideo audito Dei verbo, fructum non faciunt, ideo in illis suffocatur verbum, quia (vt David canit) *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surda, & obturantis aures suas; qua non exaudiet voces incantantium, & venefici incantantis sapienter.* Eadem quippe laborant infania, eadē pertinacia, qua aspides: qui (vt D. Augustinus hūc locum exponit) *ne se in lucem à latebris cauea sua exerat, audita venefici incantatione, qua naturaliter delectatur & educitur, alteram aurem terra, alteram verò cauda extremitate obdit & claudit; quo factò, immota permanet in sua spelunca.* Sic enim diuitiarum amator, vt in vitiorum suorum fouea delitescat, ne vocem Dei in verbi prædicatione vocantis audiat, animi sui auditum partim terra; id est, terrenis cogitationibus & voluptatibus oppilat; partim verò cauda, id est, sine sibi proposito, in quem omnes suos conatus dirigit, & à quo recedere non vult; qui est, vt per diuitias celebris in seculo fiat, aut plures adhuc opes acquirat, aliudve consimile. Hic ergo amor seculi, & rerum secularium in diuitibus avaris, germinantem virtutem suffocat, neque fructum facere finit. Sicut luna non patitur eclipsim, nisi cum plena est; sic homo tunc maximè obscuratur, quum plenus est diuitijs. Et sicut luna in plenilunio magis distat à sole, à quo lumen accipit; ita homo tum demum longissimè ab illuminatore Deo separatur, quando diuitiarum lux & superabundantia tumet. Atque hæc de diuitiarum amore, quatenus spinosæ sunt, & verbum Dei suffocant. Plura contra insanam auaritiam in alijs Euangelijs.

### 3. *Locus de voluptatibus vitæ, quæ verbum Dei suffocant.*

De voluptate  
carnali.

Gal. 5.

Simile.

**Q**uod Christus adiecit, *Et voluptatibus vitæ euntes suffocantur*, non minùs verum ac vulgare est, quàm quod de sollicitudinibus & diuitijs dictum est. Voluptas enim carnalis magis adhuc animam implicatam & impeditam tenet, ne verbum Dei in ea fructificet; quàm vel sollicitudo, vel diuitiæ. Quemadmodum enim spiritui nihil magis ex diametro aduersum est, quàm caro, quæ quasi iuratus hostis *concupiscit aduersus spiritum*, & bellum cum eo incessanter gerit, sic eius voluptas spirituali doctrinæ maximum obicem ponit. Cùm aqua suam retinet naturam, igni aduersatur atque resistit, eumque restinguit; at quum in ardentem fornacem iniecta,



iniecta, in ignem versa est, ipsum ignem vehementius accendit: sic planè in hominibus voluptuarijs ita spiritus quodammodo in carnem versus est, vt non nisi carnis desideria perficiat, ipsamque carnem magis inflammet, omnes suas cogitationes ad carnis voluptates explendas conuertens, omnemque ingenij facultatem ad cultum ventris impendens; cuius tamen natura & officium erat, carnem suo imperio subigere, & vel rationis vinculo cohibere, vel gratiæ adiutorio eius impetum superare, & flammam restringere. Sed hanc in animum tyrannidem exercet caro voluptati assueta: quod tunc primum apparet, quum, verbo Dei audito, erigere se, & à voluptatis sordibus emergere animus conatur. Quemadmodum enim pisces, quàm diu in hamo esca pascuntur, nihil doloris sentiunt, at vbi piscator fallacia fila in sublime attollit, & pisces hamo comprehensi, ab aquis extrahuntur, tunc, quæ illis esca dulcis videbatur, aculeus est vitæ eripiens: sic qui carnis voluptatibus itretiti tenentur, tunc demum se captos sentiunt, quando verbo Dei, poenas æternas comminante, tertiti, & à diabolo se sublimes teneri animaduertentes, inde se extricare cupiunt, & non possunt. Et sicut avis cum laqueo capta, & esca oblectata, ibidem sponte manet, vincula non sentit; at vbi iam satiata, auolare nititur, tunc demum stringentis laquei vim agnoscit: sic omnino voluptuarij, quàm diu nihil de Deo audiunt vel cogitant, sed voluptatibus fruuntur suis, nullo se in periculo versari existimant; vbi ex auditu verbi Dei, periculi magnitudine perspecta, emergere conantur, tunc demum & carnis suæ tyrannidem, & diaboli laqueum atque potentiam agnoscunt. Huius autem tyrannidis, & ad emergendum difficultatis causa est, improba voluptatis vis & potentia, quàm ad Dei verbum suffocandum, quasi ex natura sua habet. Quemadmodum enim vilissimis cibus repletus, ad splendidam mensam recumbens, nullo optimorum ciborum desiderio tangitur: sic carnalibus voluptatibus repleti, cœlestia fastidiunt. Imò huiusmodi non secus ac serpentes, quæ terram comedunt cunctis diebus; aut talpæ, quæ sola terra aluntur, & non nisi in terra absconduntur; aut sicut conchylija terræ perpetuò affixa victitant: sic solis terrenis & carnalibus oblectantur, omni rerum spiritualium gustu amisso. Hoc est quod Propheta de huiusmodi dixit: *Ipsi intrauerunt ad Beelphegor (q. Deo immunditiæ erat) & ab alienati sunt in confusione, & facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.* in carnem & terram versi sunt, quorum in huiusmodi rebus

*Simile.**Simile.**Voluptas tyrannus:**Simile.**Osea 6.**Similia.*

*Similia.*

1.

voluptas tota consistit. Quare quemadmodum ulcerosi quidam, qui ex ulcerum suorum ostentatione stipem colligunt, si salutem illis pollicearis, planè respuunt, quia per ulcera sua alimentum sibi & lucrum parant: sic isti voluptuarij, prorsus in carnem conuersi, suarum voluptatum illecebra sic deliniti sunt, vt neque morbum agnoscant, nec ab illo sanari velint. Nihil igitur mirum, si verbum Dei auditum

2.

in illis penitus suffocatur. Sunt nempe ligno viridi similes: quod aded à subiecto igne non accenditur, vt etiam ignem suo humore extinguat. Sic enim isti aded à Dei verbo non accenduntur, vt illud etiam penitus suffocent, atque aded

3.

pedibus conculcent. Isti enim sunt *porci, quorum Deus venter est*: quibus *margaritas proijci*, cœlestia administrari, vetat Christus, *ne pedibus conculcent ea*, id est, fœdis affectibus commaculent. Nam vt simia suam deformitatem in speculo

4.

*Phi. 2. p. 3.*

videns, ipsum speculum, si potest, irata confringit; sic voluptuarij (quos *inimicos crucis Christi* Paulus vocat) verbum Dei (in quo, sicut in speculo: suas turpitudines omnes damnatas vident) eiusque prædicationem exosam habent, & prorsus non fieri vellent. Vnde fit, vt, quemadmodum reli-

5.

quæ sanè aues, auroram manè aduentantem garritu strepituque excipiunt, noctuæ verò & vespertiones fugiunt, seseque in penitissimas cauorum suorum partes abdunt; sic voluptuarij & carnales lucem diuini verbi fugiant, & vel ecclesiam exeant, quum concio habenda est; vel, si manent, omnem reprehendendi occasionem rapiant: boni verò &

*Eccles. 31.*

6.

audiunt, & laudant, & seruant quæ dicuntur. Vnde Sapiens; *Auduit luxuriosus verbum sapiens, & displicebit illi, & proijciat illud post dorsum suum.* Horum quippe iudicium nihil à brutis differt: quæ, vt fœno magis delectantur quàm auro,

*Psal. 118.**Allegoria.*

quædam etiam luto ipso, vt porci; sic isti carnis voluptatibus, eisdemque subinde sordidissimis, magis quàm cœlesti sapientia, quæ est *desiderabilis super aurum & topazion*, oblectantur. Iacob, quàm diu de Lia & ancilla eius filios suscepit, de redeundo in patriam nunquam cogitauit. At vbi ex Rachel filium suscepit, statim in patriam rediit. Sic voluptatibus terrenis implicati, cælum obliuiscuntur. Diues ille

*Lucæ 16.*

epulo, totus voluptuarius, qui *epulabatur quotidie splendide*, quum in loco tormentorum esset, rogat Lazarum ad fratres suos resuscitatum remitti, qui eos moneret, ne in eundem locum, deliciis quoque & illi vacantes, venirent. Sed respon-

sum accepit: *Habent Moysen & Prophetas. Si eos non audierint*

*vine*

rint, nec si ex mortuis quis resurgat, credent. Ad Scripturæ & verbi prædicationem voluptuarios remittit Christus, qui si hoc medio non resipiscant, nullo emendabuntur. Si ergo saluari volunt, tales esse desinere debent, vt verbum amplius non suffocetur, sed fructum ferat. Deus non in deliciis inuenitur, sed in temperantia & sobrietate. Moyses non inter epulas, sed in deserto, & iuxta rubum fuit, quum eum Deus vocaret vt Dux esset populi sui. Dalila fictæ blanditiæ fortissimum Sampsonem & oculis priuarunt, & in pistrinum duxerunt. Salomonem voluptates perdidit. Voluptates carnis etiam fortissimos excæcant, vt lucem verbi Dei ferre nequeant, & in miseram vitiorum seruitutem adigunt. Sed surgant ethnici, & nostram cæcitatem condemnent. Gulæ & ventri deditos Diogenes similes esse dicebat arboribus per præcipitia nascentibus, quorum fructus homo non gustaret, sed à coruis & volucribus ederentur. Docet voluptuarios & reipubli. & sibi infructuosos esse, sed escam dæmonum. Dicebat idem, sicuti, vbi magna ciborum copia est, ibi multi mures & feles versari solent; sic ea corpora quæ multum cibi capiunt, multos animi morbos contrahere. Antisthenes alius Philosophus dicebat se malle insanire, quàm voluptate affici. Insaniam enim aufert medicus: voluptas mentem aufert, & vix sanabile malum est. Aristoteles admonebat, vt voluptates contemplemur non venientes sed abeuntes; non à fronte, sed à tergo. Venientes enim fucata specie blandiuntur; abeuntes autem, pœnitentiam ac dolorem relinquunt. Sic sancta Scriptura dixit: *Risus dolore miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Quare voluptuarios species prima voluptatis sic decipit, vt paruulos pueros accensa candela: qui flammam pulchrè lucentem videntes, digitos immittunt, vt eam rapiant, existimantes non ignem, sed lucidum quid esse; moxque adustis digitis, inconsolabiliter plorât. Sic enim voluptuarij, specie voluptatum capti, ignem inueniunt, vbi lucem expectabant. dolorem sentiunt, seu nunc conscientiæ vermem, seu postea ignem æternum. Sicut enim mercator de falso panno non ostendit emptori medium neque finem, sed tantum caput; sic diabolus, mercator peccati, ostendit peccatori solum caput panni, id est, delectationem culpæ: non medium, id est, remorsum conscientiæ; nec finem, qui est pœna gehennæ. Quemadmodum enim latrones, quum non possint apertam viam hominibus asserre, in locis opacis, aut contractis vallibus iuxta viam positis, viatoribus

*Exemplis.**Laert. lib. 6.**Simile.**Maximus serm. 27.**Laert. lib. 6.**cap. 1.**Apophthegmata.**Idem lib. 1. c. 3**Voluptates fallaces.**Prouerb. 14.**Similia.**1.**2.**Bonauent. in**Diata salut.**cap. 2.**Basil. in orat. de abdicat. rerum.*

*Allegoria.**Genes. 25.  
Exod. 2.**Laert. lib. 4.  
cap. 6.**Apophtheg-  
mata.**Dionys. sophista  
apud Philostrat-  
um.**Iudic. 6.**Voluptatum  
corruptela.  
Simile.**Exemplum.*

toribus insidiantur, vt inopinatos opprimant: sic diabolus, mundanarum voluptatum vmbra subiens, quæ iuxta nos in hac vita, eiusque communibus actionibus sunt, & frequenter occurrunt, per illas nobis insidiat. Sed in hac praxi & fraude diabolica, boni quidem apprehendunt peccatum per caudam, finem eius spectantes, vt electus *Iacob tenuit pedem fratris sui Esau, & vt Moyses accipiens serpentem per caudam, conuertit eam in virgam*, id est, in id quod erat; sed mali apprehendunt peccatum per caput, præsentem voluptatem sectantes, & sic, quasi ab ore serpentis, deuorantur. Quum in tam variis Philosophorum sectis, alij ad alias subinde transirent, Peripatetici ad Platonicos, & vicissim; vtrique etiam ad Stoicos, & Stoici ad Academicos, & vicissim; tamen ex solis Epicureis (quibus voluptas erat summum bonum) nulli ad alias sectas defecerunt. Huius rei causam rogatus Arcefilaus respondit: *Quia ex viris galli sunt; ex gallis viri nequaquam.* Gallos dixit sacerdotes Cybeles euiratos: sentiens homines à voluptatis morbo vix vnquam sanari, & ad meliorem mentem transire. Alterius Philosophi sententia erat, *mel summo digito, non caua manu gustandum esse.* Quo euidenter docetur, parcissimè esse voluptates capiendas. Sic ad pugnam Gedeonis illi soli eliguntur, qui caua manu ex flumine biberunt; illi, vt inutiles ad bellum Domini, reiciuntur, qui flexo poplite, & proni in terram cubantes, biberunt: quo docetur, homines terrenis voluptatibus sese immergentes, ad militiam Christianam ineptos esse. Sed ad voluptatum corruptelam vt redeam: Sicut in vase aliquo aceti pleno si guttulam mellis instillaueris, nihil de acore aceretum deponet, quia tantilla dulcedo in tanta contrarij saporis multitudine facile euanescit: sic in anima hominis voluptuarij, qui non nisi ea quæ carnis sunt sapit, verbi diuini suauitas perire solet, & suffocari. Qui enim carni deditus est, cor acetosum, & multis amaritudinibus repletum habet; labore videlicet in iis conquirendis quæ voluptatem pariunt: timorem & anxietatem, vt vel sine infamia, vel sine damno ea conseruet: dolorem, si quando concupitis (vt sæpe fit) non potiatur. Quæ enim nimis amantur, nimio dolore relinquuntur. Mel ergo verbi cœlestis, vel diuinarum inspirationum, in animum his contrariis affectibus plenum ac perturbatum, vbi immissum fuerit, citò dissipatur. Bion Boristhenines, Philosophus Plonicus, cū illi probro daretur quòd adolescentem quendam in suam disciplinam

plinam

plinam non traxisset : *Non est* (inquit) *possibile mollem caseum hamo trahere.* Virtus disciplinam quæ asperum quid & arduum in primo congressu præ se fert, ab animo molli, & voluptatibus dedito, arripi non posse sentiebat. Nec minus sapienter Bias Prienæus, vnus ex septem (quos vocabant) sapientibus. Percontanti impio quid esset pietas, nihil respondit. Quumque ille silentij causam sciscitaretur: *Quia* (inquit) *de rebus nihil ad te pertinentibus quaris.* Sentiebat honestæ & salutaris doctrinæ homines malè feriatos capaces non esse. Atque ita quidem rei se natura habet. Non tamen à schola verbi sui voluptuarios Christus abarceat; imò omnes *qui laborant & onerati sunt*, ad se vocat. Laborat autem, si quis alius, voluptuarius maximè, cui acerrimus, domesticus, & perpetuus hostis caro est. Sed monet in hoc Euangelio, voluptatum curam depõnendam, vt verbum in corde fructificet. Si Polemonem iuuenem ebriosum & coronatum, cum suis sodalibus in scholam Xenocratis irruentem per contemptum, oratio Xenocratis de temperantia habita in alium virum mutare potuit; multo magis Christi doctrina Magdalenas, Marthaeos & Zachæos conuertit. Cùm Paulus coram Felice, Proconsule Romano, *de iustitia & castitate, & de iudicio futuro disputauit, tremefactus Felix* fuit, & clementer Paulum dimisit: sed voluptates seculi, quibus abundauit, verbum salutis in eo suffocauerunt. Vt sensus morbo deprauatus, dulcem fauum iudicat amarum; sic animus prauis affectibus corruptus, suauia Dei verba insuauia æstimat. Vt sues rosas proiciunt, & lutum quærunt; sic voluptuarij siliquis porcorum cum filio prodigo vescuntur & delectantur, verbi Dei gustum non habent.

Quum autem voluptatum maxima pars, quasiq; fundamentum & radix, in ventris cura consistat, in crapula & ebrietate versetur, ad huius loci tractationem referri potest, quod Christus in alio Euangelio dicit: *Attendite vobis, ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & superueniat in vos repentina dies illa.* Docet enim illis verbis Christus, vnã causam obliuionis Dei, vnã causam suffocati verbi Dei, vnã causam, neglectæ & indebitæ præparationis nostræ ad futurum iudicium, hanc in primis esse, quòd in crapula & ebrietate voluptatem consecretando, grauantur corda hominum, & ad rerum cœlestium cogitationem ac desideria hebetantur. Sic passim docet Scriptura. *Vinum & ebrietas auferunt cor,* ait Oseas. Apostolus curam ventris, & cultum Christi,

*Laert. lib. 4.  
Apoththeg-  
ma.*

*Exemplum.  
Laert. lib. 1.  
cap. 5.*

*Apoththeg-  
ma.*

*Math. 11.*

*Exemplum.  
Laert. lib. 4.*

*Act. 14.*

*Similia.*

*De crapula &  
ebrietate, volu-  
ptatum fontibus.*

*Luca 21.*

*Osea. 4.*

Ioan. 13.

quasi ex diametro pugnare docuit, dicens. *Non in comestationibus, nec in ebrietatibus, sed induimini Iesum Christum; & carnis curam ne feceritis in desiderijs.* Opponit hæc duo: In-

Philip. 3.

dui Christum, & carnis curam facere in desiderijs, id est, voluptatis causa, Rursum alibi: *Inimicos crucis Christi vocat, quorum Deus venter est.* Adeò videlicet grauantur corda crapula & ebrietate, vt gulosi ac ebrij ventri suo seruiant, non Deo.

Exodi 32.

De veteri populo in deserto scripsit Moyses: *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* id est, post epulas vitulum suum aureum adorauerunt. Vox enim *ludere*, hoc loco idolum adorare, apud Hebræos significat.

Deuter. 32.

Sed & hoc aliàs futurum prædixit: *Cùm comederint, & saturati crassique fuerint, auertentur ad deos alienos, & seruient eis.*

Osea 13.

Quod ita accidisse Oseas commemorat: *Iuxta pascua sua adimpleti sunt. Saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.* Sodomæ & Gomorrhæ incendia ex hac gulæ fornace accensa sunt: *Hæc fuit iniquitas tua Sodoma, otium, & saturitas panis.* Propter hanc gulæ vim & certam

Ezech. 16.

corruptelam, orat in Scripturis vir sanctus: *Aufer à me concupiscentias ventris, & animo irreuerenti & infunito me tradas me.* Et sic quidem Scriptura de facto se rem habere docet.

Eccles. 23.

Sed nunc causas breuiter aperiam. Neminem latet, ex duplici natura hominem constare, corpore, & anima rationali; vna mortali, altera immortalis; vna ad præsentis vitæ officia constituta, altera ad sempiternam beatitudinem consequendam ordinata; vna denique potest peccati corruptionem ad sensibilia procliu, altera sursum ferri, & Deum appetere nata.

Inter hæc duo, etiam in homine necdum in Christo regenerato, quædam pugna, vt ratio superior inferiori hominis parti contraria appetenti contradicat, & hæc vicissim illi repugnet. Sed, Spiritu diuinæ gratiæ accedente, fortius est humani spiritus contra carnem, & superioris rationis contra appetitum inferiorum certamen: carnis tamen non minus quam antea contentio pertinax. De qua

Galat. 5.

Apostolus: *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non, quacunque vultis, illa faciat.* Et iterum: *Abstinete à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.* Et rursum,

Rom. 8.

*Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Sapiencia autem carnis, inimica est Deo, Legi enim Dei subiecta nõ est: nec enim potest. Qui autem in carne sunt, placere Deo non possunt.*

Hæc

Hæc omnia Apostolus, docēs, eos qui carnis sensuum desideria sequuntur, secundum spiritum ambulare, & Deo placere non posse. Hinc sequitur, eos qui carnem immodicè forment, qui crapulæ & ebrietati vacantes, & voluptatibus huius vitæ operam dantes, carnis curam faciunt in desideriis, habere corda grauata, secundum spiritum sapere non posse; denique verbum Dei in eis suffocari. Quemadmodum enim, si duo æquales viribus in singulare certamen descendunt, ille haud dubiè victor euadet cui subsidia afferuntur: sic, si corpori subsidium adfers, delicatè nutris, cibo potuque assiduè repleas, vires ei & impetum auges: non dubium, quin animam eiusq; motus facillimè superabit. Quare Apostolus, qui Spiritum Dei habuit (ait enim non vanè, *Puto quòd & ego Spiritum Dei habeam*) castigat tamen corpus suum, macerat, mortificat, *ne reprobus efficiatur*, ne contra spiritum præualeat. Si castigatur corpus, ne reprobus quis fiat, id est, *ne tradatur in reprobum sensum, faciens ea quæ non conueniunt*; profectò corpus adeo nõ castigatum, vt etiam crapula repleatur, animam haud dubiè, reprobam efficiet. Sicut nauis oneraria (ait Chrysostomus) qua supra suam magnitudinem vehenda capit, oneris magnitudine grauata submergitur; ita anima & corporis nostri natura, si plures acceperit cibos, quàm ferat sua vis, superimpletur; & iniectorũ grauitatem nõ ferens, in perditionis pelagus demergitur, & nautas, & gubernatores, & eos qui in prora, & alios nauigantes, & ipsum onus cum hominibus perdit. Sicut igitur non tranquillitas maris, non scientia gubernatoris, non nauatarum multitudo, non preparationis studium, non anni pars tempestiua, non aliud quicquã nauis, qua sic oneri grauatur, prodest; ita & crapula distentis ac delicatis & voracibus accidit. Neque cogitationum multitudo, neque eruditio & admonitio, neq; consilia, neq; aliud quicquam, neque timor futurorum, neq; pudor, neq; accusatio presentium, neq; aliud quid saluare potest sic periclitantem animam; sed inualefcit luxus & amentia per omnia, & sub aquas, nolens, volēs, eũ qui egrotat defert, & graue facit naufragiũ. Hæc ille. Rursum alibi: Quemadmodũ seruus, quãdo supra vires quicquam impositum est, domino suo impudentiũs maledicit; sic & venter nimium plenus, mentem & cogitationem plerumq; corrumpit. Sanè quia hostis spiritui caro est, magna demētia est, hoitem tuum alere, ei que arma, quibus te feriat, atque adeò occidat, subministrare. Subtrahe ligna si vis, vt non ardeat focus. Ignis carnalis ligna sunt potus & cibus. Arma quibus hostis te inuadit, carnis tuæ membra sunt. Illa igitur

Simile.

1. Cor. 7.

1. Cor. 9.

Rom. 1.

Simile.

In serm. cont. luxum &amp; crapulã

Hom. 45 in

Matt.

Similia.

Stella de contẽ.

mundi, par. 3.

cap. 18.

Allegoria

*Allegoria.*

igitur mortificare, non roborare debebas. Daniel primò destruxit idolam Bel, cui epulæ quotidie apponebantur, & postea draconem in eo latètem facilè expulit. Periculosum est, pullo indomito sine chamo & freno insidere. Sobrietas & abstinentia, carnis frenum sunt. Deinde suffocat Dei verbum, & cor aggrauat crapula, quia lumen cordis offuscat ventris repletio.

*Lib. 9. q. vet. & nou. test. q. 110.*

Vnde S. Augustinus: *Cùm anima ab esu & potu fuerit liberata, tunc se melius cognoscit. Sicut enim in speculo sordido non se talem homo aspicit qualis est, ita & esca & crapula si quis fuerit grauatus, alterum se sentit quàm est.* Ita bonas omnes cogitationes, quas ieiunus & sobrius animus facilè concipit, conceptas retinet, retètas in opus educit; vna crapula obruit, suffocat, extinguit.

*Simile.*

*Lib. 2. de Charit.*

*Quemadmodum enim famelici animus (ait S. Maximus) panem imaginatur, & sitientis, aquam: sic hominis erapulosi, & ventri seruiantis animus non nisi ciborū varias cupidias cogitat.* Gnathonis animus non nisi in patinis est, & culinæ vestibulum nõ egreditur. Eleganter Tertullianus de huiusmodi: *Tota eorum charitas in cacabis feruet, tota fides in cuculis calet, tota spes in serculis iacet.*

*Lib. contra Psychicos.*

*Orat. 3. aduersus vitia.*

Appositè etiam Nilus, auctor Græcus: *Sicut miles ignauus ad sonitum buccinæ, prælium indicantis, exhorrescit, sic homo gulosus ad omnem sermonè pietatis cõtemiscit.* Nullus ei de Deo, aut rebus diuinis, aut mortificatione corporis, sermo gratus est. Oportet, inquit, vt quocunque tempore viuatur. & in officii istis Ecclesiasticis, quanto minùs fieri potest, obstringi debemus. Hæc est vox inimicorum crucis Christi, *quorum Deus venter est, pulmo templum, aqualiculus altare, sacerdos coquus,* vt loco citato scribit Tertullianus. *Quod Apostolus de viduis dixit, Vidua in deliciis viuens, mortua est;* hoc de quouis ventriculo & guloso verum est. *Ventri enim solummodo (ait S. Chrysostomus, hæc verba Apostoli exponens) viuunt ceteris sensibus mortuus.*

*1. Tim. 5.*

*Homil. 13. in 1 ad Tim.*

*Similia.*

*Neque, aspiciat aspicienda, neque, audiat qua necessariò audire conuenit, neque, loquitur qua loqui oportet. Quemadmodum mortuus quispiam, in lecto iacens, complois palpebris, clausisq; luminibus, nullum omnino sensum habet, ita & hic.* Imò longè deterius hic, quàm ille affectus est. Ille enim bona æquè atque mala nõ sentit: hic autem malorum tantùm admittit sensum, nihilq; boni penitus sentit. Nihil illum ex his qua in futura vita seruantur, mouet; sed ad omnia perstat immobilis, & quasi in tenebris instar mortuorum degit. Et paulo post: *Sicuti in oculorum pupilla, si interius positas tuniculas crassiores effeceris, cernendi vim ex se emittit*



emittere nequit, & clariùs intueri; cum radius ille oculorum ex ea pinguedine obtundatur, ac tenebris plena sint omnia: ita & corpus quum fuerit obesum, animam quoque obtusiores euadere necesse est. Hæc ille. Sic in deliciis viuens, mortuus est, & suffocatur in eo verbum Dei, Deum & diuina cogitare, appetere, comprehendere non potest. Sicut accipiter bene satur (ait S. Bonauentura) non venit ad manum domini, utcumque ostensis illi carnibus vocetur; sic impinguatus, incrassatus, dilatatus, derelinquit factorem suum, ne quicquam ei ostensa rubicunda eius passione. Hæc ille. Quare quod eleganter de castitate dixit Climacus, hoc de omni virtute intelligendum. Ille inquit, qui saturo corpore castitatem se putat seruaturum, simillis illi est, qui, proiecto pane, canem à se abigere conatur. Necesse enim est, vt obiecta moueant potentiam, & carni naturaliter deditus, carni indulgens, carnem vt equum ferocientem nimium impinguans, totus in cogitationes carnis feratur; sitque totus & animo & carne carnalis, non carne tantum appetens, sed & mente consentiens peccato. In toto enim isto animi & corporis nostri commercio id accidit (vt scripsit Clarius) quod in stateris; vt, quod vni additur, alterius fiat detrimentum: vt quo magis corpus alitur, hoc totum ad animi infirmitatem redundet. Si quum is, qui foris noster homo est, corrumpitur; is, qui intus est, renouatur de die in diem, vt Apostolus scripsit: nihil dubium quin è diuerso quum is, qui foris est noster homo, impinguatur & roboratur, is qui intus est, maceratur & infirmatur. Sic videlicet voluptates huius vitæ, quarum vel maxima est gula carnisque cura, verbum Dei, & salutis æternæ doctrinam suffocant, grauem nobis & inspidam reddunt.

7. Quod autem in terram bonam, hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent.

**L**ocus moralis de corde bono & optimo. Cor bonum, Verbum Dei retinet: cor optimum, fructum affert. Stomachus bonus cibum retinet. Stomachus optimus retentum digerit, & in singulas venas distribuit. Cor bonum debet habere tres virtutes, tribus alijs vitijs iam explicatis cōtrarias. 1. Cor fide ac fortitudine plenum, ideoque benè custoditum & collectum: fide, vt verbum retinear, ne diabolus id rapiat: fortitudine, vt natum nõ arefcat, nec suffocetur, sed fructum in

In Diata sal-  
cap. 8.

4.

Isido- us Clar.  
orat. 59.

5.

Verbum Dei  
retinendum  
& ruminandū.

in patientia referat. 2. Cor charitate radicatum, ideoque molle, & ad verbi doctrinam flexile. 3. Cor cupiditate vacuum, & rerum diuinarum amore succensum. In tali corde verbum Dei retinetur. Sicut cibus nec prodest, nec accedit corpori, qui statim emittitur; sic verbum cordi quod non retinetur, non masticatur, non comeditur, non seruatur. Vnde ille: *In corde meo abscondi eloquia tua.* id est, diligenter, tanquam thesaurum recõditum, custodiui. Ad Prophetam Deus dicit: *Fili hominis, quodcumque inueneris comede. Comede volumen hoc.* Quod Propheta quum exequutus esset, dixit: *Comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce.* Nullum est alimentum dulcius verbo Dei. Id intelligens Dauid, qui erat *vir secundum cor Dei*, id est, corde bono & optimo præditus, dixit: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo.*

*Psal. 118.*

*Ezech. 15.*

*Psal. 118.*

*Psal. 118.*

*Psal. 33.*

*2. Tim. 3.*

Et iterum: *Iudicia Domini iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum.* Et adhuc semel: *Videte & gustate quàm suavis est Dominus.* Et Paulus de verbo Dei ait: *Omnis Scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Sed illis demum sunt Dei verba dulcia, & tot modis vtilia, qui ea retinent, qui gustant, qui comedunt, id est, diligenter meditantur & ruminant. Alimenta corporea, quàm diu in sua qualitate perdurant, & solida innatant stomacho, onera sunt. At ex eo quod erant mutata, in vires & sanguinem transeunt. Verba Dei sola fide accepta, nec per intellectum ruminata & expesa, nec per voluntatem affectu intimo comprehensa, & in praxim deducta, onera sunt, & ad maius iudicium: sed operatione animi exercita, nouas illi vires addunt, & varias virtutes proferunt. Quare Ezechieli dixit Deus, dato illi volumine prophético: *Vent er tuus comedet, & viscera tua implebuntur volumine isto,* id est, Non solum hæc ore comedes, sed etiam in stomacho retinebis.

*Ezech. 3.*

*Hector Pintus  
in com. ibid.*

*Similo.*

Non solum verba mea intelliges (quod auari & voluptuarij faciunt) sed ea scrutaberis, in animo versabis, & in stomacho intellectus coquenda & dirigenda seruabis. Quemadmodum nihil prodest plátam inferere, si, priusquam fructum ferat, turbine aut procella euellatur; sic parum nobis utilitatis adfert verbū Dei auditum, & in animo insertum & plantatum, si, priusquam fructum producat, fuerit tentationum vento

ventō conuulsum. De quibus Deus per Prophetam dicit, *Se-*  
*minastis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis sa-*  
*turati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis ca-*  
*lesfacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertu-*  
*sum.* Ostendit omnes nostros inanes Auditores, de quibus in  
hoc Euangelio Christus. Verbū Dei est *Manna* cæleste, quod  
interpretatur, *Quid est hoc?* vt, quoricscūque illud audimus,  
queramus, *Quid est hoc?* Quare de illis, qui corde bono &  
optimo verbum retinent, lōgè aliter Scriptura loquitur: *Ve-*  
*ni in hortum meum, soror mea sponsa: messui myrrham meam*  
*cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo: bibi vinum*  
*meum cum lacte meo. Comedite amici, & bibite, & inebriami-*  
*ni charissimi.* Describit delicias verbi Dei, quibus corda bona  
& optima vbertim pascuntur & inebriantur. De quo & Da-  
uid: *Calix Domini inebrians, quàm praeclarus est?* & apertius in  
Euangelio Christus: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non*  
*sitiet in aeternū.* quod de Spiritu sancto in credentes effunden-  
do abundè dixit. At per verbi Dei prædicationem hic Spiri-  
tus gratiæ datur, vt suprā est explicatum. Admirabiles igitur  
fructus percipit, & varias diuinæ gratiæ benedictiones acci-  
pit cor bonum & optimum. Dei verbum retinens, comedens,  
& bibens, quod auditu accepit. De qua verbi Dei ruminatiō-  
ne & meditatione, eiusque fructu vario & amplissimo iam  
semel atque iterum diximus. Laudat Romanos Apostolus:  
*Obedistis ex corde in eam formam doctrinae, in qua traditi estis.*  
Laudat Galatas, quod sicut Angelum Dei exceperunt eum, id-  
que adeò, vt dicat: *Testimonium perhibeo vobis, quia, si fieri pos-*  
*set, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi.* Laudat Thessalo-  
nicenses, dicens: *Gratias agimus Deo sine intermissione, quo-*  
*niam, quum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis*  
*illud, non vt verbum hominum, sed (sicut verè est) verbum Dei,*  
*qui operatur in vobis qui credidistis.* Isti auditores in corde bo-  
no & optimo acceperunt verbum Dei. Et ne quis excipiat  
Paulum fuisse, qui tunc prædicabat; sed similem verbi ope-  
rationē, aut auditorum cōuersionem, ad cuiusuis hodie Præ-  
dicatoris verbum non esse expectandum; proferā alia exem-  
pla. Audito hoc verbo Euangelico in Ecclesia, *Vade, & ven-*  
*de omnia quæ habes, & da pauperibus; & veni, sequere me;* An-  
tonius fit eremita. Audito illo verbo. *Venite benedicti Patris*  
*mei, percipite regnū, &c.* Apronianus primū in Christū cre-  
dit, baptizatur, fit martyr. Audita illa voce, *Tolle lege, tolle*  
*lege*

Aggai 1.

Cant. 5.

Psal. 22.

Ioan. 4.

Dom. inf. Off.

Nat. Dom. tex. 1.

Dom. 1. post E.

piph. tex. 5.

Dom. 6.

post. Epiph.

tex. 2.

Rom. 6.

Exempla.

Gal. 4.

1. Thessal. 2.

Exempla.

In vita eius

per S. Alban.

In gestis sancti

Marcelli Papa

Confess. lib. 8.

cap. 12.

Rom. 13.

lege; moxq; lectis illis verbis Apostoli, *Non in comessationibus & ebrietatibus, non in contentione & emulatione, non in cubilibus & impudicijs, sed induimini Iesum Christum*; Augustinus plenè ad Christum conuertitur. Isti corde bono & optimo audierunt.

Fract. 3. in  
epist. 10am.

Cor bonum, quod bonæ indolis est, nulloque flagitio aut scelere corruptum. Cor optimum quod gratia Dei illustravit. *Omnia Ecclesia magisteria, forinsecus sonant. Cathedram habet in cælo qui intus docet*, ait S. Augustinus. *Neque enim qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus. Quare*, vt sanctus Gregorius scripsit, *Mutum est os omne quod loquitur, si Deus interius in corde non clamet: qui etiam aspirat verba quæ audiuntur. Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Vanum est vobis ante lucem surgere. Surgite postquam sederitis*, id est, à

1. Cor. 3.  
Moral. in Iob  
lib. II. cap. 5.  
Psal. 126.

peccato liberabimini, postquam lucem Dei verbi, aut diuinæ inspirationis, in corde retinueritis, meditando & recollendo illam, vt sedentes solent; vos qui manducatis panem doloris. id est, quorum tota voluptas carnalis est, conuertenda postea in dolores acerbissimos. Cain Dei ipsius voce admonitus fuit, nec hilo tamen melior factus est. Simon magnus ab ipso diuo Petro ad pœnitentiam inuitatur: sed quia cor habuit *felle amaritudinis repletum*, avaritia scilicet & ambitione, nihil profecit.

Genes. 3.

Astor. 7.

### 8. Et fructum asserunt cum patientia.

Patientia ad  
virtutes exse-  
quendas neces-  
saria.

Simile.

Psal. 225.

**L**ocus moralis de patientia ad omnes virtutes exequendas necessaria. Neque enim temerè, sed significantissimè adiecit Christus, *cum patientia*. Quemadmodum enim agricola de semipe suo in terram iacto nunquam fructum referet, nisi magna vsus fuerit patientia, nisi multos labores perferat, multum diuque messem expectet; vnde Dauid, *Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua*: sic cor bonum, adeoque optimum, ex verbo Dei accepto nunquam fructum referet, nisi magna cum patientia, & animi fortitudine, qua negligentiam excutiat, consuetudini prauæ resistat, tentationes, vel ex cupiditate, vel ex voluptate natas, repellat; operi virtutis, quod verbum docet, incumbat. Nempe quum virtus quælibet, vtcunque res per se iucunda & amabilis, ardua tamen sit, multisque difficultatibus circumseptæ, siue propter naturæ nostræ prauitatem, quæ ad malum procliuis fertur; siue propter virtutis hostes, diabolus, mundus, carnem; siue

denique

denique propter ignauiam mentis: nisi tota hæc, & tam varia difficultas patientia superetur, prorsus inaccessa erit. Vnde appositè dictum est: *Virtus sine patientia vidua est.* Et Apostolus virtutis præmium describens, dixit: *Is qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem querunt,* &c. Non dixit, per bonum opus; sed, per patientiam boni operis: quia sine illa patientia vix multum boni operis præstari posse sciebat. Ideo alio in loco: *Exhibeamus nos tanquam Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs.* Et ad Hebræos dicit: *Patientia vobis necessaria est; vt voluntatem Dei facientes, reportetis repromissionem.* Denique Christus, vbi multas & acerbis suorum calamitates prædixisset, subiicit, sermonem concludens: *In patientia vestra possidebitis animas vestras,* quasi dicens, absque patientia vestra seruare animas vestras non poteritis. Quare patientia id esse videtur ad animi virtutem, quod panis est ad corporis vitam. Nam vt absque pane nullo cibo vesci potes, seu carne, seu pisce, seu oleribus, seu etiam pomis, vt salubriter vescaris; sed cum pane hæc omnia & optimè palato sapiunt, & alendo corpori salutaria fiunt: sic omnino absque patientia actiones suas nulla virtus explicare potest propter difficultates adiunctas; adhibita verò patientia, labores superantur, imò etiam delectant, ipsaque virtus vt iucundissima, sic facillima efficitur. Sed & hac de causa sanctus Iacobus dixit: *Patientia perfectum opus habet,* vel, vt Græci legunt, *habeat.* id est, curate vt patientia præsto vobis sit, quæ omne opus bonum perficiat. Ideo subiungit: *Vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.* id est, vt nulla vobis virtus desit. Absque patientia enim in multis deficientis.

Porò virtutem nobilitat patientia, vnde Apostolus dixit: *Vnusquisque mercedem accipiet secundum proprium laborem.* Quorum verborum vim attendens diuus Chrylostomus, sic scribit: *Dicam aliquid quod opinionem multorum videatur excedere, non tamen veritatem. Etsi bonum quis operatus fuerit magnificum vel virile, non autem cum labore atque periculo, non aliquam multam recipiet mercedem. Vnusquisque enim propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem; non secundum magnitudinē facti, sed prout fuerit qualitas passionis.* Hæc ille, quæ mox exemplis è Scripturis probat. Paulus enim non gloriatur nisi *de infirmitatibus suis, & varijs tribulationibus.* Iob ante calamitates quas tolerauit, vir erat *iustus, & rectus, & timens Deum;* atque adeò admirandæ virtutis, quia *in tota*

Job 1.

*vita sua cor suum non reprehenderat eum.* Sed totum hoc diabolus calumniabatur, dicēs: *Nunquid frustra colit Iob Deum? Nonne vallaſti eum, & totam ſubſtantiã eius?* Atqui quum omnibus e iustus, & vlcere peſſimo percuffus patientiam perpetuam ſeruaret, terga dat diabolus, nec ampliùs quod calumniaretur habuit. Denique Chriſtus Dominus non aliam ob cauſam ſolius paſſionis & vulnerum ſuorum ſigna & cicatrices in corpore glorioſiſſimo tulit, atque in cœlum vexit, quàm vt doceret, paſſionis opus omnia alia miraculorum opera & doctrinæ munera, nobilitate & laude longo interuallo ſuperaiſſe. Nempe vt odores ſolent tum demum latiùs ſpargi, quum contrauentur; ſic ſanctorum virtutes, quæ nobili patientia illuſtrantur, odorem reddunt & Deo gratiorem, & hominibus illuſtriorem. Magna patientiæ virtus, quæ nouit contumelias mutare in gaudium, infirmitates in gloriam, tribulationes in læticiam: vt de ſingulis docet Scriptura. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilij, quòd digni habiti eſſent, pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Paulus ait: *Gloriabor in infirmitatibus meis.* Et Iacobus dicit: *Omne gaudium exiſtimate fratres, quum in varias tentationes incideritis.*

Paſſio Chriſti,  
opus eius no-  
biliffimum.

Simile.

Patientia mu-  
tat mala in  
bona.

Act. 4.

2. Cor. 12.

Iacobi 1.

He' r. 11.

Patientia, vita  
iuſti.

Rom. 8.

Similiq.

Præterea, quia *iuſtus ex fide viuít*, fides autem eſt *rerum ſperandarum baſis*, & fundamentum, ſpes verò patientia ſuſtentatur; ſit vt patientia ſit vita iuſti. Hinc Apoſtolus: *Si quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus.* Quare vt aceto oleum permixcemus, quod crimoniam eius mitiget; & oculis nimio fulgore percuffis, ad viridia eos deſlectimus, vt recreentur: ſic ad virtutum labores alacriter capeſſendos, patientiæ virtutem, & futurorum bonorum expectationem adhibemus.

## EVANGELIUM DOMINICÆ

## QUINQVAGESIMÆ.

Luca 13.



**A**SSUMPSIT Ieſus duodecim diſcipulos ſuos ſecretò, & ait illis; *Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis.* Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur. Et poſtquam flagellauerint, occident eum; & die tertia reſurget. Et ipſi nihil

horum

horum intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Factum est autem, cùm appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamavit, dicens: Iesu fili David, miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum vt taceret. Ipse verò multo magis clamabat: Fili David, miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cùm appropinquasset, interrogabat illum dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt videam. Et dixit illi Iesus: Respice. Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: & sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo.

### PERICOPÆ moralis huius Euangelij.

1. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. De memoria passionis Dominicæ, & contra Bacchanalia ante caput ieiunij Quadragesimalis.

2. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. De Christi erga nos amore, & horrore peccati, causis passionis.

3. Ipse verò multo magis clamabat: Fili David, miserere mei. Non cedendum tentationi, aut difficultatibus obiectis circa bonum opus.

4. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. De præsentis Dei auxilio, & Christi clementia erga fortes in fide, & constantes in bono opere.

5. Quid tibi vis faciam? Domine, vt videam. De omnium peccatorum cæcitate humiliter agnoscenda.

1. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis.

**L**ocus moralis de passione Redemptoris nostri, & ab ipso Passio Christi. prædicta, & ab Ecclesia in hac præsentis Dominica representata. Vtrumque enim ad mores plurimum facit. Nam ad prius quod attinet, etsi alias ob causas ex parte doctrinæ Christus passionem suam & nunc & \* alias prædixerit; primum, ad fidem discipulorum confirmandam, *Amedo iam dixi vobis, priusquam fiat, vt, quum factum fuerit, credatis, quia ego sum: secundo vt ostenderet se sponte passurum, Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam: tertio, vt certissimam suam præscientiam monstraret, Sciens*

\* Matth. 20.

Ioan. 13.

Ioan. 10.

Ioan. 13.

*Iesus quia venit hora eius, &c.* quam etiam ob causam, ipsas futuræ passionis circumstantias in hoc Euangelio prædixit: tamen & ideo quoque prædixit, vt & amorem suum erga nos maximum ostenderet, & tantæ rei memoriam mentibus nostris altissimè infingeret: quorum illud nostrum erga Christum amorem mutuum, plurimum accendit; illud multis rationibus mores informat. Amorem suum erga nos, suam passionem prædicendo, expressit; quia de illa priùs loquens & tractans cum Apostolis, planè docet, quanto cum patien- di desiderio ad eam accesserit, id est, quantum nos dilexerit quum non nisi propter nos, & propter nostram salutem, passus fuerit. Hinc illæ Christi voces: *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiam!* Hic erat baptismus sanguinis, quo Christus *sanctificauit seipsum, vt nos sancti esse- mus*, vt apud Ioannem loquitur: id est, sacrificium sese Deo Patri obtulit, vt nos ei sacrificaremus sacrificium iustitiæ. Rursum: *Desiderio desiderauit hoc Pascha mæducare vobiscum, antequam patiar.* Et iterum D. Ioannes: Christus, *quum dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Puella quæ ad nuptias aspirat, appetente nuptiarum tempore, non nisi de illis libenter loquitur, propter ardentem sponsi sui amorem, quem diligit. Christus de sua passione, tanquam *de nuptijs Agni*, libenter præloquitur, ad illas, tanquam ad concupitas, anhelat, id quæ propter amorem sponsæ suæ, quæ est Ecclesia, & anima quæque fidelis. Alioqui mortis expectatio, ipsa morte grauior esse solet. Imò in morte nullus esset penitus dolor, nisi animi internuncio excitarentur sensus ad dolendum. Malunt ferè omnes semel & simpliciter mori, quàm tormenta, mortem præcedentia, absque ipsa morte sustinere. Abraham filium suum Isaac immolaturus, hanc eum rem prorsus cælauit, imò nec roganti in via, vbi esset victima holocausti, aliud respondere voluit, quàm: *Deus providebit sibi victimam, fili mi.* Sciebat horrorem & expectationem mortis, ipsa morte & immolatione, filio futuram fuisse acerbio- rem. At Christus Iesus, verus Isaac, quem sua mors latere non potuit, etiam de illa sæpiùs cogitare & loqui voluit: atque ad eò ab ipso conceptionis tempore vniuersam semper ante oculos gessit passionis suæ figuram: *Ideo ingrediens mundum, dicit: Hostiam & oblationem noluisti; pecorum videlicet & bruto- rum animalium; corpus autem aptasti mihi:* vel, vt in Psalmo legimus, *Aures autem perfecisti mihi:* id est, me hominem & intelligentem, & obedientem tuæ voluntati fecisti, *Holocausta*

Christus ar-  
denti in nos  
amore ad  
suam passio-  
nem accessit,  
Luca 12.  
Ioan. 17.

Luca 22.  
Ioan. 13.

Apoc. 19.

Gen. 22.

Hebr. 10.

Psal. 39.



stomata & pro peccato non tibi placuerunt. Illa pro hominum peccatis satisfacere diuinæ iustitiæ non potuerunt. Tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt faciam Deus voluntatem tuam. Ego igitur, homo factus, in mundum venio, & in ipso capite, & exordio libri, seu causæ aduentus mei, video scriptum de me, vt faciam voluntatem tuam. id est, vt, quia cætera sacrificia non placuerunt, ego sacrificium fierem, & per oblationem corporis mei consummarem in sem- *Hebr. 10.*  
 piternum sanctificatos. Ergo Christus ab initio conceptionis suæ, hanc Patris voluntatem, vt pro humano genere mortem acerbam pateretur, in mente habuit, ante oculos tulit: frequenter & libenter pro incredibili erga nos, & vnumquemque nostrum, amore prædixit. Dico; in vnumquemque nostrum. Debet enim vnusquisque fidelis cum Paulo dicere: *In fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semet- Gal. 2.*  
 ipsum pro me. Hic locus nostrum erga Christum amorem vehementissimè debet perurgere, vt cum Paulo ex corde dicamus: *Charitas Christi urget nos*: id est, amor, quo nos dilexit, *2. Cor. 5.*  
 cogit & premit nos: *astimātes hoc*, id est, multum ponderantes: *quoniam si vnus pro omnibus mortuus est*; innocens pro impijs, amicus pro inimicis, Deus pro homine; ergo omnes mortui sunt, vel peccato scilicet, pro quo abolendo ille mortuus est (& hoc minimum est:) vel spontanea mortificatione corporis nostri (& hoc adhuc parum est:) vel denique moriendo etiam & sanguinem fundendo pro Christo: & hoc aliquid erit. Quare Paulus adiunxit: *Et pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.* Verùm hæc Pauli diuina verba alio in loco, si Deus voluerit, latius tractabimus. Sic ergo amorem suum erga nos Christus, passionem suam prædicendo, significare; nostrumque pariter erga illum amorem debitum excitare voluit.

Alia causâ (ad mores quod attinet) cur passionem suam prædixerit, illa est, vt hac ratione *magis illam nostra commendarer memoria*, vt annotauit D. Hieronymus. Quam etiam causam satis expressit Christus ipse alio in loco apud Lucam: *Ponite vos in cordibus vestris sermones istos. Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum.* Est autem memoria passionis Dominicæ multas ob causas utilis & necessaria perque totam vitam retinenda, non tantum in die Parasceues, vel in solo mortis articulo. Insanus haberetur, qui, accepto à Rege literarum fasciculo, in quo certò sciret *Passionis Domini- cæ me- moria utilis- sima.*  
*Simile.*

inclusum deferri Regium chirographum de ingenti aliquo redditu, differret illum resignare & legere vsque ad mortem. Semetipfos mirabiliter fallunt, qui circa mortis articulum de Domini pro ipsis suscepta passione, deuotè se cogituros existimant. Satis enim tunc habebunt, quòd de suis propriis doloribus, quos morbus, & dira mortis expectatio adfereret, cogitabunt. Quod Apostolus dixit: *Semper mortificationē Iesu Christi in corpore nostro circumferentes*; hoc de per-

2. Cor. 4.

In com. in cap. 6.

ad Rom.

Memoria pass.

Dom. expellit

peccatum.

petua memoria passionis Christi sapienter exponit Origenes: *Certum est (inquit) quia ubi mors Christi animo circumfertur, non potest regnare peccatum. Est enim tanta vis crucis Christi, ut si ante oculos ponatur, & in mēte fideliter retineatur, ita ut in ipsam mortem Christi intentis mentis oculis inspicatur, nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla superare possit inuidia: sed continuè ad eius præsentiam totus ille peccati & carnis fugatur exercitus.* Ratio autem huius hæc est. Duobus contrariis simul apposis, verbi gratia, igne & aqua: quod imbecillius est, cedat necesse est tortioni. Maximè autem contraria sunt Christi passio & peccatum. Nam de peccato (id per hostiam & sacrificium corporis sui) damnauit peccatum in carne Christus. Et præterea tot in passione Christi virtutes elucet, tot charitatis erga nos indicia, tantum & tale Redemptionis beneficium, ut cum eius attentè consideratione peccatum consistere nequeat. Solet mater fastidienti filio cibos, ei nihilominus salutare, sed vel ex morbo, vel ex prauitate animi fastidienti, ut ad gustandum inuitent, suos illi labores, quibus in illis præparandis vsa fuerat, diligenter commemorare. Sic Christi passio, per quam salutis & redemptionis beneficium accepimus, ante oculos illorum posita, qui malè viuendo hoc beneficium negligunt, plurimum mouet. Veteranus quidam Cæsaris Augusti miles, quam vocatus in ius periclitaretur, adiit Cæsarem, rogans ut sibi veller adesse. Cæsar è comitatu suo selectum ilico dedit, eique litigatorem commēdauit. Hic miles vociferans, ait: At non ego Cæsar periclitante te Actiaco bello vicarium quæsiui, sed pro te ipse pugnaui: simulque aperta veste detexit cicatrices. Erubuit Cæsar, atque ipse descendit in aduocationem. Si sic vnus militis ostensæ cicatrices Imperatorem orbis mouere potuerunt; quem quæso verè Christianum, Christi vulnera inspecta, passio considerata, mors ante oculos posita, non permouebunt? Sed hoc quidem ratione exempli & accepti beneficii. Verùm ipsa in

Rom. 8.

Simile.

Exemplum.

Suetonius in  
Augusto.

se passio

se passio Christi tot ac tantas in se virtutes habet, vt, in memoria perpetuò habita, à peccato conseruet. Sicut enim aromata tactu quidem ipso calida non sunt, ab occulta tamen proprietate calorem magnum ægris adhibita generant: sic passio Dominica ad vitæ institutionem, & vitiorum fugam, si diligenter introspicias, & causas eius euoluas, plurimum facit; etsi expressè nec virtutem docere, nec à vitijis deterere videatur. Qui hoc in particulari scire, ac pro concione docere desiderat, legat Meditationes Passionis Dominicæ (opus egregiè pium & salutare) à Francisco Costerio, Societatis Iesù Theologò, editas. Porro ad omnes in tentationibus & tribulationibus difficultates fortiter superandas, maximum stimulum adfert passionis Dominicæ memoria. Docet hoc disertè Apostolus: *Recogitate illum qui talem sustinuit aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes.* Sicut enim onus graue imponit, & digito suo non vult id leuare, qui, quod iubet, non facit ipse (vt Christus Phariseis exprobrauit:) sic econtrà onus quasi subleuat, & portat ipse ex parte, qui exemplo præit. Nam & febricitans, videns cibos, quos ipse fastidit, ab aliis auidè deuorari, ad edendum quoque prouocatur. Cerrè Christus in sua passione calicem passionum nobis propinauit, vt solet bonus medicus pharmacum gustare quod ager fastidit. Vrias, bonus Israëlita, monitus à Rege ipso vt lauaret pedes, & in domum suam se reciperet, respondit: *Arca Dei, & Israël, & Iuda habitant in papilionibus, & Dominus meus Ioab, & serui Domini mei super faciem terra manent; & ego ingrediar domum meam vt comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea? Per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc.* Quanto magis bonus Christianus, recolens Christum pro se tot & tanta passum, à superfluis deliciis, maximè à peccato, cauebit? Rebecca noluit camelo suo infidere, quum videret Isaac, virum futurum, pedibus venientem. Et sic quidem contra peccata, omnémque animi elationem & vanitatem, passionis Dominicæ memoria valet. Sed & contra hostiles tentationes singulare munimentum est & protectio. Angelus exterminator nem nem læsit in Ægypto, vbi postes sanguine agni tincti cernebantur. Neminem diabolus lædere potest, cuius præcordia sanguine Christi tincta, id est perpetua passionis eius recordatione imbuta sunt. In Ezechiele iubentur omnes occidi, qui non habebant signum T. in frontibus suis expressam. quo docuit

Simile.

Memoria pass.  
Domi. reficit  
laborantes.

H. br. 12.

Similia.

Exemplã.  
2. Reg. 11.

Gens. 24.

Memoria pass.  
Domi. contra  
tentationes vlt.  
Ier.

Exodi 12.

Ezech. 9.

Propheta, eos omnes perire, qui in cordibus suis, & ante oculos suos, passionis Dominicæ memoriam non circumferunt. Has igitur ob causas utilis & necessaria est passionis Dominicæ frequens memoria, atque adeò assidua & perpetua recordatio: quæ ut fieret, illam Christus suis semel atque iterum, antequam fieret, prædixit: & ut, postquam facta est, in memoria quotidie haberetur, Sacrificiùm in Ecclesia sua quotidianum instituit, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.* Quod Paulus apertius exponens, dixit: *Hoc quotiescunque feceritis, annuntiabitis mortem Domini, donec veniat.* Tanti ergo fecit, tam nobis utilem & necessariam iudicavit Christus passionis suæ memoriam perpetuam, ut eam quotidie sollempni ritu representari, diuinissimo sacrificio applicari voluerit.

Luca 22.  
1. Corinth. 10.

Passio Domini  
cur hodie  
proponatur.

Simile.

Ecclesia verò hanc passionis Dominicæ prædictionem hodierno die recitari voluit, tempore, ut videtur, satis alieno, quum non ieiunij aut mortificationis, sed epularum & recreationis hoc tempus sit; sed reuera tempore accommodatissimo, & hora maximè oportuna. Quemadmodum enim militares duces, imminente iam prælio quo cum hostibus cominus decertandum est, aduocatis militibus, & vexillo regio in medio constituto, accurata concione suos milites ad pugnam adhortantur: sic Ecclesia hodie ad spiritualem pugnam, quam tempore Quadragesimali iam instante profitemur, strenuè capessendam, hac passionis Dominicæ prædictione historica, quasi vexillo quodam proposito, & hac veluti concione facta, suos omnes adhortatur. Dicit enim nobis Dux noster cælestis: *Eccc ascendimus Hierosolymam.* Videte qua lætitia vado. Non ascendo timidus.

Luca 13.  
Contra Bacchanalia ante caput ieiunij.

Simile.

Non recuso moti. Nempe videt Ecclesia, nos hac Dominica, & biduo sequenti, velle insanire, luxuriari, bacchari; vnde Bacchanalia, pudenda vox, & Christianis auribus indigna. Sicut ergo mulier, videns filios suos cum occisoribus patris ipsorum, viri sui fœdera pepigisse, ludere, conuiuari, subuculam tunicam viri sui, vulneribus iniqui homicidæ transfossam, & eius sanguine aspersam profert, ut, ea conspecta, filios suos ab iniquorum hominum consortio auellat: sic Ecclesia hodie videns nos vitiis ac voluptatibus hoc tempore indulgere, propter quæ abolenda sponsus eius, & Pater noster crucifixus est, eius hodie flagella, sputa, opprobria nobis conspicienda proponit, ut, illis inspectis & consideratis, huic insanix nuntiam remittamus. Videndum diligenter,

ligenter, ne eadem opera & Deo Patri maximam iniuriam & Matris Ecclesiæ diligentia summam ignominiam inferamus. Semei, vir Belial, Dauidi Regi suo flenti, & nudis pedibus ac operto capite montem oliuarum ascendenti, maledixit maledictione pessima, & lapides in eum proiecit. Qui hodie Bacchanalia exercent, Christo ascendenti Hierosolymam, vt omni illic pro illis ignominia afficiatur, insultant, & improbis factis maledicunt. Nempe proponitur in hodierno Euangelio Christus non gloriosus, iucundus, lætabundus; sed *flagellandus, illudendus, conspuendus, crucifigendus*. Quum ergo Sponsus tuus lugubri & atro colore vestiatur, nisi maus dicere, rubeo & sanguineo; tu contrà, qui sponsam te eius profiteris, candido & fulgenti veste indutus procedis, totus hilaris, iucundus, fortè etiam crapula distentus & ebrius? An non hoc est quod Iob dixit: *Noctem verterunt in diem?* Tempus luctus & pœnitentiæ, in risum & delicias? Aut quod Christus ipse dixit: *Lamentauimus vobis, & non plorastis*: Ego dico me pro vobis ad mortem ire, & vos ridetis. Clamat ad nos Christus sicut Gedeon: *Quod me videritis facere, hoc facite*. Vnam confregit Gedeon. Idem fecerunt milites. Ascendit hodie Christus passurus multa acerba. Dicamus cum S. Thoma: *Eamus & nos, & moriamur cum illo*. Scribitur in historia sacra, quod milites Antiochi regis, pugnaturo contra Iudæos, *elephantis suis ostenderunt sanguinẽ vna & mori, ad acuendos eos in pralium*. Simili artificio vtitur hodie Ecclesia, sanguinem Christi fundendum nobis proponens, vt ad spiritualem, quam dixi, pugnam nos accendat & animet. Nos contra Quadragesimale ieiunium iam iam incepturi, nos interea totos ingurgitamus, ventrique & abdomini seruimus, quasi post hoc triduum non Christo, sed Veneri sacra facturi. Est autem hæc intemperantia præpostera, intempestiua, incongrua, insana, noxia. Præpostera est, quia tam proximè præcedens crapula, subsequens ieiunium facit triste, id est hypocriticum. Qui enim nunc libenter epulatur, lugebit postea ventris inedia. At *hilarem datorem diligit Deus, & cum ieiunatis, nolite fieri tristes*. Deinde tam præposterum est hoc, ac si quis retrocedendo progredi vellet: *Non est enim (vt scribit hac de re Basilus) per remulentiam adiuus ad ieiunium, nec ad iustitiam iter per fraudem, nec ad sobrietatem per lasciuiam, nec per malitiam ad virtutem. Crapula & ebrietas ad lasciuiam inducunt; ad ieiunium frugalitas*.

Simile.

Iob. 17.

Lucæ 7.

Iud. 7.

Ioh. 11.

1. Machab. 6.

1. Præpostera.

2. Corinth. 9.

Matth. 6.

Hom. 1. de laud. ieiun.

2. Intempesti-  
ua. Intempestiua est hæc intemperantia, quia difficile ac laboriosum facit ieiunium subsequens. Difficiliter enim ab vno extremo in alterum transitur. Cras dimicaturus, hodie te mutilas. Appositè hac ipsa de re Chrysostomus: *Si medici pharmaca dare volentes, iubent interea temperanter agere, ne minus pharmaca operentur; multo magis ieiunium suscepturos tenuitate victus mentem expurgare, & leuiorem reddere oportet.* Sed vide absurditatem. Quia Christianos vocat Deus ad pœnitentiam, volunt priùs tradi diabolo, ne postea eam possint facere prout deberent. Ineptus esset musicus, qui coram Rege cantaturus, aut instrumentum musicum pulsaturus, à quo (si præclare se gesserit) magnam mercedem recepturus est, antea pila luderet, ita vt manus concitatæ & nimis agitæ, commodè pulsare non possent, vox quoque raucedinem contraheret. Equites periti, cum publicum aliquod equorum certamen instituitur, quo in stadio curritur, iuxta parietem aliquem priùs equos suos agitate consueſcunt, & prope illum rectà decurrere docent, ne postea in certamine terminos prætereant. Qui enim equi, non nisi in plano ac spatioso campo currere consueuerunt, ad certam lineam decurrere non poterunt. Eodem modo quorum corpora effrenata sunt, & ad libitum per vitia vagari sinuntur, illa certè strictam ieiuniorum regulam vt obseruent, difficillimè induci poterunt. Incongrua & absurda est huius temporis intemperantia, quia totum subsequens ieiunium euacuat, & inutile reddit. Non enim est ieiunium, sed medicamentum quod crapula præcessit: nec hoc est in ieiunio meritum, sed in abstinentia sanitatem quærere; nec animæ, sed corporis salutem agere; nec denique Deo, sed naturæ seruire. Vnde D. Hieronymus: *Crapula distentus, ventris ingluuiem ieiunando decoquit, vt in cochlearum morem succo victitet suo, & futuris dapibus ac sanguine aqualiculum paret.* Deinde crapulæ & ebrietati succedit ieiunium, vt pœna peccati, non vt præmium virtutis. Vnde D. Basilius, *Athleta ante certamen exercetur: Ieiunator ad ieiunandum temperantia preparatur: ne velut ulciscens veniat dies ieiunij.* Porrò insana & impia est hæc intemperantia, quia fucum & fraudem facit legi. Non enim ideo præcipitur cras ieiunare, vt hodie crapula distrumpatis. Nec quia cras splendidè vestiri oportet, ideo hodie pânosum esse ac lutosum decet. Nemo sic vellet sibi cras obsequiû singulare ab aliquo fieri, vt hodie ab eodè mille iniuriis oneretur.

Appositè

Appositè D. Basilius: *Quis cras pudicam uxorem legitime duxerit, hodie scorta & concubinas inducat in ades? Aut qua uxor legitima tale pateretur cõtubernium?* Ad hoc facit qui cras aut perendie cum tota Ecclesia ieiunaturus, hodie sic uiuit, *ut Deus illi ueter sit, & (vt Tertullianus falsè adiecit) pulmo tempulum, aqualiculus altare, sacerdos coquus: cuius tota charitas in cacabis feruet, tota fides in culinis calet, tota spes in ferculis iacet.* Hæc ille. Noxia postremò & multum damnoſa hæc huius temporis intemperantia est, quia magno se crimine obstringit, & laqueum sibi neſcit, qui in sacri Ieiunij quasi vestibulo gulosum agit. Hæc enim crapula Christi gratia priuat penitus, sine qua tamen tā prolixum ieiunij spatium nemo etiam sobrius decurrere poterit. Imò hæc crapula quasi inuitato hospiti Christo, & iam iam aduētanti, fores tum rusticè, tum impiè occludit. Neque enim ille huius crapulæ ructus, & frustra redolentia ferre poterit. Hinc D. Basilius: *Nullus seruus, hero suo reconciliari cupiēs, hostem illius patroni adhibet. Ebrietas inimica est Deo. Itaq; si cupis per confessionē reuerti ad Deū, fuge temulentiam, ne magis etiam abs te Deum alienet.* Solent aliquādo homines malè feriat, equos conductitios, quando cõductionis finis appropinquat, ita improbè agitare, onerare, vexare, vt postridie aut perendie domino suo reddendi, ad longum tempus inuitiles ei fiāt: sic diabolus homines improbos, mancipia sua, quum uidet tempus Quadragesimale accedere, in quo per pœnitentiam Domino Deo verisimiliter reconciliari uolent, ita eos diebus proximè præcedentibus, & hoc maximè triduo, per intemperatiam agit, ita gulæ & ebrietatis peccatis onerat, ita animos eorū inquietos & perturbatos reddit: vt, quomodocunq; Deo suo reconcilietur, vix longo pōst tempore, ad Deo seruiendum sicut oportet, idonei & vtilis futuri sint. Talis est huius tridui intemperantia, à qua sancta Mater Ecclesia, hoc proposito Euangelio, filios suos piè & studiosè auocare & retrahere uoluit.

Hom. 2. de ieiunio.

Lib. contra Psychicos.

5. Noxia.

Ho. 2. de ieiunio.

Simile.

2. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur.

**L**ocus moralis de incredibili Christi erga nos amore, qui non simplici morte, sed cū tot ignominijs & pœnis coniuncta, nos redemit: & de peccati horrore ac turpitudine, quod tātis supplicijs in tali persona expiari debuit. Has enim duas

Christi erga nos amor.

duas ob causas & tâta passus Christus est, & singulas circumstantias in hoc Euangelio suis discipulis prædixit. Vnaqueque enim circumstantia magnū habet & doloris pondus, & ignominia dedecus: quæ nos ad Christi amorem atque imitationem, pariterque ad peccati detestationem, excitare debent. Singulas igitur breuiter tractabimus, quia, quanto pro nobis Christus vilior factus est, tanto nobis charior esse debet. Vulnere sponsi, quæ ex amore spõsæ suscepta sunt, quo illum deformiorem, eo amabiliorem reddunt. Prima circūstantia est: *Tradetur Gentibus*. Hoc enim ad doloris magnitudinem accessit, quòd, ex Iudæis oriūsus quum esset, in manus Gentium, Romanorum scilicet, tradendus, & ab eis omni ignominia ac pœna afficiendus erat. Nihil apud Iudæos Gentilismo vilius, aut magis abominabile. Quare Iudæi Christū per summum contemptum Samaritanū vocant. Et alibi, quum dixisset, *Quòd ego vado, vos non potestis venire*; dixerunt Iudæi, *Nunquid in dispersionem Gentium iturus est?* quo vno nihil abominabilius habebant. Nam & ideo boni illi Iudæi, qui Christum Gentibus tradere crucifigendū non verebantur, tamen *Prætorium Pilati*, homini Gentilis, ingredi nolebant, ne contaminarentur. Christus ergo in sensu & ad captum Iudæorū loquens, hanc etiam circūstantiam adiecit. Sic Nathan Propheta, quū Dauidi adulterium & homicidiū exprobraret in occidenda Vria, adiecit: *Et occidisti eum gladio filiorū Ammō*: quod grauius & turpius erat, quàm si per manus contribuliū suorū extinctus fuisset. Sic vendito Ioseph in Ægyptum, duplex erat scelus. Primum, quòd à fratribus venderetur: alterum, quòd Ismaëlitis, hominibus alienigenis traderetur. Sic Dauid Ionathæ dixit: *Si est iniquitas aliqua in me, tu me interfice; & ad patrem tuum ne introducas me*. Acerbius duxit ab inimico interfici, qui etiam morienti illuderet, quàm ab amico. Maluit quoq; ab amico interfici, quàm tradi & prodi. Proditoris enim ingratitude ipsa morte durior est. Sic Christus nō solum traditus est Gentibus, sed & à Iudæis, atque aded à discipulo suo. De quo sic per Spiritum conqueritur: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique: tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos; in domo Dei ambulauimus cum consensu*; hoc scilicet tantum facinus committes? Est enim grauißima aposiopesis; quam sic Christus postea expressit: *Iuda, osculo filium hominis tradis?* Docet hæc circūstantia, qua patientia ferendum sit, quum id nobis accidit, quod Christus suis prædixit: *Cauete ab*

*Simile.*

Christus traditus,

Ioan. 5.

Ioan. 7.

Ioan. 19.

2. Reg. 17.

Gen. 40.

1. Reg. 20.

Esal. 54.

Luca 22.

Matt. 19.



ab hominibus. Tradent enim vos in Conciliis. & paulo post: Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgēt filij in parentes. Et alio in loco: Tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Quod totum nunc in afflictissima nostra Anglia per hæreticos quotidie fieri cernimus. Sed Christus traditus, & Gentibus traditus, & à proprio discipulo traditus, vt Apostolos tunc, omnesque postea Christi martyres mirabiliter animauit ad similia perferenda; sic ad Dei gloriam in nostra Anglia quàm plurimos animauit, & vel ad exilium voluntarium compulit, vel in vinculis extinxit, vel ad eculeos & cruces, & acerbissimum mortis genus pro fide Catholica fortiter suscipiendum, feliciter perduxit.

Altera circumstantia est, *Illudetur*. Illusio Christi varia & multiplex erat. Primum in domo Caipha velata facie illuditur à Iudæis. Postea ab Herode, & toto exercitu eius illuditur, *Alba veste indutus*. Rursum à Romanis militibus in prætorio Pilati illuditur, clamantibus, *Aue Rex Iudæorum*. Sed in ipsa cruce pendens, & in ligno vitæ nostræ constitutus, in signum & vexillum salutis erectus, multum & à multis illuditur. 1. à Iudæis, clamantibus: *Vah qui destruis templum Dei, & triduo reedificas illud, descende nunc de cruce, & salua te ipsum*. 2. à Sacerdotibus. *Principes sacerdotum illudentes eum, cum Scribis & senioribus, dicebant: Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei*. 3. à latronibus, qui crucifixi erant cū eo. Isti enim id ipsum improperabant illi. 4. à militibus Romanis: *Illudebant autem ei, & milites accedentes, & acetum offerentes ei. Si tu es Rex Iudæorum, saluum te fac*. Sic Christi verbum in hoc Euangelio, sic veteres prophetiæ completæ sunt. *Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me: quia zelus domus tua comedit me*. Et iterum: *Contumelia & tormento interroge- mus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius*. Et rursum: *Factus sum illis in parabolâ*. Hæc omnia docere nos debent contumelias verborum cum Christo, & pro Christo sustinere.

Alia circumstantia est. *Et flagellabitur*, scilicet à Gentibus, & militibus prætorianis Pilati. Sic veteres prophetiæ *Disciplina pacis nostra super eum: & luore eius sanati sumus*. Et rursum: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus*. Hæc fæda dilaceratio tanta fuit, vt obstupescens Propheta, dixerit: *Vidimus eum, & non erat aspectus, unde nec reputauimus eum*.

- Christus con-  
sputus.  
Marci 14. &  
15.
- Esaiæ 50.
- Iob. 30.
- Rom. 8.  
Esaiæ 53.
- Simile.
- Apud Surium  
3. Maij.
- Hebr. 6.
- Hebr. 10.
- Quarta circumstantia. *Et conspuetur:* nempe tum à Iudæis in domo Caiphæ, tum à Gentibus in prætorio Pilati. *Et coeperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius. Percutiebat caput eius arundine, & conspuebant eum.* Quam etiam ignominiam veteres Prophetæ non tacuerunt. *Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus me.* Sed & Iob, siue de se, siue de Christo, siue de utroque (quia & eius patientia, Christi patientiæ typus esse poterat) dixit: *Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meam conspuere non verentur.* Christus ergo pro nobis omnem ignominiam sustinuit. Venditur vt seruus, illuditur vt stultus, conspuitur vt infaustus, flagellatur vt fur, occiditur vt maleficus. Hæc omnia nos commuerimus; sed nobis saluis, imago nostra suspenditur. Christus enim etsi verus homo, tamen non verus peccator, sed imago illius fuit. *Deus Filiū suum mittens in similitudinē carnis peccati,* id est, homini peccatori similem, & *inter iniquos deputatum, de peccato damnauit peccatum in carne:* per illam similitudinem peccati crucifixam liberauit à peccato, & à pœna eius hominem peccatorem. Hęc nos ad Christi amorem mirabiliter cōmouere, hæc ad peccati detestationem, ad quod redimendū tot & tanta sustinuit, vehemēter excitare debēt. Si amicus aliquis tuus, te pro meritis ad supplicium quæsitō, tuas vestes indueret, seipsum pro te capi, damnaui, & in crucem agi sineret (quale quid de Damone, & Pythia narratur, & de Alexandro martyre, qui ad Antoninam virginem Christianam ad lupanar condemnatam ingrediēs, vestes suas illi dedit, vt illis induta, liberè exiret: quod cum factum esset, remansit ille in lupanari virginis loco, & martyrij palmam pariter cum virgine postea obrinuit, scribit Simeon Metaphrastes) tu verò vicem eius non doleres; sed contrā, post illū vociferareris, imò ipsos carnifices in eum cōcitares, quin & temetipsum carnificē præberes, nonne mille mortibus dignus esses? At hoc facit omnis Christianus, quoties mortale peccatum committit. *Crucifigit enim sibimetipsi Filium Dei, & ostētui habet,* ait Paulus: *Quomodo crucifigit, quomodo ostētui habet, & (vt alio in loco dicit) Filium Dei conculcat, & sanguinem testamenti in cruce effusum, pollutum ducit, in quo sanctificatus est,* nisi quia perinde peccat, ac si frustra Christus mortuus esset, & totum passionis eius fructum, quātum in se est, euacuat, & totam Christi pro se crucifixionem, totam passionem, mortem, sanguinē effusum nihili ducit, despicit, cōtemnit, conculcat, ostētui habet? Etsi enim formaliter &
- expref

expresse hoc non facit, tacite tamen, & virtute, & consequenter hoc facit. Et si tantum nefas non intendit facere, tamen facto committit. Hoc Pauli verba dicere volunt, quæ certe cor veri Christiani plurimum mouere debent. Bonus Tobias iunior à Raphaële Angelo ad domum paternam sanus ac saluus, rebus omnibus ex animi sententia confectis, quum reductus esset, sic ad patrem loquitur: *Pater, quam mercedē dabimus ei? aut quid dignū poterit esse beneficijs eius? Me duxit & reduxit sanum. Pecuniam à Gabelo ipse recepit. Vxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse compefcuit. Gaudium parentibus eius fecit. Me ipsum à deuoratione piscis eripuit. Te quoque videre fecit lumen cali; & bonis omnibus per ipsum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare? Sed peto à te pater mi, vt roges eum, si fortè dignabitur medietatem de omnibus, quæ allata sunt, sibi assumere.* Sequamur vt minimum hoc gratitudinis exemplū. Plura nobis & maiora bona contulit Christus, quàm ille Raphaël Tobia. Maiori fidei lumine illustrati sumus nos Christiani, quàm ille fuit Tobias.

Exemplū.

Tob. 13.

Ioan. 1.

Christus pro nostra salute & homo factus est, & homo pauper esse voluit, & prædicandi laborem suscepit, & transit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, & traditus est Gentibus, & illusus, & flagellatus, & cõspus, & corona spinea indutus, & cum latronibus crucifixus, & occisus fuit. Tulit chirographum quod contra nos erat, & affixit illud cruci: soluit inimicitias in carne sua: eripuit nos de potestate tenebrarum: vocauit nos in admirabile lumen suum: dedit nobis potestatem filios Dei fieri. Denique omnibus bonis per eum repleti sumus.

Act. 2.

Luce 13. &amp; 17.

Coloss. 2.

Ephes. 2.

1. Petri 2.

Ioan. 1.

Rom. 5.

Psal. 115.

*Quis enim filium suum nobis donauit, quomodo non cum eo omnia donauit? Quid ergo retribuemus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Rogemus eum, si fortè dignabitur medietatem vitæ nostræ in eius obsequium accipere postquam totum ei dare, mundo penitus relicto & abdicato, plerique non possumus. Non enim omnes capiunt verbum hoc.* Et qui totum se Deo dare profitentur, aliquid tamen suis necessitatibus & infirmitatibus reseruant: vtinam non nisi dimidium vitæ suæ. Sed & totum Deo dat, qui Dei mandata seruat omnia, & ad Dei gloriam omnes suas actiones dirigit.

Matth. 19.

3. Ipse

3. *Ipse verò multo magis clamabat: Fili David, misere-  
rere mei.*Tentationi nõ  
cedendum.

**L**ocus moralis de impedimentis orationis, aut cuiusvis boni operis fortiter repellendis, nec cedere tentationi. Cæcus iste: fortis in fide, quo magis alij eum increpabant vt taceret, vel hominem contemnentes, vel eius bono invidentes, eo magis post Christum clamabat. Qui fortes in fide sunt nec propter hominum irrisiones, quibus deuotæ personæ sæpiùs afficiuntur; nec propter dæmonum infestationes, qui in bono opere occupatos, multis & miris modis diuexant; nec propter aliquas vitæ difficultates & infortunia, vel ab orando, vel ab alio quouis bono opere, bona intentione suscepto, desistunt. Paruus certè ignis, vt qui in lucerna est, minimo quoque flatu extinguitur. Magnus autem ignis, quo magis insufflatur eo magis accrescit, & contrariis augetur. Sic parua charitas, debilis intentio, circa opus bonum minimo quoque impedimento extinguitur, aut certè deficit & refrigerat. Magna verò charitas & feruens, ex contrariis recipit augmentũ, & quo magis exagitur, eo feruescit & incalescit magis. Dauid à Michol derisus & reprehensus, quòd coram Domino discoopertus saltasset, quia ex feruido Dei amore id fecerat, nihil animum remisit, sed respondit: *Ludam: & vilior siam plus quàm factus sum, & ero humilis in oculis meis.* Quum in prima conuersione sua Paulus Damasci Christum prædicaret, multique hanc eius mutationem stupefacti mirarentur, & impedire conarentur; ille multo magis conualecebat, & confundebat Iudaos qui habitabant Damasci. Non destitit Abraham à sacrificio quod offerebat, etsi videbat aues descendentes vt eũ impedirent, sed eas diligenter abigebat, & in suo sancto opere perseuerabat, donec sol occumberet. Non est à bono opere desistendum, quàm diu vires suppetunt id perficiendi, quantæcunque aues descendat, quantæcunque per hominum malitiam aut fraudem difficultates obijciantur. Contra huiusmodi impedimenta, dicendum cum Dauide: *In Domino cõfido: quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer?* id est, desere sanctum propositum & institutum tuum, in quo iam diu velut in nido habitasti, & auola per montes, discurrendo & vagando per incerta. Hæc est enim vox clamantium in via, & increpantium eos qui bonum opus aggrediuntur: quorum econtrà vox esse debet: *In Domino confida: quomodo tam vana mihi loquimini?*

Simile.

Exempla.

1.

2. Reg. 6.

2.

Act. 9.

3.

Gen. 15.

Allegoria.

Psal. 10.

loquimini? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro, id est, clanculum, & indirectè, & per media obliqua, rectos corde, & qui bona opera intendunt. Sed in huiusmodi remoris & obstaculis iniectis, tu contrà audentior ito. Canis pecuarius, siluis assuefactus, vbi nec luporum ululatus, nec leonum rugitus, nec siluestrium animalium clamoribus deterretur, quum in urbem venit, exeuntque illi obuiam catuli latrantes, securus & tranquillus in via procedit, ipsique catuli allatrando fatigantur. Idem facit canis generosus, etiam in vrbe, & summa pace nutritus. Sic qui vel appetitibus suis refrenandis assuevit, vel alioqui forti & generoso pectore est, magna in Deum fide, ingenti charitate præditus, omnes obiectas difficultates, tanquam latratus catulorum despiciet, & in bono opere, quod aggressus est, fortiter progredietur.

Non est semper expectandum vt in bono opere perficiendo, faciles perpetuò & secundos progressus inuenias. Filijs Israël profectis in desertum, iuxta sermonem Domini, sæpè defecit aqua, multi obiecti hostes, multa occurrerunt aduersa. Vndecim tribus ex Dei mandato suscipiunt bellum aduersus Benjamin, & duobus tamen prælijs maximam cladem acceperunt; sed tertio prælio eos penitus debellarunt. Tales igitur difficultates etiam ex Dei voluntate interdum obijciuntur, ad maiorem suorum fidem & fortitudinē comprobendam. Sed plerunque diaboli fraudi, & ministrorum eius malis artibus hoc fit. Ille enim est coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, vt cadat ascensor eius retrò. Quemadmodum enim venator, qui feram spontè in retia incurrentem tacitus obseruat, neque vlla vitur vociferatione; si verò diuersam abire videt, sese illi in via opponit, cogitque terroribus & minis in laqueos redire: sic diabolus, quos sponte videt aut perire aut otiosè & ignauè vitam ducere, non molestat; illos verò qui salutem suam diligenter procurant, aut opus aliquod virtutis egregium ac laudabile conantur, omnibus modis infestat vt à proposito deterreat, & ad laqueos ipsius, peccatum & ignauiam, redeant. Sed boni fideles, qui diaboli cogitationes norunt (vt Paulus loquitur) & eius studia perspecta habent, nihilo secius in bono opere pergunt.

Audiens David Goliath blasphemasse populum Dei, & tractans apud seipsum de illo expugnando, ideòque dicens,

*Pars Hyemalis.*

Z

*Quid*

*Simile.*

*Phil. Diez in hac Dominica.*

*Virtus habet impedimenta.*

*Exempla.*

*Exodi 17.*

*Typus.*

*Iudic. 11.*

*Gen. 29.*

*Similia.*

*Stella in Luc.*

*cap. 18.*

*Perseuerandum in bono.*

*Exempla.*

2. Reg. 17.

Quid dabitur viro qui percussit Philistæum hunc? Quis est enim hic Philistæus incircuncisus, qui exprobrauit acies Dei viventis? à fratre suo maiore natu Eliab, grauitè increpatur. Ait enim illi: *Quare venisti, & quare dereliquisti paruulas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui, quia ut videres prælium, descendisti.* Vides quàm acerba increpatio, quàm acre impedimentum obijcitur; vides qualis coluber in via, qualis cerastes, id est, cornutus vel cornupeta serpens in semita. At Dauid mitissimè respondens, dixit: *Quid feci? Nunquid non verbum est?* id est, nonne quod interrogo, est res publicè proclamata, & omnibus proposita? *Et declinauit paululum ab eo ad alium, dixitque eundem sermonem.* Perseuerat in sua bona intentione: obiectam tentationem diuertit: moxque ad Regem perductus, Goliath gloriosè interficit, & immortalè laudem apud Deum & homines consequutus est. *Quum* est Babylone reuersi filij Israël, templum Domini reedificare cœperunt, populus terræ, qui infidelis & alienigena erat, cœpit eos omnibus modis impedire. Sed illi *una manu facientes opus, altera gladium tenentes*, id est, in animo fortitudinem, in opere perseuerantiam habentes, sancto operi vsq; ad finem insistebant. Iacob, postquam cum Angelo Dei luctatus est, & Deum vidit, & vocatus est Israël, *cœpit uno pede claudicare.* Qui semel aliquid opus heroicum Deo insigniter gratum aggrediuntur, quasi videntes, & familiares Deo, statim mundo claudicant, displicent, stulti & insani videntur.

Gen. 32.

Allegoria.

Fides persecutione roboratur.

Præterea cæcus iste, propter aliorum increpationem magis post Christum clamans, ostendit naturam & proprietatem fidei persecutionis tempore. Nam & ad fidem eius exercendam, Christus ad primum clamorem, quem ignorare non potuit, non substitit; & discretè Christus fidei suæ hoc beneficium collatum fuisse profitetur, dicens: *Respice, Fides tua te saluum fecit.* Talis nempe est natura fidei, vt, quanto magis increpatur, & tacere iubetur, tanto clariùs eloquatur, altius clamet, & sese per confessionem audaciùs exerat. *Virtus fidei* (ait Chrysostomus) *in periculis securata est, & in securitate periclitatur.* *Quid enim aliud sic vigorem fidei in hominibus laxat, ac longa tranquillitas?* Hæc ille. Sic & D. Cyprianus: *Traditam nobis diuinitus disciplinam pax longa corruerat; iacentè fidem, & penè dixerim dormierim, censura cœlestis* (id est, persecutio) *erexit.* In quam etiam sententiam sic scribit D. Hilarius: *Proprium hoc ecclesia est* (hoc est, fidelibus

Homil. 26. in  
Matth. operis  
Imperf.  
Ser. de lapsis.

De Tribus. lib. 7.

fidelibus in Ecclesia) *vt tum vincat, cum leditur; tum intel- ligat quum arguitur; tum obtineat, cum deseritur.* Sic quædam herbar, vt gramen ipsum campestre, camomelum, raphanus, & quædam aliæ, quo magis calcantur & præmuntur, eo magis crescunt, & vberius proueniunt. Sed & hac de causa vineæ in Scripturis frequenter comparatur Ecclesia, vel anima fidelis. Vnde D. Ambrosius: *Vt vinea, dum ligatur, erigitur; & recisa, non minuitur, sed augetur: ita sancta plebs dum ligatur, erigitur; dum humiliatur, attollitur; dum reciditur, coronatur.* Nempe fides est illud granum, quod, *quum cadens in terram mortuum fuerit, multum fructum affert.* Quare vt per omnes ætates, quo grauior & acerbior persecutio fuit, eo vberior & illustrior Martyrum seges extitit, fidelsque ipsa fortius enituit: sic hodie in afflictissima Anglia nobilissima fidei exempla exiterunt; & post triginta annorum dominantem illie hæresim, post leges sanguinarias, post tyrannidem acerbissimam, quæ vel minima Catholicæ fidei testimonia (vt crucem gestare, vel precularum rosario vti) tanquam læsæ Maiestatis crimen plectit; suos tamen habet illa insula maximo numero domi forisque Catholicæ fidei assertores.

Simile.

Lib. 2. in Luc.

Ioan. 12.

4. *Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se.*

**L**ocus moralis de præsentis Dei auxilio, & maxima Christi Redemptoris clementia erga eos qui fortes in fide, & constantes in bono opere se præbent: *Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate:* hoc est, in vera, sincera, & forti fide. Sicut medicus diligens & benevolus nunquam longè ab infirmo recedit; quinimo prope illum cubat, comedit, & versatur nocte dieque; sic Deus inuocantibus eum prope est. Quod expertus Moyse, cecinit: *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster.* Hanc suam perpetuam præsentiam in forma tabernaculi, quò ad orationem confugere populus debuit, Deus expressit, quum iuberet *Propitiatorium fieri iuxta Arcam testamenti, in qua legis tabule seruabantur.* Ideo enim hoc factum est, vt haberent legis transgressores paratum propitiationis remedium. Diuus Stephanus, quum contra obstinatissimam Iudæorum pertinaciam, in Christi Iesu confessione fortis peristeret: *Vidit apertos caelos, & Iesum stantem (ad auxilium eius) à dextris virtutis*

Constantes Deus adiuvat, Psal. 144.

Simile.

Deut. 4.

Exodi 25. Typus.

Exemplum.

Act. 7.

*Dei.* Nempe sic Deus ad auxilium gratiæ semper præsto est, ut ad benefaciendum promptior sit, quàm nos ad accipiendum. Quemadmodum enim in naturalibus forma magis appetit materiam, quàm materia formam; quia illa necessitate naturali, hæc bonitate naturali appetit: sic Dei amor erga nos est fortior, qui ex bonitate nascitur; quàm noster erga eum, qui ex necessitate oritur. Nos enim ad Deum accurrimus, quia cogit necessitas: Deus nostri miseretur, quia impellit bonitas. Acrior autem est virtutis impetus, quàm necessitatis. Quare sicut naucleri solent in cælum aspicere, interdum in solem, noctu in Arcton, vel aliud semper apprensens astrum, ac per hoc rectam in pelago viam commentari: sic in omni difficultate ac necessitate ad Deum mens eleuanda; quia *qui habitat in adiutorio Alissimi, id est, qui eum posuit spem suam, in protectione Dei æli commorabitur. Dicit Domino, susceptor meus es tu, & quæ sequuntur.* Vide plura de hac materia in Dominica 4. post Epiphaniam.

5. *Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt videam.*

Peccatorum  
cæcitas.

**L**ocus moralis de omnium peccatorum cæcitate humiliter agnoscenda. Nam & hic cæcus viam sedens, peccatores omnes in huius vitæ cursu significat; & Christus eum rogat quid velit, non desiderium cæci ignorans, sed ad cæcitatibus agnitionem, & desiderij sui humilem manifestationem inuitans. Omnis peccans est ignorans, vt decernunt Philosophi; non quia ex ignorantia omnes peccant, sed quia ex peccato omnes fiunt ignorantes & cæci. Vnde Propheta: *Ambulabunt cæci, quia Domino peccauerunt.* Prima peccati pœna, est cæcitas mentis, & primum quod operatur circa peccatorem diabolus, est mentem obcæcare. Qui enim perpetrato peccato quietus est, & dicit, *Peccavi, & quid mihi accidit triste?* ideo quietus est, quia cæcus est, & non videt quod animam mortuam in corpore sano circumfert: non videt quem offenderit, nec magis mouetur, quàm si contra deum aliquem ligneum aut marmoreum peccasset. *Si quis furtum faciens (ait S. Augustinus) statim oculum perdidisset, omnes dicerent Deum præsentem vindicasse. Oculum cordis amisit, & ei peperciisse putatur Deus?* Hæc ille. Fratres Ioseph, postquam eum in cisternam posuissent, animo eum illic relinquendi, *sederunt vt comederent panem: nihil compuncti, ad solitas mensas accumbunt.* Esau, accepto pane & lentis edulio, comedit,

Sophon. 1.

Ecl. 5.

Enar. in Psal.

Exemplum.

Gen. 25 & 37.



medit, paruipendens quòd primogenita vendidisset. Quòd si quanto in periculo anima versatur, perpetrato mortali peccato, cerneret peccator, ne vno quidem momento à misericordia Dei imploranda cessaret. Sed vt Sampson non potuit ad molam adduci, nisi priùs oculis illi erutis; sic diabolus ad pistrinum & seruitutem peccati miseris peccatores nunquã adduceret, nisi priùs mentis oculos illis eruisset. Non sufficerent vlli cõpedes ad retinendum accipitrem in pertica cui alligatur, nisi capitio quodã caput obuolueretur; sed videns se illic alligari, omni modo, etiam cum periculo sese lacerandi, auolare conaretur. Nulli voluptatum compedes hominẽ in peccato retinerent, si quanto in periculo per peccatum versetur, perspicuè videret, quin quocunq; malo suo ad pœnitentiam conuolaret: sed diabolus cæca cupiditate, & falsis consilijs, ita peccatorẽ excæcauit, vt quietissimè cum suis compedibus ligatus stet, nec se vllò prorsus in periculo constitutum putet. Malis quippe & corruptis cogitationibus ac desiderijs sic mentem peccatoris occupatam tenet (sic enim *ab eo captiui tenentur ad voluntatem eius*) vt aliud præterea nihil videre queat. Aquila, vt ceruum occidat, dicitur in arenam se cõferre, in eaque se ita obuoluerẽ, vt alas puluere onustas repleat, moxquẽ super cerui caput volitans, illudque tenacissimis vnguibus apprehendens, collectum illum puluerem altu quodam super cerui oculos ita affatim congerit, vt eum excæcet; excæcatum verò & nescientem quò vadit, facillè deiiciat, mactet, comedat. Sic omnino diabolus cogitationũ vel carnalium, vel odij, inuidiæ, superbiæ puluerem ad nubem potiùs ita cordi immittit, vt penitus quo ad cœlestia & sana desideria hominem excæcet, & excæcatum captiuẽ ad suam voluntatem. Nonne prorsus eos excæcat, quibus virtutem, vt rem horridam, difficilem, ingratham, rem futilem, vanam, & ad nihil vtilem proponit; res verò maximè caducas, tanquam perpetuò duraturas; res vilissimas, tanquam pretiosissimas; res pestilentes, tanquam vtilis & fructuosas menti exhibet, vt diuitias, honores, voluptates: sicuti pictores rem vnamquamque pro suo arbitratu, non iuxta proprias naturas depingunt? Sic filijs Israël in deserto ollas tantum & carnes Ægyptiacas in memoriã reuocauit; seruitutẽ acerbissimam tacuit: vt eos Deo rebelles, & reuertendi in Ægyptum cupidos redderet. Ita semper si quid in peccato dulce est, vt cumque modicũ & momentaneũ, mirabiliter amplificat; sed infinitos dolores peccatum consequentes improbus tacet.

*Simile.*

Diabolus excæcat fallacijs suis.

*2. Tim. 2.**Simile.*

Petrus Berchorius lib. 7. cap. 3. Reductio moralis.

*Simile.**Exemplum.*  
*Exod. 16.*

*Similia.*

1.

2.

3.

*Ioan. 1.**Coleff. 1.**Ephes. 6.**Rom. 13.*

Creaturarum

amor excæcat.

*Ephes. 4.**Sap. 14.**Psal. 13.*

Sicut cæcus amor deformem prorsus ut foetiosissimam oculis repræsentat; sic diabolus res turpissimas, ut longè elegantissimas, animis suorum offert. Nempe sicut venator insequens feram, non illam manibus prehendere, sed vel in retia trahere, vel sagittis eminus configere conatur; sic diabolus, callidus animarum venator, aut crassa facinora non proponit, non adulterium, non homicidium, non rapinam; sed horum omnium principia, ut concupiscentiam, odium, auaritiam seu cupiditatem, quibus, veluti à longè, cor lethaliter ferit; aut, si maxima flagitia persuadet, solam in illos voluptatem, quasi escam ostendit, nec Dei offensio- nem, nec proximi iniuriam, nec proprii honoris maculam, aut conscientie labem vlllo modo attingit. & veluti improbi mercatores mercium, si qua est, bonitatem mirifice amplificant, vitia & defectus tacent; sic ille peccatores fallit & excæcat. Hinc fit ut omnis peccator ignorans peccet, & cæcus sit. Hanc ob causam Christus venit ut lux qua illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum, & ut eriperet nos à potestate tenebrarum, id est, vel diaboli, qui est princeps tenebrarum harum; vel peccati, quod est opus tenebrarum.

Sed & amor creaturarum hominem excæcat, ut, relicto Sole iustitiæ, qui vocavit nos in admirabile lumen suum, seruiamus potius creaturæ, quam creatori, ambulantes in vanitate sensus nostri, & tenebris obscuratum intellectum habentes, propter cæcitatem cordis qua in nobis est. De hac cæcitaris nostræ causa dixit Sapiens: *Creatura Dei in odium facta sunt, & in tentationem animabus hominum, & in miscipulam pedibus insipientium.* Omnium ergo peccatorum oratio esse debet: *Domine, ut videam.* Sic oravit Dauid: *Illumina oculos meos, ne quando obdormiam in morte.* Ad hanc orationem, & cæcitaris suæ confessionem, hunc cæcum Christus inuitavit, dicens: *Quid tibi vis faciam? Quia* agens vniuersale determinatur ad vnum ex subiecti dispositione; hominis autem dispositio, est voluntas petentis: ideo Deus aliquid nobis daturus, prius affectum nostrum sua gratia excitat, ut sic ad dona eius recipienda, per eius præuenientem gratiam, nostramque, quæ mox operatur, liberam voluntatem, idonei & dispositi simus. Gratia enim voluntatem excitat, ut excitata voluntas, gratiæ beneficium petat. Nisi enim cum desiderio petatur, cum fructu accipi non potest. Vnde D. Augustinus, *Deus non voluntatem nostram sibi vult innotescere, quam ignorare non potest; sed exerceri vult in orationibus desiderium*

*Epist. 221.*

*desiderium nostrum, quo possimus capere quod præparat dare. Illud enim valde magnum est; sed nos ad accipiendum parvi & angusti sumus, Ideo nobis dicitur. Dilatamini & vos. Et alio in loco: Ipsa orationis intentio cor nostrum serenat & purgat, capaciùsq; efficit ad excipienda diuina munera. Non enim semper sumus parati accipere, cum inclinamur in alia, & rerum temporalium cupiditate obtenebramur. Hæc igitur vna causa est, quod Dei beneficia non nisi orando & petendo obtinemus: quæ nobis ipsis utilis est, quia facit nos diuinæ gratiæ capaciores, vt alibi explicuimus. Alia causa est, vt ipsi cæcitate, ignorantiam, & paupertatem nostram, humiliter agnoscamus & confiteamur: quo fiet, vt Deum nobis placatiorem simus habituri. Ad hoc Christus cæcum excitauit, dicens: *Quid tibi vis faciam?* Sic languidum, qui viginti annos in inirmitate habuit, interrogauit, *Vis sanus fieri?* Sic Agar in deserto eiectam à facie dominæ suæ, consolatur Angelus, primùm interrogat: *Quid agis Agar?* Idem in omnibus quos sanauit, fecit in Euangelio Christus, vt in altero Promptuario ostendimus. *Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit ea, misericordiam consequetur.* Ideo Dauid in persona peccatoris needum ad confessionem excitati, inquit: *Corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientis meæ.* id est, quia insipienter tacui, & cicatrices peccatorum meorum non agnoui, addidi præteritis noua peccata, ideóque putruerunt & corruptæ sunt cicatrices peccatorum meorum, factæque propemodum incurabiles. Sic & Dominus fleuit super Ierusalem, quia non cognouit tempus visitationis suæ. Sic Deus excitauit Cain ad confessionem delicti, dicens: *Vbi est Abel frater tuus?* sed quia nec iste suum fratricidium, nec illa ciuitas suam visitationem, id est peccata sua, quæ Christi prædicatio illis reuelauit, agnoscere voluerunt, in peccatis suis perierunt. Sed contra Petrus, qui cognouit, & fleuit crimen abiuratæ veritatis, Pastor Ecclesiæ instituitur. Paulus agnoscit crimen blasphemiæ, & fit vas electionis. Magdalena, præ verecundia peccati, stat retrò secus pedes Iesu, & præ dolore lachrymatur, & præ amore lauat pedes Christi; móxque audit: *Remiesuntur tibi peccata tua.* Latro bonus in cruce dixit: *Nos quidem digna factis suscipimus, & veniam obtinuit.* Nempe, vt sapienter scripsit Cyprianus, *Primus ad indulgentiã gradus est, agnosce delictum.* In mundi quidem iudicio (quod ferè in omnibus Dei iudicio contrarium est) vbi primùm quis crimen con-*

2. Corinth. 6.  
 De serm. Domini in monte, lib. 2. cap. 7.

Oratio, humili-  
 liamur coram  
 Deo.

Ioan. 5.

Genes. 31.

Proverb. 28.

Psal. 37.

Lucæ 19.

Genes. 4.

Ioan. 21.

2. Timor. 3.

Lucæ 7.

Lucæ 23.

Lib. 1. epist. 3.

fitetur, damnatur: in Dei iudicio, vbi primùm confitetur, absoluitur. Quare David, postquam Dei misericordiam flagitasset, dicens: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam*, subiungit quasi causam cur hoc Deus facere debeat; *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper*. id est, semper me accusat, semper in memoria habeo: non post tergum reiicio. móxque confitetur: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci*. Sicut fumus precedit incendium, sic flammam fidei & charitatis precedit peccatorum confessio, vt scripsit Primasius. Docetur igitur in hoc Euāgelio peccator, clamare post Christum, in clamore persistere, cæcitatem suam conteri, lumen expetere. Dicit enim Scriptura: *Accedite ad eum, & illuminamini*. Sed accedere oportet fide, oratione, perseverantia, confessione. Sic enim *surgit qui dormit, & illuminabit eum Christus*. Bene surgit, qui sic excitatus surgit.

## EVANGELIUM DOMINICÆ I.

## QUADRAGESIMÆ.

Matth. 4.



**I**NC ductus est Iesus à Spiritu in desertū, vt tentaretur à diabolo. Et cū ieiunasset quadraginta dieb<sup>9</sup>, & quadraginta noctib<sup>9</sup>, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei: *Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiāt.* Qui respondens dixit: *Scriptum est: Non in solo pane viuit domo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Tunc assumpsit eum diabolus in sanctā ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum tēpli, & dixit ei: *Si Filius Dei es, mitte te deorsum.* Scriptum est enim, *Quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Ait illi Iesus rursus. *Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.* Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriā illorum. Et dixit illi: *Hæc omnia tibi dabo, si cadēs adoraueris me.* Tunc dixit ei Iesus, *Vadē Satana.* Scriptum est enim: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs.* Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

PERI-

## PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. *Ductus est Iesus à Spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo.* Tentationes omnibus iustis esse necessarias, non quærendas tamen.
2. *Et cum ieiunasset 40. diebus, & 40. noctibus.* De ieiunij Quadragesimalis recto ac legitimo vsu.
3. *Accedens tentator, dixit ad eum.* De tentatore diabolo, salutis nostræ hoste perpetuo.
4. *Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* De varia tentatoris diaboli astutia & calliditate.
5. *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* De perpetua & infallibili Dei providentia circa suorum necessitates.
6. *Si Filius Dei es, mitte te deorsum.* Angelis enim suis mandavit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. De fine & scopo omnium tentationum Diaboli, vt sub spe protectionis diuinæ, peccatorum periculis se obiciat homo.
7. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* De certa victoria tentationis diabolicæ.
8. *Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Contra avaritiæ & gloriæ mundanæ idolum, deque eius vanitate.
9. *Vade Satana.* De horrendis tentationibus hoc verbo fidei celesiter repellendis.
10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* De generali solutione omnium tentationum, & de amando Deo super omnia.

I. *Ductus est Iesus à Spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo.*

**L**O C V S moralis de tentationibus diaboli non quidem Tentationes necessariò ferendæ, non quærendæ. Quærendis, sed tamen necessariò ferendis. Tentatur enim hic Christus à diabolo, sed vt tentaretur, non semetipsum exposuit, verùm *ducitur à Spiritu Dei.* Non dicitur, Christus ibat in desertum, sicut circa alias Christi actiones ferè semper in Euagelio dicitur. *Ibat Iesus in civitatem Naim.* *Egressus ibat in desertum locum, ibique orabat.* *Transibat per mediam Samariam.* Adeoque de ipsa sua passione dicit ipse: *Ecce ascendimus Hierosolymam, &c. & Exiit, baiulans sibiipse crucem.* In his omnibus actiue legitur iuisse Christus. At hic passivè loquuntur tres Evangelistæ. *Ductus est à Spiritu,* ait Matth. 4. Matthæus: *Agebatur à Spiritu in desertum.* ait Luca 4. Lucas, *Spiritus expulit eum in desertum,* ait Marci 1. Marcus. Docet ergo hic locus, non esse quærendas & captandas à nobis tentationes. Homil. 13. in Matth. *Ideo oramus, ne intremus in tentationem, quia eas quærere non debemus,* ait Chrysostomus. Nam, vt ait Sapiens, *Qui amat periculum, peribit in illo: & qui tangit picem, inquinabitur ab ea.* Eccles. 5. Quare David orat. *Averte oculos meos ne videant vanitatem.* Eccles. 13. Non dicit, ne diligant, ne sequantur, sed ne videant Psal. 118. quidem. Appositè Seneca: *Quantum possumus, à lubrico recedamus* Epist. 117.

*Exemplum.*  
Plutarchum Re-  
gem apoph.

*cedamus. In sicco quoque parum firmiter stamus.* Cotys Rex Thraciæ, quum natura esset celer ad iram, & suorum castigationem, deferente ad illum hospite quodam vascula fragilia tenuiæque, sed scitè & curiosè fabrefacta, hospiti quidem munera dedit, sed vascula omnia confregit. Rogatus quare, Ne, inquit, sæuiam in eos qui fracturi erant. Tentationis ad malum, cui se obnoxium agnouit, causam & radicem præscidit.

*Exemplum.*  
Bapt. Falgosijs,  
lib. 5. cap. 1.

Augusto Cæsare ad cœnam ab Asinio Pollione inuitato, accidit, vnum ex seruis vas crystallinum frangere. Mox iubente Pollione in vinarium demergendus, & murænilis pascendis cibus futurus ducitur: sed à ducentium manibus elapsus, ad Augustum currens, eius se pedibus prouoluit, viræ salutem petens. Augustus, cognita causa, vasa omnia crystallina Asinij Pollionis educi iussa, virgula confregit, ad Pollionem dicens: Ne tibi iracundiæ & temeritatis causa sint. Discamus saltem ethnicorum exemplo tentationes peccati declinare. Vide etiam apud

*Monast. institut.*  
lib. 5. cap. 32.  
*Apophtheg-*  
*ma.*

Tentatio ne-  
cessaria.

Cassianum elegans exemplum cuiusdam eremitæ, qui missum ad se ex patria fasciculum literarum ne resignare quidem voluit, sed in ignem coniecit, dicens: *Ite cogitationes patriæ pariter concremami, nec me ulterius ad illa quæ fugi, reuocare tentetis.* Interim tamen tentationibus, Dei permissione & diaboli operatione immisissis, nemo iustus carere potest, postquam Christus eis non caruit. Imò Dei Spiritus Christum in desertum expulit, vt huic locum Patres exponunt, a Ambrosius, b Gregorius, c Euthymius, d Theophylactus. Dei prouidentia & voluntate hoc factum est, sitque quotidie, vt iusti tententur à diabolo. *Qui non est tentatus, quid scit?* ait Scriptura. Certè neq; se, neque Deum, neq; alios. Seipsum nescit, quia vires suas non probauit, & multo fortè imbecillior est, quàm sibi videtur esse. *Nam vt aurum fornax sic iustos tentatio probat.* Et (vt scribit S. Gregorius) *qui adipisci virtutes quarunt, sed labores virtutum fugiunt, (id est tentationibus carere volunt) quid aliud, quàm exhibere belli certamina in campo nesciunt, & triumphare in urbibus de bello concupiscunt?* Deum nescit, quia eius auxilio minus sibi indigere videtur. Al os nescit, quia aliorum infirmitatibus, quas ipse non est expertus, cõpati & indulgere nõ nouit. Cuius rei perelegãs exemplum refert in suis collationibus Cassianus, quod hic in cõpendium redigemus. Iuuenis quidã monach⁹, fornicationis spiritu vehemèter tētatus, quum id seni monacho conuilij gratia exposuisset, vehemētissimè à seni obiur-

a Lib. 4. in Lu-  
cam.  
b Hebr. 16. in  
Euang.  
c d In comment.  
Eccles. 34.

Sap. 3.  
Moral. 7. cap. 14  
Simile.

Collat. 2. cap. 13.  
*Exemplum.*

gatur,

gatur, & monachi nomine indign<sup>o</sup> arguitur, qui tales cogitationes vel leuissimè in animū admiserit: qua ille obiurgatione fractus penitus, & ad seculum redire meditans, in alium, Deo disponente, senem prudētiorē incidit; qui, vt iuuenem solaretur, se huiusmodi etiam stimulis agitari affirmat, & vt ad vnum atque alterum diem expectaret, obtinuit: moxque Deum rogat, vt senem illum alterum imprudentem simili malo affigi atque tentari permittat, quod vbi factum esset, senexque ille inhumanus, eodem spiritu nequam agitatus, per eremum discurrens, suum quoque morbum eidem seni prudenti (is Apollo dicebatur) aperuisset, his eum verbis senex Apollo obiurgat: Reuertere ad cellam, tandemque intellige, vel ignoratum te hactenus à diabolo, vel despectum, nec in eorum numero reputatum, quibus ille quotidie configere & colluctari ex profectibus eorū ac studiis instigatur. Et hoc te stimulo, quē nec ad vnum diem ferre quiuisti, ideo sauciatum agnosce, vt saltem in senectā discas compati infirmitatibus alienis. Moxque oratione facta, senex imprudens à graui tentatione liberatur, & vt aliorum infirmitatibus meliùs ac mitiùs condescendat, suo malo & periculo docetur. Nempe tentatio, perpetuum est iustorum exercitium, pugna videlicet militiae Christianae. Dicit Apostolus: *Qui Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt: & si Spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.* Quae verba sic exponit Augustinus: *Qui Spiritu Dei aguntur, pugnant: facta enim carnis Spiritu mortificant. Ibi concupiscit caro aduersus Spiritum, ubi est Spiritus.* Certè si caro semper concupiscit aduersus Spiritum (habeamus enim semper legem membrorum, repugnantem legi mentis nostrae) in quo talis concupiscentia repugnans non apparet (concupiscentiae autem nomine tota sensualitas, & quodlibet prauum desiderium intelligitur, non sola carnis libido) in eo caro dominatur penitus, & totus in diaboli potestate positus acquiescit. *Cum ianua domus aperta fuerit, & exit atque intrat quicumque velit, non auditur sonitus pulsantis, sed solum quū clausa fuerit: sic omnino si aditus cordis patet vitiorum affectibus, nullas eorum percipis suggestiones, nullas tentationes aduersas: non pulsant animum, non vexant, non colaphizant (vt Paulus de se conquerebatur) sed vt in suum habitaculum liberè veniunt, quia locum sibi semper paratum inueniunt. Carnis libido luxuriosum nō molestat: sed delectat. Pecuniae cupiditas auaro non est ingrata, sed incunda.*

Rom. 8.

Serm. 43. de  
verb. Dom.Gal. 5.  
Rom. 7.

Simile.

Gerar. Zutphan.  
de reformatione  
animae, cap. 8.2. Cor. 11.  
Impij tētationes  
uō sentiūt.

Vana laus superbum non turbat, sed titillat. Prouocari ad æquales haustus, ebrioso non est graue, sed delectabile. Atqui castitatis amator colaphizatio est stimulus carnis. Paucis contento molesta est cupiditatis tentatio. Humili cordi triste & durum est, coram laudari. Sobrio mors est, inter pocula bacchari. Sed & ipse diabolus, quos vno aut altero graui peccato irretitos tenet, vix in aliis tentat. Canis non domesticos, sed extraneos mordet. Auceps non tendit laqueos perdicibus quas in custodia sua in agrum defert: imò eis vititur, vt ad eorum cantum aliæ appropinquent. Sic (ait B. Gregorius) *Dæmon eos tentare negligit, quos iure perpetuo se possidere sentit imò eis vititur ad iustos aucupandos & euertendos.* Latio non ingreditur domum vbi nihil sunt nisi paleæ, sed in officinas mercatorum, aut aedes diuitum locupletissimas. Tentantur ergo potissimum iusti: & raro aut nunquam à dæmone tentari, pessimum indicium est. *Circuit quasi leo rugiens, quærens quem deuoret.* Si caterua leonum rugientium in hoc auditorium irrueret, quantus hic terror, quantus tumultus fieret! At caterua dæmonum & hæc, & vbiunque fideles ac boni Christiani sunt, perpetuo grassatur, quærens quem deuoret.

Neque enim tentationis eius aut finis aut modus est. Tentat nos literis, ingenio, nobilitate, vestibus, statu, rerum copia, vniuersis Dei donis, nostrisque peccatis. Nam vt Dei Spiritus omnia ad eius gloriam conuertit, vt in omnibus honorificetur Deus; & electis Dei omnia cooperantur in bonum, etiam ipsa peccata per penitentiam sanata: sic è diuerso malignus spiritus ex omnibus tentandi materiam accipit, etiam ex ipsis virtutibus, quibus superbia maximè insidiatur. Draco in Apocalypsi, videns se nec matrem, nec filium deuorare potuisse, nec mulierem, nec masculum quem peperit, iratus abiit facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei.

Cum nec Christum, caput Ecclesiæ, in deserto, (sicut hoc Euangelium refert) nec totum Ecclesiæ corpus, quæ per mulierem significatur, diabolus tentando perdere potuit, ad singulos Ecclesiæ filios, eosque meliores, tentandos & affligendos se conuertit. Sicut enim qui cum altero digladiatur, animaduertens se eum in capite ferire non posse, in corpus eius reliquum ictus infligit, vt vel manum vel tibiam vulneret: sic diabolus, quia contra Christum non præualuit, membra eius, singulos fideles, aggreditur.

Sed

*Similia.*1.  
2.*Moral. lib. 4.  
cap. 24.*

3.

*1. Pet. 5.  
Simile.**1. Pet. 4.  
Rom. 8.**Apocal. 12.**Simile.*



Sed & quemadmodum. Christum statim à baptisinate ten- Cōuersio tēta-  
 raut; sic contra eius membra tunc maximè sēuit, quum vel tionib. plena.  
 emendationis, vel sanctioris instituti propositum animo agi- Typus.  
 tatur. Pharaō tunc maximè filios Israel duplicato labore op-  
 pressit, quando ex Ægypto commigrandi consiliū ceperunt. Nascentem virtutis sobolem interficere studet, vt Herodes  
 Christum paruulum. Sed & necesse est, vt qui nouam virtutem aggreditur, vetustatis pugnam sentiat: & mori pristinis  
 vitiis prauæque consuetudini absque dolore non potes. Noua ædificia, & humorem adhuc suum, ac teneritudinem reti-  
 nentia, minimo negotio diruuntur. Planta adhuc recens & Similia.  
 nouella, leui impulsu è terra excutitur. Lucerna recens ex-  
 tincta, leui flatu reaccenditur. Quare vt semper, totaq; vi-  
 ta; ita tunc maximè diaboli tentationes cauendæ & obser-  
 uandæ sunt, quando vitæ emendatio instituitur, aut ad sincere-  
 riorem Dei cultum obseruantia Ecclesiastica ) vt hoc Qua-  
 dragesimæ tempore) nos vocat, propter quam fortè causam,  
 hoc de tentationibus Christi Euangelium Mater Ecclesia in Ecclesi. 2.  
 ipso Quadragesimæ exordio legendum, & pro concione  
 explicandum proposuit. iuxta illud Scripturæ: *Fili, accedens ad  
 seruitutem Dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad ten-  
 tationes.* Tunc enim vel maximè rerum suarum satagit satanas,  
 tum ne veterem prædam animo deuoratam, quasi que  
 ex faucibus ereptam, perdat; tum ex innata illi contra pro-  
 fectus nostros inuidia.

2. Et cùm ieiunasset 40. diebus, & 40. noctibus.

**L**ocus moralis de ieiunij, & nominatim Quadragesima- Ieiunium Qua-  
 lis, vel necessitate, vel recto ac legitimo vsu, vel etiam dragesimalc.  
 fructu. Hunc locum contra hæreticos in altero Promptuario  
 magna ex parte tractauimus. Hic tamè pauca magis ad mo-  
 res propria adijciemus. Atque ibi quidem de causis instituti  
 ieiunij. Quadragesimalis, de ratione præcepti eius, de fructu  
 quadruplici disputauimus. Hoc nunc loco de recto ac legiti-  
 mo ieiunandi modo quædam proferemus, & de vtilitate ac  
 fructu aliqua addemus. Est ieiunium multiplex: gulosi, auari, Ieiunium mul-  
 Manicheum Pharisaicum, Philosophicum, Ecclesiasticū, per- tiplex.  
 fectum seu generale. Gulosi ieiunium est, quod gula vel præ-  
 cessit vel sequuta est. Ac ne præcedat gula ieiunij, iam mul-  
 tas causas attulimus in Dominica Quinquagesimæ, quibus  
 adde ex Chrysofomo & Basilio. *Quamprimum mens vinolen-* 1. Gulosi iei-  
*tia obruta fuerit (ait Chrysofomus) statim & in ipso initio viti-* nium.  
Hom. 1. in  
Gen.  
litas

litas qua ex ieiunio fit, repellitur. Quid enim insanius, quàm vsq; ad mediam noctem meracum sorbere, sub auroram deinde vinum quasi recens ingestum, adhuc spirare? Qui castam & ingenuam sponsam ducturi sunt, thalamis vndiq; tapetibus ornatis, domoq; tota purgata, & ingressu omnibus inhonestis ancillis interdicto, in cubiculum illam introducunt. Sic omnino purificata prius mente, valeq; delicijs & voracitati dicto, ieiuniū, pudicitia matrem, omniumq; virtutum magistrā, expansis & obuiis vlnis suscipite. Hæc ille. Nec aliter D. Basilius: Saceretas, inquit, lascivia initium est. Protinus enim vnā cum delicijs, ebrietate, & conditis bellarijs, irrumpit omnis forma intemperantia. Ad temperantiam, modestiam, pietatem mores suos componere non potest (quæ veri ieiunij partes sunt) delicijs corruptus & pre-occupatus. Qui longinquam profectioem adornant, componunt sarcinas, commentum parant. At gulosus ante ieiunium hostem permittit omnia animi munimenta preoccupare. Sicut enim fumus abigit apes, ita dona spiritualia fugat luxus. Hæc ille cōtra gulam ante ieiunium, id est, contra eos qui ieiunaturi, prius se ingurgitant. Sed nec minùs cauendum est ne ieiunium gula sequatur; ne in diebus ieiunij, post inediam longam fastidiosa succedat saturitas. Monet hoc diligenter Augustinus: Nihil prodest tota die lōgū duxisse ieiunium, si postea ciborum vel suauitate vel nimietate anima obruatur, & corpori suo magis commutasse quàm subtraxisse ciborum abundantiam videatur. Illico enim mens repleta torpescit, & irrigata corporis nostri terra, spinas libidinum germinabit. Quare fructum ieiunij talis ieiunator statim amittit. Auari ieiunium reprobant & Scriptura sacra, & doctrina Ecclesiastica, quia eleemosynam ei semper adiungit. Auari quippe ieiunium est, in quo id agitur, vt sumptibus parcat, non vt vel Deus colatur, vel anima vegetetur, vel proximus iuuetur. Sed Esaias ieiunium Deo gratum describens, ait: Frange esurienti panem tuum & egenos vagosq; induc in domum tuā. Sic Saluator noster, quum ieiunium Pharisæicum reprobasset, addit: The saurizate vobis thesauros in calo, vbi neq; arugo, neq; tinea demolitur, &c. Ecclesiasticam hac in parte doctrinam sic tradit S. Leo: Ieiuniū sine eleemosyna non tam purgatio anime quàm carnis afflictio est, magisq; ad auaritiam quàm ad cōtinētiā referendum est, quando aliquis sic à cibo abstinet, vt etiam à pietate abstinat. Idem docet antiquissimus Ignatius: Quartā & sextam feriam ieiunantes, superflua pauperibus erogate. Nempe, vt aliā in Dominica ostendimus, duas alas habet oratio, quibus in cælum

Hom. 1. de  
laud. ieiun.

Serm. 56. de  
temp.

2. Auari ieiunium.

Esaiæ 58.

Matth. 6.

Serm. 4. de ieiunio  
10. mensis.

Epist. ad Phil. 4. 22.

cælum volet, Ieiunium & eleemofynam: quorum illud puriorem; hæc leuiorem & expeditiorē eam facit, Deoque gratiorem. Manichæum ieiunium, quod ita à certis cibis abstinuit, vt cibos immundos doceret, studiosissimè semper exercrata est, & damnauit Ecclesia Catholica, vt in altero Promptuario ostendimus, contra hæreticos, qui furorem Manichæum ieiuniis Catholicorum, ipsi magis furiosi, impingunt. Pharisaicum ieiunium reprobatur Saluator, eorum qui *tristes* ieiunant, & exterminant facies suas, vt videantur ab hominibus ieiunantes. Nos ieiunium animo hilari & fronte læta suscipimus. Materialiter est triste, sed in modo & fine, lætum ac iucundum est. Augustinus Manichæorum ieiunia ex fine reprobatur. *Quaro, inquit, à vobis, quo sine faciat, quod non vescimini carnibus & vinum non bibitis. Finis enim si laudabilis fuerit, facta quoque laude digna erunt.* De Catilina memoria proditum est, quod frigus, sitim, famē ferre poterat. Hæc erant illi spurco sacrilegoq; etiam cum Apostolis nostris communia; sed sine discernuntur. Ille enim ista tolerabat, vt immanissimas expleret cupiditates: hi verò, vt eas premerent, & dominanti rationi seruire cogerent. Si ergo & vos parsimonia, & coercenda libidinis causa facitis, laudo & probo. Sed non ita est.

3. Manichæum  
ieiunium,  
4. Pharisaicū,  
seu hypocriti  
cum ieiuniū.  
Lib. de morib.  
Manichæorum,  
cap. 13.

Hæc ille. Sic Pharisæorum ieiuniū reprobatur ex fine, quia laudis humanæ gratia id faciunt; & ideo hypocriticum est, non verum. Alioqui ieiunium ex se & triste est, & triste esse debet. Pœna enim est, & per modum pœnæ tolerari oportet. Sed aptè distinguit Augustinus: *Nemo quod tolerat amat, licet tolerare propter Deum amet. Tolerare tristitia iubet Domine, non amare.* Vt ergo Pharisaicum ieiunium vitetur, *Dies ieiunij* (vt monet S. Basilius) *tanquam veteres nutricios* (ad pietatem scilicet) *hilaris ac alacres excipere debemus: nec ventris inedia m lugere, sed menti gratulari spiritualibus deliciis repleta.* Causam quoque in primis idoneam affert Augustinus: *Illi, inquit, longum sit ieiunij tempus & fastidiosum, qui nec orat de culpa, nec sperat de venia.* Debet ergo remedij, quod secum adfert, vel necessitas vel opportunitas iucundum reddere ieiunium. Sed & valet in ieiunio, quod in omnibus aliis virtutum operibus locū habet: *Fides libenter accipit quicquid arduū videtur incrementis.* quod de ieiunio hoc Quadragesimali scripsit Augustinus. De philosophico ieiunio, & gentiū sapiētibus vsitato, qui propter inuicem quandā & modestiam, magnas & frequētes abstinentias faciebant, dicentes: *Virtus est placitis abstinuisse bonis:*

Confess. lib. 10.  
cap. 28.

Hom. 1. de laud.  
ieiunij.

Serm. 56. de tēp.

Serm. 68. de tēp.

5. Philosophi-  
cū ieiunium.  
Lib. 2.

*bonis*: vide multa apud diuum Hieronymum contra Iouinianum.

Tale est hæreticorum hodie ieiunium, qui politicè, non religiosè ieiunare volūt: & Persarum institutum, Lacedæmoniorum & Ægyptiorum sacerdotum sequi malunt, vt ea Xenophon, Theophrastus, & Cheræmon Stoicus descripserunt, quàm Catholicæ Ecclesiæ, & sanctorum Patrum. Tunc (inquiunt) ieiunabimus, quando id cæni edomandæ expedire videbimus, quocunque id die accidat, quibus non minùs sapienter quàm facete respondit Thomas Morus: *Hoc sita est, nec coniugatos vnquam facile ieiunatuos, qui aliud & facilius remedium in promptu habent; nec virgines ieiunare ausuras, ne impudici iuuenes aduertant à carnis illecebris eas titillari: denique hoc nihil aliud esse, quàm vt suam quisq; libidinem prodat.*

Hoc est hæreticorum hodie politicum ieiunium & Philosophicum. Attamen Anglocaluinistarum hodie Politicum quidem, sed minimè Philosophicum, & adhuc minùs religiosum ieiunium est, publico edicto præscriptum, vt feriis etiam quartis, præter sextam feriam & Sabbatum, piscibus vescantur omnes, ne piscium & nauigationis vsus pereat, aut detrimenti aliquid accipiat. Superest duplex ieiunium, quorum vnum præcipit & indicit Ecclesia; ad alterum hortatur & manuducit. Per Ecclesiasticum enim ieiunium ad perfectum deuenitur, sine quo prioris fructus aut nullus, aut exiguus admodum est: quo sensu dixit sanctus Hieronymus: *Ieiunium perfecta virtus est, sed caterarum virtutum fundamentum.* Ecclesiasticum ieiunium in tribus consistit. In delectu ciborum, in vnica refectione diurna, & in eius refectionis hora. Ad primum quod attinet, à carnibus & vino antiquissima Ecclesia toto Quadragesimali tempore abstinebat, vt ex Patribus tam Græcis, a Chrysostomo,

b Theodoro, c Theophilo, d Basilio; quàm Latinis, e Augustino, f Hieronymo, g Leone Magno, euidenter constat. A lactinijs quoque, vt ovis & caseo abstinnisse veteres diu ante Gregorij Magni tempora, testis locupletissimus est Epiphanius in compendiaria doctrina de fide. Vnica autem refectione omnes contentos esse oportere, eaque vsque in vesperam dilata, Basilius & Augustinus locis citatis, D. Ambrosius serm. 33. D. Chrystomus Homil. 10. in Genesin aperte testantur. Diuus quoque Bernardus suo tempore omnes etiam laicos vsque ad vesperam in Quadragesima ieiunasse scribit serm. 3. de Quadragesima. Postea ad horam nonam,

In Cyri padagogia.

In vita ius cap. 12.

Anglocaluinistarum nouum ieiunium.

Epist. ad Deme- triadem. 6. Ecclesiasticum ieiunium.

a Serm. 1. de ieiun.

b In epitome diuinorum decret. cap. ult.

c Lib. 3. Paschali.

d Homil. 1. de laud. ieiunij.

e Ser. 36. de temp.

f Lib. 2. cont. Iouin.

g Serm. 9. de Quadrages.

nonam, quam nos tertiam pomeridianam vocamus, ieiunium solui cœpit, vt D. Thomæ Aquinatis tempore factum fuisse ipse testatur in Summa sua Theologica: quod & tempore diui Epiphaniij obseruatum fuisse, ipse meminit loco citato. Processu temporis ad meridiem solui cœpit ieiunium. Ecclesia porro ita ieiunium indicit, vt à nemine plus exigat, quàm corporis valetudo ferat, vt in altero Promptuario ostensum est; &, quoad cibi quantitatem, relinquit vnumquemque in iure naturæ. Et in his ferè Ecclesiastici ieiunij præceptum consistit. Sed verò Ecclesiæ in hoc præcepto intentio, altius quid & amplius postulat; & ad ieiunium omnibus suis numeris perfectum suos adhortatur: nempe, vt ab omni prorsus peccato non secus absteineatur, quàm à cibis interdictis: vtque pietati & diuino cultui sanctius ac religiosius vnusquisque vacet.

Hanc eius sanctissimam intentionem omnes ferè Ecclesiastici scriptores attestantur sacræ Scripturæ conformem. Sic enim Deus per Prophetam loquitur: *Ecce in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis. Nolite ieiunare sicut vsque in hunc diem, vt audiat in excelsis clamor vester.* Iuxta hanc sacræ Scripturæ doctrinam ieiunare docet Ecclesia. Sic D. Basilius: *Verum ieiunium est, ab omnibus vitijs alienum esse.* Sic post eum sanctus Leo: *Non in sola abstinentia nostri stat summa ieiunij, aut fructuosè corpori esca subtrahitur, nisi mens ab iniquitate reuocetur.* In eandem sententiam sic scribit S. Augustinus: *Ieiunium magnum & generale est, abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium: vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo.* Cuius rei causam, vel certè conuenientiam, alio in loco his verbis exponit. *Illam est in Quadragesima diebus grandis utilitas, quod, dum etiam à licitis abstinemus, magis ac magis admonemur illicita vitare. Qui enim abstinemus à carnibus, quibus alijs diebus vti licet; qui abstinemus à vino, quo moderatè vti licet; qui ista vitamus, qua aliquando licent; quomodo peccata admitemus, qua omnino nunquam licent? Verè enim, vt scribit sanctus Leo, parum religiosus alijs diebus probatur, qui tempore Quadragesimali religiosior non inuenitur.* Sed huius generalis ieiunij necessitatem, & vt totus homo ieiunet, non venter tantum, elegàter ostendit S. Bernardus. *Si sola, inquit, gula peccauit, sola quoque ieiunet. Si verò peccauerunt & ce-*

7. Ieiunium perfectum.

Esaia 58.

Hom. 1. de laud. ieiun.

Serm. 4. de Quadrages. Tract. 17. in Ioan.

Serm. 64. de temp.

Serm. 3. de Quadrages.

Serm. 3. de Quadrages.

tera membra, cur non ieiunent & ipsa? Ieiunet oculus à curiosis aspectibus. Ieiunet auris à fabulis & rumoribus. Ieiunet lingua à detractione. Ieiunet manus ab operibus illicitis. Ieiunet anima à vitijs. Hoc est perfectum & generale ieiunium, quale intendit Ecclesia, & ad quale per externam abstinētiam, quasi per medium idoneum ad finem saluberrimum suos manducit. Alioqui, sicut qui fidens thoraci, quo pectus munitur, certamen aggreditur, magno se periculo exponit, nisi casside quoque, & reliqua armatura munjatur: sic à solis cibis abstinens, & reliquas virtutes non exercens. Nam, ut appositè scribit Eusebius Emislenus, *ieiunare & vigilare, & mores non corrigere, sic est, quomodo si aliquis extra vineam, aut circa vineam extirpet & colat; vineam autem ipsam de certam atque incultam relinquat, ut spinas ac tribulos germinet.* Anima quippe vinea nostra est, quam excolere debemus; corpus extra vineam est, cuius exercitatio (ait Apostolus) ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia. Hoc igitur & tale ieiunium illud est, cuius amplissimas laudes Patres decantant, cuius virtutem multis exemplis Scriptura commemorat, de cuius fructu quadruplici in altero Promptuario disseruimus. Quibus ex Ambrosio adiecit: *Castra nobis sunt nostra ieiunia, qua nos à diabolica impugnatione defendunt. Denique & stationes vocantur, quòd stantes & commorantes in eis, inimicos insidiantes repellimus. Castra planè sunt ieiunia Christianis; à quibus si quis aberrauerit, à spirituali Pharaone inuaditur, aut peccatorum solitudine deuoratur. Murus igitur quidam est Christiano ieiunium, inexpugnabilis diabolo, intransgressibilis inimico.* Hæc illè. Christus ipse tentandus (ductus est enim in desertum ut tentaretur) ieiunio prius se armavit: nò quòd ille tali armatura opus habuit, sed ut nos talem armaturam, nobis pugnaturis, necessariam esse doceret; sicut dux viæ in transitu angusto, & ignaris periculoso, sed sibi notissimo, baculo viam tentat, non quia ipse baculo indiget, sed ut alijs eum comitaturis, quomodo baculo uti debeant, ostendat. Neque verò contra inimicum diabolum ieiunium nos defendit tantum, verum etiam ad ipsum quoque diabolum expugnandum, egregiè subseruit. Nam ut nullum castrum ita est inexpugnabile, quin possit expugnari, si victualia ei subtrahendi modus aliquis reperiri queat; sic diaboli castrum, quo fortis armatus custodit atrium suum, & peccatores possidet, quodcumque illud castrum sit, & cuiuscumque peccati genus, per ieiunium vincitur; subtractis peccati fomentis, & frequē-

Simile.

Hom. 2. de  
Quadrage.  
Simile.

7. Tim. 7.

Serm. 33.

Christus cur  
ieiunauerit.  
Simile.

S. Bonauent.  
in Diat. sul.  
cap. 13.  
Simile.

cientis equi pabulo imminuto. Nec enim libidinē tantum, sed & iram, inuidiam, superbiam, ieiunium domat, vt multi sancti Patres docent, D. Basilius hom. 1. de laudibus ieiunij, Chrysoſtomus ſerm. 1. de ieiunio, S. Leo ſerm. 8. de ieiunio 10. menſis, & S. Ambroſius ſerm. 34.

3. *Accedens tentator, dixit ad eum.*

**L**ocus moralis de tentatore diabolo, ſaluti noſtræ incef- Diabolus ho-  
ſanter inſidiante. Hic enim tentator vocatur antono- ſtis noſter.  
maſticè, ſeu per excellentiam, eo quòd aſſiduè & acriter ten-  
tare homines ſoleat. Sic Apoſtolus: *Ne fortè tentet vos is qui* 1. Cor. 9.  
*tentat.* Et de eo ab initio lapſus humani prædixit Deus: *Por-*  
*nam inimicitias inter te & mulierem, & ſemen eius: Ipſa con-* Gen. 3.  
*teret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo illius.* Ecce bellum  
proclamatum ab initio orbis conditi, inter diabolum & ge-  
nus humanum. De quo bello dicitur in Apoꝑalypſi: *Vt terra* Apoc. 12.  
*& mari, quia descendit ad vos diabolus, habens iram magnam,*  
*ſciens quòd modicum tempus habet.* Hic eſt ille hoſtis capitalis  
& aduerſarius, de quo Chriſtus nos monet, dicens: *Eſto con-* Matth. 5.  
*ſentiens aduerſario tuo citò dum es in via cum eo: ne fortè tra-*  
*dat te aduerſarius iudici.* Quæ verba meritò expendi debent.  
Iubet Saluator conſentire aduerſario, quum tamen aliæ  
Scripturæ iubeant nos ei reſiſtere; vt alio loco oſtendimus.  
Sed exponit D. Hieronymus: *Quia miſi pactum cum aduerſa-* In epiſt. ad De-  
*rio tuo, dicens ei, Renuncio tibi diabole, & omnibus pompis tuis* metriadem de  
*(quæ ſunt verba noſtra omnium in Baptiſimo) ſerua fœdus* virginitate  
*quod pepigiſti, & eſto conſentiens, pactumq; cuſtodiens cum ad-* ſeruanda.  
*uerſario tuo, dum es in via huius ſeculi; ne fortè tradat te iudici,*  
*& te de ſuo aliquid uſurpaſſe conuinſcat, traderiſq; miniſtro, qui*  
*ipſe eſt & inimicus & vindex.* Hæc ille. Hic enim aduerſarius  
talis eſt, vt & tentator ſit per fallaciam, & accuſator per ma-  
litiam, & carnifex noſter ac vindex per iuſtitiam. Hic eſt qui  
in iudicio extremo cõtra impioſ, & ſectatores eius ad Deum  
clamaturus eſt, vt ſcribit S. Auguſtinus: *Æquiſſime Iudex, iu-* In ſerm. contra  
*dica quod æquum eſt. Iudica meum eſſe, qui tuus eſſe noluit. Poſt* Iudæoſ, Paga-  
*renunciationem vt quid inuaſit pannos meoſ? Quid apud eum* noſ, & Ariæ-  
*laſcinia, impudicitia, incontinentia faciebat, quibus ipſe renuncia-* noſ, tom. 6.  
*uerat? quid intemperantia, quid gula, quid auaritia, quid ira,*  
*quid ſuperbia, quid faſtuſ, quid catera mea? Hac omnia mea poſt*  
*renunciationem inuaſit. Meoſ eſſe voluit, mea concupiuit. Iudica,*  
*iudica, æquiſſime iudex; quoniam, quem tu non dedignatus eſ*

tanto pretio liberare, ipse mihi se postmodum voluit obligare. Hæc erit aduersarij huius iusta & seuera accusatio contra impios Christianos. Sic ille tradet eos iudici, vt postea per sententiam receptos, tradat in carcerem & tenebras exteriores. Nec accusabit modò hostis malignus, sed & insultabit hostis superbus, & hunc in modum ex iudicio D. Cypriani loquetur Christo in extremo iudicio: *Ego pro istis, quos mecum vides* (suos voluptuarios, superbos, auaros demonstrans) *nec alapas accepi, nec flagella sustinui, nec crucem pertuli nec sanguinem fudi, sed nec regnum illis cœleste promitto, nec ad paradysum reuoco, & tamen se mihi totos suaq; omnia consecrarunt.* Sic insultabit miseris ipse miserrimus; vt qui fuit tentator ad culpam, sit etiam tortor ad pœnam. Sic & D. Basilus accusantem & insultantem tum nobis, tum Christo ipsi, aduersarium hunc nostrum introducit: *Qui assidue nunc suis nos artificijs circumuenire, & mundialis istius vitæ illecebris inescans, omni comatu efficere studet, vt datorum nobis à Deo beneficiorum, Deiq; ipsius memoriã ex animis nostris reuellat; is, vbi hinc migrauerimus, cum animarum nostrarum exitio nobis insultans, vehementissimèq; insectans, contumeliosè Domini nostram contumeliosè exprobrabit, contumaciãque ac defectione ab ipso nostra gloriandi materia aduersus illum vtetur: quòd videlicet, quum nos ipse neque crearet, neque pro nobis mortem subierit, sibi tamen, spretis contemptisq; Dei præceptis, obsequentes habuerit. Equidem istam ego futuram aduersus Dominum gloriationem hostis insolentem, grauius longè esse statuo, quàm gehennæ supplicia.* Hæc Sanctus ille, & verus Christi amator. Sed de hoc tentatore, inimico, & aduersario nostro; de eius multiplici tentatione; de causa tam frequentis victoriæ eius; de vijs & modis quibus non caueri tantùm, sed & gloriosè repelli ac superari tantus hostis possit, in superioribus per occasionem diximus: & infrà plura dicemus in Dominica tertia Quadragesimæ.

4. *Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.*

Tentatoris  
diaboli astu-  
tia.

**L**ocus moralis de varia tentatoris diaboli astutia & calliditate. In hac enim prima Christi tentatione sub paucis verbis ad multa tentat, & quàm sit diligens ad tentandum, docet. Vana enim & eadem opera vult explorare an Filius Dei sit; & si non sit, à iustitiæ rectitudine eum prorsus, si potest, dimouere. Explorat ergo primùm per cõuersionem solo imperio

Serm. de elec-  
mosyna.

In Regulis ste-  
phani disputati  
Interrogat. 2.

Dom. 5. post  
Epiph. & Do-  
min. Sexages.



imperio faciendam: *Dic vt lapides isti panes fiant.* Iube hoc miraculum fieri. Dei enim phrasis est dicere. *Dixit Deus, Fiat lux, & facta est.* Deinde vult in peccatum gulæ pertrahere, suggerens vt per viam inordinatam famem compescat. Ideo enim non lapidem, sed *lapides* iubet in panem vertere. Ad famem præsentem reprimendam sufficiebat vnus panis ex vno lapide conuertendus. Et Elias in deserto graui fame oppressus, non accepit ab Angelo nisi vnum subcinericium panem, & vas aquæ. Deus parsimoniam, diabolus abundantiam & superfluitatem docet. Nam quamuis apud Lucam legimus, *Dic lapidi huic vt panis fiat;* tamen, iuxta phrasim Scripturæ, significat multos lapides, sicuti expressè posuit Matthæus. Sic in Genesi dicit Iacob: *En tumulus hic, & lapis quem erexi, testis erit.* Lapidem vocat aceruum lapidum, vnde tumulus hebet. Sic in Exodo: *Venit musca grauissima in domos Pharaonis & seruatorum eius.* Tamen vt tentationem suam vasser hostis occultet, panis tantum mentionem facit; non ad delicias, aut manifestè superflua virum sanctum inuitat. Sicut enim auceps, quum retia tendit, nihil nisi cibum, eumque necessarium, ostendit: sic diabolus laborat, vt eius tentatio non tentatio, sed ratio videatur. *Quare* occasionem tentandi obseruauit, famem Christi. Dicitur enim: *Et postea esurijt, & accedens tentator, dixit.* Quia esurientem Christum vidit, tentandi occasionem captat. Diabolus ex quauis re minima, ex quouis aut indicio inclinationis prauæ, aut infirmitatis signo, tentandi ansam arripit. Si te videt saturatum, luxuria tentat: si famelicum, gula te oppugnat: si laboribus oppressum, ad impatientiam sollicitat: si rebus secundis vtentem, ad superbiam vocat. Sed maxima & frequentissima tentandi occasio illi est, quum rerum secularium appetentes & esurientes nos videt. Abutitur enim necessitatibus nostris, seu veris, seu prætensis. Sicut auceps rete suum præparat brumali potissimum tempore, quando non est quod aues comedant, quæ mox cibum videntes aduolant, & cum ventriculis plenis capiuntur, & moriuntur: sic diabolus hominem vel cupiditate vel necessitate laborantem aggreditur, vt honoris, vel pecuniæ, vel voluptatis cupidum, vbi ad peccatum illexerit, & ad concupita obtinenda, ad flagitium vel scelus induxerit, iam saturatum occidat, sibi que perpetuò obnoxium reddat. Multis persuadet, propter rerum temporalium quam putant necessitatem, à Deo recedere. Quam multi hæreticis hodie reluctante conscientia cesserunt, hac

2.

3. Reg. 19.

Luca 4.

Gen. 31.

Exod. 8.

3.  
Tentatione  
occultat.4.  
Occasiones  
tentandi  
captat.5.  
Necessitati-  
bus nostris  
abutitur.  
Simile.Diaboli hodie  
tentationes.

diaboli voce decepti : Oportet vt viuas , vt vxorem ac liberos alas : non teneris propter finem hæc omnia deserere , & teipsum in extremam necessitatem conicere ? Eadem astutia mercatori mendacia & fraudes , latroni rapinas & furta , aduocato dolos malos persuasit ; quia necesse est lucrari , & habere vnde viuant. Sed oratio nostra esse debet contra has tentationes : *Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt : de necessitatibus meis erue me Domine.* Deinde diligenter à cupiditate distinguenda necessitas. Nam vt alia est vera sitis fientis , alia falsa febricitantis ; sic alia est necessitas , alia cupiditas. Necessitati pauca , cupiditati nulla satisfaciunt. Et sicut sitim esse febrilem , non naturalem , tunc euidenter cognoscitur , quando moderato potu non exstinguitur , sed quo magis bibitur , eo magis accenditur sitis : sic omnino non necessitatem , sed cupiditatem esse qua laboramus , tunc perspicue scitur , quando moderatis contenti non sumus , sed quo abundamus magis , eo plura appetimus. Diabolus autem ex vtraque tentandi causam arripit , quia modum in vtraque tenere nescimus. Deinde in hac tentatione obserua , quòd , quàm potest minimo , suos conducere diabolus vult. Ecce enim in solo pane voluit Christum perdere. Ad vnum aliquando nummum lucrandum hominem perdit. Quantulum erat colligere ligna in sabbato , propter quod lapidatus fuit inobediens legi Iudæus ? Sed ad hanc paruam inobedientiam sub necessitatis specie eum diabolus induxit , vt sic perderet. Quantulum erat Ananiæ & Sapphiræ fraudare de pretio agri quem dederant ? At in hoc paruo sic tentauit cor eorum *Satanus* ( vt Petrus dixit ) vt repentina morte extincti fuerint. Sic suavit misero Esau , vt pro lenticula olei venderet sua primogenita , & benedictione Dei atque paterna excideret. In tanta igitur tam sæui hostis ad tentandum pertinacia , ad decipiendum astutia , ad captandas occasiones diligentia , ad perdendum , etiam pro re minima , acrimonia , danda est opera , *Ne circumueniamur à Satana.* Cogitationes enim eius nō ignoramus , ait Apostolus , de zelo disciplinae Ecclesiasticæ loquens. Quia sub pietatis prætextu , & necessitatis intuitu fallere conatur , vt hîc Christum. *Si Filius Dei es* , pietatis prætextus fuit , quasi scire cupiens an ille Messias esset , vt adoraret eum : sicut Herodes simili prætextu Magis dixit ; *Vbi adoraueritis , renunciate mihi , vt ego veniens adorem eum* : quem occidere volebat. Dicens , *Vt lapides panes fiant* , necessitati consulere videbatur , quum ad gulam

*Psal. 24.*

*Simile.*

Necessitas à cupiditate quomodo distinguenda.

2.

Minimo suos conducit diabolus.

*Num. 15.*

*Exempla.*

*Actor. 5.*

*Genes. 25.*

*2. Corinthi. 3.*

*Matth. 2.*

*uit cor eorum Satanus* ( vt Petrus dixit ) vt repentina morte extincti fuerint. Sic suavit misero Esau , vt pro lenticula olei venderet sua primogenita , & benedictione Dei atque paterna excideret. In tanta igitur tam sæui hostis ad tentandum pertinacia , ad decipiendum astutia , ad captandas occasiones diligentia , ad perdendum , etiam pro re minima , acrimonia , danda est opera , *Ne circumueniamur à Satana.* Cogitationes enim eius nō ignoramus , ait Apostolus , de zelo disciplinae Ecclesiasticæ loquens. Quia sub pietatis prætextu , & necessitatis intuitu fallere conatur , vt hîc Christum. *Si Filius Dei es* , pietatis prætextus fuit , quasi scire cupiens an ille Messias esset , vt adoraret eum : sicut Herodes simili prætextu Magis dixit ; *Vbi adoraueritis , renunciate mihi , vt ego veniens adorem eum* : quem occidere volebat. Dicens , *Vt lapides panes fiant* , necessitati consulere videbatur , quum ad gulam

ad gulam & inanem gloriam reuera alliciebat, suadens vt per viam miraculi, & plus quàm necesse erat, cibum quæret. Si ita cum Christo, quanto astutius nobiscum.

§. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.*

**L**OCVS moralis, de perpetua & infallibili Dei prouidentia circa suorum necessitates. Christus enim hoc vno omnem & variam illam Satanæ tentationem sic vicit atque dissipauit, vt nec se Filium Dei esse declarer, nec esse necessarium quod diabolus suadebat, doceat: quia non ex solo pane fames compescitur & natura sustentatur, sed ex omni etiam alia quacunque re (*verbum enim hoc loco: vt alias sæpè, rem significat*) quam diuina sapientia subministrat. Deus per quadraginta annos infinitam penè multitudinem filiorum Israël in deserto absque pane hoc vulgari, aut alio cibo humano, solo Manna de cælo paut. de quo Moyles ait: *Dedit tibi cibum, Manna, quod ignorabas tu & patres tui; vt ostenderet tibi quod non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Domini.* id est, ex omni re quam Dei sapientia (quæ os Dei est) subministrat: vel, ex omni promissione quam Deus ore suo fecit. Promisit autem quod *inquirentes Dominum, non minuentur omni bono: & similia* multa. Docet ergo hic locus diuinæ se prouidentia committere, nec de illa vnquam in rebus difficillimis spem deponere, iuxta illud: *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Et Christus in Euangelio: *Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adycentur vobis.* quem locum in alia Dominica a tractare oportebit. Sed & hanc materiam b superius delibauimus. Deus in deserto *de petra eduxit aquas, & mare conuertit in aquas dulces:* illud, virga percutiens; hoc, ligno iniecto quod ostendit Moyfi Deus. Vtrumque crucis virtutem, & lignum salutis nostræ præfigurauit. Crux enim crucifixi Iesu, lapidea corda liquefecit, liquefacta conuertit. Lignum crucis Dominicæ, fide creditum & ruminatum, *conuertit praua in directa, & aspera in vias planas,* vt superius explicatum est. Nempe hominis per Christum renouari tanta debet esse fides & fortitudo, vt nec in deserto, nec in fame, nec post longum ieiunium, etiam de necessario pane extra ordinem tentatus, succumbat tamen, sed Dei se prouidentia committat: vt, quantum vete-

De fiducia in Dei prouidentiam.

Deut. 8.

Psal. 96.

Psal. 54.

Matth. 6.

a Infra Domin. 4. Quadrage. & Domin. 14. post Pentec.

b Supra Domi. 4. post Epiph. Num. 20.

Exodi 17.

Ephes. 5.

rem Adam excellat, hac ratione demonstret. Ille enim in medijs paradisi delicijs, in vno tantum vetito ligno de gula tentatus statim succubuit. Nouus Adam, & qui eius imaginem iconformantur, in horrido deserto, propter necessarium panem, ad gulam, ad inanem gloriam, ad diffidentiam tentatus, in nullo succumbet. Hoc Christus non in

Domin. 14. Post

Pent. text. 4.

Exempla.

Lib. 3. cap. 4.

Euangelio docuit, dicens: *Nolite esse solliciti de crastino*: quod suo loco explicabitur. Huius fiducia in Deum, quoad victum & alimenta necessaria: vt in antiquis Patribus religiosorum plurima leguntur exempla, maximè in vita S. Dominici: sic hodie quotidianum exemplum est Capuccinorum qui vocantur, ordo sanctissimus; qui non nisi in diem viuunt; & quicquid vesperi superest, erogant, ex Dei prouidentia quotidie victitantes; nec tamen aliquando fame pereuntes, aut alimentis necessarijs indigentes. De vetustissimis cœnobijs memoriæ proditur, quum in Sciti quatuor essent monasteria, in quibus ter mille & quingenti fratres Deo seruiret, & pro quodam senum, ex splene laborante, modicum aceti quæsitum esset, inueniri non potuit. Tanta erat apud eos paupertas; ita ex sola Dei prouidentia & benignitate victitabant. Quid, quod de Turcarum votarijs scribit Christophorus Richerius, quosdam paupertatem sequi ex voto, quibus in diem viuere satis est. Surgent isti in iudicio, & damnabunt sollicitudinem & incredulitatem nostram, qui ad primam necessitatem vellemus Deum lapides in panes conuertere; id est, quocumque tandem modo, & per quascumque difficultates, nostræ seu necessitati seu cupiditati seruire.

Frat. spirit. cap.

113.

De rebus Turcarum lib. 3.

6. *Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Angelis enim suis mandauit de te, &c.*

Contra peccati præsumptionem.

**L**O C U S moralis de fine & scopo omnium tentationum diaboli, vt sub spe protectionis diuinæ, peccatorum periculis se obiciat peccator. In omni enim tentatione dicit, *Mittete deorsum*: vt à spiritu ad carnem, à Deo ad mundi vanitates, à virtute ad vitium descendas, factus ex filio Dei Filius gehennæ. In omni occasione & periculo peccati homo mittit se deorsum, suadente diabolo, & promittere quod Deus eum seruabit, *ne offendant pedem suum*; id est, vt vel non consentiat peccato, vel non multum peccet, vel citò surgat & relinquat peccatum, vel certè quod veniam omnium in fine

sine impetrabit. Hæc enim duo simul proponit diabolus, dulce dinem culpæ, & spem seu potiùs præsumptionem veniæ. Sic in prima tentatione obrulit Eua *pomum pulchrum visu*; & addidit, *Nequaquam moriemini*. In tentatione quoque ad malum sub specie boni, vt hoc in loco (nam quia fiduciam in Deum Christus suo responso ad primam tentationem docuerat, ex eadem fiducia suadet ei præcipationem) proponit exempla diuinæ misericordiæ, vt ex eis homo præsumat. *Angelis suis mandauit de te*. Non est quod timeas. Tam multis Deus pepercit. Laroni in cruce, Magdalena, Petro, & aliis innumeris. Parcet quoque & tibi, & dabit pœnitentiæ locum. *Mitte te deorsum*. Fac periculum bonitatis diuinæ. *Qua* in re sic peccatores decipit diabolus, sicut simiã venatores. Accipiunt multos calceos seu caligas cum multis laqueis & fibulis, & calceãt se illos, ac lentissimè illos astringunt, spectante in arbore simia; quod postquã fecerint, abeunt relictis calceis, quibus abeuntibus, simia, quæ imitari solet quicquid hominem facientem videt, eosdem calceos & ipsa induit, ac lentissimè se astringit: quod cū fecerit, accurrunt venatores, & implicatam calceis, nec se citò ex calceare valentem, capiunt. Sic enim diabolus, propositis aliorum peccatis, veniam à Deo citò consecutus, hominis ad eadem prouocat, spe similis veniæ: sed quum eos implicatos tenet, nec illam pœnitentiæ gratiam habent vt se à peccatis eximant, captiuos secum abducit, in barathrum retrudendos. Qui pignus aliquod in cauponam mittit, vt vinum inde accipiat, proponit quidem pignus suum citò redimere, & inde extrahere; victus tamen dulcedine vini, & combibonum improbitate, vsque adeò bibit, vt pignus amittat: sic peccator in quolibet peccato mortali animam suam diabolo & inferno oppignerat, intendens semper à peccato suo surgere, nec nisi hac vice peccare: cæterum peccati dulcedine, & mala peccantium societate captus, toties peccata sua repetit, vt animam iam pœnitere nescientem, diabolo in æternum relinquat. Qui de misericordia Dei confidens peccat, tentat Deum: ad quod hîc diabolus Christum tentauit, vt ex Christi responsione, *Non tentabis Dominum Deum tuum*, manifestum est. Deus enim auxilia sua, & misericordiam suam, non peccantibus aut præsumentibus, sed timentibus eum promisit, iuxta illud: *Corroborauit misericordiam Psal. 103. & 133. suam super omnes timentes se. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se*. Et rursum: *Non est*

*inopia timentibus eum.* At peccantibus & præsumptibus nihil nisi iram & vindictam Dei scriptura promittit: *Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die ira.* Cor quod præsumit de misericordia, manens in peccato, impœnitens cor est. Ad hoc hortatur diabolus, dicens: *Mitte te deorsum;* & addens, *Angelis enim suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis.* Quo loco, vt in tentando Christo, sic in alijs omnibus abutitur diabolus. Angelorum quidem custodiam Deus suis promittit, quæ maxima dignitas & consolatio est) sed in omnibus vijs nostris. *Non dixit in præcipitijs,* ait diuus Bernardus. *Qualis via hæc, de pinnaculo templi mittere se deorsum? Hæc est via Luciferi cadentis è cælo.* Via nostræ, in quibus nos Deus per Angelos suos bonos custodire dignatur; sunt opera quæ tanquam viatores facimus, quibus in cælum conscendamus. Sunt viæ nec nimis publicæ & tritæ, ne fortè *per latam & spatiosam peccatorum viam ambulemus;* nec nimis desertæ & obliquæ, & *lapidibus complanata,* qualem esse peccatorum viam affirmat Sapiens; nec ita angustæ, vt ad præcipitia ducant ex nimia singularitate sua: sed sunt viæ ordinariæ, Sanctorum pedibus tritæ, & actiones moderatæ iuxta Dei prouidentiam ordinariam: & in talibus Dei auxilium non deest, *qui est adiutor in oportunitatibus & tribulatione,* non in vanitatibus & temeritate. Sed diabolus extra has vias ducit eos quos tentare vult, *ad pinnaculum templi, & statuit eos supra illud.* Pinnaculum hoc alam illam ex leui ferro confectam significat, quæ supra turres templorum, aut magnorum ædificiorum, ornamenti causa locari solet, cuius etiam motu differentiæ ventorum discernuntur. Hoc pinnaculum excelsam vanitatem significat, siue honorum, siue diuitiarum, siue etiam volupratum.

Huc nos diabolus deducit, vt inde nos ipsos præcipitemus, hac confidentia & fiducia freti, quodd nihil illa nobis nocebunt; quia honoratos & diuites, & seculi bonis fruentes, æquè Deus saluabit, atque obscuros & pauperes, & parçè ac tenuiter vitam agentes. Hæc est diaboli hoc loco tentatio. Omne peccatum mortale est voluntarius supra pinnaculū conscensus; quia in omni tali cōtra obedientiã Dei te ipsum erigis, & in aliqua sublimi & periculosa vanitate subsistis, vnde deorsū ce errimè cades, si diaboli cōsilijs acquiescis. *Verè diabolica vox est, Mitte te deorsum* (ait S. Ambro.) *quam mentem hominis de gradis altiori meritorū præcipitare cõtendit.*

*Simul*

Rom. 2.

Serm. 15. in Psal.  
Qui habitat.

Viæ peccatorū  
atque iustorū.

Math. 7.  
Eccles. 21.

Psal. 9.

Pinnaculum  
templi quid.

Lib. 4. cap. 6. in  
Lucam.

*Simul etiam infirmitatem suam diabolus cum malitia designat, quia nemini potest nocere, nisi ipse se miserit. Sic Chrysoſtomus: Hom. 5. in Dicit, Mitte te; quia diabolus hortari potest, cogere non potest. Mat. op. imp.*  
 Docet ergo hæc secunda tentatio, diaboli finem & scopum perpetuum hunc esse, vt nos à virtutis altitudine deiciat, non opere suo, sed consensu nostro; simulque vana spe impunitatis eludat, & timorem iustitiæ diuinæ animo eximat: quod & hodie profitentur hæerici, per suam solam fidem & certitudinem gratiæ.

### 7. Non tentabis Dominum Deum tuum.

**L**ocus moralis de certa victoria tentationis diabolicæ. Dei bonitas non tentanda.  
 Quum enim in omni tentatione diabolus hoc agat, vt deorsum nos ipſos deiciamus spe futuræ impunitatis, vt iam explicatum est; promptissimū & certum remediū est, id animo fixum perpetuò habere: *Non tentabis Dominum Deum tuum*: non sic de eo præsumes, non ita temere & arroganter miraculum à Deo exiges. Miraculum enim est, vt qui malè vixit, bene moriatur. Miraculum est, post multa scelera & flagitia scienter & prudenter perpetrata, in numerum filiorum Dei cooptari. Miraculum est, à praua & longa peccati consuetudine emergere; vt auarum pecuniam cōtemnere, luxuriosum castè viuere, ambitiosum humili loco cōtentum esse, ebriosum & gulosum parsimoniæ studere. de quo miraculo dixit Propheta: *Nunquid potest Æthiops mutare pellem suam, aut pardus varietates suas?* Qui ergo sceleratè viuunt; hanc à Deo conuersionem expectans, miraculum à Deo exigit. Vult mittere deorsum sine læsione. Sed Christus ex veteri Scriptura respondet: *Non tentabis Dominum Deum tuum*. Et videt quàm multi sunt qui tentat Deū, sicut hic diabolus Christum tentauit. Tentant Dei clementiam qui negligenter orant, & sine deuotione, iuxta illud Ecclesiastici: *Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi qui tentat Deum*. Tentant Dei patientiam, qui perseverant in peccatis, *Tentauerunt & exacerbauerunt Deum excelsum, & testamentum eius nõ custodierunt*. Tentat Dei bonitatem, qui emendationem vitæ procrastinant & differunt de die in diem: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in die tentationis in deserto, ubi tentauerunt me Patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea*. Tentant Dei iustitiam deprecâtes vel optan-

1.

2.

3.

Jerem. 13.

Quot modis  
tentatur Deus.

1.

Eccli. 18.

2.

Psal. 77.

3.

Psal. 95.

4.

Luca 9.

tes vindictam alicuius. Vnde duo Apostoli dixerunt: *Vis dicimus ut descendat ignis de calo?* Quibus Christus respondit: *Nescitis cuius spiritus estis;* tacite insinuans hanc cogitationem à

5.

maligno tentatoris spiritu profectam esse. Tentant Dei potentiam qui temerarij sunt in adeundis periculis, & presentem opem à Deo flagitant, moræ impatientes. Ideo Judith

Judith 2.

6.

quibusdam, qui Deo assignabant tempus, dixit: *Qui estis vos, qui tentatis Dominum?* Tentant Dei sapientiam, qui volunt sine studio & lectione librorum, sine doctrina maiorum, vel alios docere, vel per seipsos sapere; in quo genere excellunt hæretici. Dei enim sapientia voluit ut nos homines ab hominibus disceremus, vel charitatis mutuae, vel humilitatis proprię

In Prologo lib. de doct. Christ.

7.

conseruandæ causa, ut docet S. Augustinus. Tentant Dei misericordiam qui alios à bono opere impediunt, aut suam ipsi perfectionem remoratur. Quo in genere quum peccaret Petrus, reuocans Christum à crucis suæ cogitatione, acerrimè eum Christus obiurgat, dicens: *Vade post me Satana,* id est,

Matth. 16.

8.

tentator, *quia non sapis ea que Dei sunt.* Denique tentant omnes Deum, qui volunt tentationibus carere, vel sine puluere & sudore vitia debellare, virtutē colere, Deo seruire. De quibus Iob dixit, *Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum,* ut illa verba B. Gregorius exponit: *Omne (inquit) quod inuoluitur, in semetipsum replicatur. Inuolutæ igitur sunt semitæ gressuum eorum, qui recta quidem deliberando appetunt, sed ad consueta semper mala replicantur, & quasi extra se tensi, ad semetipsos per circuitum redeunt: quia bona quidem cupiunt, sed à malis non recedunt. Esse quippe humiles, sed sine despectu; esse contenti propriis, sed sine ulla indigētia; esse casti, sed sine maceratione corporis; esse patientes, sed sine contumeliis volunt: deniq; adipisci virtutes quarunt sed labores virtutum fugiunt.* Tot, & multis aliis modis tentatur Deus, dū in illis singulis suadet diabolus, *Mitte te deorsum.* Qui enim oraturus animam non præparat, mittit se deorsum; quia cor nō eleuat sursum. Qui perseverat in peccatis, mittit se deorsum; quia descendit, & festinat in barathrum. Qui emēdationem procrastinat, mittit se deorsum; quia nō se erigit sursum, ut resurgat à peccato. Qui vindictam alterius cupit, mittit se deorsum; quia Deo vindictam non relinquit, nec cogitat esse in cælis qui facit iustitiā. Qui temerarius est in periculis, mittit se deorsum; quia præcipitat se in foueam quā fecit. Qui per seipsum vult sapere, mittit se deorsum; quia in semetipso se demergit. Qui vel suam, vel aliorum perfectionem impedit, mittit se deorsum, quia ad ima se dimittit, vel alium

Iob. 6.

Moral. lib. 7.

6. 14.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.



impellit. Qui sine labore vult esse sanctus, mittit se deorsum; quia iacet ignauus in terra, vel in fossa potius pigritiæ & otiositatis: quæ ad nullam virtutem valet, sed multam malitiam docet. Ne Deum igitur tētemus vnquam, pia illa Thomæ Mori oratio vsurpari commodissimè potest: *Domine Deus, fac me in illis consequendis operam collocare, pro quibus obtinendis soleo ad te orare.*

3.

In vita eius  
cap. 12.8. *Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.*

**L**ocus moralis contra auaritiæ & gloriæ mundanæ idolum. Docet enim hic locus adorari diabolus ab auaris & ambitiosis. Promittit diabolus Christo *omnia regna mundi; & gloriam illorum*, hoc est, diuitias maximas, cum maxima gloria; ea conditione, *ut cadens adoret eum*: quia videlicet, qui ea diaboli opera conquirunt, per cupiditatem, per fraudes, per mendacia, per iniuriam proximi, per adulationem, per munerum corruptionem, per detractionem aliorum, per quodcumque nefas illi omnes, ut ea conquirent, cadentes diabolus adorauerunt: cadentes de statu gratiæ, deserentes Deum & iustitiam eius, diabolo, qui hæc illis omnia suggestit, obsequium præstiterunt. Quod ergo alij facere solent, auari & ambitiosi, ad hoc Christum hic tentat diabolus. Est quippe diabolus non iusta potestare, sed falsa opinione mortalium, & superba vsurpatione sua (ut in Scripturis vocatur) *Princeps huius mundi*; id est, eorum qui mundum sequuntur. *Est rex super vniuersos filios superbia, quia omne sublime videt*, ait Iob. *Est deus huius seculi, excacans corda secularium*, id est, qui *secularia desideria non abnegarunt*: propter quod apparuit gratia Christi. Est *princeps tenebrarum harum*: id est, author omnium ferè peccatorum, quæ sunt *opera tenebrarum*. *Est fortis armatus, custodiens atrium suum*: quod est hoc seculum. Illi ergo seruiunt, & obsequium præstāt, qui seculi cupiditates sequuntur. Quæ seruitus quā sit impia, ex Christi responsione patebit: sed quā sit præterea fallax & vana, ex ipsa diaboli tentatione patere potest.

Auaritia &  
ambitio, dia-  
boli cultus.

Ioan. 14.

Iob 41.

2. Cor. 4.

Tit. 2.

Ephes. 6.

Rom. 13.

Luca 11.

Primum fallit diabolus, quum auaris pecunias, ambitiosis honorem, pro obsequio illi præstito, id est, pro iniquitatis mercede promittit. Neque enim eius est dare, aut etiam diabolus auferre, sed solius Dei. *Volens Deus ostendere terrenam felicitatem suum donum esse* (ait Augustinus) *superioribus seculi temporibus dispensauit testamentum vetus, ubi bona temporalia largitus*

Bona terrena  
non dantur a  
diabolo.De ciuit. Dei.  
lib. 10. cap. 19.

gitus

*gitus est. Ut autem intelligamus solius Dei esse, data auferre; prodit nobis Scriptura sacra, diabolum beato Iob non prius terrenam substantiam auferre potuisse, quàm id à Deo permissum illi fuerat. Sic enim diabolus sanctum virum apud Deum calumniatur: Nunquid Iob frustra timet Deum? Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamq; substantiam per circuitum? operibus manuum eius benedixisti? & possessio eius creuit in terra? Ecce hìc fatetur diabolus beatum Iob non à se, sed à Deo bona huius mundi accepisse. Moxq; facultatem à Deo petit, eisdem bonis eum spoliandi, dicens: Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce, vniuersa quæ habet, in manu tua sunt, tantùm in eum ne extendas manum tuam. Diabolus igitur dicens hoc loco Christo, Dabo tibi omnia regna mundi, & vt diuus Lucas habet, Quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa; splendidè mentitur. Diabolus enim est mendax, & pater mendacij. Sic primùm fallit huius seculi auaros & ambitiosos. Illi enim, relicto Deo, neglecta conscientia, Dei præcepta non curantes, diuitias & honores sibi conquirunt. Quæ si dona Dei esse arbitrarentur, ad illa consequenda Deum non ostenderent, sed colerent. Cæterùm quasi non Deus, sed diabolus largitor eorum esset, diaboli voluntatem faciunt, Dei contemnunt.*

*Sed Domini est terra, & plenitudo eius; orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Dei vox est, Per me reges regnant. Dei vox est, Mea sunt omnes fera siluarum, iumenta in montibus & boues. Ad Salomonem Dei vox est, Quia non petisti tibi dies multos, nec diuitias, & ceteram quæ nõ postulasti, dedi tibi, diuitias & gloriam; vt nemo fuerit tibi similis in Regibus, cunctis retrò diebus. Dei ergo dona sunt, non diaboli; & à Deo petenda, quatenus peti possunt. Hæc prima diaboli fraus & fallacia regna mundi promittentis.*

*Ait D. Lucas, quòd in hac tentatione, diabolus ostendit Christo omnia regna orbis terra in momento temporis. Nempe citò ostensum fuit, quod parui pretij erat. Bene in momento temporis (ait diuus Ambrosius) ostendit illi omnia regna mundi. Non enim tam conspectus celeritas indicatur, quàm caduca fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prætereunt, & sæpe honor seculi abiit, antequam venerit. Quid enim seculi potest esse diuturnum, cum ipsa diuturna non sint secula? Hæc ille. Vnde Sapiens: Tanquam momentum statæra sic est*

*ante*

*Iob. 1.*

*Io. 10. 8.*

*Psal. 23.*

*Prou. 8.*

*Psal. 49.*

*3 Reg. 3.*

*Luca. 4.*

*Bona terræ  
momentanea.*

*Lib. 4. in Luc.*

*cap. 7.*

*Sap. 11.*

ante te orbis terrarum. Et Propheta Esaias: Ecce Gentes quasi stilla sicula, & quasi momentum statera reputata sunt. Omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est foenum, & cecidit flos. Moritur homo, & extincta est gloria. Mundus transit, & concupiscentia eius. Vapor est ad modicum parēs. In vno momēto totum ostenditur, & totū præterit. Vi-

di impiū superexaltatum sicut cedros libani Transiui, & ecce nō erat: quasi sui eum, & non est inuentus locus eius. Pulchrè Seneca:

Quid miraris, quid stupes omnes huius mūdi diuitias? Pompa est. Ostenduntur ista res, non possidentur; & dum placent, tran-

seunt. Vidistine quā intra paucas horas ille ordo pompaticus quamuis lentus dispositusq; transierit? Pulchrè quoque Hera-

clitus; In idem flumen bis non descendimus. Manet idem fluminis nomen, aqua trāsmissa est. Hoc in amne manifestius est,

quā in bonis huius mundi. Sed illa quoque non minū velox cursū præteruehit. Si in vna ciuitate quot dominos vna-

quæque domus memoria nostra habuerit, inquirere libet; videbis huius fluminis cursū. Viderunt hanc fluxam mundi

gloriam etiam illi, qui ea maximè potiti sunt. Augustus Cæsar iam morti proximus, quum per annos 50. & ampliū toti

orbi imperasset, familiaribus suis dixit: An non personā meam in hac mundi fabula satis commodè egisse videor? Valete ergo, & plaudite.

Saladinus Asiæ, Syriae, atque Ægypti Sultanus, iussit moriens, vt interior lineus amiētus, quo indui solebat, hastæ

prælongæ impositus, per castra portaretur, clamitāte eo, qui ferret, magna voce, Saladinum Asiæ domitorem, ex totius Asiæ, Syriae, atque Ægypti opibus, hoc solum linteum secum

deferre. Vidit moriens illam vanitatem, quam viuens reputabat esse maiestatem. Gelimer Rex Vandalorum in Africa per Belisarium captus, & ad Iustinianum perductus, quum

in Hippodromum peruenisset, & tam Imperatorem supra tribunal sedentem, quā ex vtraque parte vulgus astans vidisset, non quiescebat, ridens ac clamans: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Aperuit eius oculos afflictā fortuna,

quos arridens & prospera excæauerat. In momento igitur temporis ostendit diabolus Christo omnia regna mundi, tanquam rem verè momentaneam, fluxam, & caducam.

Nec momentaneam tantū, sed vt rem exigui momenti, valoris, ac pretij. Punctum est hoc totum (ait Seneca)

in quo navigatur, bellatur, & regna disponuntur. Si quis

1 Ioan. 2.  
Iacobi 4.  
Psal. 36.  
Epist. III.

Apophthegma.  
Apuđ Senecā,  
epist. 59.

Exempla.  
Suetonius in  
Augusto,  
Apophthegma.  
Bapt. Fulgosiū  
lib. 7. ca. 2.

Paulus Diac.  
lib. 6. histor.

In præfat. lib.  
1. Nat. quæst.

*Similia.*

*Apophtheg-  
ma.*

*Idem lib. 3.  
de Ira cap. 31.*

Diabolus  
ostendit glo-  
riam, sed non  
molestias  
diuitiarum &  
honorum.

*Plutarch. in  
Apoph. Græc.  
Macrob. Satur.  
lib. 2. cap. 4.  
Apophthe-  
gma.*

Cur labor circa  
diuitias volu-  
ptas videtur,  
non labor.

*Simile.*

*Seneca de tran-  
quil. vitæ, lib. 1.  
cap. 2.*

*Domin. Sexage.*

*quis formicis daret intellectum hominis, nonne & illæ unam  
aream in multis prouincijs diuiderent? Formicarum discursus  
est in angusto laborantium, tota ista pro rebus terrenis ac-  
quirendis contentio. Iter angustum rixas transeuntium con-  
citat: latè patens via, ne populos quidem collidit* Ista quæ à cupi-  
dis & ambitiosis appetuntur, quia exigua sunt, nec possunt ad  
alterum, nisi alteri crepta, transferri, eadem affectantibus  
pugnas & iurgia excitat.

Sed vt diaboli fraudes in hac tentatione magis aperian-  
tur, ipsa quæ propterea tentatio quàm sit vana & fallax  
(qua tamen nulla magis vulgaris) vt ostendatur, illud ob-  
seruandum est, diabolum ostendisse quidem Christo *om-  
nia regna mundi, & gloriam illorum*; sed non ostendit omnia  
regna mundi, & molestias eorum, curas, difficultates, &  
anxietates adiunctas. Hæc perpetua diaboli fraus est, & hæc  
perpetua peccatorum deceptio est, quòd voluptates peccato  
coniunctæ clarissimè cernuntur, tristitiæ & dolores non co-  
gitantur. Certè Antigonus, Macedonia Rex, vocauit re-  
gnum, *Splendidam seruitutem*. Augustus Cæsar, equite quo-  
dam Romano defuncto, qui æs alienum ingens contraxerat,  
ideo quæ res eius auctioni subijcerentur, iussit sibi emi cul-  
citram eius cubicularem; ac mirantibus hoc præceptum,  
Habenda est, inquit, ad somnum conciliandum, in qua ille  
tanto ære alieno obstructus, somnum capere potuit. Nam  
Augustus, ob ingentes curas, sæpe maximam noctis partem  
ducebat infomnem.

Quòd si verò regna mundi, diuitiæ, honores, multis vi-  
dentur nihil huiusmodi habere difficultatis, sed contrà om-  
nia in illis esse voluptate plena, curasque coniunctas hone-  
stissimas esse adeoque delectabiles animi exercitationes;  
hoc prauum iudicium ex animi morbo ortum habet. Nam  
vt vlcera quædam nocituras manus appetunt, & tactu  
gaudent, & fœdam corporum scabiem delectat quicquid  
exasperat: sic quibusdam mentibus, in quas cupiditates,  
maximè ambitio, velut mala vlcera erumpunt, voluptati est  
labor, & vexatio, & inanis occupatio, à quibus tamen ma-  
gis augentur animi morbi, magis accenduntur cupiditates,  
altius terrenis desiderijs mens immergitur, & tenaciùs ad-  
hærescit. Sed vt curas ac molestias præsentis diuitijs terre-  
nis annexas (de quibus aliàs diximus) missas faciamus,  
multam vanitatem, peccandi materiam multam, illis proxi-  
mè coniunctam esse, per se manifestum est: cupiditatem  
verò

verò rerum harum, & Deum grauitè offendere, & semen  
 verbi Dei suffocare, & corda aggrauare, & *radicem omnium* 1. Tim. 6.  
*malorum esse*, tum in præcedentibus per occasionem osten-  
 sum est, tum Apostolus perspicuè affirmat. Hoc totum dia-  
 bolus, nec hic Christo, nec ijs quos quotidie ad auaritiã &  
 ambitionem tentat, ostendit; sed externam tantum gloriam.  
 Iubet Deus in veteri Lege, animalia, quæ ei offerrebantur, Leuit. 1.  
 omnia excoriari, & detracta pelle offerri, Pellem voluptatis Allegoria.  
 vitio inductam detrahere oportet. Angelus Tobix dixit: Tob. 6.  
*Exentera piscem, & cor eius, & fel: sunt enim hæc necessaria ad*  
*medicamenta.* Sic exentera voluptatè carnis, diuitias, hono-  
 res; fel videbis cæcis oculis medicinam. Multum enim con-  
 fert, vt malitiam peccati agnoscas, & mundi vanitatem.  
 Statua quam in somnis vidit Nabuchodonosor, habuit caput Dan. 2.  
 aureum, sed pedes terreos. Mundi principia iucunda sunt, Apoc. 17.  
 sed exitus tristes. Mulier illa in Apocalypsi, quæ Babylon  
 magna vocatur, habuit *poculum aureum in manu sua plenum*  
*abominatione & immunditijs.* Poculum aureum ostendit dia-  
 bolus; latentes abominationes non ostendit. Sunt nempe Simile.  
 mundi honores, diuitiæ, voluptates, sicut vix acerbæ, &  
 poma viridia atque immatura, quibus dentes comedentium  
 obstupescunt. Sed speciem tantum & viriditatem diabolus  
 ostendit, acerbicatem tacet. De hac eius deceptione aliàs  
 diximus.

Maxima postremò tentatoris, deceptio & importunitas Peccatores dia-  
 est, quòd tantos dolos nectens, adorari tamen vult. bolo seruiunt,  
*adoraueris me: hoc est, si te mihi totum subieceris, & meo*  
*imperio parueris.* Hoc facit omnis auarus & ambitiosus.  
 Seruit ille mammonæ, iste superbix. Vtriusque princeps dia-  
 bolus est. *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* At opus dia- Ioan. 8.  
 boli peccatum est. *Venit enim Christus vt dissoluat opera dia- 1. Ioan. 3.  
*boli, quæ sunt peccata.* Et superbis iudæis, de genere Abrahæ  
 gloriantibus, dixit Christus; *Vos opera facitis patris vestri* Ioan. 8.  
*diaboli.* Cadens ergo adorat diabolum, qui peccato seruit,  
 qui gloriam & pompam huius mundi affectat, quæ etiam  
 in Baptismi nostri mysterijs pompa diaboli vocatur. Sacri-  
 ficia Gentilium non nisi ex superbia diabolus affectauit: Aug. de ciuit.  
*Non enim cadauerinis nidoribus, sed diuinis gaudebat honoribus: nec* Dei, lib. 10.  
*cuiuslibet corporis fumo, sed supplicantis animo delectabatur,* ait cap. 19.  
 Augustinus, Eadem ex causa, ad sui obsequium, hominum  
 mentes varia cupiditate peruertit.*

9. *Vade Satana.*

Diabolum  
vincendi  
modus.

Gal. 4.

1. Pet. 5.

Matth. 13.

Iohan. 16.

Rom. 16.

Iacobi 4.

Dom. 5. post  
Epiph. text 5.

**L**ocus moralis de horrendis tentationibus, hoc verbo fidei celeriter repellendis: *Vade Satana.* Nam vt Christus hoc dixit tanquam homo diuino Spiritu plenus, non quidem ex fide, quia comprehensor erat, Deiq̄ue visione eius anima fruebatur; sed tamen ex ea fortitudine Spiritus, quam in illo quidem visio diuina generabat, in nobis verò fides & visio in speculo atq̄ue ænigmate generat: sic nos eiusdem diuini Spiritus participes (*misit enim Deus Spiritum Filij sui in corda nostra*) & ex fortitudine fidei dicere possumus & debemus tentatori, repellere possumus & debemus, dicendo, *Vade Satana.* Sic enim facimus quod Petrus dixit: *Cui resistite fortos in fide.* Resistere, est à se repellere: fortitudo fidei est in illa voce, *Vade Satana.* Fortitudo inquam fidei quæ est *similis grano sinapis*, acris, & mordens, & feruens. Hæc enim etiam imperat dæmoni, sicut imperat alijs creaturis. *Dicetis monti huic, Transi, & transibit.* sed magis dæmoni, quàm creaturis. Hunc enim tanquam aduersarium proprium & principalem Christus pro nobis vicit, & nos in illo vincimus. De qua victoria dixit, *Confidite, ego vici mundum.* Eadem enim est virtus quæ Christus vicit, & qua nos vincimus; eadem Spiritus sancti operatio. Nam si vt Deus tantum mundum vicisset, aut hoc dixisset; quæ esset nostra confidentia, qui non sumus dii? Sed ideo iubet nos confidere, quia eadem virtus operatur in membris, quæ operata est in capite. De hac victoria Paulus: *Deus pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter.* Magna virtus Spiritus sancti in cordibus fidelium, quæ Satanam non repellit tantum, sed & conterit sub pedibus, idq̄ue velociter: quia, vt Iacobus ait, *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Nam & in hoc Euangelio post hoc Christi verbum, *Vade Satana*, recessit ab eo diabolus, nec vltra tentauit. De hac re plura diximus in alio Euangelio.

Sed & docet hic locus, horrendas tentationes, & quæ diuinæ Maiestati apertam iniuriam faciunt (qualis hæc erat, *Si cadens adoraueris me*) confestim & in ipsis principijs, tanquam scintillas ignis infernalis violenter excutiendas; siue tacita diaboli suggestionem, horrendæ cogitationes in animo exoriantur; siue per ministros eius, homines impios, verbo vel facto tentatio fiat. Vtunque enim in nostra iniuria patientiam & mansuetudinem exercere possumus & debemus, tamen

ramen Dei iniuria nullo modo ferenda est; siue cōtra sanam doctrinam & religionem orthodoxam, siue contra regulam pietatis & bonos mores scādalose p̄feratur: sed in huiusmodi dicendū, *Vade Satana*. Non est magni animi qui de alieno liberalis est; sed qui, quod alteri donat, sibi ipsi detrahit; & qui in sua iniuria vindicanda mollis, in aliena vehemens & acer est. Moyses in suis iniurijs ferendis, *mitissimus hominum super terram*, in Scriptura prædicatur; vt apparet in fratris sui Aaronis, & sororis Mariæ contumelijs. At in Dei iniuria vindicanda vehementissimus fuit. Quum populus eo absente vitulum aureum fabricasset, & pro Deo suo adorasset, descendens de monte, & illam insaniam cernens, primum *tabulas legis* quas à Deo acceperat, *ad radicem montis confregit*. Deinde *arripens vitulum quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam*: Sed & ex illo puluere dedit postea potum filijs Israël, vt maiori horrore & contemptui suum vitulum haberent. Aaron quoque fratrem suum vehementer obiurgauit. Nec his contentus, conuocato populo, clamat: *Si quis est Domini, iungatur mecum*. Moxque ait: *Occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum suum*. Quo facto, dixit: *Consecrabis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio & in fratre suo, vt detur vobis benedictio*. Vides vt hic mitissimus hominum super terram, in Dei vindicanda iniuria fuerit planè acerrimus. Sic in omni tentatione ad peccatum (in quo Dei honor violatur, amor deseritur) acriter & vehementer agendum, non remissè & molliter. *Vade Satana*, impetum ostendit animi fidelis, Dei que amantis. Sic Paulus ad Elymam magum: *O plene dolo & omni fallacia, vsquequo non desinis peruertere vias Domini rectas?* Moxque eum cecitate percutit. Multorum experimento probatum est, hac voce fidei, *Vade Satana*, graues & horrendas tentationes repulsas & deuictas fuisse.

10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.*

**L**ocus moralis de generali solutione omnium tentationum: In omni quippe peccato, Dei cultu & honore abdicato, seruimus dijs alienis, & idololatriam perpetramus. *Auaritia idolorum seruitus est*, ait Paulus. Verè enim auarus pecuniam suam colit & adorat, qui ea vti non audet, sed tanquam statuam in arca fixam veneratur. Gulosi & ebriosi ventrem suum colunt: *Quorum Deus venter est*. Superbus

Dei iniuria  
feruenter vindicanda.  
*Simile.*  
*Seneca de Clementia lib. 1. cap. 20.*  
*Exemplum.*  
*Num. 14.*

1.  
*Exodi 32.*  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.

*Exemplum.*  
*Act. 17.*

De amando  
Deo super  
omnia.  
Iniquitas omnis  
idololatria  
est.  
*Coloss. 3.*  
*Philip. 3.*

sui ipsius amorem tanquam Deum colit, quia Deum largitorem non agnoscit, cæteris omnibus se anteponebat, suam voluntatem in omnibus fieri atque expleri (quod soli Deo convenit) omnino vult. Hanc idololatriam expressit Propheta his verbis: *Dixisti, Deus ego sum: dedisti cor tuum quasi cor Dei.* Hoc facit omnis inordinatus amor sui. Idcirco initium omnis peccati, *superbia.* Pestis totius pietatis est, quia omnes quæ suæ sunt quarunt, non quæ Iesu Christi. Omnes peccatores idololatræ sunt, habent sua idola quæ colunt: id est, in quorum gratiam omnes suas cogitationes, occupationes, studia, negotia impendant. Similes sunt Samaritanis, de quibus dicit Scriptura, *quod timebant Deum, sed habebant idola quæ adorabant.* Sed maledicit illis Propheta, *qui iurant in Domino, & iurant in Melchom.* Clama Elias: *Vsquequo claudicatis in utramque partem ( Non potestis Domino servire & Baal.* Clamat Samuel: *Auferite deos alienos de medio vestri, & servite Domino soli.* Iosue protestatur filiis Israël: *Non poteritis servire Domino. Deus enim sanctus & fortis amulator est. Si dimiseritis Dominum, & servieritis dijs alienis, conuertet se atque affliget vos, atque subuertet postquam vobis præstiterit bona.* Clamat per Elaiam: *Ego Dominus: gloriam meam alteri non dabo.* Denique in capite libri scriptum est, in principio legis: *Non habebis deos alienos præter me.* Ac postremo Christus in alio Euangelio apertissimè dixit: *Nemo potest duobus dominis servire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & Mammonæ.* Hoc totum Christum hinc replicat, tanquam totius pietatis fundamentum, tanquam omnium tentationum remedium. Qui Dominum Deum adorat, & illi soli servit, id est, eum solum præcipuo amore colit, (colitur enim Deus amore) ille nulli tentationi succumbit; ille nec avaritia, nec ambitione, nec vlla voluptate terrena, utcumque instigante & sollicitante diabolo, capietur. Quod hinc, loco proprio, breuiter explicandum est.

Amor Dei  
super omnia.

1.  
Remundus Se-  
bon. natur.  
theol. cap. 129.  
& seqq.

2.

Manifestum est nihil prorsus nostrum esse, & proprium nobis, & in potestate nostra, quod alteri demus, præter amorem, & voluntatis nostræ affectum. Hic solus in nostra potestate est, à nobis, nisi volentibus nobis, auferri non potest. Equè manifestum est, cuiuscunque amorem & voluntatis affectum damus, rei amatae nos penitus conformari, & tales nos esse, quale id quod amamus. Nam & ideo amor omnis à re amata nomen suum accipit: & terrenus vocatur si terrena



fi terrena, cœlestis si cœlestia amat: quumque liberrimè quicquid amatur, amamus, necesse est, vt quod principaliter amamus, totos nos possideat, quia totos nos ei concessimus. Nec minùs manifestum est voluntatem nostram, animam, & id totum quod sumus, ex rei amata, vel dignitate nobilitari, & bonitate beatam reddi, vel turpitudine debonestari, & malitia ac miseria miseram & infelicem effici. Vnde sequitur, de nulla re sollicitiùs nobis prospiciendum esse, quàm quid amemus, & cui principaliter rei amorem nostrum affigamus. Porrò quum amor voluntatem immutet, videndum vt non nisi in melius hæc mutatio fiat, ne præter omnium rerum naturam circa nos ipsos agamus. Omnia enim naturæ ductu non nisi in melius mutantur. Aqua, terra, & aër, prima rerum elementa, mutantur in plantas & arbores, res natura nobiliores, quia animatae sunt. Arbores & plantæ, mediantibus eorum fructibus, in naturam animantium transeunt, quibus cibus sunt. Animalia plantis nobiliora sunt, quia vita viuunt etiam sensitiua. Animalia postea in nostra corpora mutantur longè digniora. Iam verò, vt mutatio per amorem in melius fiat, solus Deus principaliter amandus. Omnes enim cæteræ creaturæ vel inferiores nobis sunt, vt quicquid hoc vniuerso aspectabili comprehenditur, quod propter hominem creatum fuit; vel certè æquales nobis, in quantum voluntatem creatam habent sicut nos, vt Angelica omnis creatura. Est autem indignum inferiori seruire, iniustum æquali. Præterea quum amor donum quoddam sit, idque primarium & excellens, dari non debet nisi redamanti. Amor enim amore compensandus est: & quum totum atque vnicum quod dare voluntas potest, amando dat, meretur certè, vt ab eo quod amat, par recipiat. Quare amari non debet, nisi quod amoris vim recognoscat, & agnitum redamare & compensare tum velit liberaliter, tum possit affluenter. At nulla res liberi arbitrij expertis redamare potest, non mundus, non diuitiæ, non honores, non voluptas, non aliquid Angelo minus; & solus Deus superabundanter hoc potest & vult. Nihil igitur creatum nostro amore principaliter & propter se dignum est.

Hinc autem sequitur, quòd, quum ea amamus quæ redamare non possunt, vt aurum, honores, voluptates, equos, canes & similia; triplici nos ipsos iniuria afficimus. 1. quia degeneri amore rebus vilioribus afficimur, & toto genere à nobis alienis: quibus per amorem vniti, & facti sicut ea quæ

Amari non debet, nisi quod nos redamat.

Osæ 2.

*dileximus* (vt Propheta ait) naturæ nostræ dignitati magnam labem inferimus. 2. Quod pretiosissimum habet voluntas nostra, id perit nobis prorsus, quando ibi collocatur, vnde mutui amoris nullum beneficium recipiet. 3. Naturæ suæ domicilium deserit, vt in terra aliena, eaque bonorum omnium sterili, vaga, ieiuna, & inops vitam traducat miseram. Nam in mundi huius amore alij aëre & vento pascuntur, vt superbi, quasi chamæleontes essent: alij metallo, vt auari, quasi vultures essent: alij luto, vt carnales, quasi porci essent: alij veneno, vt inuidi, quasi bufones essent. At animus humanus nihil horum est, nec his rebus pasci potest: vnde & delectari non debuit. Iam verò, quum amor non excedat rem amatam, nec latius se extendere possit quàm quò se diffundit id quod principaliter amat, & tanquam finem, propter quem cætera; si res principaliter amata angusta est, amor quoque angustus erit, & ad paucissima se diffundet. At quanto res amata bonum quoddam est generalius, & à quo alia multa dependent amore digna, tanto erit amor noster in se vberior, nobis fructuosior, aliis communior, seu magis communicabilis: sic auarus, quia non nisi auram amat, & hoc pro summo bono habet, non vt vtatur, sed vt possideat, propterea nec Deum amat, nec proximum, nec seipsum. Nam nec in suos vsus expendere audet, ne cumulum minuat; nec recogitat, dicens; *Cui laboro, & fraudo animam meam bonis?* Vides quàm angustus hic amor est. At qui Deum amat propter se & principaliter, non propter aliud, & secundariò; quia omnia creata ad Deum pertinent, & à Deo dependent atque amantur (*Diligit enim omnia quæ creauit*) ideo omnes res creatas in ordine ad Deum amat. Hic amor est in se vberimus & purissimus: amanti utilissimus; quia nihil sic redamare potest & solet sicut Deus: ad alia effusissimus; omnes enim mortales tanquam proximos suos amat: omnes bonos tanquam Deo coniunctiores, arctiori amore complectitur. Hæc quæ de amore Dei & creaturarum hæcenus diximus, in amore coniugali considerato clariùs elucescent. Voluntas amans sponsæ & vxoris locum tenet: quod principaliter, & propter se amatur, viri & sponsi rationem habet. Nam vt vir caput est mulieris, & mulier subiecta viro; sic res principaliter amata, quicquid illud sit, imperat voluntati, & voluntas ei subiicitur. Rursum sicut mulier liberè acceptauit virum; sic voluntas liberè elegit suum summum bonum. Sicut mulier vnum virum, sic voluntas

De contempt.  
mundi, part. 3.  
cap. 3.

8.

Amor pecunie  
angustus.

Eccles. 4.

9.

luntas

luntas vnum habet quod principaliter amat, non plura. Denique sicut mulier viuente viro alium amare non potest, & nisi per mortem amor ille non dissoluitur: sic voluntatis amor erga rem principaliter amatam, nisi per mortem spiritualem voluntatis, dissolui non potest. Nam & mori mundo debes, vt Deum principaliter ames; & mori Deo necesse est, si mundum amas principaliter. De priori Apostolus dixit: *Qui mortui sumus peccato quomodo viuemus in illo?* De posteriori Iacobus: *Qui vult amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur.* Ex his apparet voluntatis amorem erga ea quæ principaliter amat, seu Deum seu creaturas, amoris coniugalis veram similitudinem & rationem habere. Quare & in Scripturis anima Deum amans, sponsa eius dicitur: *Respondi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo: & huius copulæ sacramentum magnum est in Christo & Ecclesia.* Animæ verò creaturarum amore corruptæ dicitur: *Tu fornicata es cum amatoribus multis.* Danunc infimæ conditionis hominem qui octo filias habuerit, quarum prima rustico nupsit, suæ conditionis viro: secunda mercatori, tertia militi, quarta nobili, quinta Comitti, sexta Duci, septima Regi, octaua Imperatori. Per has diuersas nuptias, sororum istarum status & conditio multum diuersa facta est. Prima enim in sui generis conditione manet, nec meliori loco nec deteriori. Secunda primam excedit, tertia secundam, & sic vsq; ad octauam, quæ in summo gradu nobilitatur. Quemadmodum autem hæc nobilitas diuersa non ex fæminarum parte, sed virorum causam accepit, & viri est vxorem nobilitare, non contrâ; sic omnino voluntatem humanam res amata vel nobilem vel ignobilem reddit. Si terrena amat, ignobilior redditur quam erat; si non nisi homines sui similes, nullam nouam nobilitatem acquirit; si Angelos tantum vnum quidem habet nobilitatis gradum, sed non summum: At si Deum amat, & principaliter amat, sicut vxor virum, iam in summo gradu nobilitatis & felicitatis consistit. Hac de causa dicit hic Christus contra diaboli tentationes, qui ad infirmarum rerum amorem voluntatem trahit: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.* Illum per amorem coles, quia ex illius amore magnam nobilitatem, veram felicitatem acquires. Præterea quemadmodum Imperatori conjugata, eumque perfectissime amans, innumeros homines seu sanguine ei coniunctos, seu beneficiis deuinctos, seu officiis obstructos amat quoque; sic anima Deum purè

Rom 6.

Iacobi 4.

2. Corinth. 11.

Ephes. 5.

Ierem. 3.

10.

Simile.

Amor Dei 27.  
mâ nobilitat.11.  
Simile.

amans, propter Deum innumera amat alia, amore non principali, sed secundario, & in ordine ad Deum; sicut Imperatori coniugata non hostes, sed amicos & subditos viri sui amat. Rursum sicut mulier viro locupletis nupta, viro bono, honorato, & omnibus rebus affluenti, beatas nuptias consecuta dicitur, & nulla re indigebit, in summa pace & affluentia vitam aget; viro autem improbo, indigenti & vili nupta, infeliciter nupta dicitur, duram, miseram, afflictam ætatem ducet: eodem planè modo anima quæ Deum Sponsum elegit, & Deum ut summum suum bonum super omnia amat, beato amore amat, & cum Scriptura dicit: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & lætatus sum in omnibus*: quæ autem voluntas in rebus terrenis amorem fixit, & hunc sibi sponsum delegit, miseram seruitutem seruiet, & ex libera, hæc per creationem nobili mancipio nupta, serua erit & ipsa: multis cupiditatibus captiua, innumeris peccatis obnoxia, sempiternis pœnis affligenda. Denique sicut monstrum esset ut mulier pecudi nubat; sic planè monstrum est, & contra naturam, ut voluntas humana rebus terrenis, sicut principali & summo bono suo, per amorem copuletur. Atque hæc quidem ex parte ipsius animæ, & voluntatis humanæ satis ostendunt, quàm sit creaturarum amor indignus. Nunc autem ex parte Dei, quem solum principaliter anima humana amare debet, paucis ostendetur quàm sit creaturarum amor iniustus.

Voluntas humana quum non nisi vnum aliquid principaliter, & sub ratione finis vltimi amare possit, sicut vxor nisi virum vnum coniugali fœdere iunctum: hinc sequitur, vnum tantum esse summum hominis bonum, & ab eo principaliter dilectum. Porrò illud vnum aut Deus est, aut creatura aliqua. Qui ergo Deum pro summo bono non habet, aliquam creaturam ut summum bonum necessariò colit. Inter creaturas verò necesse est ut illud voluntas præcipuè amet, quod illi est coniunctissimum. Quum ergo nihil sit voluntati humanæ seipsa coniunctius, voluntatem autem homo sic habeat, ut ea uti possit quasi re distincta, quum sit intima; necesse est, si Deum principaliter voluntas non amet, ut seipsam principaliter amet. Si Deus illi summum bonum non est, propria voluntas erit. Quòd si propria voluntas primum locum tenet, certè non nisi secundum tenebit Deus.

12.  
Simile.

Amor Dei, animam omnibus bonis dicitur.

SAP 7.

13.

Amore terrena monstrum naturæ.

Summum bonum aut Deus est, aut quisque sibi.

Si ante omnia propriae voluntati in omnibus satisfacere homo vult, certè Deo non volet obedire, nisi quatenus propriae voluntati satisfiat. Atqui hæc est summa impietas. Hæc Amor sui, idololatriæ species. omnis peccati radix. Hæc vera est idololatria. Se ipsum enim, suamque voluntatem vt Deum colit. Ei placere, morem gerere, satisfacere, eius desideria explere, mandata exequi, vota præstare in omnibus studebit. Vide autem quanta iniquitas hæc est, vt intelligas quàm fit tibi necessarium, 1. Malach. 1. *Dominum Deum tuum adorare, & illi soli seruire.* Primum Deum amore & obsequio illi debito nefariè spoliast: Demer. 32. *Si pater ego sum, ubi est honor meus? Si Dominus ego sum, ubi est timor meus? Nunquid non ipse est Pater tuus, qui possedit te, & creauit te?* Titulo creationis, gubernationis, redemptionis, omnis illi & supremus amor debetur, vt mandatum taceam. Deinde quo Deum spoliast, id tibi ipsi nefariè tribuis, 2. Simile. & cui id tribuere libet. Non est crimen læsæ Maiestatis grauius, quàm sceptrum sibi & solium regium vendicare. At tu hoc facis, qui te ipsum supra omnia amas, & in tua, non 3. Dei voluntate, summum imperium ponis. Præterea tibi arrogas quod soli Deo proprium est. Solus Deus propriam voluntatem habet omnium rerum causam & regulam. Sola Dei voluntas nullam superiorem habet quam sequatur, cui pareat. Solius Dei est, iuxta suam sanctissimam voluntatem actiones suas omnes dirigere, Psal. 113. & omnia facere quacunque *voluit.* At tu, qui te ipsum supra omnia amas, & tuam voluntatem in omnibus sequeris, totam hanc solus Dei optimi prærogatiuam, maiori quàm dici potest impietate, tibi arrogas. Vist tuam voluntatem esse regulam rerum omnium, vt omnia fiant pro tuo beneplacito. Non vis tuam voluntatem vlli alteri subiici, nec Dei, nec hominum legibus parere. Vis iuxta tuam voluntatem te ipsum, & alia omnia cursum suum tenere. Atqui sicut sceptrum & diademata Regum sunt propria: sic solius Dei est, suam propriam voluntatem amare. Quare qui tuam voluntatem vt tuam amas, eam Deo iniuriam facis, quàm qui Regi sceptrum è manibus extorquet. Hinc porro fit, vt amor nostri ipsorum perpetuum cum Deo bellum gerat: & quemadmodum qui sceptrum & solium regale affectat, ad pariter omnia aspirat, quæ Regi debentur obsequia; sic omnino, qui seipsum supra omnia amando, Dei solium inuadit, omnem pariter diuinitatem affectat, suis desiderijs, & cupiditatibus omnia seruire vult, Atque hinc fit, vt seipsum amans, Deum odio 4. 5. Amor sui, bellum gerit cum Deo. Simile. habeat,

Amoris Dei &  
sunt effectus di-  
uerſi.

1.

2.

3.

4.

Proverb. 13. &  
17.

5.

6.

Philip. 4.  
Rom. 8.

7.

Cant. 8.

Matth. 7.  
Simile.

8.

habeat, omnia eius mandata contemnat, ſimulque diu-  
nam indignationem acerrimè prouocet. Denique, vt ſinem  
faciamus, & vtriuſque amoris, Dei ſupra omnia, vt Chriſtus  
hic docet; atque noſtri ſupra Deum, vt diabolus tentando  
hic ſuggeſſit; varios ac contrarios effectus oſtendamus:  
ille amor eſt totius virtutis ac pietatis fundamentum, hic  
totius impietatis & peccati origo. Amor Dei voluntatem no-  
ſtram latiffimè patere, & ad quam plurima ſe per amorem  
diffundere facit: amor noſtri ſingularis eſt, anguſtus, nec  
nili proprius. Amor Dei reddit voluntatem iuſtam, ſan-  
ctam, humilem, ad omne bonum opus paratam: amor  
noſtri prauam, impiam, arrogantem ad omne nefas procli-  
uem. Amor Dei volenti pacem, tranquillitatem, ſuaui-  
tatem adfert: amor noſtri moleſtias, inquietudinem, iurgia  
procurat. *In domo enim ſuperborum non deſunt iurgia. At  
melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victi-  
mis cum iurgio.* Amor Dei voluntatem dilatat, ditat, am-  
plificat, amor noſtri minuit, coarctat, premit. Amor Dei  
voluntatem noſtram ſumma libertate donat, ab omni crea-  
turarum ſubiectione liberat, & in alias omnes creaturas  
imperium concedit. Sic Paulus: *ſcio abundare, ſcio & penu-  
riam pati.* & ruruſ: *Quis nos ſeparabit à charitate qua eſt  
in Chriſto? tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an pe-  
riculum, an perſecutio, an gladius? In his omnibus ſuperamus  
propter eum qui dilexit nos.* Amor noſtri omnibus nos crea-  
turis captiuos ac ſubiectiones reddit. Auarus enim ſuo auro,  
ſuperbus honori, carnalis voluptati, gulofus ventris, cæteri-  
que peccatores omnes ſuis inſanis cupiditatibus ſeruiunt.  
Ruruſ amor Dei animum ſtabilem & conſtantem facit fir-  
mòque loco ponit, vnde nulla cum violentia depellat. *Va-  
lida enim eſt vt mors, dilectio. & hunc ignem nulla aqua poterit  
extinguere. Aedificauit ſupra petram qua nullo vèto aut tur-  
bine mouetur: amor noſtri voluntatem facit perpetuò mu-  
tabilem, & nullo certo loco conſiſtentem. Nam quemadmo-  
dum qui nauigat, velit nolit, vnà cum nauì mouetur; ſic res  
fluxas & mobiles qui amat, ipſe fixus & còſtans manere non  
potest, ſed pariter cū illis huc illucq; impellatur neceſſe eſt.*  
Amor Dei, voluntatè Deo maximè vnit, maximèq; vnã &  
collectã tenet, quum Deus quẽ amat maximè ſit vnus & in-  
uariabilis; indèq; fortitudinem conſequitur inuictã. Omnis  
enim virtus vnita fortior. Amor noſtri in multa nos diuidit  
& diſpergit, ideòq; debilem neceſſariò & infirmã facit; quia  
pluribus

plurib<sup>9</sup> intētus, minor est ad singula sensus. Amor Dei, voluntatem quasi in domo natiuitatis suæ florētē tenet. Ad imaginē enim Dei creata fuit, & ei assimilata, vt eū suauius diligeret; sicut puppas paruuli diligūt, quia sui ipsius similitudinē gerunt, & Deum Gentiles in humana effigie repræsentant, quia nihil homine, hoc est, seipsis pulchrius aut excellentius putabant. Amor sui in terram quasi alienam, exulem pellit, vt creaturis seruiat, quibus imperare debebat. Amor Dei, animam satiat, & omnibus replet bonis. Nam & ideo triangularis facta est, ex tribus potentiis consistens, vt folius indiuiduæ Trinitatis amor eam compleret. Triangulum enim circularis figura (qualis mundus est) replere non potest. Amor sui nunquam satiat, quia cupiditatibus nūquam sit satis. Qui rectam viam tenet, exitum inuenit. Aberranti de via nullus est exitus. Necessitas suum terminum habet, cupiditas nullum. Amor Dei, voluntatem speciosam reddit Deo, & Angelis & hominibus gratissimam. *Lucent enim opera eius, & glorificatur in illis Deus.* Amor sui, turpem, ingratham, & odiosam facit. Nemini enim bene vult, præterquam sibi. Sic à nemine amari potest. Ex his ergo aliqua ex parte explicari poterit, quàm sit hoc salutare, necessarium, & contra omnes tentationes præsentissimum remedium: *Dominum Deum tuū adorabis, & illi soli seruias:* id est, eum supra omnia coles, diliges, concupisces.

9.

Simile.

10.

Simile.

11.

Matth. 5.

## EVANGELIUM DOMINICÆ

## II. QVADRAGESIMÆ.



**A**SSUMPSIT Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol. Vestimēta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparuerunt illis Moyses & Elias cum illo loquentes. Respondens autē Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonū est nos hīc esse. Faciamus tria tabernacula: tibi vnum, Mosi vnum, & Elia vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ip-

Matth. 17.

sum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos; dixitque eis, Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos suos: neminem viderunt nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, praecepit eis Iesus: dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.

### PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. *Duxit eos in montem excelsum seorsum.* De via virtutis & veræ gloriæ.
2. *Et transfiguratus est ante illos.* De glorioso præmio laborum, qui in hac vita pro pietate suscipiuntur.
3. *Bonum est, nos hic esse. Faciamus tria tabernacula.* De amore rerum præsentium inordinato.
4. *Bonum est nos hic esse. Faciamus tria tabernacula.* De amore rerum cælestium.
5. *Ipsam audite.* De perfecta obedientia erga Christum.

#### 1. *Duxit illos in montem excelsum seorsum.*

Via virtutis & gloriæ ardua.

**L**ocus moralis de ardua via virtutis & veræ gloriæ. Christus enim, volens partem suæ gloriæ charissimis suis discipulis in Transfiguratione ostendere, ascendit in montem, eosque in montem ducit, ut doceat, viam ad gloriam esse arduam virtutis viam, qua ascenditur; non planam & facilem voluptatis viam, quia in barathrum descenditur. Moyses Legem accepturus, in montem Sina ad Deum ascendit; carnalis populus inferius manet: & prædicit Moyses: *Bestia qua tetigerit montem, morte morietur.* Qui brutalem vitam agunt, ascendere ad Deum non possunt. Sic Christus in monte docet discipulos & turbas; satiatur turbas ex paucis panibus & piscibus, subiit in montem. In monte Oreb, qui & Sina, Moyses accipit tabulas Legis, & Elias colloquio Dei fruitur. In monte Moria, qui & Sion, Spiritus sanctus datus est. In monte Oliucri Christus caelum ascendit. In monte Caluarie exaltatus à terra in crucem, omnia traxit ad seipsum. Vides omnia Dei opera excelsa & gloriosa, non nisi in monte patrii. Docet hæc, animo nos ad excelsa conscendere oportere, terrena despiciere. *Conuersatio nostra in calis est,* ait Apostolus. Et rursum: *Quæ sursum sunt querite, quæ sursum sunt sapite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, non quæ sunt super terram.*

Exodi 19.  
Allegoria  
Matth. 5.  
Ioan. 6.

Cælestia appendenda.  
Philip. 3.  
Coloss. 3.

Hæc



Hæc ad gloriã & verę virtutis via est. Ad virtutem quod at-  
 tinet, diaboli insidias, quas incessanter virtuti struit, hæc sola  
 ratione euadis. Quod sic appositè docet Chrysostomus, *Dia-* *Hom. 8. in epist.  
ad Rom.*  
*bolus formam serpentis gerit, deorsum trahitur, ab inferiore loco  
 depugnat: id est, à rebus quæ infra nos sunt, à voluptate, diuitiis,  
 rerum terrenarũ amore. Si quem viderit volatu ad calum ferri,  
 primò eò vsque pertingere non potest. Deinde id aggressus celeri-  
 ter labetur. Neq; enim pedes habet, ne formides; non alas, ne ter-  
 reare: super terrã trahitur: nihil tibi sit cum illa cõmune. Veluti  
 serpens spinis occultatur, intra diuitiarum imposturas assidue la-  
 titans. Quòd si spinas incenderis, diuitiarum amorẽ excusseris,  
 aufugiet timidus: si incantationes diuinas noueris, cælestiũ amore  
 tactus, statim vulnerabitur.* Hæc ille. Via ergo virtutis, & im-  
 munem esse à diaboli laqueis, hæc est, vt animo ad excelsa  
 conscendas: nec esse de numero eorum, de quibus Dauid di-  
 cit, *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Hæc te via du-  
 cit ad montem excelsum gloriæ sempiternæ. Ascendere ad-  
 uerso itinere, laboriosum est, quia *per multas tribulationes  
 oportet intrare in regnum Dei.* In Canticis legitur, quòd Salo-  
 mon *fecit sibi ferculum de lignis Libani. Columnas eius fecit ar-  
 gẽteas, reclinatoriũ aureum; sed ascensum eius fecit purpureũ, &  
 media charitate constrauit.* Ascensus purpureus est, quia per  
 sanguinem ascendere oportet ad montis verticẽ, mediante  
 & instigante charitatis diuinæ flãma, hoc est, amore rerum  
 cælestium, contemptu terrenarum, aut certè solo vsu earum  
 absque cupiditate illicita. Apertius hoc Dauid expressit: *Quis  
 ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?*  
 Respondet: *Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit* *Psal. 32.*  
*in vanum animam suã.* Innocẽcia manũ, opera bona signifi-  
 cat; sed ex mũdo corde, ne vana gloria, aut malo fine sordidẽ-  
 tur: quæ in eo inueniũtur, qui nõ accepit in vanum animam  
 suam, id est, qui non ad aliud animã suam applicat, aut alijs  
 addicit, quàm ad quę instituta & creata fuit. *Creatus autem  
 est homo* (ait sanctus Augustinus) *vt summum bonum intellige-  
 ret, intelligendo amaret, amando possideret, possidẽdo frueretur.* *De diligen.  
Deo, cap. 13.*  
 Hæc est via ad montẽ glorię cęlestis. Quod & ethnicus vide-  
 re potuit: *O quàm ridiculi sunt mortaliũ termini! Pũctũ est, quod  
 inter tot gẽtes ferro & igni diuiditur. Sursum ingẽtia spatia sunt,  
 in quorum possessionem animus admittitur. At ita si minimum  
 secum ex corpore tulit, si sordidum omne detersit, & expeditus le-  
 uisq; ac contentus modico emicuit. Cũ illa tetigit, alitur, crescit,  
 ac velut vinculis liberatus, in originẽ redit. Et hoc habet argu-  
 men*

*Psal. 16.**Act. 14.**Cant. 3.**Psal. 32.**De diligen.  
Deo, cap. 13.**Seneca in pra-  
fatione lib. 1.  
Natur. quæst.  
cap. 49.*

*mentū diuinitatis suæ, quòd illum diuina delectant, nec ut alienis interest, sed ut suis.* Hęc Seneca. Taurus in circulo agitatus, ad eum locum se semper vertit, per quē intrauit. Nouit instinctu naturali ea via sibi redeundum qua intrauit, si saluus exire velit. Cur idem naturæ instinctus, aut saltem fidei lumen, nos non docet, per cælestium rerum amorem ad Deum esse redeundū, à quo exiimus, vitæque & gratiæ principium accepimus? Terra hæc tabernaculum est peregrinationis nostræ, & quasi diuersorium transeuntis. Ridiculus esset, qui in diuersorio positus, totum suum tempus in cubiculo sibi designato componendo & ornando infumeret, à quo cras abeundū illi est. Satius esset vires reficere ad reliquū itineris peragendū. Ascendere ergo in montē per cælestium rerū curam & appetitionē, nō terrenis affigi oportet, vt eò peruenias. Dicit Esaias: *Qui sperant in Domino, assument pennas sicut aquila.* Aquila quū in terram descendit cibum captura, statim in sublime iterum auolat. Locustæ vix volatum vnum faciunt, & statim in terram incidunt. Sic iusti in cælestibus contemplandis diutius commorantur, & libentiùs: necessitati corporali obiter satisfaciunt, sicut canes de Nilo lambentes metu crocodili faciunt. Peccatores autem, si aliquando spiritum ad cælestem aliquā cogitationem erigūt, statim in terram recidunt, quasi pondere terrenorum aggrauati. Quare iusti illa vox est: *Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in precordijs meis, de manè vigilabo ad te.*

Esaiæ 26.  
Similia.

Esaiæ 26.

## 2. Et transfiguratus est ante illos.

Gloria iustorum.

**L**ocus moralis de glorioso præmio laborum in hac vita, qui pro pietate suscepti sunt. Christus enim inter cæteras causas, etiam ideo transfigurari voluit coram discipulis suis, vt hoc gustu gloriæ illis exhibito, ex eo conijcerēt, quanta illa cælestis futura esset, quā Christus illis sæpe verbo promiserat, & hoc scopo ac fine laborum proposito, vt ingenti ad virtutem stimulo vterentur. Hęc enim gloria tanta fuit, vt eius dulcedine raptus diuus Petrus, quasi que extra se positus, & omnium rerum terrenarum oblitus, etiam condiscipulorum & germani fratris Andree, quos in pede montis reliquerat, diceret Christo: *Domine, bonum est nos hic esse, faciamus tria tabernacula, &c.* Hanc quoque suam gloriam illis potissimum discipulis Christus ostendit, quos cruciatuum eius in

horto

horto testes ac spectatores habiturus erat, quiq̄ue pro eo gra-  
uissima passuri fuerant. Petrus enim Ecclesiæ princeps, ma-  
ximos in prædicatione labores, ac demum crucem sustinuit.  
Iacobus omnium primus gladio percutie ndus fuit. Ioannes  
longissimo in tempore huius vitæ ærumnas, & doctrinæ at-  
que persecutionum certamina subiturus erat: quippe qui  
60. annis Christo passo superuixit. Trāsfiguratur ergo Chri-  
stus ante passionem, & coram discipulis transfiguratur, vt  
hoc gustu gloriæ eorum animos, & omnium nostros, ad la-  
bores pro pietate suscipiendos, mirabiliter extimularet. Sa-  
gittarius nisi scopum acutissimè cernat, in incertum iacula-  
tur. *Ego autem* (ait Apostolus) *non sic curro, quasi in incertum;* 1. Cor. 9.  
*non sic pugno, quasi ærem verberans:* sed (vt alibi dicit) *ad de-* Philip. 3.  
*stinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei.* Chri-  
stus ergo sicut in circumcissione principiū pretij redemptio-  
nis nostræ contulit, sanguinem fundens; sic in hac Transfi-  
guratione principium præmij & gloriæ nobis elargitus est. Stella in Luc.  
Sicut filijs Israel per speculatores ostendit magnum illū vua-  
rum racemum, quem supra lignum transuersum duo baiula-  
bāt, vt ad desiderium terræ eis promissæ, eorum animos ac-  
cenderet, tediumq̄ue & laborem eam debellandi, aut tolle-  
ret, aut minueret, regressum quoque in Ægyptum penitus  
eximeret; sic in hoc Euangelio per quandam futuræ gloriæ  
effigiem, animos suorum ad huius deserti fastidium, & ad  
subeūdorum certaminū fortitudinem Christus excitat. cap. 9.  
*Debet in spe, qui arat, arare, & qui trahit, spe fructus percipien-*  
*di.* Sic Dauid, antequam certamen iniret cum Goliath gi-  
gante, dixit: *Quid dabitur viro qui percusserit Philistaum hunc?* 1. Cor. 9.  
Et responderunt: *Dabitur ei Rex magnis diuitiis, & filiam* 1. Reg. 17.  
*suam dabit ei, & domum suam faciet, absque tributo in Israel.* **Exemplū.**  
Nempe Christus in verbis hoc Euangelium paulo præceden-  
tibus, tum apud Matthæū, tum apud Lucam, multa aduersa Matth. 16.  
pro fide & pietate toleranda suis prædixerat: *Qui vult venire* Luca 9.  
*post me, tollat crucem suam & sequatur me.* Et iterum: *In syna-* Matt. 10.  
*gogis suis flagellabunt vos: ante Reges & Præsides ducemini pro-* Ioan. 15.  
*pter me.* Et rursus: *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.*  
Post tot labores & cruces prædictas, meritò cogitare & ro-  
gare poterant, *Quid ergo mercedis post tot labores? Quid*  
*dabitur viro, qui percusserit Philistaum hunc?* qui in funda & la-  
pide simplicis prædicationis tot gigantes vicerit & subuer-  
serit? Et de facto Petrus rogat: *Ecco nos reliquimus omnia.* Matth. 19.  
ergo

*ergo fiet nobis?* Christus ergo non quidem totam mercedem ostendit: quia illam *nec oculus vidit, nec auris audivit*; sed partem mercedis: eo sanè modo, quo solent prudentes patres paruulis filiis, quos tenerimè diligunt, facere. Hortatur pater filium, vt pergat in scholam, & metu virgarum reluctanti ac formidanti dicit: *Vade mi fili, & dabo tibi gemmam.* Rogante porrò filio vt gemmam videat, clausa manu, non totam, sed partem ostendit, dicens, *Ecce illam.* cuius cupiditate allectus, pergit alacer ad scholam paruulus. Prædixerat Christus Apostolis *Merces vestra copiosa est in calis.* Sed nunc tanquam paruulis, partem illius mercedis ostendit. Assyrij milites, sub Holopherne duce, videntes pulchritudinem Iudith, dixerunt: *Quis non pugnabit contra Israel, qui tam decoras habent mulieres?* Quanto magis pugnare debemus contra mundi illecebras, & diaboli tentamenta, pro pulchritudine cœlestis gloriæ, cuius tam illustre specimen hoc Euangelium dedit! Hæc consideratio diuo Paulo in omnibus angustiis ac tribulationibus, quas maximas & plurimas sustinuit, animû dedit, stimulos iniecit, & calcar apposuit. Ideo quum dixisset, *Nostra conuersatio in cœlis est*; adiecit: *Vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostra, configuratum corpori claritatis sue.* Hæc videlicet expectatio futura glorificationis etiam in corpore nostro (cuius in hoc Euangelio speciem Christus exhibuit) animauit Paulum, vt animo conuersaretur in cœlis, corpore verò humiliaretur in terris. *Reformabit, inquit, corpus humilitatis nostra*, id est, corpora nostra humiliata, mortificata, ieiunijs attenuata, vigilijs macerata, flagellis castigata, & in seruitutē redacta, vt Paulus in suo corpore fecit: non corpora delicata, & omni voluptatum genere affluentia. *Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur*: à corruptibilitate videlicet in incorruptibilitatem & in gloriam. Non nitet ferrum, nisi multo vsu confricatum. Non spirant aromata, nisi pulillo cōtrita. Non fructificat arbor, nisi sæpius putata, & frondibus luxuriantibus spoliata. Quosdam videre licet, qui per sterquilinia & loca immunda diuagantur, obsoletos, sordidos, & veteres pannos colligentes; quos aspicere tantummodo, nauseam & vomitum excitat. At qui deferunt eos postea in molendinum, conijciunt in aquam, conterunt & contundunt egregiè: tandem optimam & candidissimam ex ijs conficiunt papyrum. Qui papyrum

*Simile.**Math. 6.  
Exemplū.**Judith. 10.**Exemplum.  
Philip. 3.**1. Cor. 15.**Similium  
congeries.*

papyrus videt, rem ita candidam, politam, humidi capacitatem, scriptioni in tot ætates duraturæ idoneam; vix credat, ex tam vili, & sordida, & abiecta materia confectam. At hoc facit humani ingenij industria, labore & varia attritione mediante. Qui vitrum cernit rem ita pellucidam, & multis præclaris vsibus aptam; quomodo cogitabat ex filicum radicibus, herba alioqui vilissima, ad nullius animalis pabulum idonea, & telluris inutili pondere, illud esse confectum? Sed illæ tamen arefactæ, contritæ, & igne vehementissimo liquefactæ, huiusmodi præclaram materiam producunt, humanæ artis industria. Sic diuina sapientia corpus humanum natura crassum, ponderosum, facit tamen agilitate aquilas luce ac splendore solem ipsum superare. *Fulgebunt enim iusti sicut sol in conspectu Dei: & ambulabunt, & sequentur Agnum quocumque ierit.* Sed hoc facit in corporibus humilitatis: de quibus Paulus dicit: *Alij ludibria & verbera experti sunt, in super & vincula, & carceres; lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt: circuiuerunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Quis hos tales ad tantam gloriam peruenturos sine oculo fidei existimaret? Nam & hoc videntes impij (ait Scriptura) turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione in sperata salutis, dicentes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Hi sunt laceri illi & sordidi panni, quos in sterquilinio vidimus, vel videre potiùs præ fastidio nolimus. Nos in sensati vitam eorum & stimabamus insaniam, & finem illorum sine honore, absque quo sine videretur verè insania. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est.* Hanc gloriæ sortem Christus in hoc Euangelio quadamtenus adumbravit. Vt linum tela, & lana pannus fiat tenuis & elegans, quantas mutationes subire, quàm variè tonderi, texti, pecti, tundi, tingi, ac retingi debeat, norunt textores & textrices, fullones; tinctorum, & pollinctorum. Sic ad gloriam cælestem non nisi per variam mortificationem membrorum nostrorum, qua sunt super terram, peruenitur. In molendino papyraceo, parua & modica mutatione facta, exit papyrus nigra, rudis, & bibula: sed vt exeat candida, firma, polita, multam & variam mutationem subire debet. Corpus igitur humilitatis nostra reformabit Christus, configuratum corpori claritatis suæ: id est, eodem claritatis genere, et si non in eodem gradu, glorificandum, eamque ob causam semet-

Matth. 13.

Apocal. 14.

Hebr. 11.

Sap. 5.

Similia.

1.

Coloss. 3.

2.

ipsum in terris viuens coram discipulis suis transfigurauit, ut speculariores facti gloria ipsius (ait Petrus, qui cum cæteris hoc specularatur) notam nobis facerent Christi virtutē, & repositam in cælis immarcescibilem coronam. Nam & ideo Christus hanc gloriam oculis suorum subiecit, inferni pœnas non subiecit: quia fortior est ad pietatem stimulus (viris maximè, & noui Testamenti filijs) expectatio gloriæ, quàm timor inferni. Vnde illius mentionem sapius iniecit: *Nisi quis renatus fuerit, non intrabit in regnum cælorum. Nisi abundauerit iustitia uestra, &c. non intrabitis in regnum cælorum. Nisi fueritis sicut paruuli isti, non intrabitis in regnum cælorum.* Sic Petro: *Nisi lauero te, non habebis partem mecum.* Quum diues epulo in inferno rogaret, ut quinque fratribus viuentibus pœnæ inferni demonstrarentur, responsum ei est: *Habent Moysen & Prophetas.* Hoc est, ex Scripturis eas satis intelligent; ocularis demonstratio non est conueniens. At gloriæ cælestis ocularem demonstratiōem in hoc euangelio Christus facit. Eandem ob causam cælum nobis aspectabile fecit, & elementū interiaccens transparentes dedit, ut aërem. Infernum aspectabile non dedit; sed terram interposuit corpus crassum & densum.

Ad hanc gloriæ Christi considerationem, cuius & nos participes erimus, sæpe hortatur Scriptura, tanquam ad medium amplectendæ pietatis validissimum. Sic Dauid: *Filij hominum, usquequo graui corde? ut quid diligitis vanitatem, & quaritis mendacium? Cur terrena appetitis vanitate plenissima, & fallaci voluptate? Scitote quoniam mirificauit Dominus Sanctum suum.* Christum glorificatum cernitis, à quo uestra gloria pendet, & tanquam à capite membra deriuatur. Sic Paulus, quum dixisset; *Vita uestra abscondita est cum Christo in Deo;* quasi explicans, addit: *Cum autem Christus apparuerit, vita uestra; tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria:* statimque concludens, infert: *Mortificate ergo membra uestra quæ sunt super terram,* quasi diceret: Non videatur vobis durum, si corpus in hac vita multis modis mortificetur; quia idem corpus postmodum erit in gloria; quæ etsi nunc latet, quia Christus ipse latet, & oculis corporeis non cernitur; tamen & Christus ipse in extremo iudicio apparebit: *Veniens in maiestate sua, & vos cum Christo in gloria apparebitis.* Sic alibi: *Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* moxque addit: *Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus.* Quare verò in illis? Quia hac spe illæ leuiore sunt.

Sequitur

Gloriæ expectatio, virtutis stimulus.

Psalm. 4.

Coloss. 3.

Lucæ 21.  
Rom. 8.

Sequitur enim: *Scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem. Spes autem non confundit.* Vides cathenam vitæ iustorum. Primus cathenæ circulus est tribulatio, mortificatio humiliatio; posterior circulus est spes gloriæ illorum Dei. Illam igitur Christus ad oculum ostendere voluit, sicut agonothetæ interdum faciunt, qui brauiorū victoribus in certamine dandum, loco excelso figunt, vt ab athletis videatur; eoq̄ue viso, alacrius ad decertandum incitentur. Vnde iterum Paulus: *Nos omnes* (nam omnium Christianorum hoc est) *reuelata facie gloriam Domini specularantes*, id est, oculis fidei, non affectionibus creaturarum, quasi cataractis plenis, sed ab amore creaturarum liberis & puris, *in eandem imaginem transformamur*, id est, in illam Domini gloriam tota spe & affectione penetramus, eamq̄ue quasi nostram induimus: à claritate in claritatem; à claritate iustitiæ & bonorū operum, ad claritatem spei gloriæ, tanquam à Domini spiritu edocti & instituti. Hic transfigurationis Christi, quoad nos, finis ac scopus fuit. Nam idcirco non solus Christus in hac transfiguratione sua gloriosus apparuit, verum etiam Moyses & Elias, qui (vt narrat diuus Lucas) *visi erant cum eo in monte* Luca 9. id est, gloriosi. Sanctos illos viros, etsi necdum visione Dei fruētes (quia *nondum erat propalata via Sanctorum*, Hebr. 9. & 11. Christo adhuc in æterna tabernacula non recepto, sed *non acceptis repromissionibus, defuncti sunt*, vt cæteri veteris Testamenti Patres) tamen gloriosos apparere Christus voluit, ad nostram consolationem, & vt nos fideliter ei seruientes, cum Moyse legem mandatorum seruantes, cum Elia zelum fidei & iustitiæ habentes, simili gloria donandos doceret. Hanc consolationem in suis angustijs sibi proposuit Dauid, *Quum enim dixisset: Si exurgant aduersum me castra, non timebo*, subiunxit causam. *Vnam petij a Domino: hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, & videam voluntatem Domini*: vel, vt alia lectio habet, cui Hebræus & Græcus textus fauet, *voluptatem Domini*: seu, vt Euangelium loquitur, *Gaudium Domini tui*. Quare paulo inferius dixit: *Credo videre bona Domini in terra viuentium*: quod de cælesti gloria dictum nemo dubitat. Eodem modo & Apostolus adhuc semel: *Scimus* (inquit) *quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd adificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, sed æternam in cælis.* 1. Cor. 5. Hac se spe

Cathena vitæ iustorum.

Simile.

2 Cor. 1.

Luca 9.

Hebr. 9. &amp; 11.

Psal. 26.

1. Cor. 5.

Consolatio  
iustorum.

consolatur, quæcunque illi fortuna obuenerit. Hæc est omnium verè in Christo fidelium vera, & solida, & efficacissima consolatio contra omnia huius mundi aduersa. Ascendere in aduersum oportet, terrena despiciere, cœlestibus inhiare, labore contendere, difficultates pati. Sed in vertice montis gloria nos manet. De hac consolatione Cyprianus: *Viget apud nos spei robur, & firmitas fidei, & inter ipsas seculi labentis ruinas erecta mens est, & immobilis virtus, & nunquam non lata patientia, & de Deo suo semper anima secunda: sicut per Prophetam Spiritus sanctus loquitur: Ficus non florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus oliua, & arua non afferent cibum. Mentietur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus. Ego autem in Domino gaudebo exultabo in Iesu Deo meo. Dei hominem, & cultorem Dei, subnixum spei veritate, & fidei stabilitate fundatum, negat mundi huius & seculi infestationibus commoueri. Vineam licet fallat, & olea decipiat, & herbis siccitate morientibus, astuans campus areseat; quid hoc ad Christianos, quid ad Dei seruos, quos paradisi inuitat, quos gratia omnis, & copia regni cœlestis expectat? Exultant semper in Domino, & latantur, & gaudent in Deo suo, & mala atque aduersa mundi fortiter tolerant, dum dona prospera futura expectant. Hæc Cyprianus contra infideles ethnicos. Hanc perpetuam fidelium consolationem, totus ille Psalmus canit, cuius initium est, *Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur: sed ille maximè versiculus, Cum ipso sum in tribulatione, quasi dicens: Ego Deus indiuiduus comes sum tribulationis seruorum meorum, ego adsum, ego cum illis iugum traho, ut sic leuius fiat. moxque addit: Eripiam eum & glorificabo eum: id est, non solum curabo ne absorbeat a tristitia, aut tentetur supra id quod potest; non solum eripiam eum; sed & post labores gloria cœlesti donabo. Nam idcirco adiecit, quasi explicans quo demum modo eum glorificaret: Longitudine dierum replebo eum: hæc est æternitas, & ostendam illi salutem meam: hæc est Dei visio atque fruitio. Sampsoni in via occurrit catulus leonis sauius & rugiens. At ille, irruente in eum Spiritu Domini, dilacerauit eum, quasi hœdum in frustra decerpens, nihil omnino habens in manu. Post aliquot dies reuertens, declinauit ut videret cadauer leonis, & ecce examen apum erat in ore leonis, & fauus mellis. In vita & via Christiana leones sæpè nobis occurrunt rugientes & saui: aliqua semper contradictio, aliqua tentatio, aliqua tribulatio. Sed si in Spiritu Dei, quem**

omnes

Tract. ad De-  
merrianum.

Abac, 3.

Psal. 90.

2. Cor. 2.  
3. Cor. 10.

Iud. 14.

Allegoria.



omnes accepimus, & fortes in fide tentationem superamus, ex ipso labore exhibit postea mellis dulcedo, & ineffabilis consolatio, dum aspiciamus in remuneratorem Iesum, qui in monte Thabor gloriam suam ostendere voluit, vt ad similem ipsi assequendam, & certa fide expectandam, contenderemus.

3. *Bonum est nos hic esse. Faciamus tria tabernacula.*

**L**ocus moralis de amore presentium inordinato. Petrus presentium  
 Lenim hæc verba dicens, tum gloriæ huius cœlestis quam amor inordi-  
 in monte vidit, intempestiuo amore rapiēbatur; tum suum natus.  
 presentis bonum inordinate quærebāt. *Bonum est nos hic esse.*  
 Quare D. Lucas addit illum ex ignorantia hoc dixisse: *Ne- Luca 9.*  
 sciens quid diceret. Ignorantia autem eius in eo erat, quod  
 ante labores frui pace & gloria volebat; & esse habitator,  
 quum adhuc esset viator: denique presentibus frui. Vnde  
 D. Augustinus hæc verba tractans, ait: *Quid dicis Petre? Mun-*  
*dus perit, & tu secretum petis? Vides tot gentes in unum con-*  
*uenisse, & tu requiem quaris? Vides tenebras mundi, & tu lu-*  
*men abscondis?* Sic & Damascenus: *Quid tu Petre de taberna-*  
*culis prapropere cogitas? Calicem Domini te prius bibere oportet,*  
*& uniuersam per mundum Ecclesiam moderari.* Est igitur hic  
 Petrus humanæ infirmitatis imago, quæ leui hic aliqua vo-  
 luptate affecta, altiora non respicit. Sicuti absurdè agit qui  
 longa peregrinatione instituta, hospitium commodum fortè  
 nactus; ibi se oblectat & immoratur, reliquam profectio-  
 nem negligens; sic qui presentibus insistit, oblitus cœle-  
 stium, vel negligens illa ad quæ vocatur. *Omnia huius mundi*  
*gaudia* (ait S. Augustinus) *sunt solatia miserorum, non gaudia*  
*beatorum.* Nunc autem cæti peccatores in qualibet voluptate  
 tabernaculum figunt, & morari volunt. Auarus dicit: *Re-*  
*quiesce anima mea, comede, & bibe, & epulare. Habes multa*  
*bona in annos plurimos reposita.* Sed Deus respondet: *Stulte, hac*  
*nocte animam tuam à te repetent.* Stultum vocat avarū, quia  
 summa stulticia est in diuitijs huius mudi velle cōquiescere,  
 & dicere, *Bonū est nos hic esse.* Hinc Nabal ille, qui ob avaritiā  
 negabat Dauid alimoniam, stultus interpretatur; & vt vxor  
 eius Abigail dixit, *secundum nomen eius stultus est, & stulticia*  
*est cum eo.* Superbus dicit: *Sedeo Regina, & vidua non sum, &*  
*luctum non videbo.* Sed Deus respondet: *Quantū glorificauit se*

presentium  
amor inordi-  
natus.

Luca 9.

In orat. de s.  
bates. cap. 7.

In orat. de trans-  
figur. Domini.

De ciuit. Dei,  
lib. 19. cap. 27.

Impiorum ta-  
bernacula.

Luca 12.

1. Reg. 25.

Apo. 18.

*Et in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum; quia dixit in corde suo, Sedeo Regina, &c. id est, quia de diuitiis superbiuit & securitatem sibi, ac pacem in illis promisit. Quum Cræsus Lydorum Rex, in diuitiis suis spem ponens, à Solone rogaret, an quisquam eo felicior esset; pauperes quosdã Athenienses eo multo feliciores asseruit ut qui paucis contenti essent, & minùs expositi periculis & inuidiã. Gulosus in suis epulis & patinis gaudens, ait: *Edamus & bibamus, cras moriemur.* Bonum est nobis hic esse. *Venite, fruamur bonis qua sunt, & utamur creatura tanquam in iuuentute celeriter; vino pretioso & unguentis nos impleamus, & non pratereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequam marcescant. Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrum exors sit luxuria nostra. Vbiq; relinquamus signa letitiã: quoniã hæc est pars nostra, & hæc est sors.* Sed insanis istis ventricolis respõdet Spiritus sanctus: *Vocabit Dominus Deus exercitiũ in die illa ad stultum, & ad planctũ, & ad caluitium, & ad cingulũ sacci: & ecce gaudiũ (scilicet vestrum) & letitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinũ.* Potentes & florentes in seculo dicunt: *Quomodo potui? & quis me subiciet propter facta mea? Peccavi: & quid mihi accidit triste?* Et hi quoque quasi in bonis ducunt dies suos. Sed Spiritus sanctus respondet: *Altissimus patiens est redditor, & in die vindictæ disperdet te.* Et rursum: *Va qui prædaris, nõnne & tu prædaberis? Va qui spernis, nõnne & tu spernetis? Cũ consummaueris depredationem, depredaberis. Cũ fatigatus desieris contemneris, contemneris.* Nulla ergo in præsentibus (quæ dicuntur) bonis stabilitas. Generaliter de omnibus huius seculi pace fruentibus dicit Apostolus: *Cũ dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis veniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient.* Quis securior de vita esse potest quàm fuit Heli Sacerdos, sedens in cathedra in domo sua? Tamen in cathedra sedens, mortem obiit repentinam. Herodes Rex, quum *vestitus veste regia, sedensque pro tribunali, concionaretur ad Tyrios & Sidonios, populũsque acclamarer, Dei voces, & non hominis: fœlix sibi & beatus, optimoq; loco esse videbatur. Sed confestim percussit eum Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo, & cõsumptus à vermicibus, expirauit.* Sed huius rei memorabile exemplum est Leo Armenius Imperator. Ille Michaëlẽ Balbum, de affectato imperio conuictum, igne comburendum decreuerat. Itum est ad supplicij locum, Imperatore ipso comitante. Sed quia*

vigilia

Laert. lib. 1.  
cap. 2.Apophteg-  
ma.1. Cor. 15.  
Sap. 2.

Esaia 25.

Eccles. 5.

Esaia 33.

2. Thess. 5.

Exempla.  
1. Reg. 4.

Act. 12.

Zonaras Annal.  
tom 3. in Mi-  
chaele Baluo.

vigilia natalis Domini erat, vxore intercedente Imperatoris, dilatatum supplicium est. Sed Leo Michaëlem ita compedibus victum, carceri mancipauit, vt ipse clauem seræ terreae seruatet: ipsaque nocte insequenti carcerem ingressus, & Michaëlem altè dormientem videns, recessit iratus, iramque agitatione manus declarauit: quod totum vnus ex vigilibus somnum simulans conspiciatus, Michaëli abeunte Imperatore nunciauit. Ille literas statim ad conscios socios scribit, minitans se eos omnes delaturum, nisi quod suggerat exquerentur. Socij igitur consilium eius sequuti, in matutinis horis Natalis Domini cantantem Leonein interficiunt, & eodem die in ipso diluculo, Michaël heri comburendus Imperator acclamatur, & in Ecclesia diademate coronatur. Vide cætera apud Zonaram. Cræsus Rex, quum se fœlicem prædicaret, Soloni contradicenti non credidit, donec ad rogam ventum esset, quo à Cyro Rege, qui eum bello ceperat, comburendus ducebatur. Tunc enim exclamauit, O Solon, Solon. Cuius clamoris causam sciscitatus Cyrus, & intelligens ei prospera fortuna vtenti Solonem dixisse, neminem ante obitum beatum dici posse, agnoscens & ipse rerum humanarum incertitudinem, captiuo pepercit. Sapiētis igitur illud dictum est: *In die bonorum ne immemor sis malorum.* Iob, quum filij eius facerent cōiuiua per domos, mittebat ad eos, & sanctificabat eos, consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim: *Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis:* id est, blasphemauerint Deum, dicentes: Bonum est nos hîc esse. *Labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est?* Dauid, post magnam victoriam in Siceleg, quum iam diuidere spolia, & agere triumphum vellet, derepente tristissima noua accepit, de toto exercitu Israëlitico fuso, Regèque occiso, & amico Ionatha interfecto: vnde in maximum luctum omnia conuersa sunt. Sic in bonis huius mundi, quum iam te putas diuidere posse spolia, & frui opibus collectis, amara mors te rapit. Non est igitur in præsentibus bonis fiducia ponenda, non in illis gloriandum. Sicut homo morbo & annis grauis, si debili baculo innitatur, nunquam ita illi fidit, vt toto corporis pondere in illum incumbat, ne oneris magnitudine fractus, innitentem deludat atque deiiciat, ita rebus humanis toto pectore incumbendum non est, nec in eis fœlicitatis pars vlla ponenda, aut vnquam dicendum: *Bonum est nos hîc esse.* Ethnicorum sapientes prosperam fortunam

Diodorus Siculus.

Eccles. 11.  
Iob. cap. 1.

Psal. 11.  
Exemplum.  
2. Reg. 1.

Simile.

Exemplum.  
Plutarchus in  
Grac. apophtheg-  
mas.

suspectam habuerunt, vt virtuti inimicam. Epaminondas poltridie eius diei quo feliciter pugnatum erat in Leuctris processit squalidus ac submissus. Amicis sciscitantibus, ecquid illi molesti accidisset, *Nihil*, inquit: *Sed heri sensu me plus a quo mihi placuisse. Eius gaudij intemperantiam hodie castigo.* Talis moderatio quemuis etiam optimum Christianum docere poterit, ne vnquam vano gaudio elatus, dicat: *Bonum est nos hic esse*: ne in quacunq; fortuna sibi placeat. Plato rogatus à Cyrenensibus vt ipsis leges inscriberet, ac Reipub. statum componeret, reculauit, dicens, *Perdificile esse condere leges tam felicibus.* Censuit præsentium bonorum vanam delectationem & fruitionem maximum esse ad virtutem capeffendam impedimentum.

4. *Bonum est nos hic esse. Faciamus tria tabernacula.*

Cœlestium rerum amor.

**L**OCVS moralis alius de amore cœlestium. Potuit enim D. Petrus hæc verba dixisse, non humano affectu, vt supra exposuimus; sed sancto, diuina videlicet dulcedine captus, & rerum omnium terrenarum oblitus, & fastidio ductus. Nam & sic hæc verba exponit D. Chrysostomus: & quod Marcus ac Lucas dicunt Petrum nesciuisse quid dixerat, cum hoc etiam sensu quadrat, quia etiam hoc desiderium adhuc incongruum erat, non absolutè, sed per accidens, quia intemptium, vt in altero loco ex Augustino & Damasceno ostendimus. Si quis ergo hæc verba Petri in hunc sensum malit accipere, locus erit idoneus de rerum cœlestium amore differendi, & quantam ad pietatem vim ille amor habeat, explicandi. Paulus amore rerum cœlestium captus, vt supra ex multis eius sententiis ostendimus, sic omnia terrena contempsit, vt diceret: *Omnia arbitratus sum vt stercora.* Parit ergo amor cœlestium contemptum terrenorum. Quando seruus ille Abrahæ, iussu Domini sui, iuit, in Mesopotamiâ, quæsitum vxorem Isaac, cum ei obuiam veniret Rebecca, fecit periculum quo cognouit Dei voluntatem esse, vt illa vxor Isaac existeret: factoque periculo, *dedit illi in aures aureas, & armillas in manu eius.* Postea eam à parentibus exposcit in vxorem filij Domini sui, qui mentem adolescentulæ cognoscere cupientes, *interrogauerunt eam. Vis ire cum homine isto? Respondit illa, Vadam.* Magnum hoc fuit mysterium, quo docetur, mox vt Deus alicui obsides gloriæ cœlestis præbet, seseque illi aperit & mani-

Text. 2. huius  
Domin.  
Philip. 3.

Genes. 24.  
Allegoria.

manifestat per fidem (dicit enim Scriptura: *Sponsabo te mihi* Osee 2.  
*in fide*: quæ est in auris aurea, quia *fides ex auditu*) & per Rom 10.  
 charitatem (nam armilla in manibus, est illa *charitas despon-* Ierem. 2.  
*sationis*, de qua apud Ieremiam Deus loquitur) extemplo Psal. 48.  
 terrena despiciat: *obliviscitur domum patris sui*, veteris Adam;  
*quia concupivit Rex speciem decoris eius*. Cum Elias propheta Allegoria.  
 Dei gloriam & maiestatem coram se prætereuntem vidit, 3. Reg. 19.  
 pallio suo oculos texit; quia mox ut quis Dei fruitur deliciis,  
 omnibus terrenis claudit oculos. Unde David: *Quid mihi* Psal. 70.  
*est in cælo, & à te* (id est, præter te) *quid voluit super terram?*  
*Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum*. Cuius enim  
 animum amor celestium semel occupavit atque possedit,  
 sordent ei postea terrena, non secus quàm qui, inuentis fru- Homil. 4. de gra-  
 gibus, contemnit glandes. Hinc D. Basilius: *Anima quæ se-* tiar. actione.  
*mel se modis omnibus desiderio astrinxit sui conditoris, iamque*  
*insuevit oblectare se tanta illius pulchritudinis contemplatione;*  
*prorsus non sinet vehemens illud gaudium animique sui iucun-*  
*dissimam effusionem intercipi, aut immutari per multiplicem &*  
*succedaneam carnalium affectionum mutationem: quin ea po-*  
*titus quæ alijs mororem afferunt & tristitiam, in cumulum sibi*  
*vertet, & accessionem lætitiæ.* quod Apostolus fecit quum 2. Cor. 12.  
 diceret: *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contu-*  
*melijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Chri-*  
*sto, Cum enim infirmor, tunc potens sum*. Sic David: *Renuit* Psal. 76.  
*consolari anima mea* in externis & terrenis omnibus. *Memor*  
*fui Dei, & delectatus sum*. Sapienter in hanc sententiam Epist. 93.  
 scripsit Seneca: *Ut absurdum est, Sole non esse contentum* Similia.  
 quo videas, nisi aliquis alicunde igniculus alluxerit; quasi in  
 claritate Solis haberet scintilla momentum: sic absurdum  
 est, in solo Deo non quiescere & voluptatem capere, nisi ter-  
 renarum etiam rerum delectatio accedat; quasi in eo qui  
 Deo se oblectat, talis voluptatula haberet momentum. Hæc  
 ille. Qui auream monetam habet, quæ imitar multorum est,  
 parvas æris & argenti monetas, etiam equivalentes, non  
 desideraret.

At in Deo omnium simul creaturarum & pulchritudo &  
 excellentia est: multo que perfectius quàm in ipsis creatu-  
 ris: quia modo quodam infinite perfectiori se habent in  
 Deo, quàm in seipsis. Quemadmodum vas plenum non po-  
 test alium liquorem recipere: sic anima Dei amore imbuta,  
 alios inferiorum rerum amores non capit. *Sicut casta mu-* Homil. 26. ex  
*lier* (ait Chrysostomus) *quæ virum suum amat, nullum alium* var. in Matth.

amat: si autem alium amauerit, iam non amat virum: ita & homo si Deum amat, mundum non amat: si autem mundum amauerit, iam Deum ex toto corde non amat. Sunt nempe amor Dei, & amor creaturæ veluti bilances, in quibus, quo magis vna deprimitur, hoc magis altera eleuatur & attollitur. Et sicut acus qua nauigationis cursum nauatæ dirigunt, ex magnetis tactu, in solum mundi polum rectâ semper tendit, quocunque flectatur; sic amor Dei purus hoc menti tribuit humanæ, vt terrenis omnibus speris, sola cœlestia denderet. Meritò igitur diuus Petrus, cœlestis gloriæ gustu & dulcedine captus, sic terrenorum omnium oblitus fuit, vt Christo diceret. *Bonum est nos hic esse.* Huc referri possunt quæ in textu 2. huius Dominicæ dicta sunt, quòd stimulus virtutis est gloriæ expectatio. De quo etiam vide Domin. Septuagesimæ.

Text. 7.

5. *Ipsam audite.*

Christo per omnia obediendum.

**L**O C V S moralis de perfecta obedientia erga Christi Redemptoris mandata omnia. Vox enim de cœlo delapsa ideo Christum glorificatum coram discipulis esse docuit, non vt illa nunc gloria fruerentur, seu humano affectu, seu sancto; sed vt Christum Iesum verum esse Dei Filium, ac mundi Redemptorem intelligerent, eique per omnia, tam in doctrina (quam partem in altero Promptuario tractauimus) quàm in moribus obedirent.

Dicit ergo vox diuina è cœlo delapsa: Non audiat mundum, qui docet delicias & diuitias appetendas: sed *ipsum audite*, qui præcepit contemptum diuitiarum, dicens: *Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, detrimentum autem anime sua patiatur?* Non audiat mundum, qui docet dignitates & honores quærendos: sed *ipsum audite*, qui dicit: *Nisi quis humiliauerit se sicut paruulus iste, non intrabit in regnum cœlorum.* Non audiat mundum, qui docet vindictam appetere, par pari reddere, & pro qualibet iniuria litigare: sed *ipsum audite* qui dixit: *Diligite inimicos vestros. & Si quis te percusserit in dexteram maxillam, prabe illi & alteram.* Deus in veteri lege locutus est cum Moyse in monte, audiente vniuerso populo; & postea crediderunt omnibus quæ dixit eis Moyse. Sic in monte transfiguratur Christus, vt ipsum audiamus in omnibus.

Exemplum.

Si in deserto maxima multitudo perit, eo quòd non obedirent

dirent Moyſi ſeruo Dei; maior & terribilior erit eorum ruina qui Chriſto non obediunt. Si qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis prauaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem; quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutē: qua quum initium accepiſſet enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt? Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquā famulus in teſtimonium eorum qua dicenda erant: Chriſtus verd tanquam filius in domo ſua, qua ſumus nos. Quapropter hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, &c. quæ ſequuntur. Sic & Petrus hanc vocem è cælo auditam vrget, vt ad Chriſti obedientiā penitus exactiſſimam, fideles adhortetur. Ipſum audite (ait S. Cyprianus) ſiue cū irasceatur, ſiue cū parcit. In ira te ſupplico; in clementia gratias ago. Non audit Chriſtum, qui non diligit. Non diligit; qui peccato ſeruit. De hac perfecta obedientia erga Chriſtam, in alio Euangelio diximus.

Hebr. 2.

Hebr. 3.

1. Petri 1.

Serm. de Bap.

Chriſti.

Dom. 2. poſt  
Epiſt. t. x. 4.

## EVANGELIUM DOMINICÆ III.

## QUADRAGESIMÆ.

**R**AT Ieſus eijciens demoniū, & illud erat mutum. Et cū eieciffet demonium, locutus eſt mutus; & admirate ſunt turba. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Alij tentantes ſignū de cælo querebant ab eo. Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum, dixit: Omne regnū in ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domū cadet. Si autem & Satanas in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnū ipſius, quia dicitis in Beelzebub eijcere me demonia? Si autē ego in Beelzebub eijcio demonia, filij veſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Porro ſi in digito Dei eijcio demonia, profectō peruenit in vos regnum Dei. Cū fortis armatus cuſtodit atrium ſuū, in pace ſunt omnia que poſidet. Si autem fortior illo ſuperueniēs, vicerit eū, vniuerſa arma eius auferet in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Qui

Lucæ 12.

non est mecū, aduersum me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Cū immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per loca inaquosa, quarens requiem. Et non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cū venerit, inuenit eam scopis mundatam & ornatam, Et tūc vadit, & assumit secum septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factū est autem cū hæc diceret, extollens vocem quādā mulier de turba, dixit ei: Beatus vēter qui te portauit, & vbera que suxisti. At ille dixit: Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

### PERICOPĒ moralis huius Euangelij.

1. Erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum. De potestate dæmonis super corpora humana.
  2. Quidam ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. De perverso hominum iudicio, & virtutis odio a que inuidia.
  3. Omne regnum in se diuisum, desolabitur. De pace seruanda cum Deo & proximo.
  4. Cū fortis armatus custodit atrium suum, omnia quæ possidet, sunt in pace. De falsa pace & securitate impiorum, quam diabolus procurat.
  5. Si autem fortior eo superueniens, vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat. De perfecto peccati exterminio.
  6. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. De recidua peccati.
  7. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Locus duplex.
1. Contra auditores verbi infructuosos. 2. Contra non audientes verbum.

#### 1. Erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum.

Diaboli potestas super corpora & animas hominum.

**L**ocus moralis de potestate dæmonis super corpora & animas peccatorum. Quum enim frequenter in Euangelio legamus Christum eiecisse dæmonia è corporibus hominum; & quū iste dæmoniachus, quem in hoc Euangelio Christus sanauit, non solū mutus, sed & surdus, & cæcus fuerit; quumq; in hoc Euāgelio circa potestatem eijciēdi dæmonia cauillati fuerint iudei, & accuratè respōderit Christus; ac postremò, quum ideo hominū corpora à dæmone vexari Deus permittat, vt, quā violenter & hostiliter ad animas perdēdas operetur, nos doceret & cōmonefaceret; propterea vt de dæmonum in corpora & animas potestate à Deo illis permittā aliquid



aliquid dicatur, hic locus admonet, & ad tanti aduersarij odium & cautelâ salubriter informat. Dæmoniacus iste apud Marcū dicitur surdus & mutus, quod & vox Græca apud Lucam *κωφ* significat. Apud Matthæū verò additur, etiâ cæcus. Dicitur autē dæmonium habuisse mutum, surdū, & cæcum; quia non à natiuitate, sed vi & operatione diaboli talis factus fuerat. Propterea dicit Euangeliū, quod *admirata sunt turba*. Propterea inuidi Iudæi cauillabantur: *In principe dæmoniorum eiecit dæmonia*. Totum hoc autē non nisi Dei permissione fiebat. Non potuit diabolus Iob in bonis, aut corpore tangere, nisi Deo permittente. In deceptione Achab potestatem accipit à Deo spiritus mendax. In Euangelio petunt à Christo dæmones facultatem ingrediendi porcos. Multo magis ingrediendi homines potestatem accipiunt. Illustre est huius rei exemplū de Nerone, Christianorū persecutore. Plurimis enim vocatis magis, & toto orbe conquisitis, nullū poterat ab eis responsum ad sua quæsitâ, ope dæmonū, extorquere; Deo illud nō permittente, vt refert Plinius. Permittit autem hoc Deus alias quidē ob causas, quæ ad doctrinam pertinent, vt propter infideles, qui negant esse dæmones, quales erant Sadducæi, propter magos ipsos, vt à diabolo ad Deū conuertantur, vt in Cypriano mago factū est, propter Dei potentiâ ostendendâ, vt docet Augustinus; sed ad mores quod attinet, duabus potissimum de causis. i. ad tentationem iustorum. Sic dæmonum opera in ariolis & magis Deus permittit, quia, vt ait Scriptura, *Tentat nos Deus, vt palàm fiat vtrum diligamus eum ex toto corde, an non*. Qui enim nō sincerè diligūt Deum, sed sua magis commoda, confugient ad magos, & ad diabolum, vt latè profèquitur diuus Augustinus, disputās cōtra incantatores suorū temporum. Secundò, & frequentius ad punitionem peccatorū. Sunt enim ministri iustitiæ diuinæ, qui mittit indignationem iræ suæ per angelos malos. Sunt enim quædam peccata grauiora, propter quæ dæmon in corpus ipsum potestatem accipit. Vnum est infidelitas positiuâ, seu agnitæ veritati resistere, aut ab ea recedere. Sic Cyprianus docet, suo tempore multos fuisse à diabolo possessos, quod à fide recessissent: & exemplum adfert de quadâ fæmina relapsa, à diabolo interfecta. Alterum est abusus Sacramentorum, cuius rei exēpla adfert ibidem Cyprianus, narrans viros & mulieres à malis spiritibus possessos, eo quod sine confessione & pœnitentiâ peccatorum, ad venerabilem Eucharistiâ accedere præsumpissent. Ex his quoque erant, de quibus Aposto-

Mar. 7.  
Matth. 12.

Potestas diaboli ex Dei permissione  
Exemplū.  
Iob 1. c. 2.  
3. Reg. 12.  
Matth. 8.

Natural. hist.  
lib. 3. cap. 3.

De Trinit. lib.  
3. cap. 9.

Deut. 13.

Tract. 7. super  
Ioan.

Psal. 70.  
Peccata dæmoniacorum.  
1.

Lib. 4. epist. 7.  
Sor. de lapsis.  
2.

1. Cor. 11.

3.

1. Tit. 1.

4.

Genial. dierum  
lib. 4 c. 19.5.  
Exempla.apud Surium,  
25. May.

6.

1. Reg. 16.

7.

Tobia 6.  
In dimidio rēp.  
cap. 5.

8.

Dan. 4.

In comment.

In vita Daniel.

Lib. 1 c. 11.

9.

Caus. 25. q. 5.  
can. fin.

lus dixit : *Propter hoc infirmi inter vos multi sunt, & dormiunt multi.* Huius etiam generis est blasphemia in Deum Sic Apostolus *Hymenam & Alexandrum tradidit Satana, ut discant non blasphemare.* Nonnunquam propter vehementem animi perturbationem ex ira & iurgio ortam, diabolus corpus ingreditur: cuius rei tria recentia exempla refert Alexander, ab Alexandro, scriptor modernus. S. pius verò in tenera etate, propter imprecationem parètum temerariam, sed satis visitatam, à diabolo possidentur paruuli & paruulae. Exempla sunt frequentia.

In vita sancti Zenobij martyris sic legitur: Mater quò filio febribus laboranti, quadragies vna nocte poculum porrexisset, pueroque adhuc potum petenti irata dixisset, Vnà cum hoc diabolus bibe; puer statim à dæmone possidetur. Celebris illa dæmoniaca Laudunensis in Gallia, anno 1566. liberata, itemque Montensis in Hannonia, anno 1584. ex hac parentum suorum imprecatione in potestatem dæmonis venerunt. Interdum ex invidia & liuore à dæmone quis possidetur. Sic Saul agitatus fuit à spiritu malo propter invidiam qua in David flagrabat. Interdum propter effrenem libidinem. Sic septem mariti Saræ, quæ iuniori postea Tobiaë nupsit, à dæmone interfecti sunt. Prosper quoque refert de fœmina à dæmone possessa, eo quòd impudicè aspexisset. Veneris quoddam idolum in balneo positum. Sed & propter superbiam. Sic enim Nabuchodonosor, supra modum superbiens, punitus est. Dixit enim: *Nonne hæc Babylon ciuitas magna, quam ego ædificauit in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cumq; sermo adhuc esset in ore Regis, vox de calo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex. Regnū transibit à te: & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs feris erit habitatio tua: fenum quasi bos comedes, &c.* Nempe per diabolus sic dementatus fuit: vt putaret se esse bestiam, sicuti hūc locum exponunt sanctus Hieronymus, Epiphanius, & alij: & latè doctèque defendit Petrus Loyerius in libris de Spectris. Frequentissimè verò propter nimiam curiositatem ex hominum corporibus loquitur dæmon: & decipit stultos: & hæc ferè sola causa est, quòd tot magos & maleficos etiam hodie passim videmus. De qua re sic Augustinus in Sententijs: *Per dæmonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando id impudenter appetunt scire, quòd nulla ratione eis competit inuestigare.*

Ac

At verò per peccatum omne mortale grauius circa animam operatur dæmon, & magis dæmoniaci sumus. Animam quidem ille sicut corpus possidere & inhabitare non potest (soli Deo hoc posse proprium est, quia ipse habet intrinsecam operationem essentiæ) tamen circa illam fædos effectus operatur. Idcirco enim vocatur *Princeps potestatis aëris huius qui operatur in filiis diffidentia*. Et olim vocabantur Energumeni, in quibus diabolus operabatur, qua voce Paulus hoc loco vsus est, *τὸ ἐν ἐνέργειᾳ ἐν τοῖς υἱοῖς*. Hoc etiam sensu vocatur *Princeps huius mundi. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras*. Videlicet, vt non operetur in hominum animis sicut prius, quia filij diffidentia per fidem fient filij Dei, vt sic non regnet amplius peccatum in mortali corpore ipsorum. Vocatur *Princeps mundi* (ait Augustinus) quia dominatur ei qui diligit temporalia bona, qua in hoc mundo continentur: & quia princeps est cupiditatum earum, quibus concupiscitur omne quod transit. Quando enim dictum est peccatori; *Terra es, & in terram ibis; eodem tempore dictū est diabolo; Terram manducabis. Datus est ergo in cibum diabolo peccator. Non sumus terra, si nolumus manducari à serpente. Sicut quod manducamus, in nostrum corpus conuertimus; sic per malos mores hoc efficimur quod diabolus est, ei similes, eiq; subiecti*. Hæc ille. Hæc etiam ratione vocatur in hoc Euangelio, *Fortis armatus, custodiēs atrium suum*. Pec peccati enim dominiū, atrium & ingressum cordis nostri ita custodit & tenet, vt nihil diuinum, salutare nihil eò possit ingredi. Tollit verbum de corde nostro: suffocat illud per fallaces diuitias, sollicitudines, & voluptates huius vitæ: vt in alia Dominica explicatum est. Docent hoc Scripturæ, tam in genere, quàm in particulari, de quolibet ferè peccato. *Qui facit peccatum, ex diabolo est: & Christus venit vt dissoluat opera diaboli, id est, peccata*. Vnde & Iudæis dixit: *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere*. Porro in anima operatur diabolus per odium fratrum: *Qui odit fratrem, homicida est. Diabolus autem fuit homicida ab initio*. Per mendacium: *Diabolus enim mendax est, & pater mendacij*. Per libidinem, quia ille est *immundus spiritus*, vt in hoc Euangelio vocatur. Per superbiam, quia ille est *Rex super omnes filios superbia*. Et suadet Apostolus non promoueri neophytum; *ne elatus incidat in iudicium diaboli*. Per auaritiā, propter quam de Iuda auaro dictum est, *Vnus ex vobis diabolus est*. Per dolum, & fallaciā, & circumuentionem proximi.

Act. 13.

Ephes. 4.

1. Cor. 15.

Hom. 5. in

1. Cor.

Dæmoniacy  
corpore pro-  
pter leuia pec-  
cata.

Exempla.

Collat. 7. c. 27.

Lib. 1. c. 4.

Lib. 2. cap. 1.

In vita sancti

Martini dial. 1.

Sic Elymas magus, *plenus omni dolo & fallacia*, vocatur à Paulo, *filius diaboli*. Per iracundiam. *Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo*. Porrò quanto grauius & infelicius sit hoc modo dæmoniacum esse, quàm corpus à diabolo possideri, argumento esse potest ipsa Ecclesiastica disciplina. Ab Apostolo enim *corpus traditur satanae, vt spiritus saluus fiat*. Tunc enim Apostoli (ait sanctus Chrysostomus) vt à dæmonibus obsessos liberare, ita potestati dæmonis peccatores tradere poterant. Huius etiam rei argumentum est, quòd etiam propter venialia interdum peccata, corpora possidere dæmon permittitur: vt propter impatientiam, vel durius verbum prolatum, Abbas Moyses possessus fuit, teste Cassiano: vt propter gulam leuiorem, & auidam de fonte potationem monachus alius, teste sancto Gregorio in dialogis: vt denique propter distractionem inter orandum vt in vita sancti Bernardi legitur. Refert Seuerus Sulpitius, sanctum quendam Eremitam à Deo petiisse, & impetrasse, vt per aliquot menses à dæmone quoad corpus ageretur, propter superbiæ periculum. Stagyrites ille monachus, ad quem libros de Prouidentia Dei D. Chrysostomus scripsit, arreptus à dæmone fuit, non quum in seculi delitiis vir nobilis versaretur, sed quum in vita monastica vitam sanctissimè institueret. Hæc omnia argumento sunt, dæmoniacos corporaliter non esse semper deteriori loco, sed sæpe multo meliori & feliciori, quàm qui animo tenus dæmoniacy sunt. Qui aliter iudicant, ideo sic iudicant, quia oculos habent in carne, non in corde. *Quanquam & oculi carnis docere hoc possunt, vt obseruant sanctus Chrysostomus. Peccatum, inquit, grauius est dæmone. Nam ille quidem humiles facit. An non videtis dæmoniacos, quando respuerint à morbo, quàm sint submissi, quomodo intueri non audent? Nos contra iniustitia afficientes non erubescimus*. Hæc ille. Dæmoniacus quem Christus in hoc Euangelio sanauit, pessimo loco fuisse videtur, quia & mutus, & surdus, & cæcus fuit. Sed plerique hodie peccatores (res dolenda) tales dæmoniacy sunt, muti, surdi, & cæci; non corpore, sed animo: quod infinitè deterius & periculosius est, eoque periculosius, quo minùs videtur & agnoscitur periculum. Dæmoniacos corpore fugiunt omnes, & illis exorcista quæritur omni cum diligentia. Dæmoniacos animo fugit nemo, & exorcistas omnes ipsi fugiunt, quia nec videre eos possunt, nec audire volunt.

Mutum dæmonium habent, qui nec Deum laudare, nec peccata

Dæmonium  
mutum qui  
habent.

peccata sua confiteri possunt. Quàm multi ad deliberandum in caulis humanis facundissimi, ad peccatorum suorum confessionem, sacerdoti Dei faciendam, penitus elingues sunt, & tanquam paruuli, non valentes loqui, aiunt: Interroga me pater, quia confiteri nescio! Hos diabolus mutos fecit, non natura. Diaboli enim hæc grauis astutia est, & dolus pessimus, vt nobis tacentibus peccata nostra, ipse postea nos acculet. Qua de re sic diuus Chrysostomus: *Pudorem & verecundiam Deus dedit peccato, confessioni fiduciam. Inuertit rem diabolus, & peccato fiduciam præbet, confessioni pudorem & verecundiam.* Non pudet peccare, pudet confiteri. Sic ferè & D. Ambrosius: *Novit omnia Deus, sed expectat vocem tuam. Non vult vt insultet tibi diabolus, & celantem peccata tua arguat. Præueni accusatorem tuum,* Nempe diabolus vocatur in Apocal. p̄li, *Accusator fratrum, qui accusat nos in conspectu Dei die ac nocte.* Sed illa peccata, quæ hic confessi fuimus Deo & sacerdoti eius, accusare non potest: cætera omnia accusabit. Sic Origenes: *Cuncta peccata necesse est publicari, necesse proferri. Proferri autem aut à nobis, aut ab illo, qui & accusator peccati est, & incentor. Si præueniamus eum in hac vita, requiritiam diaboli præuenimus.* Hoc ergo agit, ne peccata in hac vita confiteamur. Quod qui non faciunt, secretarij diaboli sunt, eiúsque arcana seruant. Narrat venerabilis Beda, de viro quodam militari & aulico. Regi suo percharo, qui ex graui infirmitate decumbens, à Rege ipso semel atque iterum monitus, peccata vt sua ac scelera confiteretur, pœnitentiámque ageret, respondit, *Non se tunc velle confiteri peccata sua, sed cum ab infirmitate resurgeret, ne forte exprobrarent sibi sodales, quòd timore mortis faceret ea, quæ sospes facere noluerat: fortiter quidem, vt sibi videbatur, locutus, sed miserabiliter, vt postea patuit, damoniaca fraude seductus.* Moritur enim paulo post absque pœnitentia, & venia desperata. Hic miser dæmonium mutum habuit. Obseruatum est in exorcismis nostri temporis, diabolum peccata astantium reuelasse, quæ nondum confessi fuerant; eosdemque post confessionem redeuntes, nullius peccati arguere potuisse. Cuius etiam rei in vita sancti Dunstani Archiepiscopi Cantuariensis exemplum legere licet. Qui in fluium cadit, etiam si aqua vsque ad barbam accedat, viuere tamen & euadere potest, donec os ipsum aqua intret & cooperiat; tunc enim nullum vitæ remedium. Quem mutum diabolus fecit, quem à peccati confessione abduxit, de eius salute nulla spes re-

*Homil. 3 de pœnitent.*

*De pœnitent. lib. 2. cap. 7.*

*Apoc. 12. Confessionis peccat. necessitas.*

*Lib. 3. in Leuit.*

*Exemplum. Hist. Eccles. gentis Angl. lib. 5. cap. 14.*

*In hist. Laudunensi, cap. 39.*

*Apud Surinm, tom 3. pag 334.*

*Simile.*

*Ezech. 3.*

liqua est. Deus inter cæteras grauiſſimas comminationes apud Prophetam dicit: *Adhære faciam linguam tuam palato tuo, & eris mutus.* In palato residet gustus. Linguam adhære palato, est voluptatem sic capere in peccatis, vt propter voluptatem lingua taceat. Lupus, quum ouem rapit, primùm & ante omnia guttur ore comprehendit, ne possit balare, & pastoris opem inclamare. Sic diabolus os nostrum pudore vel ignauia claudit, vt peccatū vero Pastori Christo, & alijs ab eo pastoribus Ecclesiæ datis, aperire nequeat. Nouit contraria contrarijs curari, ideoque peccatum, quod semper secretum petit, & occultari vult, sui propalatione & manifestatione sanari. Impudicus, qui virginem sollicitat, id ante omnia suadet, ne parentibus aut amicis aliquid eorum quæ dicuntur effutiat. Sic dæmon, animam stupraturus, silentium indicit. Qui natura muti sunt, quia loqui nequeunt, per signa, per digitos, per gestus corporis ostendunt quid velint. Sic Christiani, qui mutum dæmonium habent, signis quidem vtuntur communibus; cruce frontem signant, Ecclesiam ingrediuntur, genibus flexis orare se velle ostendunt; sed nihil præter signa habent: nec orant nec laudant, nec contentur; fari nequeunt quæ ad Dei gloriam, vel salutem propriam faciunt. Hi habent dæmonium mutum.

*Dæmonium surdum.*

Sed qui mutus est idem surdus est; imò ideo mutus, quia surdus. Dæmonium surdum habet, qui Dei verbum non audit, aut, si audit, non attendit, quia diabolus rapit verbum de corde eius, de quo aliqua diximus in alia Dominica. Si hominem videres in via ambulantem, post quem multi clamarent, monentes vt ab illa desisteret, quia nec recta via est, & præterea latronum insidijs plena, & ille nihilominus pergeret porro semper nonne eum surdum omnes existimarent? Talis est, quem nulla verbi Dei prædicatio, nulla Ecclesiæ doctrina, nulla sana consilia ad viam virtutis aberrantem reducere possunt. Qui arcem obsidione premit, curat, vt nullum alimentorum genus ad obsessos ingrediatur: diabolus quos possidere vult, obsidet primùm, & ab omni spiritali cibo capiendo diligenter abarceat. Custos carceris non multum impedit, vt, qui carcere detinentur, intra carcerem solutis pedibus ac manibus incedant; hoc autem diligentissimè curat, vt ostium carceris perpetuò sit clausum, ne e eant: sic diabolus, quos in peccato captiuos tenet, non ad eò multum curat, si liberas habeant manus ad faciendas elemosynas, & liberos pedes quibus Ecclesiam frequentent; sed

*Dom. Sexag. Similia.*

1.

2.

3.

id summopere curat, ne ostium cordis ad verbi Dei auditum pateat, ne semen bonum intrò recipiatur, & fructificet. *Esaia 52.*  
 Dicit Propheta: *Solue vinculum colli tui captiua filia Sion.* 4.  
*Gratis venundati estis, & sine argento redimemini.* Inter omnia vincula, colli vinculum maximè est & periculosum & durum. Latro, pedibus manibùsque ligatus, spem adhuc habet euadendi mortem: cum verò collum fune alligatur, nouit se suspendio esse proximum. Peccator etsi manibus ac pedibus à diabolo vinctus teneatur, vt vix vllum bonum opus facere valeat; tamen adhuc spes salutis esse potest, quàm diu collum & caput liberum habet, vt ad verbum salutis audiendum aures arrigat suas: sed si ita à diabolo ad terrena incuruatur, vt collo colligato, capitis liberum vsum non habeat, nouerit se damnationi proximum. Dæmonum enim peccatori insultantium illa in Scripturis vox est: *Dixerunt anima tua, Incuruare, vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.* *Esaia 57.* Qui se à diabolo ligari permittit, & quasi suffocari in se omne salutis verbum, incuruatur in omnem terrenam cupiditatem, vt super eum diabolus transeat, omnemq; suam in eo voluntatem faciat, iuxta verbum Pauli de huiusmodi: *Qui captiui tenentur ad voluntatem eius.* Sed & præterea excæcat suos diabolus, & sunt qui habent dæmonium cæcum; quales planè omnes sunt mortaliter peccantes, vt in alio Euangelio ostendimus. Si te opus aliquod aggredientem, nudo ense aliquis adoretur mortem præsentem minitans, tu verò nihilominus in opere patrando pergeres, opùsque compleres; nonne te omnes meritò cæcū ducerent, ac nihil videret: aut certè sic operi intentum tuo, vt ad aliquid aliud videndum oculos non haberes? Quum Metellus Syracusas post longam obsidionem cepisset, iubet per edictum toti exercitui, ne quis Archimedes Geometram admirabilem læderet, sed ad se saluum perduceret. Ingressus inter prædandum urbem miles in hospitium Archimedis, sed eum ignorans, videt eum in puluere lineas ducentem: rogat, stricto gladio, quis esset; Archimedes operi intentus, iubet, ne lineas à se ductas pedibus perturbet. Noli (inquit) obsecro, istum circulum disturbare. Iratus miles, hominem interficit. Peccatores, ita peccatis suis intenti & addicti sunt, vt, quasi nulla esset Dei iussit, in opere securi pergant. Et tamen dicit Scriptura: *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum.* *Psal. 7.* Non dicit, vibrabit, tendet, parabit; sed

*Exemplum.*  
*Num. 23.*

*Ioan. 1.*  
*Simile.*

*Prov. 18.*

omnia iam facta & parata affirmat. Non nisi mæra cæcitas, qua diabolus eorum corda tenet. hunc diuini iudicij contemptum patitur. Balam impius Propheta, & ad maledicendum Dei populum pergens, non videt in via Angelum Dei stantem, gladio euaginato. Alina Angelum vidit, & declinat e via quantum potest. Simples, & timentes Deum, vident Dei iudicia, & timent. & a peccato libi cauent. Superbi, & pecuniæ cupidi, vt iste Balam, lucrum suum & honorem quærentes, non vident quicquam in via. Nullum Dei iudicium formidant. De hac cæcitate dixit Ioannes: *Mundus Christum non cognouit, & tenebra eum non comprehenderunt.* Sicut ego qui somnum prorsus tranquillum capere vult, primum iubet, vt tota familia silentium seruet; secundò fenestras claudit, tertio ianitori præcipit, vt neminem intromittat: sic diabolus, vt suos peccati somno oppressos teneat, primum surdos facit, vt voces prædicatorum non audiant; deinde mutos, vt peccatum nunquam confiteantur; ac postremo cæcos, vt peccatum tandem ipsum non agnoscant, iuxta illud: *Impius, quum in profundum venerit, contemnet.*

2. *Quidam ex eis dixerunt: In Beelzebub, principe demoniorum, eicit demonia.*

*Iudicia peruersa.*

*Matth. 9.*  
*Marc. 3.*  
*Simile.*

**L**ocus moralis de peruerso & iniquo hominum iudicio, & de virtutis odio seu inuidia. Tam stupendum miraculum, tam illustre beneficium, hominis muti, surdi, & cæci, idque demoniaci, liberati, quod turbæ & simplices homines admirati sunt, digna laude prædicantes; alij tamen, quos Pharisaeos fuisse Matthæus dicit, *Scribas populi.* Marcus scribit; totum pessimè calumniantur, & dæmoni, adeoque dæmoniorum principi attribuunt. Quemadmodum lignum, cuius dimidia pars submersa est in aqua, altera verò extra aquas libero aëri subiecta, fractum & obliquum esse intuentibus videtur, quum tamen reuera integrum & rectum sit: sic ea virtus, quæ recta ratione præditis perfecta, & omnibus suis numeris absoluta videtur, ab improbis iniqua iudicatur, propter iudicium inuidiæ & malitiæ crasso humore deprauatum. Nullum est opus tam bonum, quod improbi non vituperent. Si humilis es, abiectum te & vilem reputent: si patiens, pusillanimum & ignauum te dicent: si studiosus, deuotus, pius, hypocritam te vocabunt: si abstineas, auarum: si

taces,



taces, stultum: si loqueris, garrulum: si iustus, crudelem: si misericors, inertem: si grauitatem indueris, superbum: si affabilem te præbes, leuem: si liberalis in pauperes, prodigum: si minus dederis, auarum appellabunt. Cùm Dauid misisset nuncios, vt consolarentur Anon Regem Amon, de morte patris sui Naas, charitate motus, impij id factum sic interpretantur, quasi speculandi causa, & animo hostili id fecisset, vnde & maxima ignominia nuncios affecerunt. Sic diabolus ipse, quum Iob virum sanctum Deus laudaret: *Nunquid* (inquit) *gratis Iob timet Deum?* accusa vt h, pocritam & auarum. Fluuius magnus, & alueus latè patens, omnes riuulos ad se venientes, sinu suo excipit & complectitur. Ignis omnia comburit, & in seipsum conuertit. Charitas dilatata, omnes aliorum actiones in bonam partem accipit: & vbi factum non potest, saltem intentionem excusat. Inuidiæ flamma superbiæ ignis, malitiæ & iræ feruor omnia bona consumit, & nihili facit, sibi que assimilat. Serpens florem comedit, & in venenum conuertit, ex quo apes mel colligit. Ædificium perpendiculo mensuratum, quo plura habet superposita, eo validius est. Si regula errauit, & mensura defecit; quicquid superextruis, corraet. Cor nostrum, quod veluti basis est & fundamentum omnium, quæ vel agimus ipsi, vel ab alijs acta iudicamus, si rectæ rationis perpendiculo mensuratur, ex omnibus aliorum bonis operibus ædificatur; & quanto plura videt, tanto ædificatur magis & corroboratur, suum in omnibus profectum faciens: ac si malitia, odio, inuidia, superbia infectum & corruptum fuerit, omnia in suam perniciem conuertit, ex omnibus calumniandi, rixandi, vituperandi ansam capit. Quare cur Caiphas, & Pharisei, & Scribæ, & Seniores populi contra Christum consilium inierunt. Respondebunt, *Quia hic homo multa signa facit.* Quare cur multi hodie pij, religiosi, sancti, & docti viri odio habentur. Respondebitur, *Quia isti homines multa signa faciunt: præter & supra vulgus hominum vitam piæ ac sanctè instituunt.* De huiusmodi dicit Propheta: *Frater sui draconum, & socius struthionum.* Draco insidiatur elephatis partui, vt postea pungat vel mordeat. Inuidus bono operi alterius, prauæ suspitionis iudicio insidiatur, aculeo murmuratio- nis pungit, & veneno detractionis mordet. Sicut ignis Græcus in aquis magis inardescit, & noctua media luce magis caligat: sic inuidus in aquis gratiarum fortius exardescit, vnde deberet extingui; & luce bonorum operum magis

*Exempla.**2. Reg. 10.**Iob 1.**Similia.**1.**2.**3.**Inuidiæ ma-  
luma.**Exempla.**Ioan. 11.**Iob 30.**S. Bonauent.**in Diata salu-  
tis, cap. 4.**Similia.**1.*

Hæref. 40.

In lib. de odio,

Exempla.

Plutar. in Græc.

Apophth.

Simile.

Hom. 19. &amp; 42.

Matth. & Luc.  
10.

Similia.

Apophtheg-

mæ.  
Lært. lib. 4.

excæcatur, unde deberet illuminari. Huiusmodi scarabæo similem esse scribit Epiphanius; vel quia non nisi hominum vitia notat, vt in stercore semper versatur scarabæus; vel quia solis aliorum virtutibus vexatur, sicut vnguentum lucci balsami, au nardi, aut alium quemuis odorem scarabæus non sustinet. Sicut a gritudo oculorum (ait Plutarchus) ad omnem splendorem turbatur, sic inuidia ad omnem virtutem: & sicut cantharides lætioribus frumentis, & viridioribus rosas maxime innascuntur, ita inuidia & malevolentia optimis quibusque insidiatur. Cùm Athenienses Aristidem ostracismo, id est, datis testulis, damnare vellent; & rusticus quidam testulam ad eum deferens, iussisset vt Aristidis nomen inscriberet; Nostine, inquit Aristides, Aristidem? Cùm ille negasset se nosse, molestè tamen ferre quoddam iustus cognomine diceretur, siluit Aristides, & nomen suum inscripsit testulæ, & reddidit. Aristoteles postea ex Athenis alio cùm commigrasset domicilium fixurus, causam rogatus, respondit; *Ne bis in Philosophiam Athena peccarent*: coniciens id sibi euenturum, quod paulo antè Socrati, qui æmuloꝝ inuidia veneno interire coactus est. Si in puteum luto & cœno plenum aquam puram & claram infuderis, nihil aliud efficies, nisi vt aquam perdas, & cœnum turbes. Sic bona quæ Christus confert impiis, ipsi in deterius conuertunt, vt illis deteriores fiunt. Nam quod ex sola inuidia Pharisei & Scribæ hoc Christi miraculum principi dæmoniorum attribuerunt, ex vna Christi responsione manifestè patet, qua dixit: *Si ego in Beelzebub eicio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt?* Filiorum nomine, Chrysostronus, Hieronymus, & Hylarius in hunc locum, discipulos Christi intelligunt, qui, iuxta potestatem illis antea datam, dæmonia eijciebant. Dicebant enim ad Christum redeuntes: *Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis*. Qui opus alienum condemnat, transferat illud in alterum, qui eum nunquam offendit. Videbit vtrum ex iudicio, an ex effectu condemnet. Iudex qui alteri parti infensus, alteri amicus est, ipso iure repudiatur. Sic de aliorum factis non est idoneus iudex, quibus infensus est. In languido stomacho cibus omnis, quantumcumque pretiosus, perit, & in malos conuertitur humores. Sic cor inuidum, omnia rectè facta conuertit in vitia, & de illis contristatur, non pascitur. Acutè Bion Borysthenites, inuido cuidam subrepti: *Nescio* (inquit) *verum tibi malum, an alteri alicui bonum consigerit*. Ad istos applicari potest

potest quod Propheta dicit: *Occidet sol in meridie, & tenebre cere faciam terram in die luminis.* Nam in bonis operibus, quæ natura sua sic lucent, vt glorificetur Deus; inuidus nihil nisi meras tenebras videt: ideoque (vt sapienter scripsit sanctus Gregorius) *Ex alienis bonis, quæ si diligeret; sua faceret bona, non diligendo, sed inuidendo, sua facit mala.* Quam etiam ob causam Christus apud Matthæum, post tantam hanc Pharisæorum blasphemiam, ex inuidia natam, terribilissimum in eos fulmen vibrat: *Qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Omnis quippe inuidus & maleuolus, qui bona opera, quæ sunt opera Spiritus sancti, ac si essent peccata & diaboli opera, traducit (sicut hic Pharisæi fecerunt) quum talis maleuolentia cordurum & impænitens reddat, peccat in Spiritum sanctum peccato blasphemie, quod non remittetur. *Mala cetera (ait Cyprianus) habent terminum & quodcunque delinquitur, delicti consummatione finitur. In latrone conquisceat scelus homicidio admissis, & prædonis rapacitatem statui præda possessa. Inuidia terminum non habet, permanens iugiter malum, & sine fine peccatum.* Quod exemplo illustrat Chrysostomus: *Corinthius fornicator accusatus fuit, & breui correctus. Abeli Cain inuidis, sed sanatus non est. Quin & Deo vlcus eius sanatur magis intumescibat, & fluctuabatur, & ad eadem properabat.* Nempe (vt ait Prosper) *Vnde possunt fieri boni, qui sunt in bono mali? Aut quomodo eos punient mala sua, quos etiam bona puniunt aliena?*

### 3. Omne regnum in se diuisum desolabitur.

**L**O C V S moralis de pace seruanda cum Deo & proximo. Nam vt in regno, sic in corde humano se res habet, vt omnis diuisio ac separatio. siue à Deo, siue à proximo (quorum vnum sine altero non fit) pestem ei atque perniciem adferat. Primus nolter parens è paradiso voluptatis expulsus est, quia non seruauit pacem cum Deo; sed serpentis & vxoris consilium sequutus, diuisit se ab eo, violans mandatum. Mundus diluuiò periit propter discordiam, & vitæ dissimilitudinem, quæ erat inter filios Seth, timentes Deum; & filios Cain, qui corruerant viam suam. Antequam filij Israël in captiuitatem ab Assyriis ducerentur, decem illæ tribus ab aliis duabus Iuda & Benjamin separatæ, diuersum regnum constituerunt. In naturalibus, quando elementa in mixto debitâ proportionem seruant & conformitatem, mixtum diu per-

seuerat: vbi illa analogia & pax dissoluitur, mixtum corrumpitur. Vnde iuxta Christi verba dicit Psalmista: *Conturbatae sunt Gentes, & inclinata sunt regna.* Paulus verò ad pacem singulos inuitans: *Si inuicem, inquit, mordetis (& comeditis) videte ne ab inuicem consumamini.* In exercitu nulla praesentior clades quam quando acies dissipata est, aut inter milites dissensus coorta: ac tota vita nostra militia quaedam est super terram. Si cum Deo & proximo pax seruetur, ab hostibus non timendum. Sed ideo debellamur à carne, à mundo, à diabolo, quia hæc pax non seruetur. Originalis peccati poena & rebellio & rixa carnis contra spiritum. Sed renati & iustificati in Christo, *pacem habent apud Deum, ut non regnet peccatum in mortali corpore nostro.* Hæc est pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiens corda nostra id est voluntates) & intelligentias nostras in Christo Iesu. Vt videlicet, quod per fidem faciendum intelligimus, per voluntatis consensum faciamus. Hanc pacem Christus dedit, quum diceret: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Mundi enim pax est consensus improborum inter se contra Deum, & ea quæ Dei sunt. Herodes & Pilatus facti sunt amici, vt Christus interficeretur. Pharisei & Sadducei in Christo tollendo consenserunt. Omnes filij Iacob, contra vnum Ioseph conspirantes, ira concordiam tenuerunt, vt totis viginti annis, quum interea saepe, vt fit, inter se dissenserint, venditionem tamen fratris patri non aperuerint. Sed pax Christi talis non est. Illa enim sic facit vtraque vnum, vt non sit pax cum Deo, nisi eadem teneatur cum proximo; nec cum proximo, nisi etiam cum Deo. Cuius rei hæc est euidentis demonstratio. Omnes lineæ quæ à circumferentia in centrum ducuntur, & in centro desinunt, mutuo se in ipso centro contingunt. Quare nulla linea, vel ab aliis lineis se separat circumferentiam egressa, quin eadem opera centrum deserat, vel à centro se leuiget & diuidit, quin eadem opera à coniunctis lineis se seuiat. Omnes in Deo, omnium authore & principio, coniungimur, & ab illo in hanc vniuersi circumferentiam omnes vnum accepimus, ideoque omnes verè proximi sumus, qualisque eiusdem circumferentia cognatae lineæ. Nam & ideo (vt sapienter notauit sanctus Augustinus) *vnus ac singulus Deus creauit hominem, vt eo modo vehementius commendaretur ipsius societatis vnitatis, vinculumque concordia; si non tantum inter se natura similitudine, verum etiã cognationis affectu homines*

Galat. 5.  
Simile.

Rom. 4. & 5.  
Philip. 4.

Ioan. 14.  
Mundi pax.  
Matth. 27.

De ciuit. Dei,  
lib. 12. cap. 21.

*homines neceherentur.* Nullus itaque vel Dei amorem dep-  
 nit, quin statim amorem cum proximo verum (qui est ama- Matth. 22.  
 re proximū in ordine ad Deum) amittat; vel à proximi amo-  
 re recedit, quin eadem opera, omnem in Deum veram cha-  
 ritalatem amittat. Hac de causa dixit Christus, *Mandatum*  
*de diligendo proximo, simile esse mandato de diligendo Deo:*  
 quia videlicet vnum sine altero non impletur: atque aded  
 (vt ait Apostolus:) *Qui diligit proximum, legem impleuit.* Sed Rom. 12.  
 & idem Christus docuit, quum diceret: *Si offers munus tuum* Matth. 5.  
*ad altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid*  
*aduersum te, vade prius reconciliare fratri tuo: & sic veni, &*  
*offer munus tuum.* Idcirco Deus munus ad altare non accipit,  
 nisi prius facta pace cum fratre, quia non est pax inter nos  
 & illum, quàm diu non est pax inter nos & proximum. Hac  
 stante pace, stabit regnum nostrum, regnum Dei in nobis,  
 regnum gratiæ; quia gratia regnat per Christum, vt peccatū  
 non regnet per diabolus. Propter hanc pacem stabiliendā  
*Christus in mundum venit: vt dissoluat opera diaboli, & duos* 1. Ioan. 4.  
*condat in semetipso, in vnum nouum hominem, faciens pacem,* Ephes. 2.  
*vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens*  
*inimicitias in semetipso.* Sic patrem orat: *Volo Pater, vt, quos* Ioan. 17.  
*dediti mihi, omnes vnum sint, sicut & nos vnum sumus.* Et  
 post longam prædicationem. *Hac, inquit, dixi vobis, vt ha-* Ioan. 16.  
*beatu pacem in me.* Si princeps aliquis in longinquam profe- Simile.  
 ctionem abiturus, sponsa suæ munus aliquod pretiosum, in  
 amoris pignus, relinqueret; magna esset ingratitude, & fœ-  
 dum facinus, si, eo terga vertente, munus illud confestim  
 sponsa proijceret in sterquilinum. At hoc facit qui, negle-  
 cta pace cum Deo & cum proximo, vel per carnis volupta-  
 tes fouet bellum contra spiritum; vel per iram, inuidiam, su-  
 perbiam, violat pacem cum proximo. Monet Apostolus: 2. Corinth. 13.  
*Pacem habete, & Deus pacis erit vobiscum.* Alioqui, vt prædixit  
 Psalmista, *Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Et, Psal. 108.  
*Non est pax impijs, dicit Dominus.* Et rursus: Isaia 48.  
*Contritio & infelicitas* Psal. 13.  
*in vijs eorum, & viâ pacis non cognouerunt.* Accidit quippe in  
 hac pace spirituali, quod in temporali contingere solet. Sci-  
 pio Africanus, cum Numantinos sæpe victores iam fregisset,  
 obsessosq; tandem expugnasset; Tyresium eorum Princi-  
 pem rogauit, Quæ de causa Numantia, aut prius inuicta, aut  
 post euerfa fuisset? Respondit Tyresius. *Concordia victoriam,* Brunsius lib. 2.  
*discordia exitium præbuit.* Hinc merito laudatur Themisto- cap. 4.  
 cles, quicum Aristide, cum quo illi simultas erat, ad per- Exempla.  
 agendam 1.  
 d 5 Pluthar. in Græc. Apoph. 2.

agendam legationem collecta delectus. Vis, inquit, ut in his montibus simultatem deponamus? Nam si videbitur, reuersi illam resumemus. Si enim ille priuatos affectus publicæ posthabuit vtilitati magna cum laude: quâto studiosius priuatos nostros affectus, vel nostræ salutis, vel Ecclesiæ vtilitati, vel Dei gloriæ postponere debemus? Memorabile est quod de Sciluro quodam, qui moriens octoginta masculos reliquit liberos, memoriæ proditum est. Moriturus, fasciculum iaculorum singulis porrexit, iussitque rumpere. Id cum singuli recusassent, eo quod videretur impossibile, ipse singula iacula exemit, ac ita facillè confregit omnia, filios admonens his verbis: si concordēs eritis, valdè, inuictiq; permanebitis: contrâ, si diffidiis & seditione distrahemini, imbecilles eritis, & expugnati faciles. Sic floruit Ecclesia quàm diu, sicut in exordio, *credentium erat cor unum, & anima vna*. Sed postquam cœperunt Christiani, *non quæ Iesu Christi, sed quæ suæ sunt querere*; nec omnes idem sapere, sed peregrinis & varijs doctrinis abduci, ab vnitatē fidei in sectas & hæreses, ab hæreb. bus ad atheismū itum est. Leo Byzantinus apud Athenienses legatione fungens, quum, altercante populo, suggestam conscendisset, eo quod valdè obesus & crassus esset à toto populo sublatis cachinnis irridetur. At ille, Viri, inquit, Athenienses, ego crassus & obesus v̄orem quoque habeo pinguiſſimam: tamen concordēs vnus capit lectulus; discordes, nec tota domus. Huc etiam pertinere potest Sertorij Ducis Romani commentum de cauda equina. Duos constituit equos, alterum validissimum, alterum infirmissimum: & huius caudam à valido iuvene vniuersam cōuelli, illius ab infirmo sene paulatim carpi iussit. Sed dum adolescentis dextera irritò se labore fatigat, senio confecta manus ministerium executā est. Docere voluit, Romanum exercitum per partes conuelli posse; eo aliqua arte disuncto, vniuersum & concordem atque coniunctum non posse. De hac pace in aliis Domin. plura.

4. *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet.*

**L**ocus moralis de falsa pace & securitate impiorum, quam diabolus in eorum cordibus operatur, aut certè omnibus modis operari satagit. Fortis armatus est Satan, quem Christus deuicit. Ille atrium suum, id est, cor peccatoris, ita custodire dicitur, ut *in pace sint omnia quæ possidet*: ut absque vlla contradictione spiritus, sine vllò conscientia

3.  
Stobæus ser. 82.

4.  
Act. 4.  
Philip. 2.  
2. Corint. 13.  
Hebr. 13.

4.  
Philostatus.

Valer. Max. lib.  
7. cap. 3.

Pax falsa impiorum.

scientiæ scrupulo, totum hominem possideat.

Hoc certè agit diabolus, vt omnem diuini iudicij metum hominū animis eximat, vt in summa pace ac tranquillitate peccent, quos irretitos peccatis tenet; imò vt in peccatis suauiter ludant, canant, triumphent: sicut illi Babylonij filios Israel captiuos hortabantur ad cantum & voluptatem, dicentes: *Cantate nobis canticum de canticis Sion.* Sed veri Israelitæ in captiuitate positi, cantare nolebant, dicentes: *Quomodo cantabimus canticū Domini in terra aliena?* Veri fideles à diabolo in peccatum protracti, non letabuntur quum malè fecerint, nec exultabunt in rebus pessimis; sed se captos esse videntes, de pœnitentia & luctu cogitabunt, vt Deo suo reconcilientur. *Non cantabunt canticū Domini,* canticum lætitiæ spiritualis, *in terra aliena,* in peccato & ira Dei constituti. *Musica in luctu importuna narratio.* Hoc acerbè redarguit Corinthios Paulus circa fornicarium eorum. *Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis.* Vox peccatoris, sed ad pœnitentiam aspiratis, est illa: *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* *Tu autem eruisi animam meam vt non perires.* Ministri Satanæ sunt qui homini impio pacem sine pœnitentia vel suadent, vel promittunt, vel dare audent. De quibus per Ieremiam Deus dicit: *Curabant contritionem filia populi mei cum ignominia,* dicentes: *Pax, pax, & non est pax.* Quum Theodosius Imperator à sancto Ambrosio Episcopo Mediolanensi excommunicatus staret, festumque Natalis Domini appropinquaret, sedebat in palatio tristis. Causam à Ruffino Præfecto prætorij rogatus, meritò se dolere dixit, quū, quod cuius plebeio Christiano liberum esset, hoc illi non liceret, ad ecclesiā videlicet accedere, & sacri participare. Hic Ruffinus monet vt hanc mortitiam deponat, curaturū se pollicitus vt vincula imposita Episcopus relaxet. Egit per hunc diabolus, vt in pace possideret huius peccatoris animā. Sed pius & fidelis Imperator, Ruffini successum non expectās, ad ecclesiam perrexit, & occurrenti ei in via Ruffino, dicenti que Episcopum in sententiæ suæ rigore persistere, ideoque hortanti vt in palatium redeat, respondit: *Pergam, & iustas suscipiam contumelias.* Quod & fecit: acceptaque ab Episcopo iniuncta pœnitentia, tēplum ingreditur, & pacem diaboli feliciter à se reijciens (qua magis hodie potentes peccatores gaudere volunt) pace Christi & Ecclesiæ fruitur. Nulla maior aut perniciosior deceptio est, quam in statu peccati, pacem vel sibi, vel aliis promittere. Quī aliis hoc faciūt, vt molles

*Allegoria.*

*Psal. 136.*

*Prou. 2.*

*Eccli. 22.*

*1. Cor. 5.*

*Esaia 38.*

*Ierem. 6.*

*Hist. Eccles.*

*tripar. lib. 9.*

*cap. 30.*

*Exemplum.*

les animarū curatores, & loquentes placentia, facere solent: horum adulationem prorsus muliebre[m], satis apta hypoty- poli Thomas Morus expressit. Sicut (inquit) astuta mater tenerum paruulum qui nimium diu in lecto stertuit, & iturus ad scholā plorat, virgam metuens, blandis verbis & promissis emittit, omnia ei salua pollicens, vel quia tam seruum nō est, vel quia p[re]ceptor hac vice indulgebit; nec quam p[en]nam in schola luat, pensi quicquam habet, modō hilari vultu, cuni suo butyraceo eum à se dimittat: sic multi animarum cura- tores, diuitibus & voluptuariis placentia loquuntur: ad mor- tem properantes, & à p[en]nis infernalibus sibi metuens, vana spe lactant, omniaque salua promittunt; vel quia non ita grauit[er] Deum offenderunt, vel quia misericors Deus facilē indulgebit; nec quas postea in inferno p[en]nas luāt, quicquam curant, modō eos in hac vita non contristent, sed beneficos & liberales erga se sentiant. Contra istos, qui in peccatis suis pacem quærunt clamat Christus: *Va vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis.* Et iterum alia Scriptura: *Quando venerit super vos tribulatio & angustia, tunc inuocabunt me, & non exaudia[m]: manē consurgent, & non inuenient me: eo quod exosam habue- rint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, nec acqui- euerint consilio meo, & detraxerint vniuersa[m] correptioni mee. Comedent igitur fructus via sue, suisq[ue] consiliis saturabuntur. Averso paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum per- det illos.* Latē describit eorum miseriam, quos in pace diabolus possidet. Admiratione dignum est, eos qui ære alieno grauā- tur, & à creditoribus interpellantur, vix gratum cibam ac somnum, hac cura stimulante, capere posse ( vnde culcitram defuncti equitis Romani, qui maxime ob- raturus, suauem tamen vitam duxisse videbatur, cmit sibi Augustus Cæsar ad somnum, vt aiebat, concilian- dum ) mortali tamen peccato obnoxios & debitis illis oneratos, pro quibus quotidie ora- mus, *Dimitte nobis debita nostra*, in vtramq[ue] autem dormire posse. Sed causas huius somni, quo suos oppressos tenet dia- bolus, paulo superius diximus, de demonio cæco, muto & sur- do tractātes. De hac impiorum pace, quā per suos ministros Satanas operatur, grauit[er] apud Prophetā conqueritur Deus: *Erit manus mea super Prophetas qui vident vana, & diuinant mendaciū, eo quod decoperint populū meum, dicētes, Pax, & non est pax. Et ipse edificabat parietem, illi autem liniobant eum luto absq[ue] paleis.* id est, populus peccabat. Peccatū enim est paries & maceria, diuidens nos à Deo. *Peccata vestra diuiserūt inter*

In vita eius  
cap. 12.  
Simile.

Luca 6.  
Prou. 1.

Simile.

Suetonius in  
Augusto.

Dom. 2. Qua-  
drag.

Ezech. 13.

Esaiā 59.



me & vos. Hęc peccata hunc maceriaz parietem, hęc diuisionem, has inimicitias inter Deum & hominem Christus sua morte & gratia dissoluit. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum, & medium parietē maceria soluens, inimicitias in carne sua.* Sed ante eius aduentū, fortis armatus custodiebat in pace omnia sua; quia parietem peccatorum ministri eius pseudo prophetæ, & falsi toto orbe magistri (non in sola Iudæa) *liniebant luto absq; palois, id est, laudabant peccatores in desiderijs suis, & iniquos benedicebāt.* Lutum molle, est fœda adulatio: quæ & mollis est, quia placet; & fœda est, quia multipliciter turpis est; tum in re ipsa, quia falsum dicit adulator; tum in origine sua & mente adulātis, quia non id sentit adulator quod dicit; tum ex fine quoque, quia proprium commodum & alterius deceptione in intendit; tum denique quia circa materiam peccati, quæ fœda est, versatur. *Parietis nomine* (ait D. Gregorius) *peccati duritia designatur. Aedificare parietem, est contra se quęquum obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, ut quod illi peruersè agentes aedificent, ipsi adulantes quasi nitidum reddant.* Per hos quippe Satanz ministros omnia alba fiunt; quum tamen non alba, sed sepulchra dealbata, plena ossibus mortuorum, reatibus & reliquijs peccatorum, impiorum corda sint. De his adhuc dicit Propheta: *Va iis qui consuum puluillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite vniuerse atatis ad capiendas animas. Et cum capiebant animas populi mei, viuificabant animas eorum.* id est, postquam molli prædicatione & adulatione animas decepissent, adhuc salua illis omnia promittebant. *Ad hoc puluillus ponitur* (ait S. Gregorius) *ut mollius quiescat. Quisquis ergo male agētib; adulatur, puluillum sub capite vel cubito iacentis ponit, ut, qui corripit ex culpa debuerat, in ea sultus laudibus molliter quiescat.* Sed & heretici hodie, per solam fidem, per certitudinem gratię per fiduciam fidemque specialem, & alia nefaria dogmata quę docent, puluillos consuerunt sub capite & brachio vniuerse atatis: timorem iustitię diuinę animis hominum exemerūt, (vt in altero Promptuario ostensum est) & per hoc, vt egregij Satanz ministri, plurimum illi cooperati sunt, vt in pace omnia sua possideat, sine conscientię scrupulo (quam carnificinā vocant) sine timore aut dubitatione salutis vlla, quantumlibet in peccatis maneat.

Ephes. 2.

Psal. 20.

Moral. lib. 18.  
cap. 3.

Matth. 23.

Ezech. 13.

Vbi supra.

Locus contra  
hereticos.

5. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat.

Peccatum penitus extirpandum.

1 Ioan. 4.  
Rom. 8.

Simile.

Allegoria

Simile.

Exodi 10.  
Allegoria.

**L**ocus moralis de perfecto peccati exterminio. Christi Spiritus, siue in persona sua, siue in corpore suo, quod est Ecclesia, est fortior superueniens qui vincit diabolū. De quo Ioannes: *Vos ex Deo estis filioli, & vicitis eū*, id est, diabolū. *Maior enim est* (Spiritus Christi: *Qui enim Spiritum Christi non accepit, hic non est eius*) *qui in vobis est, quam qui in mundo*; id est, Princeps mūdi, diabolus. Sed Spiritus Christi in quolibet verè Christiano ita vincit diabolū, *ut vniuersa eius arma auferat, in quibus confidebat*: id est, ut omnia prorsus peccata, omnes cupiditates & occasiones peccati, quę sunt arma peccati, vel ad peccandum penitus à se longissimè remoueat. Si septem latrones domum tuam ingressi essent, & sex quidem fortiter eiecisses, septimum verò negligeres, quomodo securus in domo quiesceres? Moyses contriuit vitulum aureum in puluerem minutissimum, & dedit populo ex eo bibere, docēs nihil prorsus peccati remanere in pectore debere. Auis in laqueum, aut mus in muscipulam cadēs, si vel illa minimo vngue vel hæc extremitate caudę teneatur, perinde actum de vita est, ac si toto corpore teneretur. Pharao multis plagis percussus, tandem Dei populum ita dimittere voluit, *ut oues tantum & armenta in Aegypto remanerent*. At Moyses respōdit: *Cunēti greges pergunt nobiscum: non remanet it ex eis vngula, qua necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri*. Voluit astutus Rex, ut saltem illis pignoribus relictis, occasionem redeundi necessariam haberent. Vult serpens callidissimus, ut, etsi peccata deserimus, occasiones tamen peccatorum domi relinquamus. Ludum (ait) relinque, sed aleas, & taxillos, & mensam non est opus comburere. Fornicari desine, sed concubinam tuam non potes honestè eicere. Non quidem odio habebis inimicum; sed quid necesse est eum diligere? Hæ sunt Pharaonis nostri & diaboli voces. At Moyses noster, Christus Propheta noster, vniuersa arma peccati auferri iubet. *Non remanebit vngula*. Ne minima quidem pars affectus nostri peccato seruiet. *Omnia sunt ad cultum Dei nostri necessaria*. Totum cor, tota anima, totus intellectus, tota voluntas, totus homo. Nullum diaboli pignus apud nos remanebit. Quicquid præter Deū, & non in ordine ad Deum diligimus, pignus diaboli est: quod à nobis dum repetit, & eius occasio-

Pignus diaboli.

ne aditum in cor nostrum habet, per illud vnum ad alia peccata nos trahit, vel certè à Deo nostro satis distrahit. Appositè ad hanc rem sanctus Basilius : *Sicut prado aliquis domum pradaturus, à toto quidem ingressu prohibitus, sed primo tamen limine aliqua fraude occupato, arma ibi aliqua clanculum deponit, aut lanceam aut clypeum, aut galeam, etsi sociorum gratia egressus tantisper foris videatur, potestate tamen intus est; obq; id, quòd ex armis suis ibidem posuit, propriam, suiq; iuris ac sociorum, quos paulo post secum introducturus est, iam fecit domum: ita profectò voluptatis ac peccati miles atrox, domum sibi per circuitum quarens, etsi in mentis adyta non intromissus excludi videatur, tamen aliquid armorum suorum, vel aspectus lanceam eminus per oculos vulnerantem, vel sermonis impudici galeam per aures penetrantem, vel manuum tactum instar clypei cuiusdam in anima virginis ponens, foris adhuc esse videatur, peccati perpetratoe nondum inquinato corpore, potestate tamen intus est, per arma ibi deposita vitians mentem. Obstruendus igitur primus satelliti carnis ingressus, vt nullus illi corporis sensus pateat. Hoc est videlicet vniuersa diaboli arma diripere. Qui adulteram vel concubinam è domo eijcere vult, neque monile, neque anulum, neque calceum, nec aliquid quod ipsius est, apud se retinere debet, ne sint vel redeundi pignora, vel noui desiderij incitamenta. In Leuitico præcipit Deus carnem iuueni & pellem eius comburi extra castra, quia sacrificiù est pro peccato. Non solùm carnes, sed & fæces sacrificij pro peccato in locum immundum proijci vult, vt nullæ peccati reliquæ, vestigium nullum remaneat. Sic de subuersione Gentium, quæ idola colebant, loquens Deus, *Aras* (inquit) *eorum subuertite, & confringite statuas, lucosq; succendite, & sculptilia comburite.* Nullam vult peccati memoriam remanere. Hoc significantissimè expressit Propheta, dicens: *Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini.* Nam si alium quemuis liquorem præter aquam effuderis ex vase, siue mel, siue oleum, siue vinum, manebit postea vas ipsum, vel liquore aliquo madefactum & oblitum, vel odore infectum, aut saltem colore tinctum. Nihil horum reperies in aqua, nec, illa effusa, quicquam aut saporis, aut coloris, aut odoris in vase reperies. Qui amorem seculi, & peccati reliquias apud se retinent, quasi mel & oleum aut vinum cor suum effuderunt. Templum quod à Gentibus prophanatum fuerat, Iudas Machabeus mundari præcepit, & altare construi recès, & noua vasa fieri.*

*Lib. de vera  
virginitate.  
Simile.*

*Leuit. 8.  
Allegoria.*

*Deu. 7.  
Typus.*

*Thren. 1.  
Simile.*

*2. Machab. 10.*

Exemplū.

Apoc. 21.  
Luca 5.

Nos sic templa Dei, & Spiritus sancti esse debemus, vt nulla diabolica vetustas remaneat, dicente Christo: *Ecce, noua facio omnia.* Sic videlicet docet Christus, dicens: *Nemo immittit commissuram à nouo vestimento in vestimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura à nouo. Et nemo immittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt: sed vinum nouum in vtres novos mittendum est, & utraque conseruantur.* Docet Christus oportere expoliari veterem hominem penitus, vt induatur nouus. Non debet esse doctrina noua, & vita vetus. Nouum gratiæ vinum non nisi in noua vasa, & in nouas creaturas per Christum factas, infundi debet. Creatio fit ex nihilo. Nihil vetustatis manere oportet, vt sit creatura noua. Nihil sanè vetustatis (vt cum scholis loquamur) formaliter, nullus consensus in peccatum vetus; etsi materialiter, quoad exercitium manere, non est inconueniens, sed causa virtutis. Sic alibi docet Redemptor noster: *Bonum est tibi debilem, vel claudum, ad vitam ingredi, quam duas manus vel pedes habentem, mitti in gehennam ignis. Itaque si oculus tuus, vel pes tuus scandalizat, te projice eum abs te.* Docet, quæ nobis sunt coniunctissima, vt parentes, familiares, amicos, statum vitæ, si arma peccati sunt, & occasiones vehementes ad malum, esse à nobis penitus abijcienda. Deus præcepit Sauli, vt destrueret Amalec. *Percute* (inquit) *Amalec, & demolire vniuersa eius; non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum.* Quid paruuli meruerunt? quid oues & boues? Sed paruuli initia peccatorum notant; futuri enim impij fuerant, & hostes populi Dei, sicuti cæteri Amaleciti, si adolescere permitterentur: oues & boues materiam peccati significant; nam ex illis suis idolis sacrificabant. Quia Saul huic præcepto non obediuit exactè, sed tum Regem ipsum solum captiuum tenuit, tum gregibus pepercit, regno excidit. Non est captiuandum tantum, sed & occidendum peccatum. Captiuatur negato consensu: occiditur sublato ipso desiderio. Non est parcendum gregibus. Rescindendæ penitus omnes peccati materiæ & occasiones. *Demolire vniuersa eius,* ait Deus. Alioqui regno cælorum excidemus, vt suo temporali regno excidit Saul. Hinc orauit Dauid, exemplo Saulis edoctus, quo cadente, ipse regnauit: *Viam iniquitatis amoue à me.* Non solum iniquitatem, sed

Math. 18.

1. Reg. 15.  
Allegoria.

viam  
viam

Exemplum.  
1. Sal. 15.

viām & occasionem quæ ducit ad eam, à se tolli precatur. Salomon filius eius, quia aliter fecit, à Deo apostataruit. *Vide Ambr. Iusserat Deus de alienigenis vxoribus: Non ingrediemini ad serm. 4. in eas; certissimè enim auertent corda vestra, vt sequantur deos eundem. earum.* Cautelam datam neglexit. Ingressus est ad eas; se- *Deut. 12. 3. Reg. 11.* quutus est deos earum.

6. *Et sunt notissima hominis illius peiora prioribus.*

**L**ocus moralis de recidiua peccati. Christus enim post- Recidiua peccati.  
quam calumnijs Phariseorum respondens, de diabolo ab eo superando multa dixisset, nunc ipsum à demonio liberatum alloquens, docet, quanto ille in periculo versatur, si à tantis malis liberatus, iterum per suam negligentiam in diaboli potestatem veniat: & consilium sanctissimum his verbis concludit, talis hominis, in quem eiectus semel diabolus denuo reuertitur, *nouissima esse peiora prioribus.* In qua conclusionè, tota reliqua moralis doctrina continetur. Sunt ergo hominis in peccatum relapsi nouissima peiora prioribus, tribus potissimum modis. Primum ex parte diaboli. qui hominem à graui peccato liberatum, in quo eum captiuum antea tenuerat, tanto crudeliùs infestat, tanto vigilantius attendit, tanto acriùs inuadit, tanquam prædam è manibus, vel bolum è faucibus ereptum. Sic in Euangelio dicitur: *Non inueniens requiem dicit, Reuertar in domum meam, vnde exiui.* Diabolus ab homine eiectus, quem seu corporaliter, seu spiritaliter (vt antea explicatum est) possederat, dicitur non inuenire requiem, donec in domum pristinam reuertatur, non quia nusquam alibi consistere potest, sed quia nusquam alibi consistere cupit: & quia ardenti desiderio tenetur eum iterum possidendi, quem semel possederat. 1. Ex parte diaboli periculosa.  
Simile.  
Si ex carcere aliquis negligentia aut indulgentia custodis euasit, quia paulo laxiùs & humaniùs tenebatur, & elapsus iterum captus, ad eundem carcerè reducatur, custos haud dubiè si simplici cathena antea vinxit, nunc duplici vincire volet. Et si antea per noctis silentium & requiem eum non visitabat, nunc non secus de nocte, quàm de die iterum atque iterum inuiset. Et si antea vno ostio aut sera clausum tenebat, nunc sub duplici ostio & sera concludet. Sic diabolus quasi è carcere suo per Dei indulgentiam elapso, si sua negligentia re-  
deat, vbi priùs vnam aut alteram suggerebat tentationem,  
*Pars Hyemalis.* e modò

modò quinquaginta subministrabit, omnésque porticus & aditus claudet, quibus iterum sanari, & Deo reconciliari posset. Hoc est quod in Euangelio dicitur: *Ducit secum septem spiritus nequiores se*, id est, maiori nequitia & fraude quàm prius ei perdendo aduigilabit. Sic ex parte diaboli multo peiori loco est, quàm prius fuit. Secundò, ex parte Dei, quia magis à Deo derelinquitur talis peccator, qui velut canis ad vomitum, vel lupus ad volutabrum redit. Nam *ut languor prolixior grauat medicum*, & semel atque iterum à medico sanatum, sua tamen negligentia recidiuantem, medicus tandem fastidit, & irritò labore fatigatus, deserit; ita Dei indulgentia & misericordia sæpius abutentem, iustitia Dei deserit. Hinc illæ in scriptura voces: *Curauimus Babylonem, & non est sanata: Ecce relinquamus eam*. Et ad Ierusalem ait Deus: *Quis miserebitur tui Ierusalem, aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu enim me dereliquisti, dicit Dominus. Retrorsum abiisti*. Et apud Esaiam: *In quo percutiam vos ultra, addentes prauaricationem? Et alia Scriptura: Iterum eadem peccans, quid proficit humiliando se? Orationem eius quis exaudiet? Denique Christus ipse in Euangelio, sanato paralytico, hoc expressè comminatur, dicens: Ecce iam sanus factus es. Iam noli amplius peccare, ne tibi aliquid deterius conringat*. Hoc autem totum propter ingratiudinem fit, quæ aggrauat eorum peccata, qui post multa peccata condonata, adhuc eadè peccare non desinant. Quum enim iuxta Christi verbum, *Cui plus dimittitur, plus diligit*; profectò cui plus dimittitur, si adhuc offendat, plus ingratus est, & contra dilectionem Dei plus peccat. Quod & illa parabola docet, qua conseruus, cui dominus roganti decem talenta remiserat, statim conseruum propter duo talenta in carcerem mittit. Cui dominus dicit: *Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me; nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum*. Hæc ira propter ingratiudinem avari conserui processit. De hac Dei ira in frequenter recidiuantes, scripsit Apostolus: *Terra sæpè superuenientem bibens imbrem* (diuinæ scilicet misericordiæ) *proferens autem spinas ac tribulos, maledictioni proxima est*. Quam Dei iram erga recidiuantes, exemplis Scriptura confirmat. Dauidem in vxore Viæ peccantem, sola morte pueri nati, puniuit Deus. Eundem paulo post numerantem populum, peste & multorum millium nec percussit.

Achab

2. Ex parte  
Dei.  
Eccli. 10.  
Simile.

Ierem. 51.

Ibid. 25.

Esa. 1.  
Eccli. 34.

Ioan. 5.

Luce 7.

Matth. 18.

Hebr. 6.  
Exempla.

3. Reg. 12 & 24

3. Reg. 20. & 22.

Achab de sublata vinea Naboth, ab Elia increpatus, & pœnitentiam agens, veniam consequitur. Postea ad impietatem rediens, & Micheam Prophetam carceri mancipans, in bello occiditur. Pharaon cum toto suo exercitu in mari rubro submersus, horrendum illum exitum, post tam multas acceptas plagas, & tot promissa de populo dimittendo violata, sortitus est. Vnum extra Scripturas subiiciam exemplum. Canonicus quidam lubricus graui infirmitate correptus, à S. Francisco, facto super eum signo crucis, miabiliter sanatus est, admonitus ab eodem diligenter ne ad vomitum rediret. Ille postea corpus impudicitiae reddens, quum in domo cuiusdam Canonici cœnasset, domo tota corrūente, cæteris omnibus illaesis & euadentibus, solus repentina morte extinctus est. Hæc est ingratitude pœna; hoc reciduae, ex parte iræ diuinæ, periculum. Nunquam sanè de misericordia Dei desperandum, nec vnquam sera est ad bonos mores via, & misericordia Dei non est numerus; & si fuerint peccata nostra sicut coccinum, veluti nix dealbabitur; & si fuerint rubra vt vermiculus, velut lana alba erunt, si per pœnitentiam ad Deum reuertimur: ac denique, vt verissimè S. Chrysostomus scripsit, *Tametsi millies quis peccauerit, millies perstet confiteri: quia si fratribus nostris remittere non septies tantum, sed & septuagies septies iubemur, multo sapius parcat pœnitenti Deus, cuius miserationes sunt super omnia opera eius.* Hæc sanè vera sunt. Recidua tamen peccati frequēs, periculum hoc habet, vt oblitus misericordiae Deus, iustitiam exerceat, fiantque nouissima peiora prioribus. *Qui amat periculum, peribit in illo.* Non dicit, qui incurrit periculum; sed, qui amat periculum, id est, qui studiosè & affectatè exponit se periculis peccandi: & qui præsumit de venia. Peribit quoque in periculo non infallibiliter, sed probabiliter. Cæterum, si quis medicus diceret, & cum autoritate infallibili diceret, si post morbum reciduas, peribis in illo; intelligens tamen quòd non infallibiliter perires, sed valde probabiliter: profectò sic corporis sanitati studeremus omnes, vt à recidua nihilominus diligentissimè caueremus. Idem & in animæ salute fieret, si tam chara hæc esset quàm corporis: hoc est, si Christiani essemus, non homines tantum; imò si homines essemus, & aliquid, plus quàm bruta, saperemus.

Tertiò, & potissimùm ex parte peccatoris ipsius, hominis in peccata frequenter relapsi, nouissima sunt peiora prioribus, idque varijs ex causis. Primùm, quia quum in omni pec-

Exodi 15.

In vita sancti  
Francisci, per  
S. Bonavent.  
cap. 11.Psal. 90.  
Esaias 1.Hom. 6. de  
pœnitent.  
Matth. 8.  
Psal. 144.

Eccli. 3.

Simile.

s. Ex parte  
peccatoris,

cato mortali sit auersio à Deo per transgressionem mandati, & conuersio ad creaturas per voluptatem peccati; ex hac posteriori parte per consuetudinem peccandi generantur prauis habitus, qui difficilem reddunt conuersionem ad Deum. Qui sapius vel per creditores, vel causa furti, aut alterius criminis in carcerem conijcitur, ille tandem verecundiam & pudorem carceris deponit, nec cathenas erubescit, nec detentionem magnopere sentit. Sic peccatori sapius recidivanti dicit in Scriptura Deus: *Frons meretricis facta est tibi. Nescis erubescere.* Vestis aliquando sic ex nimio usu, nimiaque vetustate atteritur, vt rupturæ eius refarciri ne queant; eo quòd ita debilis ac tenuis factus est longo usu pannus, vt nec filum sustentare possit, nec acum. Sic peccata repetita, & longa consuetudine inolita, ita animam debilem & languidam reddunt, vt nec Dei inspirationes, nec prædicatorum verbi admonitiones, admittere aut sustinere valeat: vt nec acum timoris Domini intromittere, nec charitatis filum, quod timor introducit, suscipere queat. Nempe (vt appositè scripsit S. Augustinus) *Ex voluntate peruersa fit libido: & dum seruitur libidini, fit consuetudo; & dum consuetudini non resistitur, fit necessitas*, id est, dura seruitus peccati. Vnde pulchrè S. Ambrosius: *Facilius inueni qui innocentiam seruarent, quàm qui congruè poenitentiam agerent.* Febris recidiva difficillimè curatur, non propter morbi magnitudinem, sed propter subiecti debilitatem. Corpus enim priori morbo eiusque cura multum exhaustum, faciliora illa & fortiora remedia, vt venæ sectionem, superflue materiæ educationem, humoris peccantis debitam correctionem, non iam patitur, ideoque per quædam extraordinaria sanari debet. Sic in primis peccatis nec vires gratiæ exhaustæ sunt, nec animæ vires attritæ quasi & attenuatæ adhuc. Sanari possumus per Ecclesiasticam disciplinam, quasi venæ sectionem: per inflictas diuinitus poenas, quasi per superflue materiæ educationem: per salutare admonitiones, quasi per peccantis humoris correctionem. At in iteratis peccatis hæc omnia deficiunt, vel quia contemnuntur, vt dictum est de sapius incarcerato, &, vt alia Scriptura dicit, *Impius, quum in profundum venerit, contemnit*, vel quia anima contrarijs cupiditatibus assueta (quæ illi quasi in naturam versæ sunt) noua hæc remedia sustinere & capere non potest. Nam quemadmodum multi etiam boni & iusti verbum perfectionis capere nequeunt, vt seipos propter regnum Dei castrare (de quo Christus dixit,

*Simile.*

*Jerem. 3.  
Simile.*

*Confess. lib. 8.  
cap. 5.*

*De poenitent.  
lib. 2. cap. 10.  
Simile.*

*Prov. 18.*



dixit, *Non omnes capiunt verbum hoc*) ita impij verbum *Matth. 13.*  
salutis necessariæ capere non possunt: id est, capere nolunt  
propter voluntatem habitibus peccatorum depravatam.

Quare S. David in persona peccatorum, qui longa pec-  
candi consuetudine aggrauantur, sic orat: *Cor mundum crea* *Psal. 50.*  
*in me Deus, & Spiritum rectum innova in visceribus meis.*

Quasi dicens: Cor meum ita nunc vetustate peccati attri-  
tum est, vt planè noua creatione, notio Spiritu mihi opus sit.

Fac mihi aliam vestem, & indumentum nouum, & stolam *Luca 15.*  
*Recidians*  
*primam*, qualem filius prodigus, ad patrem per pœnitentiam *4. hostes ha-*  
reuertens, accepit. Hic ergo obseruet diligenter peccator re- *bet.*

cidians, quòd quum ceteri peccatores contra trës tantum  
hostes bellum gerant, dæmonem, mundum, & carnem; ille  
etiam contra quartum pugnare debet, eumque infestissi-  
mum, *Consuetudinem*: De qua in alio Euangelio, circa cor  
durum, aliqua diximus.

*Dom. Sexag.*  
*tex. 4.*

Causæ verò ex parte peccatoris recidians, cur citò re-  
cidiuet, & locum iterum diabolo faciat, atque ita nouissi-  
ma eius fiant peiora prioribus, tres assignari possunt. Nem-  
pe sicut ex graui infirmitate conualescens, facilè in mor-  
bum relabitur, nisi diligenter sibi caueat, & quædam adhuc  
medici præcepta seruet: sic è graui peccato liberati (qui,  
quum priùs muti, surdi, ac cæci essent, nunc singulari Dei  
beneficio vident virtutis viam, & delectantur in ea, au-  
diunt monita salutis, & amplectuntur ea; confitentur pec-  
cata sua, & desistantur ea) facilè in peccatum relabuntur,  
nisi magnam salutis suæ curam gerant. Primùm, quia recen- *1. Causa.*

*Recidians*  
*causæ tres.*  
*Simile.*

ter Deo reconciliati, iam se sanos & valentes esse putant:  
sicut qui recens conualuit, videtur sibi statim ita validus, vt  
quiduis comedere ac bibere, quiduis agere liceat; vnde diæ-  
tæ ratione non seruata, quæ corporis vires paulatim reficiat,  
facilè in febrem recidit. At recenter ad Deum conuersus,  
debilitatas animæ suæ vires (vt priùs diximus) attendere de-  
bet, ideòque non se adhuc valentem & fortem, sed infirmum  
ac debilem contra occasiones peccatorum existimare. Nam  
& animæ sanitas paulatim incrementum capit. Vnde scriptura:  
*De propitiato peccato noli esse sine metu.* Imò (vt alibi ostendi- *Eccli. 5.*

mus) tunc maximum cadendi periculum est, quum recenter  
ad Deum conuersi, recenter è diaboli faucibus erepti su-  
mus. Secundò sicut qui è graui morbo recens conualuit, non  
nisi optimis & saluberrimis cibus nutriri debet, vt deperditas  
morbo vires corpus recuperet: sic recens à peccato resurgēs,

*2. Causa.*

Cant. 1.

optimis & delicatis alimentis spiritum refocillare & corroborare debet; vt precibus attentius incumbere, verbo Dei audiendo diligentius vacare, piis libris legendis operam dare. Vnde in Canticis noua & tenera sponsa dicit: *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.*

3. Causa.

Tertio, qui recens conualuit, certis exercitiis corporis vti debet. Multi enim relabuntur in morbum, quia nullum exercitium faciunt. Sic Deo recens reconciliatus, & à demōnis iugo ereptus, bonis operibus se exercere debet. Nam quia hoc non fiebat, quia otiosam & vagam sanati peccatoris animam diabolus repperit, in eam rursus ingreditur, vt in hoc Euangelio dicitur: *Et inuenit eam scopis mundatam & ornata;* addit D. Matthæus, *vacantem.* Vnde \* Patres

Matth. 12.

\* Ambrosius,

Hiero. Chrysost.

Et Beda in hunc

locum.

exponunt, otiosam, & diabolo accommodatam, propter negligentiam & ignauiam cordis. De qua negligentia, & quomodo multorum peccatorum, & frequentis recidiuæ sit causa, in alio Euangelio diximus. Sanè quòd vacuam animam opprimit diabolus, in illis verbis expressit Iob, de diabolo loquens: *Ante faciem eius præcedit egestas.* id est otiositas, & boni operis vacuitas viam diabolo præparat. Vnde

Iob 41.

Ephes. 4.

Apothegma.

Scopis mundata.

& Apostolus quum dixisset, *Nolite locum dare diabolo,* adiecit: *Laboret vnusquisque, manibus suis operando quod bonum est.* Nam vt Cato eleganter dixit: *Homines nihil agendo, male agere discunt.* Sanè domus scopis mundata, puluere tantum suo purgatur; lutum & cespites scopa non mouet; grauioribus peccatorum sordes, & quæ tenacius adhærent, ferro acrioris pœnitentiæ rescindendæ sunt, & multis lachrymis abluendæ, multisque postea bonis operibus expurgandæ: quod totum vocat D. Baptista, *Fructus dignos pœnitentiæ.* Sed

Matth. 3.

ideo recidiuamus, quia per bonorum operum exercitia, huiusmodi fructus dignos non proferimus. Atque hæc quidem recidiuationis causæ sunt.

Recidiuatio  
quàm graue  
peccatum.  
Simile.

Nunc de eius grauitate & turpitudine pauca. Sicut libertus libertate donatus, patronum offendens, grauius peccat quàm seruus: sic Deo per Christum reconciliati, è potestate diaboli & tenebrarum erepti, vera libertate Spiritus donati, multo atrocius recidiuando offendunt, quàm qui *natura filij iræ* & serui peccati viuunt, fide & gratia Christi nunquam accepta. Vnde D. Petrus: *Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab ea quod illis traditum est sancto mandato.* Dicebat S. Arsenius: *Qui peccata peccatis addit, quum ea rescare deberet pœnitentiæ & diligen-*

2. Petr. 2.

In vita eius a-

pud Surium

tom 4 pag 257.

Simile.

& diligentia, similis est ligna scindenti & humeris suis imponenti; quumque iam satis onustus est, vt portare non valeat, noua tamen ligna humeris superaddit, & onus auget. Recidiuantes post peccatorum confessionem & absolutionem Sacerdotalem, similes viperis sunt quas ferunt in litore maris positas, sibilo ad se ex profundo gurgite murenu- lam euocare, vt eius opera fetus concipiant: quæ cum ad hoc venenum deponant, vbi à consorte recesserunt, venenum iterum resumunt, quo solito more noceant. Vipera quoque (vt scribit Plinius) adueniente hyeme, venenum euomit, & in terra se occultat; sed vere adueniente, exit, ac venenum in ea nouum generatur, multo perniciosius veteri. Idem enim facere videntur qui ad horam, dum Sacerdotes adeunt, vel dum Deum in Ecclesia precantur, vel aliqua aduersitate turbati, peccati virtus quodammodo deponunt, & magnam emendationem statuunt ac promittunt; peracta verò confessione vel oratione, & cessante tribulatione, virus iterum, quod euomuerant, resorbent, ad vetera peccata prolapsi. Certè quum peccatorum porta inferi sit, & ianua inferni, sicut qui ad fores Palatii Principis frequenter & continuis diebus residet, ostendit se palatium ingredi velle, & eius rei magno desiderio teneri: sic planè qui frequenter peccat, ostendit facto velle se infernum intrare. Sanè sicut illi qui iuxta rapidissima flumina commorantur, auribus vsu obsurdescentibus, molestissimum aquarum fragorem sine vlla molestia perferunt; sic consuetudo delinquendi minuit admirationem delicti. Et sicut qui vicinum habet fabrum ferrarium, cuius malleus nocte dieque incudem ferit, principio quidem molestissimè hoc fert, & somnum inquietum ducit; tandem tamen diu assuefactus, nihil molestiæ percipit, sed inter crebros & sonoros ictus altum stertit: sic omnino ad prima peccata acres remorsus & ingentes animo clamores peccator sentit, & vix præ dolore somnum capit; at vsu & consuetudine peccati ita in peius mutatur, vt nullo conscientiae clamore, quantumuis valido, exciteretur, aut euigilet à peccato. Imo fabrorum huiusmodi canibus similes isti sunt, qui continuis malleorum ictibus assueti, etiam altius indormiunt. Tantam vim in animam habet, non tam peccatum ipsum, quam peccandi consuetudo. Appositè D. Basilius: *Quemadmodum in pestilentibus locis sensim attractus aër latentem corporibus morbum injicit; sic in praua consuetudine, maxima nobis mala hauriuntur, etiam si*

*Ambrosius in  
Exhaemeron,  
lib. 5. cap. 7.  
Simile.*

*Natur. histor.  
libos. cap. 39.*

*S. Iordane  
apud Surium,  
tomo 7.*

*Similia.*

*Homil. 9.*

*statim incommodum non sentiatur.* Docet hoc Propheta, dicens: *De radice colubri egredietur regulus.* Si serpentem negligis, basiliscus fiet. Si parua nauis foramina non obturas, aqua paulatim accrescens submerget nauem. Denique de recidiuante propriè intelligitur quod Sapiens dicit: *Funibus peccatorum suorum unusquisque constringitur.* Quemadmodum enim qui funes nectunt, alterum semper alteri funem attexunt & interferunt, vt longior fiat; sic qui in profundo malorum festinant, priusquam priori peccato finem impulerint, adoriuntur secundum. De hac recidiua peccati, maximè hæresis, grauissimi peccati, in oratione quadam nostra, De recidiua hæresis, quæ cum altero Promptuario excuditur, plura diximus. Vt autem ex Scriptura exemplum proferamus artis & industriæ diabolicæ, qua de peccato in peccatum hominem trahit, vt faciat semper nouissima peiora prioribus, vnus Sampson hoc suo malo docuit. Ille enim primùm duobus funibus lineis, deinde neruiceis, postea verò septem nouis funibus fuit alligatus; & quanto magis in Dalilæ suæ consuetudine perseuerabat, tanto fortioribus eum vinculis alligabat. Postea ipsa crines dormienti abscidit. Deinde Philisthæi oculos eruerunt, viactumq; per vias, plateas, & tabernas illudentes, deduxerunt: postremò ad molam eum pertraxerunt. Sic peccator Dalilæ suæ, id est, carnis blanditiis obsequens, ex paruis malis in maiora, ab aspectu ad sermones, à sermone ad contactum, à contactu ad oscula, ab osculis ad peccati consummationem procedit, quousque diaboli eius crines, quibus caput operitur, abscindunt, per quos verecundia significatur; qua deperdita, eum quocunque volunt, deducunt. Oculos euellunt, hoc est, cœli atque inferni considerationem ei adimunt. Postea per plateas deridendum, infamem reddunt. Postremò ad molam & pistrinum doloris sempiterni miserum perducunt. Sic de malo in peius, de priore in pessimum pertrahit suos aduersarius noster diabolus. Hans succrescentem semper in deterius peccatorum herbam his verbis explicat D. Basilius: *Vt gramen præ cateris herbis prolis est numerosa, nec vnquam intermoritur, aut desinit gignere ex se, sed semper extremitas primitiua genitura origo fit succedanea & sobolis; sic peccatum, aliud sibi simile semper progignit, vt fornicatio fornicationem, qua reperta ardescit magis, non restinguitur; & assuesfactio mendaciæ, mater fit mendaciæ; & sic in alijs peccatis. Qui post ieiunia, confessiones, pœnitentias pro peccatis susceptas, in eadem recidunt,*

Esaia 14.

4.

Prouerb. 5.

Basil. in Esa.  
cap. 5.

5.

In cap. 9 Esa.  
Simile.

2. Paralip. 28.

dunt, similes sunt pueris qui in pugna sua ludicra alter alterum quasi hostem capit, & acerrimè, ne capiantur, currunt ac decertant; finito autem ludo, amicissimè se mutuò complectuntur, & corrient. Sic enim isti, quasi ludicram ad tempus cum diabolo pugnam instituere videntur pœnitendo, lachrymando, ieiunando; sed mox ad pristina peccata redeunt, amicitiam renouant. Principes filiorum Ephraim malum hoc magnum cognouerunt, quum fratribus suis, post multam filiorum Iuda occisionem, ingentem quoque prædam mulierum & filiorum Iuda ducentibus, dicerent: *Non introducetis huc captiuos, ne peccemus Domino. Quare vultis adijcere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta?* Satis illis erat in occisione semel peccasse. Noluerunt in abducendis captiuis rursus peccare. Huc etiam referri possunt quæ de consuetudine peccati in alio Euangelio protulimus. Reciduiantes verò post pœnitentiam, similes illis sunt, qui ambulantes de nocte per plateas, auditò tympano, post cuius pulsus arma gerere non licet, enses apud amicum reponunt, sed postridie eum resumunt. Sic enim isti, finita Quadragesima, aut peracta pœnitentia, ad pristinas peccatorum sordes, quas ad momentum propter indictum pœnitentiæ tempus deposuerant, redeunt.

*Domin. Sexage.  
text. 4.*

*Simile.*

7. *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*

**L**ocus moralis duplex: Vnus contra auditores verbi infructuosos: alter contra non audientes. Beatos enim illos Christus hîc pronuntiat, non qui audiunt tantum, sed qui audiunt, & custodiunt verbum Dei: id est, in quos semen verbi Dei, vt in terram bonâ cadit: & qui corde bono & optimo verbum retinent, & fructum afferunt cum patientia. Super quæ verba præsentem locum in alia Dominica tractauimus. Sed hîc iuuante Christo, pauca adiciemus. Christus vtrumque hîc cõmendat, audire verbû, & custodire verbum: & vt frustra auditur, quod non custoditur, ita difficilè custoditur, quod non auditur. Duplex igitur erit locus. Vnus contra auditores infructuosos, alter contra non audientes, & hoc salutis medium negligentes. Ad prius quod attinet, custoditur verbû Dei à nobis operibus, quemadmodum ignis seruatur in fomite. Vnde in Apocalypsi, quum dixisset beatus Ioânes; *Beatus qui audit, & qui legit verba prophetia huius, prætinus adiecit; & seruat ea, quæ in ea scripta sunt.* Iacobus quoque scripsit: *Estote factores verbi, non auditores tantum, fallentes*

*De audiendo  
verbo Dei.*

*Contra audi-  
tores infru-  
ctuosos.  
Simile.*

*Apocal. 1.  
Iacobi 1,*

Matth. 7.

vosmetipsos. Quomodo autē seipsum fallat, Christus docuit, dicens: *Seruus sciens voluntatē Domini sui, & non faciens, vapulabit plagis multis.* Et alio in loco: *Omnis qui audit verba mea hæc, & nō facit ea, similis erit viro stulto, qui edificauit domum suā super arenam, & descēdit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, (id est, variæ, seu tribulationes, seu tētationes, post verbū auditum exortæ sunt) & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Magna enim

Locus contra hæreticos.

est ruina credentis, & non facientis voluntatem Dei. Vnde & hic locus contra nefarios nostri temporis hæreticos valet, qui sola fide hominem iustificari, bona autem opera ad salutem necessaria non esse, impiè dogmatizant. Christus enim beatos, id est, iustos & Deo gratos pronuntiat, non qui audiunt tantum, aut audiendo credunt, sed qui operando custodiunt. Sanè tantum in hac parte differt hæreticus à Catholico, quantum sophista à Philosopho, vel pharmacopola à medico, vel ostentator à practico; virtutem qui verba putant vt lucum ligna. Sed illis omissis, quos in altero Promptuario subinde (ad hoc quod attinet) refutauimus; ad nostra veniamus. Dicit Dominus: *Beati qui audiunt & custodiunt.* non dicit, qui audierunt & custodierunt; vt intelligamus, in vtroque tota vita perseuerandum esse. Illud autem quo modo assequi possimus, docet Sapiens sub mysterio his verbis: *Quando sederis cū principe, diligenter attende qua sunt posita ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.* Audire prædicationem verbi Dei, est sedere ad mensam Iesu Christi. Hæc est enim mensa, quam Sapientia parauit, & ad quam vocat paruulos spiritu, dicens: *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.* In hac est panis cœlestis doctrinæ, quæ confirmat cor hominis. In hac est vinum gratiæ, & misericordiæ Dei, quæ letificat cor hominis. Ad hanc mēsam qui sedet, diligenter attendere debet, qua sunt posita ante faciem suam.

Prouerb. 23.

Ibid. 9.

Psal. 103.

Exempla.

1.

Et vide quantum hæc valeat attentio, etiam vbi semper non adest bona intentio. Principes sacerdotum, & Pharisei miserunt ministros suos, vt comprehenderent Iesum turbis prædicantem. At illi expectantes prædicationis finem, & attentè cū turba audientes, non vt discerent, sed vt caperent in verbosita cōpuncti & mutati fuerunt, vt se infecta redierint. Illis ergo reuersis, dixerunt Pharisei: *Quare nō abduxistis illū? Responderunt ministri. Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis Pharisei. Nunquid & vos seducti estis?*

Ioan. 7.

*estis? Accipe aliud exemplū. Sanctus Augustinus adhuc Manichæus quum esset, audiens per occasionē sanctū Ambrosium prædicantē, ad fidē Catholicam inducitur. Qua de re sic ipse* *Conf. ff. lib. 5. scribit. Ambrosiū seruum tuū, non ut doctorem veri, sed ut hominē benignū in me dilexi: & studiosè audiebam disputantem in populo, non intētionē qua debui, sed quasi explorans eius facundia, utrūm cōueniret fama sua, & verbis eius suspendebatur intentus. Rerum autē incuriosus & cōtempitor astabam, & delectabar suauitate sermonis. Sed veniebant in animum meum simul cum verbis qua diligebā, res etiam quas negligebam. Et dum cor aperirem ad excipiendū quā disertè diceret, pariter intrabat & quā verè diceret; gradatim quidem. Sunt hæc duo illustria exempla quantum valeat sedula attentio, etiam vbi non adest semper bona intentio. Sed & ille legis doctor, qui interrogauit Christum de maximo mandato, tentans eum, ut Matthæus refert, ex Christi responso lic cōuersus & mutatus est, ut laudata Christi responione, addiderit, dilectionem Dei & proximi, maius esse omnibus holocaustibus & sacrificiis. Vnde Christus dixit illi: Non longè es à regno Dei, ut est apud Marcum. Adeò qui tentator accessit & superbus, abiit instructus & humilis, atque æternæ saluti proximus. Sequitur in Salomone: Et statue cultrum in gutture tuo. Culter iste verbum Dei est, quod auditur in mensa Christi: iuxta illud Apostoli, Assumite gladium Spiritus, quod est verbum Dei. Hic culter in gutture statuendus est, quia verbum Dei comedendum, hoc est, in corde reponendum; iuxta illud ad Ezechielem: Comede volumen hoc, ut alibi exposuimus; & ruminandum in memoria, & repetendum in voce est, ut de eo finita concione mutuò loquamur. Sed hoc demum ille præstat, qui habet in potestate animam suam: id est, qui audiens verbum, non habet animam suam in negotiis, in pecunia, in patinis, sed in potestate sua, ut rei præsentis eam applicet: qui habet animum à prauis affectibus liberum, ne suffocetur Dei verbum. Dicit enim Scriptura: Audit luxuriosus verbum sapiens, & displicebit illi, & proijciet illud post dorsum suum. Item qui habet animum non in via distractum & vagantem, sed attentum & collectum, & discendi cupidum. Quando epistola aliqua ob signata nobis offertur, statim illam aperire, eiusque subscripti onem scire cupimus, quidque in ea scriptum sit, intelligere. Epistola & nuncia voluntatis Dei est, verbi Dei prædicatio; quam ob signatam in multis parabolis, misteriis, & altis principijs, resignat, exponit, & deducit pastor Euangelicus.*

2.

Conf. ff. lib. 5. cap. 13. &amp; 14.

Matth. 22.

Marci 12.

Philip. 6.

Eccli. 31.

Similia.

1.

- cus. Si illa resignatio non delectat, non mouet, non operatur in nobis, nostra id culpa fit, qui malè dispositi accedimus. Quemadmodum enim fax madida, licet igni applicetur, lumen tamen non accipit; sic passionibus tumidi & humidi, ab ignito Dei verbo non inflammatur. Quare Dauid, quum dixisset; *Ignitum eloquium tuum vehementer*, statim subiecit: & *seruus tuus dilexit illud*. Ideo quippe ignitum est, quia diligitur. Alioqui sicut otiosi pueri ex filice interdum ferro ignem excutiunt, non vt ignem accendant, sed vt videant, quomodo euolent scintillæ, & modò has, modò illas euolantes scintillas laudant & admirantur, sed escam non admouent, vt lumen, vel ignis accendatur: sic multi, imò innumeri auditores, curiosi magis quàm Christiani, ad prædicatoris vocem, tanquam ferrum percutiens, intellectum suum, quasi filicem admouent, vt attentè audiant quàm aptè & eleganter dicat, sed escam voluntatis non apponunt, vt ea ad virtutem accendatur.

- Quum varios concionatores audiuerint, plus (inquiunt) volat hic quàm ille, elegantius iste, copiosius ille, doctius alter perorauit. Fit ergo illis sacra concio sicut cæcæ musice quoddam musicum, vbi cantatoris vox laudatur; quod autem cantauit, non aduertitur. Et quemadmodum accidit aliquando, vt de nocte in plateis musica sonante, è lecto quis surgat, vt audiat; ea verò finita, lectum reperat, & somno, sicut prius, indulgeat; sic planè fit, vt audita concione, qui carnales, auari, superbi eò accesserunt, tales etiam domum redeant, & peccati somnum reperant: nihilo vel meliores, vel saniores, vel prudentiores contra peccatum effecti, quàm bonus ille minister, qui rogatus ab herode, quid è concione reportauerat; galerum tuum, domine, & pallium respondit. Tam crassa & supina negligentia parit tandem etiam contemptum verbi Dei, qualem Iudæorum describit Propheta: qui verba Prophetarum, Deus hoc mandat, Expecta iudicium Dei, modicum & non tardabit; his verbis vulgaribus irridebant: *Manda remanda, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi*, id est: Mandet Deus, & remandet vt volet, nos viuemus, prout libet. Quibus Deus respondet: *Propter hoc audite verbum Domini, viri illusores Ego ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura; & delobitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Flagellum inundans cum transferit, eritis in conculcationem*. Solet simia, si quando se in speculo videt, propter nimiam suam deformitatem, speculum

Psal. 118.

Simile.

Exemplū.  
Esau 26.

Simile.



lum statim abijcere, & si potest, in multas partes confringere. Tales simiæ sunt tandem negligentes verbi Dei auditores, ut verbum ipsum Dei, eiusque prædicationem, in qua veluti in speculo omnia sua peccata, vanitates, & ineptias omnes ad viuum repræsentari vident, penitus contemnant & abijciant, eiusque cursum & officium, si qua poterunt, vel tollant, vel impediunt.

Neque est quod prædicatoribus imputent, qui minus ex verbi Dei prædicatione proficiunt, quia spiritum hodie & sanctitatem Apostolicam non habent. Nam & ipso Apostolorum tempore, quo confirmata fuit doctrina, *contestate Deo*

Auditorum profectus non pedit à sanctitate prædicantis.

*signis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus, secundum suam voluntatem*, dicit tamen Paulus: *Hebr. 7. Rom. 10.*

*Non omnes obediunt Euangelio*, & ex Esaia prolatum de se, suisque coapostolis affirmat: *Domine, quis credidit auditui nostro?*

id est prædicationi nostræ. Non est igitur cur Prædicatoribus hodie parum fortè Apostolicis imputetur prædicationis verbi infructuosa, quum & ipsi Apostoli multis in locis absque fructu, imò cum contradictione multa, & (ut ait Paulus) *aduersarijs multis*, prædicauerint. Sed accidit hodie plerisque

1 Cor. 16.

auditoribus, quod Iudæis Apostolorum tempore, quibus Paulus dixit: *Quoniam repellitis verbum Dei, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes*: imò & Christo ipso prædicante, qui etiam Iudæis dixit: *Quaritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis*. Omnes enim audientes verbum Dei, & non custodientes illud, hoc ipso maximè ostendunt se indignos æternæ vitæ; & in illis omnibus Christi sermo non capit: vel quia reuera non credunt ea quæ de contemptu mundi, de pœnis impiorum, de mercede iustitiæ, in prædicatione verbi dicuntur: vel credentes scandalizantur,

Act. 13.

& *abeunt retrò, dicentes, Durum est verbum hoc; quis potest capere illud?* Contingit enim hodie in doctrina morum, quod Iudæis contingit in doctrina fidei. Sicut illi in Christum credere noluerunt, sic nos hodie obedire Christo nolumus. Vtrumque autem æquè ad interitum ducit. *Beati* enim, id est, iusti & grati Deo sunt, *qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud*. Miseri ergo & impij, qui audientes, non custodiunt. Terræ aliquæ perhibentur ad eò esse steriles, ut si in eis tritici purissimum semen sparseris, non triticum, sed typham, aut solas paleas referant. Tales sunt qui ex audito verbo Dei, nò fructum pietatis, sed vanitatis aut curiositatis paleas proferunt.

Ioan. 8.

Ioan. 6.

ferunt.

ferunt. Sed talis terra est maledictio proxima. Remedium huius mali est, vt corde cupiditatibus vacuo, simulque attento & collecto, verbum Dei audiatur. Cor enim vagum & incustoditum, & quod communes cogitationes indifferenter admittit, simile est publico diuersorio quod omnes hospites accipit, & proprio domino vix locum quiescendi relinquit: est simile cymbæ quassatæ, quæ per omnes rimulas bibit aquam, & merces impositas naufragio exponit: est simile vrbi patenti absque murorum ambitu, quam æquè hostes ingrediuntur atque amici; est simile vineæ, sepe & maceria destitutæ, quæ ab omnibus vel feris depascitur, vel latronibus spoliatur, & modicum aut nullum domino suo fructum refert: est simile domui sine feris & valuis, in qua omnes liberè habitant, conuersantur, pernoctant. Denique est simile meretrici in publico lupanari prostitutæ, quæ, quum omnes marces admittat, semper infœcunda manet. Quemadmodum vno eodemque vento decem naues æquora secant, aliæ velocius, aliæ tardiùs, quod non ex parte venti, qui idem est, sed ex parte nauium prouenit; quia quædam rimosæ, quædam integræ sunt; quædam magis, quædam minùs oneratæ; ideoque hæ in portum, illæ in scopulos deferuntur: sic ad vnã & eandem prædicationem, ad vnum & eundem diuini Spiritus afflatum alij prosperè nauigant, & paradisi portum tenent, alij in purgatorio hyemant, alij pessimis cupiditatibus onusti, in profundo barathri naufragium faciunt.

*Similis.*

Verbum Dei  
necessariò  
audiendum.

*Rom. 10.*

Nunc de audiendi verbum Dei necessitate pauca dicamus. Nam difficilè custoditur quod nō auditur. Certè quum Apostolus dixit, *Quomodo credent quem non audierunt?* & iterum, *Fides ergo ex auditu, auditus autem per verbum Christi,* prædicatum scilicet: haud dubiè non solam doctrinam fidei, & materiam credendorum intellexit, sed etiam quæ ad mores pertinent, & mandatorum Dei obseruationem. Nisi fortè ea quæ credenda sunt, à voce Ecclesiæ & prædicatorum verbi discere debemus; ea autem quæ facienda sunt, à nemine discere, sed per nos ipsos cognoscere, eligere, præscribere fas est. Quo nihil absurdius, & ad totam pietatis regulam confundendam aptius, cogitari potest. Deinde quum ideo fides ex auditu est, vt Deum inuocemus, ait enim: *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? quomodo credent quem non audierunt? quomodo audiet sine prædicante?* Inuocatio autem Dei Deo grata, nobis salutaris, ea omnia complectitur quæ  
ad

*Rom. 10.*

ad vitæ puritatem pertinent; (inuocamus enim Deū, vel colendo eum debito amore & cultu, vel ea omnia petendo quæ ad nostram pertinet salutem) manifestum est à prædicatione & auditu verbi non secus p̄dere vniuersam morū & pietatis doctrinam, quàm ipsius fidei. Hoc ergo ordinarium mediū tam bene viuendi quàm rectè credendi, à Deo in Ecclesia sua constitutum, contemnere impium, negligere periculosum est, & contra illud: *Non tentabis Dominum Deū tuum.* *Math. 4.*

Hæc est enim vna & primaria salutis via, in qua *Angelis suis mandauit de nobis, vt custodiant nos in omnibus viis nostris.* Si *Simile,* omnes alicuius vr̄bis ciues Regē grauit̄ offendissent, ideoque ad mortem omnes condemnati essent, Rex verò pro sua clementia non ministros carnifices, qui p̄nas debitas exposcant, sed legatos suos mittat, qui nomine Regis, non tantum veniam omnibus proclamarēt, sed & multa alia ac magna beneficia proponerent, certoque pollicerentur, modo ciues illi criminum præteritorum p̄nitentes, nouam vitæ rationem instituerent, iuxta eam formam quam ab ipsius legatis audirent; quis quæso illic ciuis esset, vel tam impius, qui tantę beneficentiæ tam paratum medium contemneret, vel tam salutis suæ prodigus, vt negligere; vel tam ingratus & rusticus, vt non humiliter & gr̄anter acceptaret; vel denique tam superbus & fastuosus, vt ambabus vlnis non amplecteretur, & legatos illos diligenter audire graueretur? At qui quum omnes essemus sub peccato & *natura filij iræ,* *Deus* *Ephes. 2.* *erat in Christo mundum reconcilians sibi,* posteaque in Apostolis suis, eorumque successoribus *posuit verbum reconciliationis;* qui quotidie nos *obsecrant pro Christo* (id est, loco & persona Christi) *vt reconciliemur Deo, & adiuuantes exhortantur vt gratiam Dei non in vacuum recipiamus;* idque faciunt *tantumquam ministri Christi, & pro Christo legatione fungentes.* Videat nunc quilibet Christianus quomodo tales legatos reconciliationis suæ cum Deo audire cōtemnat aut negligat. Si in aliqua vr̄be, maxima fame oppressa, vnum tantum aut alterum horreum esset frumento plenum, qua sollicitudine, cura & festinatione omnes ad illud, quærendi triticum causa, confluerent? At in singulis vr̄bibus plura, in parochiis vnum tale horreum Deus constituit, vnde triticum verbi diuini petatur. Quare eò non confluitur; nisi quia *fames verbi Dei,* *de* *Amos. 6.* *fiderium salutis nullum est?* At hæc maxima plaga est, & maximum reprobationis signum: sicut desperatæ valetudinis *Simile,* maximum argumentum est, cibos omnes fastidire. Si cōsta-

ret hoc in loco ditissimum esse thesaurum, ex quo, quantum cuique liberet, liceat depromere, quanto omnes impetu huc currerent, & alter alterum præ cupiditate præueniret! Atqui vel mentitur Scriptura, vel Dei verbum quouis auro pretiosius est. *Iudicia Domini desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum.* Hoc autem aurum iudiciorum Dei pro concione audiendum est. *Quomodo enim credent (Deum videlicet vel iustum vel misericordem esse (quem non audierunt? Videmus quanta aviditate milites ad diripiendam urbem, quæ prædæ data est, & ad diuidenda spolia accurrunt, vix vsquam aliàs maior alacritas ostenditur. Vnde Scriptura: Latrabuntur coram te sicut qui latantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia.* At de verbo Dei dixit S. Propheta: *Latabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.* Et quæ est hæc lætitia? Planè sicut milites ita auidi circa spolia sunt, vt sinus ac manus exuuijs impleant, imò asinos ac iumenta onerent, aliquando & cursus quoque, nihil interim comedentes vel bibentes, vel salutantes, vel socios alloquentes, sed toti in prædam attenti, toti in spolijs colligendis occupati: sic verus fidelis, verè amans Deum & salutem suam, ad sanctissima Dei verba audienda, tota auiditate currit, ad cor, ad oculos, ad omnes animæ suæ potentias illa colligit, totûsque illis audiendis immerfus, omnium tantisper rerum corporalium & temporalium obliuiscitur. Vix dici potest quanta cura & sollicitudine apes omnia prata circumuolant, omnibus floribus infident, omnes naturæ suæ vires impendant, seque & pedibus & alis totas onerant, vt mel copiosum in aluearia reportent. At iudicia Dei (ait S. David) *dulciora super mel & fauû.* Et iterum: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo.* Et in Canticis sponsa dicit: *Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Curremus in odorem unguentorum tuorum.* Sed fortasse ad illam sponsam non pertinemus, quibus verbum Dei non sapit. Hyemis tempore, quando frigus vrget, videre est quo impetu & desiderio ad ignem omnes properant, vt calefiant. At de verbo suo Deus apud Prophetam dicit: *Nunquid non verba mea quasi ignis? Et idem David dixit: Ignitum eloquium tuum vehementer.* Sed adiunxit: *Et seruus tuus dilexit illud.* Ideo nobis non videtur ignitum, quia non diligimus. Ideo ad hunc ignem non accurrimus, quia nimio frigore sensum doloris amisimus, & toti obriguimus. Sanè ex hoc iudicio Deus suos cognoscit & depre-

Psal. 118.

Rom. 10.

Simile.

Esaia 9.

Psal. 118.

Simile.

Psal. 118. &amp; 118.

Cantic. 1.

Simile.

Ierem. 23.

Psal. 118.

Audire verbû,  
figum homi-  
nis Christiani.

accurrimus, quia nimio frigore sensum doloris amisimus, & toti obriguimus. Sanè ex hoc iudicio Deus suos cognoscit & depre-

& deprehendit. Si vis cognoscere an piscis sanus sit vel corruptus, ad auriculam eius oportet olfacere. Si enim ibi fœteret, signum corruptionis est; si ibi bene olet, signum sanitatis & incorruptionis est. Sic suos pisces Deus per auriculam deprehendit.

*Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Sic & D. Ioannes: *Qui audit nos, ex Deo est; qui non audit nos ex Deo non est.* In hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris. Ioan. 8.  
1. Ioan. 4.

Quasi diceret: Per auriculam deprehendimus qualis piscis est qui in fagena nostra capitur, verus ne, an erroneus; bonus ne, an malus. Viuerra, quæ id cuniculis est quod leporicanis, cum in foueas cuniculorum ingreditur, ipsos plerunque per aures inde extrahit. Simile.

Sic ex quinquaginta peccatoribus qui ad Deum conuertuntur, quadraginta ex speluncis peccatorum per aures, id est, quia verba Dei audiunt, educit Deus. Nempe voluit Deus hoc instrumento salutis nostræ uti, ut per prædicationem saluos faceret credentes; ut verbum suum per vocem operaretur, vocē Ecclesiæ suæ. 1. Cor. 1.

Quare sic vni Prophetæ loquitur: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam annuncia populo meo scelera eorum.* Cæci sumus ad nostra peccata cognoscenda, quibus tamen nemo caret. Voluit ergo Deus ut illa nobis per alium annunciarentur: Si audire nolumus, manemus in peccatis nostris. Ideo non dicit, quasi organum aut quasi cymbalus, ut solùm delectaret concionator; sed, quasi tuba, Esaie 58.

ut commoueret pigros, ut excitaret dormientes, ut animaret ad pugnam spiritualem ignauos & formidolosos. Pessimè sibi consulunt, qui suæ prudentiæ & doctrinæ fidentes, conciones non audiunt. In illis enim vox Dei sonat, non in libris quos legunt. *Vox autem Domini confringentis cedros, vox Domini intercidentis flammam ignis: vox domini concutientis desertum.* In prædicatione sonat hæc vox Dei efficacissima. Docti ab audiendo verbo non excusantur.  
Psal. 28.

Herba sagittariorum, qua, ut hostes perimant, sagittas suas inficiunt, sagittæ quidem adhærens interimit: sed extra impetum sagittæ si manibus contractes, nihil officit. Solùm vbi est vulnus, vi sagittæ penetrantis, ibi sanguinem inficit, & animal occidit. Hoc vulnus infligit Deus per concionatorem, qui sua reprehensione te vulnerat, ut herba cœlestis doctrinæ cum illa reprehensione coniuncta, tua vitia interficiat. Sæpè accidit, ut quæ sententia lecta nullam fecit animo impressionem, eadem pro concione dicta aut tractata vehementer commouerit: & quod inter legendum, etsi cognitum, tamen obseruatum non fuit, inter audiendum non

sine admiratione obseruetur; & mirificè placeat, quod prius sine vilo gustu transiisti. *Eloquia enim Domini, eloquia casta sunt, argentum igne examinatum, purgatum septuplum.* Maximam puritatem habent, mirabiliter relucet ac splendent, multamque voluptatem consideranti adferunt. Sed abiartifice perpoliri debent, non in massa haberi. Sicut enim gemma tunc magis fulget, quando auro inseritur; & aurum ipsum arte cælatur, maiorem multo splendorem habet & oblectationem adfert: sic cœlestis doctrina voce prædicatoris à Deo vocati & missi, diuino Spiritu tam in loquente quàm in audiente cooperante, multo fortius lucet ac mouet, quàm per se simpliciter lecta. Sed & habent verba diuina, nescio quid diuini & paterni amoris; quod audientes veri Dei filij, qui ad æternam beatitudinem destinati sunt, in ipsis agnoscunt & gaudent, & exultant. *Quod enim natum est ex Spiritu, spiritus est:* id est, Spiritus vocem, sicut filius paternam, agnoscit. In omni animantium genere, pulli & paruuli matrum suarum voces agnoscunt. Sic Dei filius, Dei verbis audiendis delectatur; e contra reprobi, vbi concionandi tempus aduenit, è templo se festinanter propiunt, non secus quàm si aliqua pars templi statim ruitura foret. In Christi genealogia apud Matthæum, tres Reges penitus omittuntur, ex quorum stirpe recta linea Christus descendit. Ochozias, Ioas, & Amasias: non quia simpliciter peccatores erant, aut etiam idololatræ (nam & Salomon talis fuit, & Manasses, & Ammon) sed quia hi tres diuino verbo specialiter resisterunt, & eius ministros immaniter tractarunt. Nam Ochozias mittit quinquagenarios ad capiendum Eliam. Ioas occidit Zachariam inter templum & altare, quia ei vera dicebat. Amasias Prophetæ cuidam, ipsum Dei nomine reprehendenti, dixit: *Nunquid consiliarius Regis es? Quiesce, ne interficiam te.* Quando Ierusalem ab Assyrijs destructa fuit, causam vastationis Scriptura assignans, ait: *Quia subsannabant nuncios Dei, & paruipendebant sermones eius, illudebantque Prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio.* Hoc quippe extremum malorū est, quando verbum Dei contemnitur, & ampliùs non auditur. Et vide quo modo in Euangelio verbi sui contemptores Christus coarguit: *Quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terra Sodomorum & Gomorrhæ in die iudicij, quàm illi ciuitati.*

Psal. 11.

Simile,

Ierem. 3.  
Simile.

Exempla.

4 Reg. 1.  
2 Paralip. 24.  
1. 1.

2. Paral. 36.

Matth. 10.

Nihil acrius contra Dei verbi contemptores, id est, qui non audierint sermones prædicatorum quos Christus mittit, dici potuit. De verbo Dei prædicato dicitur: *Sagittæ suæ acutæ: populi sub te cadent* ( id est, conuertentur à vitijs ) *in corda inimicorum Regis.* Sagittæ, inquam, seu rela verborum è superiori loco sonantium, immissæ in corda inimicorum Dei, in corda peccatorum acutæ sunt, & penetrant: *Vinus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni ancipiti gladio, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis.* Sed audiri debet, vt sic penetret. Plura habes supra quæ huc pertinent, in textu primo circa dæmonium surdum. Vide etiam infra Dominica Passionis, textu 2.

## EVANGELIUM DOMINICÆ

IIII. QUADRAGESIMÆ.



**A**BIIT Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis, & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum. Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum: *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset factururus. Respondit ei Philippus: *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat.* Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas, frater Simeonis Petri: *Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed quid hæc sunt inter tantos?* Dicit ergo Iesus: *Facite homines discumbere.* Erat autem scænum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia. Accepit ergo Iesus panes, & cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: *Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Colle-*

gerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeacis, quæ superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines, quum vidissent quod fecerat Iesus signum, dicebant: Quia hic est verè Prophetæ qui venturus est in mundum. Iesus ergo cum cognouisset quia venturi essent ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus.

### PERICOPA moralis huius Euangelij.

1. Vnde ememus panes, vt manducent hi? De prouidentia Dei erga suos circa necessaria.

2. Ducuntorem denariorum panes non sufficiunt vt vnusquisque modicum quid accipiat. Contra diffidentiam humanam circa Dei auxilium.

3. Cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. De benedictione cibi ante refectiorem.

4. Colligite fragmenta quæ superauerunt, ne pereant. Contra prodigalitatem.

5. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. De fructu beneficentiæ & liberalitatis erga egenos.

6. Cum cognouisset quod venturi essent vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus. De fuga gloriæ & laudis humanæ, peracto bono opere.

#### 1. Vnde ememus panes, vt manducent hi?

Prouidentia  
Dei erga suos.

3. Reg. 17.  
Dan. 14.  
Exodj 16.

3. Reg. 17.  
Psal. 33. 54.  
& 36.

Exod. 17.  
Confidentia  
in Deum.  
Num. 20.

**L**Ocus moralis, quærentibus regnum Dei & iustitiã eius, necessaria non defutura. Christus de turba eum sequente, & vsque in desertum sequente, & tota die vsq; ad vesperam eum comitante, curam agit, ne alimento careat necessario. Vnde (inquit) ememus panes? Non defuerunt carnes Eliæ in spelunca, quem coruo pavit; nec Danieli cibus in lacu leonum, quem Abacuc illi attulit; nec filijs Israëli alimenta in deserto, quos Manna de cœlo, & aqua de petra nutriuit, nec viduæ Sareptanæ, quæ pavit Eliam, cuius lecythus olei non defecit. Sic in Psalmis se facturum promittit: *Non est inopia timentibus eum.* Et iterum: *Iacta super Dominum curã tuam, & ipse enutriet te.* Et rursus: *Nunquã vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panẽ.* Quũ laboras aliqua necessitate, & absque culpa tua, & in Dei vinea iuxta vocationem tuam & talentũ laborans, existima Christũ tibi dicere: Vnde ememus panes, vt manduces tu? Tentat te Dominus, sicut Moyses tentatus fuit in deserto propter penuriam aquarum, dicens: *Quid faciam populo huic? Adhuc paululum, & lapidabit mo.* Vnde dixit Dominus ad Moysen & Aaron: *Quia non credidistis*



*credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filijs Israël, non introducetis hos populos ad terram quam dabo eis. Vult Deus, vt in rebus desperatissimis confidentiam in eum non amittamus. Sic enim Philippi fidem his verbis tentauit, vt notat Chrysostomus. Ipse enim sciebat quid esset factururus, vt adiecit Ioan. 6. diuus Ioannes. Peccauit Moyses, dicens Deo: Sexcenta millia sunt, & tu dicis, Dabo eis mense vno carnes ad saturitatem?* Num. 11. *Simile.*

Inciuite & indignum ducimus, si æger optimo & amanti medico exponat, quo sit ordine ac ratione curandus: & tamen ille sæpe fallitur, ac falli potest. Quanto magis Dei prouidentia nos totos committere oportet? Iudith sacerdos populi meritò reprehendit, dicens: *Qui estis vos, qui tentatis Dominum, quòd tradetis ciuitatem Assyrijs, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accendat.* Iudith. 8. *Pone ob oculos Ioseph in cisterna, in lacu, in exilio, in carcere; & memineris scriptum de Deo esse: Descendit cum illo in foueam.* Sap. 10. *Non deest igitur vnquam aut vsquam Dei erga suos prouidentia: de qua aliàs plura diximus. Carterum hæc prouidentia Dei necessitati seruit, non cupiditati. Ait quidem: Vnde ememus panes? Non ait, vnde ememus capones, perdices, gallinas, phasianos, attagines, pauones, ceruas, & huiusmodi delicatiora? Necessitati nostræ Deus consulit, non cupiditati. Quod multum est necessitati, cupiditati nihil est.* Ioan. 6.

Cyrus senior, quum apud hospitem diuertisset, rogareturque quid sibi cœnæ vellet apponi, respondit, panem tantum, & sperare se prope fluentem aquæ riuiulum cœnaturum. Tale ferè erat Christi conuiuium in hoc Euangelio. Pulchrè Seneca de Dei prouidentia obseruauit: *Necessaria tibi occurrent. Superuacanea & semper, & toto animo querèda sunt.* Epist. 111. *Carnes humano victui necessariae & salubres, vt bouinæ, vitulinæ, ouinæ, vt vulgares sint, prospexit Deus. Non sic in cæteris delicatioribus, magisque ad voluptatem quàm necessitatè comparatis. Sed, vt idem Seneca sapienter obseruauit, Inter causas malorum nostrorum est, quòd viuimus ad exempla nec ratione cõponitur, sed consuetudine abducimur. Quæ sanè cõsuetudo, vel potius voluptas cuiusque propria in infinitum abduxit, vt etiam hodie verum sit, quod de suo tempore alioqui deploratissimo scripsit idem Seneca. Non sunt (inquit) ad pinam dentibus, & ventre, & ore contenti: oculis quoque gulosi sunt. Nihil (aiunt) est melius saxatili mullo ante oculos moriente.* Epist. 124. *Luxus modum non teuet.* *Natural. quæst. lib. 3 cap. 18.*

*Da mihi in manus vas vitreum, in quo exultet, in quo trepidet.*

*Sen. de consolat. ad Albinam, cap. 9.* Porro ut error in via immensus est, nec exitum inuenit; sic & huius generis luxus. *Caius Caesar Caligula centies sestertio* (id est, centies centenis millibus nummorum) *caenauit uno die,*

*& in hoc omnium ingenio adiutus, vix tamen inuenit quomodo provinciarum tributum vna caena fieret.* Sed in totius orbis

*De consolat. ad Helisiam, c. 10.* Domino ferendum hoc fortasse aliquis existimet, & summa vitia in summa fortuna æquius toleranda. Atqui de Apicio homine priuato tantundem ferè memorat Seneca. *Cum*

*(inquit) sestertium millies in culinam congeisset, ære alieno oppressus, rationes suas tunc primum coactus inspexit. Super futurum sibi sestertium centies computauit, & velut in vltima fama victurus, si sestertio centies vixisset, veneno vitam finiuit.*

*Quanta luxuria fuit, cui sestertium centies egestas fuit? id est, cui centies centena millia nummorum ad victum sufficere non poterant.* Sed hoc illis accidit, qui parsimonie fines

*Epist. 16.* egressi, non necessitati, sed cupiditati; non naturæ, sed voluptati; non rationi; sed consuetudini seruiunt. *Naturalia desideria finita sunt; ex falsa opinione nascentia, ubi desinant non habent. Nullus enim terminus falso est, ut sapienter scripsit Seneca.*

2. *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt, ut vnusquisque modicum quid accipiat.*

*Diffidentie peccatum.*

**L**Ocus moralis contra diffidentiam humanam circa Dei auxilium. Christus enim, antequam miraculum exhibeat, & panes frangat, ac famentes pascat, discipulorum suorum fidem tentat, fiduciam probat, constantiam explorat: dicens enim Philippo, *Vnde ememus panes; hæc dicebat, tentans eum,* ait nostrum Euangelium. Philippus autem respondens, suam diffidentiam his verbis ostendit: *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt, &c.* Expectabat Christus ut, sicut discipulum veteranum decuit, agnosceret eius potentiam, quam in multis aliis miraculis viderat, totamque rem ad eius voluntatem referret. Nunc autem ille humano more oblitus potentie Magistri respondet. Idem quoque fecit Andreas alter ex discipulis, dicens: *Est vnus puer hic, qui habet quinque panes, & duos pisces. Sed quid hæc sunt inter tantos?* Dubitat ergo & ille. Imò omnes duodecim dubitalle videntur, quum, ut est apud Lucam, *accedentes duodecim, dixerunt illi, dimitte turbas, ut euntes in castella villasque que circa sunt, diuertant & inueniant escas: quia hic*

*Luca 9.*

*in loco*

*in loco deserto sumus.* Christus autem volens eorum omnium fidem tentare, dixit ad illos: *Vos date illis manducare.* At illi dixerunt: *Non sunt nobis plus quàm quinque panes, & duo pisces: nisi fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbã escas.* Erant autem ferè viri quinque millia. Dubitauerunt ergo omnes, & tanquam rem absurdam, illisque impossibilem, Christi verbum reiecerunt: *Vos date illis manducare.* Sed hoc totum fecit Redemptor noster, hanc suorum tentationem premissit bonus Magister, vt eos postea doceret, nòsque in illis, in rebus difficilibus, necessariis tamen (quale istud erat) quãdo humana media deficiunt, non esse nimia & anxia sollicitudine animum vexandum (sicut hñc discipuli venientes ad Christum, & dicentes, *Dimitte turbas, &c.*) sed de Dei auxilio bene fidendum, eiusque opem & benignitatem largissimam inuocandam. Vult nempe, vt potiùs ad manus eius, quàm ad manus nostras oculos coniciamus. *Sicut oculi ancilla in manibus dominae suae, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Ancilla, quia non accipit panem nisi de manibus dominae suae, in eius manus semper oculos intentos habet quum pane indiget, vt videat an ei velit dare. Certè sicuti matres, quae multos habet filios domi suae paruulos, semper habent panem iuxta se, quem petentibus porrigant; sic Deus noster omnibus bonis affluit, & paratus est semper dare petentibus se. Vfus est ipse Christus hac cõparatione: *Si vos, quum sitis mali, nostis bona dare filiis vestris; quanto magis Pater vester caelestis dabit spiritum bonum petentibus se!* Si quis horrea tritico plena haberet, famulumque suum rogaret, tentans eum, Vnde manducabimus? ille autem responderet, Non sunt pecuniae: nunquid non ineptè responderet, & domini sui opulentiae iniuriam faceret? Petere clauim ad aperiendum horreum deberet, & hoc solum sufficeret. Clavis horrei & abundantiae diuinæ, est eius sancta voluntas. *Omnia enim, quaecumq; voluit, fecit.* Hæc petenda est, vt ille leprosus sapienter petiit: *Domine, si vis, potes me mundare.* Quare eius fidem Christus laudauit, & confestim respondit: *Volo, mundare.* Vult nempe Deus suam à nobis benignitatem plena fide recognosci, vult vt ex præteritis eius beneficiis ad noua experenda animemur. Sic Christus ad suos, instante iam sacrosancta eius passione: *Quando misistis vos sine sacculo, & sine pera, nūquid aliquid vobis defuit?* Conqueritur Deus apud Ieremiam, quòd Iudæi ad eum in tempore necessitatis non confugerent, considerantes quot quan-

Psal. 122.

Simile.

Matth. 6.

Simile.

Psal. 117.

Matth. 8.

Dei beneficia priora fiducia dant præsentibus.

Luce 22.

Exempl.

Jerem. 2.

tâque patribus suis beneficia contulerat. At enim: *Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt? & non dixerunt, Vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Aegypti, qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo? Et induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructus eius, & optima illius.* Exaggeratur præteritum beneficium liberationis ex Ægypto: & diffidentiae arguuntur, quòd illud in memoriam non reuocauerint, ex eoque fiduciam in Deum suum non conceperint; sed aliunde, ab idolis videlicet & idololatriis, auxilium petierint. Hanc eorum diffidentiam perstringit Dauid dicens: *Malè locuti sunt de Deo. Dixerunt, Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?* nempe quum prius alia Dei miracula & beneficia experti fuissent; ideòque causam huius iustæ reprehensionis subiungit: *Quoniam* (prius videlicet quàm de hoc cibo ageretur) *percussit petram, & fluxerunt aqua, & torrentes inundauerunt.* Boni igitur & fideles Dei serui, ex præteritis Dei beneficiis, nouâ petendi fiduciâ capiunt. Sic Iacob: *Domine, qui dixisti mihi, Reuertere in terram tuam: minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua quam explesti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum; & nunc cum duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Esau.* Hæc vltima petitio nititur fiduciæ prioris liberalitatis diuinæ. Sic sancta Iudith orabat: *Domine Deus patris mei Simeon qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum. &c. subueni, queso te Domine Deus, mihi vidua. Tu enim fecisti priora & illa post illa cogitasti, & hoc factum est quod ipse voluisti. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorum videre dignatus es.* Priora Dei, & in genere, & erga familiam ac stirpem eius beneficia commemorat, & ex illis fiduciam capit, Deumque interpellat. Idem fecit vir fortissimus Iudas Machabeus, in Dei auxilio, non in sua fortitudine, spem ponens. Sic enim milites suos adhortatur: *Ne timueritis multitudinem eorum. Memento te qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro: & nunc clamemus in caelum, & miserebitur nostri Dominus. Quum Abraham seruum suum ad querendam filio suo uxorem mitteret, cumq; famulus auerteretur, nimitum ue sollicitus esset, vtrum negotium illud prosperum finem habiturum foret; vir sanctus famulum suum, præteritis Dei beneficiis fultus, confortauit,*

Psal. 77.

*dicens:*

Genes. 31.

*Domine, qui dixisti mihi, Reuertere in terram tuam: minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua quam explesti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum; & nunc cum duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Esau.* Hæc vltima petitio nititur fiduciæ prioris liberalitatis diuinæ. Sic sancta Iudith orabat: *Domine Deus patris mei Simeon qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum. &c. subueni, queso te Domine Deus, mihi vidua. Tu enim fecisti priora & illa post illa cogitasti, & hoc factum est quod ipse voluisti. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorum videre dignatus es.* Priora Dei, & in genere, & erga familiam ac stirpem eius beneficia commemorat, & ex illis fiduciam capit, Deumque interpellat. Idem fecit vir fortissimus Iudas Machabeus, in Dei auxilio, non in sua fortitudine, spem ponens. Sic enim milites suos adhortatur: *Ne timueritis multitudinem eorum. Memento te qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro: & nunc clamemus in caelum, & miserebitur nostri Dominus. Quum Abraham seruum suum ad querendam filio suo uxorem mitteret, cumq; famulus auerteretur, nimitum ue sollicitus esset, vtrum negotium illud prosperum finem habiturum foret; vir sanctus famulum suum, præteritis Dei beneficiis fultus, confortauit,*

Iudith 9.

*dicens:*

1. Ma. ac. 1. 4.

*Domine Deus patris mei Simeon qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum. &c. subueni, queso te Domine Deus, mihi vidua. Tu enim fecisti priora & illa post illa cogitasti, & hoc factum est quod ipse voluisti. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorum videre dignatus es.* Priora Dei, & in genere, & erga familiam ac stirpem eius beneficia commemorat, & ex illis fiduciam capit, Deumque interpellat. Idem fecit vir fortissimus Iudas Machabeus, in Dei auxilio, non in sua fortitudine, spem ponens. Sic enim milites suos adhortatur: *Ne timueritis multitudinem eorum. Memento te qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro: & nunc clamemus in caelum, & miserebitur nostri Dominus. Quum Abraham seruum suum ad querendam filio suo uxorem mitteret, cumq; famulus auerteretur, nimitum ue sollicitus esset, vtrum negotium illud prosperum finem habiturum foret; vir sanctus famulum suum, præteritis Dei beneficiis fultus, confortauit,*

dicens:

dicens: *Domine cœli & terra, qui eduxit me de domo patris mei, & dixit mihi; Semini tuo dabo terram hanc; ipse mittet Angelum suum tecum, & accipies inde uxorem filio meo.* Sed & David, quum Absalonem fugiens, Deum oraret, cum magna fiducia hæc verba dixit: *Ego dormini & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me* causamque fiducia statim subiungit: *Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisisti.* Denique in alio Psalmo, in quo maxima Dei beneficia priscis Patribus præfita commemorat, cur id faciat, his verbis explicat. *Quia mandauit patribus nostris, nota facere filiis suis, ut cognoscat generatio altera; filij qui nascentur & exurgent, & narrabunt filijs suis.* Hanc videlicet ob causam, *Ut ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei.* Postremò Christus in Euangelio, quum discipuli eius aliquantulum diffiderent, & cogitarent, ad alterutrum dicentes, *Quia panes non habemus; dicit eis: Quid cogitatis, quia panes non habetis? Nondum cognoscitis, neque intelligitis? nec recordamini, quomodo quinque panes fregi in quinque millia?* id est, non intelligitis, miracula quæ teci, non solum necessitati præsentis seruisse, sed illud etiam docuisse, ut in futuris quoque necessitatibus, præteritorum beneficiorum memores, perpetuam auxilij mei fiduciam habeatis? Est enim hac in te duplex virtus, & vtraque Deo gratissima. Vna est, beneficij accepti grata recordatio, & animi gratitudo atque submissio. Altera est, pia & fidei digna fiducia, & de Dei bonitate ac benignitate amplissima, digna cogitatio, opinio honesta, fides recta. *Quum à populo Romano auxilia petiruri Rhodij & Megarenses ingressi in Senatum essent, & illi quidē sua in Romanos socios beneficia cōmemorassent diligenter, hi verò Romanorū ipsorum in se beneficia longa oratione explicassent; priorum postulato reiecto, quod factum magis quàm supplicantis animum præfererat, horum petitioni acquieuit Senatus, & auxilia decreuit.* Est ergo hæc vna confidentiæ in Deum nunquam deponendæ causâ, præteritorum eius beneficiorum, & potentiæ ac bonitatis infinitæ debita cōsideratio, & grata recordatio.

Aliæ eius causæ sunt, tum ipsa necessitas nostra, cui subuenire, Deo propriū est, tum pietas ipsa seruorum Dei, quibus ipse seruientibus Deus semper inseruit. Nam extra necessitatem soli Deo confidere, tentatio est, non fiducia: & hominem impium, in sua impietate persistentem, à Deo omnia expectare, præsumptio est, non confidentia. Ad prius

Fiducia duplex virtus.

Exemplum.

Fiducia à tentatione & presumptione discernitur.

Fiducia in necessitate.

horum quod attinet, Christus Dominus eam ferè ob causam in solitudine & deserto sua miracula faciebat, vt in hoc Euangelio, & aliàs sæpè, vbi raræ & difficiles sunt sustentationes humanæ; quia illie Dei prouidentia subuenire consuevit, vbi humana desunt auxilia; & suos vult Deus non nisi à se pendere. Permisit Deus ad extrema deduci Ioseph, adeò vt pincerna quoque, *succedentibus rebus prosperis, oblitus fuerit interpretis sui*; solusque ab omnibus desertus, à nemine notus, in carcere iaceret. Sed in eo articulo eum exaltauit. Huius rei alia exempla aliàs produximus. Ad posterius quod attinet, Abraham de prælio reuersus cum ampla victoria, nullam ab incircunciso Rege prædæ partem accipere voluit. *Leuo* (inquit) *manum meam ad Dominum Deum excelsum, possessorem cæli & terra, quia à filo subtegminis vsque ad corrigiam calceamenti non accipiam ex omnibus quæ tua sunt: ne dicas, Ego ditavi Abraham.* Sic Elifæus à Naaman Syro nihil voluit accipere: & Daniel dicit Regi Balthasar: *Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da.* Horum omnium vox illa erat: *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Sicut oculi seruatorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum.* Debemus ergo fiduciæ nostræ, & spei anchoram neque in terram, neque in mare, sed in cælum mittere. Paruuli, vbi primùm aliquid aut lærum, aut triste illis offertur, statim in genitricis suæ sinu absconduntur. Sic iusti in vniuersis euentibus ad Deum confugiunt; in prosperis, vt gratias agant; in aduersis, vt auxilium & consolationem petant. Hinc Dauid: *Sicut ablactat<sup>9</sup> est super matre sua, ita retributio in anima mea.* id est, quemadmodum infans in matris suæ sinu proiectus, cessat plorare, cessat timere, neque alicuius rei curam habet, quia ætas eius non patitur eum de aliqua re sollicitudinem gerere; sic iustus omnes suas curas in Deo deposuit, quia fides eius non patitur eum sollicitum & anxium esse: meminit enim quid Redemptor eius dixit, *Hæc omnia adijcientur vobis.* Meminit quoque quam acerba infidelitatis nota hanc sollicitudinem perstrinxit, dicens: *Hæc enim omnia Gentes inquirunt.* In veteri templo panes propositionis semper stabant super mensam ante faciem Dei, die ac nocte sine intermissione. Quo significatum est, sustentationem nostram semper esse coram Deo. De hoc argumento aliis in locis plura diximus, dicturi etiam postea.

Genes. 40.

Fiducia piorum  
propita.  
Genes. 14.4. Reg. 5.  
Dan. 5.

Psal. 122.

Simile.

Psal. 130.

Matth. 6.

Numer. 4.

3. *Cum gratias egisset, distribuit discumbentibus.*

**L**ocus moralis de benedictione cibi ante refectionem. Ciborum  
 Quod enim hic breuiter Ioannes dicit, *Cum gratias egis-* nedictio.  
*set; hoc alij Euangelistæ paulo vberius & plenius referunt.*  
 Matthæus sic: *Aspiciens in calum, benedixit & fregit.* Lucas ita: Matth. 14.  
*Acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, respexit in calum,* Lucæ 9.  
*& benedixit illis, & fregit.* Vt iam non sit dubium, quin hæc  
 gratiarum actio, vt diuus Ioannes loquitur, fuerit benedi- Benedictio  
 ctio ipsorum panum & piscium per modum precationis, pro- mensæ.  
 pter quam dicitur, quod *aspexit in calum* ad largitorem om-  
 nium Deum; vel saltem cum benedictione creaturarum con-  
 iuncta Lucas enim disertè dicit, *Benedixit illis*: scilicet panibus  
 in manus acceptis. Docuit igitur hoc exemplum fideles  
 omnes & pios, nō prius mensæ accumbere, quàm benedictio  
 creaturarum Dei fuerit præmissa: Benedictio, inquam, crea-  
 turarum, panis, potus, reliquique cibi appositi, & apponendi;  
 à qua benedictione maledicti hæretici abhorrent, vt in altero  
 Promptuario ostendimus. Hanc creaturarum Dei benedi- Dom. 6. post  
 ctionem Paulus apertè docet: *Omnis creatura Dei bona est,* Pentec.  
*& nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sã-*  
*ctificatur enim per verbum Dei & orationem. Sanctificatur au-* 1. Tim. 4.  
*tem* (ait sanctus Chrysostomus) *facta benedictione in nomine*  
*Dei, per signum crucis impressum.* Creaturam ergo natura sua Hom. 12. in  
 bonam, benedictionis vi etiam sanctificamus, & vt non so- 1. ad Tim.  
 lum in naturæ vsum, sed in Creatoris laudem seruiat, effici-  
 mus. Nam ideo benedictio & gratiarum actio apud Euan-  
 gelistas pro eodē sumitur, quia in ipsa benedictione & sancti-  
 ficatione creaturæ, Deo Creatori gratiæ aguntur. Christus  
 ergo gratias agit ante distributionem, vt nos doceat gratias  
 Deo agere, & benedictione ac sanctificatione, seu, quod idē  
 valet, consecratione ciborum vti ante refectionē. Sic in hunc  
 locum Chrysostomus: *Cur tandem* (inquit) *quum sanaturus* Hom. 41. in  
*esset paralyticum, quum suscitaturus mortuum, cum maris seda-* 1040.  
*urus tempestatem, non agit gratias Christus, hic autem agit: Vt*  
*ostendat ante cibum gratias Deo agendas.* Huius autem gratia-  
 rum actionis quanta vis sit, alio in loco doctissimus ille pater  
 docet: *Mensa* (inquit) *ab oratione sumens initium, & in oratio-* Hom. 79. in  
*nem desinens, nunquam deficiet, sed fonte largius omnia nobis* pop. Ant.  
*asseret bona. ne tantum itaque prætermittamus emolumentum.*  
*Absurdum est enim, seruos quidem nostros, si quam appositorum*  
*partē à nobis accipiant, nobisq; gratias agere, & cum benedictio-*

ne recedere; nos autē tot bonis potientes, nec tantum honoris Deo rependere. Propterea namque multa tam in communibus, quàm in priuatis rebus præter sententiam nobis eueniunt, quoniam non circa spiritualia primùm, tum verò circa secularia curam exhibemus. Hæc ille. Qui hoc pietatis officium, quod ipse Christus non neglexit, vel negligenter prætermittunt, vel oscitanter & perfunctoriè, magis ex cõsuetudine quàm ex animo, exercent; illo Prophetae verbo arguuntur: *Leuate in calum oculos vestros, & videte quis creauit hæc.* Certè ex hac gratiarum actione emolumentum illud ad nos peruenire, quod diuus Chrylostomus designauit, Propheta Regius perspicuè docuit his verbis: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.* Vbi posterius est causa prioris, vt alia lectio Hieronymiana habet his verbis: *Tanquam adipe & pinguedine satiabitur anima mea, quum labijs exultationis laudabit os meum.* Præceptum accepit vetus populus, vt, cum comederit, & satiatus fuerit, benedicat Domino Deo suo. Diuus Chrylostomus benedictionis mensæ formulam ab Eremitis sui temporis recitari solitam cõmemorat, & eorum studium his verbis commendat: *Si illi qui ieiunando, humi dormiendo, vigilando, cilicium induendo, milleq; alijs seipos castigant, hæc etiam admonitione indigent, quãto nos moderatè probeq; viuemus, quibus mensa mille naufragijs refert & proponuntur, qui nec in principio manducandi, nec in fine, ad orationem nos conuertimus?* Eleganter Tertullianus de hac veterum Christianorum solenni pietate scribit: *Non prius discutitur, quàm oratio ad Deum prægustetur. Equè oratio conuiuium dirimit. Ita saturantur, vt meminerint etiam per noctem adorandum Deum.* Denique illud Apostoli hic locum habet: *Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite, hoc est, vt alibi dicit, Omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo.*

#### 4. Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.

Prodigalitas  
cauenda.

**L**ocus moralis contra prodigalitatē, & de Dei donis frugaliter administrandis. Christus enim vt circa necessitates suorum iuuandas liberalis fuit, sic in superuacaneis prodigus esse noluit. Nam hæc fragmentorū collectio, vt ad miraculi maiorem illustrationem faciebat, sic haud dubiè hanc quam dicimus frugalitatem docuit, Christo expressè hanc causam addente, *Ne pereant.* Sic de Manna noluit Deus vt colligerent filij Israel plus quàm necessariū erat. *Quid enim stultius,*

Apophteg-  
ma.

Exodi 16.



stultius, quàm quod libenter facis, id ita imprudenter facere, vt diu facere non possis? Rectè & sapienter Plato, conspiciendus iuuenem, qui amplum patrimonium abligurierat, frustum panis in media platea sub vesperam comedentem, ait illi: *Si moderatè prandisses, meliùs cœnasses.* Idem Agrigentinum luxum qui magnis impensis ædificabant, eodemq; modo cœnabant, taxatur, dicens: *Agrigentini adificant quasi semper victuri, & comedunt quasi semper morituri.* Cui simile est quod Seneca de auaris dixit: *Omnia tanquam mortalis timetis, omnia tanquam immortales concupiscitis.* Hęc enim duo extrema simili vanitate in dissimili morbo laborant. Nam vt auarus sic cumulum semper auget, quasi semper indigeret, & auctum sic tenaciter seruat, quasi semper eo fruiturus: sic prodigus in vno luxu genere immortalitatem affectare, in altero mortem sibi præsentem statuere videtur; iuxta illud: *Comedamus & bibamus, cras moriemur.* Phocion, Atheniensium princeps, oblatam ei à quodam pecuniam remittēs, rogatus, cur saltem filio sumendam nõ relinqueret, respondit: *Si filius vitam moresq; composuerit, viuet paterna hereditate contentus: si prodigus fuerit, nec hoc argentum sufficiet.* Cui affine est, quod Crates Thebanus fecisse legitur. Magnã pecuniã vim apud nũmularios deponēs, mandauit, vt si quidem eo mortuo, filij frugalem & sobriam vitam agerent, illis rota cederet; sin prodigè & luxuriosè viuerent, nihil inde prorsus acciperent. Nempe diuitias comitatur luxus, luxus exit in tyrannidem, dũ fœnum migrat in cornua. Hoc vnum habet prodigalitas, vt nunquam sit sola, sed alijs vitijs innumeris comitata procedat, superbia, ambitione, gula, ebrietas, luxuria, rapinis, furto: quibus partim alitur & fouetur, partim exercetur. Non est arbor liberalis, cui omnes fructus ventus rapit; nec homo liberalis, cui vanitas omnia auferit.

*Aelianus var. hist. lib. 12. Lib. de breuitate vita.*

*Esaia 22. Exempla. Brunsonius lib. 5. cap. 9.*

*Laert. lib. 3.*

*Simile.*

5. *Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.*

**L**ocus moralis de fructu beneficentiã & liberalitatis erga Liberalitatis  
Legenos. Sicuti enim inter Christi manus frangentis panis. fructus.  
nes, multiplicati illi sunt, miraculo quidem, & operatione diuina; sic, dum frangimus eiurianti panem nostrum, dum abundantia nostrã particulas egentibus propter Deum & pias causas elargimur, operatione quadam & munificentiã diuina fit, vt nihil nobis ea in re pereat aut deteratur, sed accrescat magis.

Vnde

In Ioan. lib. 3.  
cap. 13.

2. Cor. 9.

Psal. 112.

Luca. 16.

Hom. in diuites

auaros.

Similia.

Paradagogi lib. 3.  
cap. 7.

Vnde in hunc locum D. Cyrillus Alexandrinus: *Liberalitas nobis hoc miraculo commendatur, & quasi magna voce dicitur, quanto plura dabis liberaliter ac misericorditer, tanto tibi plura largius confluent. Sic & D. Paulus docet: Qui administrat semen seminanti, & panem ad manducandum prestabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitia vestra; ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, qua operatur per nos gratiarum actionem Deo. Multa dicit Apostolus. 1. quod De<sup>o</sup> dat semē seminanti, id est, dat diuiti facultatē largiendi: diuitiā enim semen sunt beneficiēti; & qui largitur, seminat. Vnde ibidē: Qui parēe seminat, parēe & metet; & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. 2. quod panem ad manducandum prestabit, id est, homini erga egenos liberali ( *dispersit, dedit pauperibus* ) semper necessaria suppeditabit, ne fortē largiendo dubitet quispiam fore quod ipsemet egeat. 3. quod non hoc tantum, sed & multiplicabit semen vestrum: id est, præterea ipse diuitias vestras augebit, ut plura semper largiendi facultatem habeatis. 4. & augebit incrementa frugum iustitia vestra, id est, in spiritualibus quoque vos ditabit; siue ut prompto benefaciēdi animo semper fitis, siue ut mercedem à Deo gratiā spiritualis recipiatis. 5. ut in omnibus locupletati, id est, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus, abundetis in omnem simplicitatem, id est, sine iactantia & vanitate, qua scilicet largitio simplex, prompta, humilis, pia, operatur per nos, id est mediantibus nobis, quibus hæc largitio præstatur, gratiarum actionem apud Deum: quæ certē gratiarum actio eorum, quibus liberaliter propter Deum, tanquam egentibus, bene fit, tantam apud Deum vim habet, ut suos beneficos in æterna tabernacula recipiant, id est, viam illis faciliorem ad cælum parent. Hæc est multiplicatio panum frangentibus eos esurientibus. Quemadmodum enim frumentum in terram cadens (ait S. Basilius) lucrum proiciēti parit; sic & panis in esurientem proiectus, multam in posterum tibi reddet utilitatem. Et quemadmodum quicumque putei scaturiunt (ait Clemens Alexandrinus) exhausti in pristinam mensuram reuertuntur; & quo magis hauriuntur, eo citius replentur, aqua quoque puriori; sic largitio, qua est bonus fons benignitatis potum sitientibus communicans, rursus augetur, & repletur; quemadmodum ad vbera, qua suguntur, lac solet accedere. In his naturæ operibus voluit Deus ostendere hanc huius virtutis propriam quandam energiam & operationem. Hinc in Canticis dicit Spon-*

sus

sus sponsæ : *Duo vbera tua sicut duo hinnuli caprea gemelli.* Cant. 4.

Confert Spiritus sanctus vbera lac proferentia, hædis illud lac sugentibus; quia videlicet misericordiã facere, liberalitatem erga pauperes exercere ( hoc est enim vbera lacte manantia habere) est potiùs quiddam accipere quàm dare; sanè quia dando lucrantur. Hoc eleemofynæ & sanctæ liberalitatis lucrum, Redemptor noster verbis significantissimis expressit: *Date, & dabitur vobis. Mensuram bonam, & cõsertam, Luca 6. & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Ea quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis.* Quæ verba alio in loco tractabuntur. Sic & Salomon docuit: *De primumiis frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua* Prou. 3. Prou. 19.

*satietate.* Et iterum. *Fœneratur Domino qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.* Quare S. Franciscus eleemofynam vocavit *nobilem prodigalitatem*; D. Chrysostomus, *artem omnium artium quaestuosissimam*, quod tota Homilia de hoc argumento studiosè probat. Vnde & alibi verissimè scripsit: *Nescis quòd non tam propter pauperes, quàm propter impendentes eleemofynas Deus instituit?* Hoc certè D. Cyprianus ex multis Scripturis probat, ad remedium peccatorum, & in maximum commodum ipsorum diuitum, eleemofynæ mercedem à Christo repromissam fuisse. Sed quia multi spiritu quodam Pharisaico (Pharisæi enim quum de contemptu pecuniarum disputantem Christum audirent, quia erant avari, deridebant illum: has Scripturæ promissiones si non derident, certè parum credunt; sed suæ prudentiæ magis confidunt; exemplis poterit eorum seu tarditas, seu infirmitas, seu incredulitas iuuari. Vidua Sareptana, quæ in summa rerum omnium necessitate pascebat Eliam Prophetam, adeoque illi prius, postea filijs panem parauit, hoc à Deo munus ac præmium accepit: *ut hydria farina non deficeret, nec lecythus olei minueretur, vsque ad diem qua Dominus daret pluuiam super faciem terre.* Et tamen illa (ait B. Cyprianus) *nondum Christum sciebat, nondum præcepta eius audierat.* S. Ioannes Eleemofynarius, Patriarcha Alexandrinus, iussit dari pauperi quidam quindecim aureos; æconomus id nimium esse arbitratus, dedit tantum quinque aureos. Eodem die venit nobilis quædam matrona, & Episcopo obtulit in usum ecclesiæ quingentos aureos. Quos ille accipiens, dixit: Dic mihi domina, an solos quingentos voluisti dare? Respondit illa: Verè, mi domine, volebam mille quingentos dare

In vita ca. 9.

Hom. 33. ad pop. Antioch.

Hom. 37. ad pop. Ant. In serm. de eleemos.

Luca 16.

Beneficentiæ mercedes.

Exempla.

1.

3. Reg. 17.

Vbi supra.

2.

In vita eius apud Surium.

dare

dare, & ita me in charta scripsisse putabam. Aperiens autem chartam hodie, vt iuxta illam pecunias acciperem, inueni tantum quingentos scriptos, & ideo nec plus attuli, ne sciens qua Dei prouidentia numerus imminutus fuerit. Conuersus tunc ille ad œconomum suum, dixit: Ecce tua auaritia mille nobis aureos perdidit. Occurrunt in via S. Germano, Episcopo Antiliodorenſi in Gallia, pauperes petētes eleemoſynam. Conſulit ille diaconum quantum eſſet in ſumptibus. Tres tantum aureos eſſe reſpondit, quos ſtatim præcipit Episcopus erogari. Ad hæc diaconus: Vnde victuri hodie ſumus? Reſpondet ille: Paſcet Deus pauperes ſuos. Tu quod habes præſta pauperibus. Diaconus, quali prouidus, duos erogat, reſeruat vnum. Dumque agitur iter cœptum, veniunt poſt eos equites concitati, à Leporio ſpectabili viro miſſi, qui ducentorum ſolidorum munus obtulerunt. Deinde conuerſus ad diaconum, ait: Accipe quæ traduntur, & intellige te fraudem feciſſe pauperibus. Nam ſi totum quod dedi, indigentibus contuliſſes, remunerator noſter trecentos hodie redidiſſet. S. Marcellus non dormientium ἀνομιῶτων Abbas iuſſit œconomō ſuo dare tribus Episcopis, à captiuitate redeuntibus, quicquid auri habebat. Ille ex decem aureis nouem dedit, vno retento; volens fungi officio boni œconomī. Venit paulo poſt ad Marcellum quidam, donans eum nonaginta talentis. Quibus acceptis, ait ad œconomum Abbas: Ecce, ô auare, quis ſit exitus tuæ parſimonix. Fecit vt vno talento minus acceperimus; decem vtique accepturi, ſi decem aureos dediſſes. Hæc eſt meſura bona, conferta, coagitata, ſuperreſſuens, quam Chriſtus promiſit. Quod non ſemper illa meſura retribuitur, defectus fidei in Deum, hilaritatis in dando, miſericordix erga proximos, & puri amoris Dei, in cauſa eſt; ſed maximè hoc bonum impedit prudentia huius ſeculi, contrà quam ſic Chryſoſtomus diſputat: Si agricola penu ſuum euacuant, & ſemina terra concredunt, idque cum voluptate faciunt, ſpe maiora recipiendi ſe ſolantes; & quamuis ſciant quod aëris intemperies, nunquam & terra ſterilitas, & alia multa accidentia, vt locuſtarum exercitus, & rubiginis inſidia ſpe excidere faciant, attamen bona ſpe ſeſe alentes, ea qua in promptuarijs collecta ſunt, terra concredunt. multo magis nos, qua abſque vſu recondita ſunt, diſpergere in pauperum vſus conuenit. Nam, vt alibi dicit, eleemoſynas faciens in cœlo operatur, vbi nulla aëris inæqualitas, corruptio nulla ventorum eſt, vbi perire non

potest

<sup>3.</sup>  
In vita eius ca.  
21. apud Sur.  
tom. 4.

4.  
In vita eius  
apud Surium,  
to. 6. p. 1024.

Merces benefici-  
centix cur non  
semper retri-  
buitur.

Homil. 55. in  
Genesim.

Homil. 5. in  
Matth.

potest quod seminatur. Hic est ergo vnus liberalitatis erga egenos admirabilis fructus (nā alios quoq; habet, de quibus est ali<sup>o</sup> dicēdi loc<sup>o</sup>) vt magno cū fœnore ac lucro exerceatur.

6. *Cū cognouisset quōd venturi essent vt raperent eū, & facerent eum Regem, fugit iterum in montē ipse solus.*

**L**ocus moralis de fuga gloriæ, & de humana laude, *Gloriæ fuga.*  
 peracto bono opere, statim fugienda. Christus enim hęc factō suo, *exemplum se sequentibus præbens* (ait S. Gregorius) *Cura pastoral.*  
*Rex fieri noluit; ad crucis verò patibulum sponte peruenit. Glo-* *par. 1. cap. 3.*  
*riæ cupido semper quidem animæ periculosa est, sed opere* *Exempla.*  
 bono peracto maximè cauenda; quia tunc maximè insidia- *Marcus Ma-*  
 tur. Magni illi Sancti, Benedictus, Antonius, Ægidius, Iu- *culus lib. 1.*  
 docus, Eulalius, Hilarion, & alij, vbi clarescere alicubi cœpe- *cap. 4.*  
 runt, & sanctitatis opiniōnem habere, statim summa con- *In vita eius,*  
 tentione fugientes, ignota loca petebant. S. Dominicus ro- *lib. 4. cap. 10.*  
 gatus cur in Carcaſſona diœcesi libentiùs moraretur quàm *Simile.*  
 in Tolosana, vbi tot hæreticos conuerterat, sapienter re-  
 spondit: In Tolosana multos inuenio qui me honore affi-  
 ciunt, in Carcaſſona omnes me impugnant. Animalia quæ-  
 dam, ne inueniri possint, vestigia sua circa cubile confun-  
 dunt; & vulpes saltibus, non gressibus suum antrum ingredi-  
 tur. Sic virtutem, ne pateat ad vanam gloriã, dissimulare  
 & tegere oportet. Acriùs quippe honores debitos boni fu-  
 giunt, quàm indebitos improbi ambiunt. quod alio in loco  
 tractauimus; sed hęc plurã prout Deus dabit, præferemus.  
 S. Ioannes Canonicus regularis in Anglia ante annos du-  
 centos, inclusam quandam, vt spirituanibus eius colloquijs  
 frueretur, visitauit. Illa post prima verba visionem se illa  
 nocte vidisse affirmavit, de aquila circumuolante cum char-  
 tula in rostro, cui inscriptum esset, *Iesus est amor meus.* Tu  
 verò Pater (inquit illa) hæc aquila es, pro excellentia tuo-  
 rum meritorum. *Quod* ille audiens, Nos quidem (inquit)  
 eo animo huc accessimus, vt mutuis colloquijs Dei gratiam  
 nobis conciliaremus: at nunc, vt video malus dæmon, vitio-  
 rum nostrorum sagax explorator, per hos inanes sermones  
 in animos nostros aditum sibi parat. Atque his dictis, statim  
 abscessit. Verè enim sicut tinea ex veste nascitur, & eandem  
 corrumpit atque exedit; ita vana gloria ex virtutis materia  
 nascitur, & virtutē corrumpit, & omni vera laude ac fructu  
 priuat. Sicut enim dementissimum esset, pretiosis gemmis  
 atque lapillis ruinosi alicuius parietis rimulas implere atque

fulcire; sic pro virtute humanos fauores desiderare, & rem cælo dignam, vili pretio venalem exponere. Quare vanam gloriam, *spiritualium opum latronem* rectè vocauit S. Basilius. Quantum autem hominum fauor virtuti noceat, hinc aduertes: quòd qui ab omnibus laudatur, nescit seipsum, quum ab omnibus cognoscatur; qui autem ab omnibus contemnitur, nouit seipsum, etsi à nemine cognoscatur. Abbas Pinusius, celebris in Ægypto Pater, in partes Thebaidæ clam fugit ad cœnobium Tabennesiotarum, vbi post multas pœces, & magnam difficultatem, vt nouitius secularis recipitur, & hortu curando sub iuuenæ præfecto addicitur; ibiq; triennio in maxima humilitate vixit, donec tandem agnitus, ad monasterium suum reduceretur. Vnde iterum in Palæstinam fugiens, & vt nouitius inseruiens, iterum agnitus, secundò reducitur. Tanta erat in hoc sancto viro fugiendæ gloriæ cupido, exemplo Redemptoris nostri, qui fugit in montem solus, rapiendus à populo in Regem. S. Gregorius Rom. Pontifex, antea monachus Benedictinus, quum in Summum Pontificem eligeretur, quia palam repudiare integrum non erat, nec ab vrbe recedere tutò potuit, in dolio se condi & exportari fecit. Tum proximi montis vastam solitudinem penetrans, antrum quoddam adiit, satis ibi se latere sperans. Cætèrùm quum quæreretur, lucida nubes loco incumbens prodidit latentem. Inuentus ergo, in sedem quam fugerat, inuitus euehitur. Vide plura huius rei exèpla apud Marcum Marulum. Honorem autem fugiunt boni, & verè timentes Deum, propter multa ex eo peccatorum pericula. Sicut qui in excelsa aliqua turri positus, homines humi ambulantes desuper intuens, videtur sibi coruos, non homines videre, oculis ex longa distantia obiecti debilitatis; sic in honore sublimi constitutis accidit, vt ordinis inferioris homines contuentes, sibi ipsis præ illis magni, & vt loco sic merito excelsi videantur; alios verò, vt loco, sic virtute & prudentia inferiores existiment, atque contemnant: quæ vt est magna vanitas & ineptia, sic maxima coram Deo impietas. Christus ergo hîc fugit honores, non vt sibi, sed vt alijs (quos exemplo docere vult) periculosos. Est quippe in illis magna deceptio visus, non secus quàm in præstigijs accidit. Quemadmodum enim imago, quanto artificiosius depicta, rem, cuius est imago, magis ad viuum repræsentat, tanto mendacior & fallacior est, quia tanto magis intuenti persuadet non imaginem, sed rem ipsam esse quam videt; sicuti Apellis Bucephalus alium

*Constitut. monast. cap. 11.*

*De contempt. mundi, par. 1. cap. 30.*

*Exemplum. Casianus Institut. monast. lib. 4. cap. 30.*

*In vita eius per Ioan. Diac. lib. 1. cap. 44.*

*Lib. 1. cap. 6.*

*Simile.*

*Simile.*

*Erasim. lib. 8.*

*Apophr.*

*Volaterran. lib.*

*36. & Aelianus lib. 4.*

alium equum ad hinnitum concitavit, & ad Zeuxis depictas  
 duas aves aduolarunt, ipsumque Zeuxum Parrhasij alterius  
 pictoris linteum decepit (depictum enim in tabella linteum,  
 verum esse existimans linteum, detrahi iussit, ut, quid in ta-  
 bella pingeretur, cerneret:) sic omnino honores huius mundi  
 quanto maiores sunt, eo maiora sunt mendacia, & deceptio  
 maior; quia eo magis videntur veri esse, quum non veri, sed  
 verorum imago sint, & illius solidi honoris representatio  
 quædam, quam vera virtus meretur: quæ certè non est huius  
 vitæ, ut pote fluxa & caduca, malis ac bonis communis, ap-  
 parens tantùm & externa; sed alterius vitæ, *quam nec oculus vi-*  
*dit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit.* Sic enim om-  
 nem huius mundi gloriam Scriptura Dei baptizavit: *Vmbra*  
*est & vapor ad modicum parens.* Nam ut umbra corpus, sic  
 virtutem honor sequitur, idque fugientem, sicut fugit am-  
 bientem. Et ut umbra cuiuscumque corporis umbra sit, seu  
 candidi, seu nigri; seu viridis, seu flau; ipsa semper non nisi  
 nigra est, & quædam vacuitas, non subsistens aliquid: sic  
 omnis huius seculi gloria, quacunque tandem ex re nascatur,  
 seu vera virtute, seu mundi bonis, non nisi umbra est, &  
 inane quid, sola opinione consistens, siue eius qui honoratur,  
 siue eius qui honorat. Qui famens putat se comedere, non  
 satiatur, quia cibus substantia est. Qui cupit & putat se ho-  
 norari, quum non honoretur; perinde gaudet ac si honora-  
 retur, quia honor non nisi opinio est.

Honores quã-  
 to maiores, eo  
 maiora men-  
 dacia.

1. Cor. 9.

Jacobi 4.  
 Similia.

## EVANGELIUM DOMINICÆ

## PASSIONIS.



**D**ICEBAT Iesus turbis Iudeorum & prin-  
 cipibus Sacerdotum: *Quis ex vobis arguet*  
*me de peccato? Si veritatem dico, quare non*  
*creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei*  
*audit. Propterea vos non auditis, quia ex*  
*Deo non estis. Responderunt igitur Iudei, & dixerunt ei:*  
*Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & da-*  
*monium habes? Respondit Iesus: Ego demonium non habeo,*  
*sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego*  
*autem non quero gloriam meam. Est qui querat & iudi-*  
*cet. Amen Amen dico vobis. Si quis sermonem meum ser-*  
*uauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo*

Ioan. 8.

*Iudæi: Nunc cognouimus quia demonium habes. Abraham mortuus est, & Propheta: & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in aeternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et Prophetae mortui sunt. Quem te ipsum facis? Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est: & non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixerero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum. Vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus: Amē Amen dico vobis, quia antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.*

**PERICOPE** moralis huius Euangelij.

1. *Quis ex vobis arguet me de peccato? De peccati turpitudine, infamia, grauitate.*

2. *Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. De audiendo verbo Dei.*

3. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Respondit Iesus: Ego demonium non habeo. De contumelijs & benedictis patienter ferendis.*

4. *Ego non quero gloriam meam: Est qui quarat, & iudicet. De debito honore Christi & ministrorum eius in hac vita, & de Dei iudicio aduersus contemptores.*

5. *Si ego gloriam meam quero, gloria mea nihil est. Contra propriæ laudis appetitum.*

6. *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia demonium habes, &c. Contra maleuolum & temerarium iudicium, quod omnia in pessimam partem interpretatur.*

7. *Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Contra iram.*

8. *Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Documentum quadruplex. 1. De veræ charitatis officio. 2. De moderatione seruanda in potestate. 3. De non vlciscendo proprias iniurias. 4. Declinari posse persecutiones personales.*

1. *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

**L**ocus moralis de peccati turpitudine, infamia, grauitate. Christus Dominus, qui infirmitates humanas tulit, paupertatem professus est; ignorantia opinionem non excusauit, quum

Peccati turpitudine & enormitas.

Iean. 7.



quum obijceretur, quòd literas nò didicisset, solum peccatū, aut peccati suspicionem exhorruit. Prouocat aduersarios, inuidos, atq; maleuolos, id est, oculatissimos: *Quis ex vobis arguet me de peccato? Nec minimā peccati notam, aut maculā, aut labem sibi aspergi patitur. Talis enim decebat ut nobis esset* *Hebr. 11.* Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Sed sanctus hic Pontifex suo sacrificio nos sanctificauit, vt & nos essemus sancti, innocētes, impolluti. *Vna oblatione consummavit in æternum sanctificatos. Hebr. 10. & 11.* Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno omnes. Dedit *Tir. 2.* enim semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorū operum. Denique quos prædestinavit cōformes fieri imagini Filij sui, *Rom. 8.* hos vocauit, iustificauit, & glorificauit. Debemus ergo & nos, vt à Christo Redemptore nostro sanctificati, vt tanti capitis membra, vt tam excellenti imagini conformes, peccatum exhorre, execrari, abominari. *Tanquam à facie colubris fuge* *Eccl. 11.* peccatum, ait Sapiens. Et vide quid sit peccatum, quāta pestis, quantus horror, qualis turpitudine. Peccatum omni bono opponitur, vtili, honesto, delectabili: ideoque summum malum est. Vtili opponitur, quia maximè damnosum, vt quod summo bono nos priuat, qui Deus est. *Peccata vestra diuiserunt* *Esai. 59.* *inter me & vos.* Hoc autem quale, inexplicabile damnum est! Sicut aduersus viduam omnes ferè insurgunt, quia neminem habet qui eam defendat; sic omnes dæmones, & omnes creaturæ insurgunt aduersus animam Deo destitutam. *Qui querebant animam meam, concilium fecerunt in vnum,* *Psal. 79.* *dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.* Sicut nauis quæ clauo, malo, ac gubernatore sublatis, validissima tempestate iactatur, fluctibus, ac flatibus cedens, huc illucque agitata, tandem scopulo illisa frangitur: Sicut ciuitas à truculentissimis hostibus obfessa, nulloque aut militum, aut murorum præsidio cincta, in qua etiam intus ciues ipsi hostilibus inter se odijs dimicant, direptioni est proxima: Sicut excellens virginis pulchritudo, quæ inter multorum adolescentum greges vitam agit, cuius etiam lateri indiuiduus comes germanus frater adhæret, sed ita improbus, vt eam semper ad turpitudinem prouocet, in summo versatur violandi discrimine: Eodem plane modo misera anima, Dei amicitia & gratia per peccatum destituta, innumeris tentationum fluctibus exponitur, naufragio proxima; ab hostibus suis, dæmone, mundo,

carne diripienda, in prædam datur; infestis dæmonibus, germana etiam carne follicitante, violanda prostituitur. Quæ admodum discedente Rege, omnes qui in curia versantur, omnes domestici Regis pariter discedunt, & curia transfertur; ita cum Deus discedit ab anima, omnes Angeli custodes, omnes amici curiæ cœlestis eam deserunt, imò & bona opera omnia, tam quæ olim in statu gratiæ fecit, quam quæ tunc moraliter bona facit, omni apud Deum mercede carêt, merito euacuatur. Sic Propheta: *Si auerterit se iustus à iustitia sua & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius, quas fecit, non recordabûntur.* De curia cœlesti quod diximus, docet sanctus Basiliius: *Veluti fumus abigit apes, & fœdus odor columbas*

Ezech. 18.

6.

Homil. in Psal.

33

Iosephus de bel.

lo Iudaico, lib. 7.

cap. 12.

*expellit; sic Angelum vitæ nostræ custodem abigit graueolens peccatum.* Certè quum Hierosolyma à Romanis oblidenda erat (in qua obsidione euerfa est) paulo antè quàm Vespasianus cum exercitu veniret, audita vox Angelorum est: *Migremus hinc.* Porrò vno peccato omnia alia bona opera nobis perire, & nullum emolumentum adferre, docet Apostolus his verbis: *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam* (quæ duo maxima sunt virtutum opera) *charitatem autem non habuero*

1. Cor. 13.

Simile.

(qua excidit omnis qui lethaliter peccat) *nihil mihi prodest.* Quemadmodum mancipium, quicquid operatur, non sibi, sed Domino suo operatur; & in domini commodum, non suum, laborat: sic peccator, si qua bona facit, totum in diaboli obsequium cedit, cuius per peccatum seruus est, ut alio in loco ostendimus. *Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati.* Peccatum autem opus diaboli est. Haic damno vix ullum comparari potest. Si mercator quispiam post longinquam & periculofam nauigationem ex ipsis fortasse Indiis, multis reportatis mercibus, auro argentoque multo, statim vno post reditum die ludo alicui totum exponat, & vnica sponfione, aut aleæ iactu, totius lucri iacturam faciat; nonne hunc hominem omnes & dementissimum & miserrimum pariter pronuntiarent? At eo loco, multoque peiori est, qui post multas virtutes magno labore confectas, multaque in cœlo congesta merita, propter vnus lethiferi peccati voluptatem breuem, omnium iacturam facit. *Sicut enim miles*

Ioan. 8.

Simile.

(ait S. Chrysostomus) *si toto corpore fuerit armis vestitus, & vnâ partem habuerit nudam, nihil ei prodest quòd totus fuerit vestitus, si per illam vnâ partem cum sagitta percusserit, sed sic cadit, ac si totus fuisset nudus: sic Christianus, si iustitiam fecerit.*

Simile.

Homil. 35. op.

imperf.

fecerit, & si in vno peccauerit, similiter peccator statuitur, ac si  
semper peccasset. Hæc ille, quo ad damnum scilicet vitæ æter-  
næ, & ad reatum mortis æternæ, iuxta illud D. Iacobi: *Qui* Iacobi 1.  
*offendit in vno, factus est omnium reus.* De hac re superius plu-  
ra diximus. Nihil ergo peccato damnosius. Meritò sanctus Ser. 8. de lapsis  
Cyprianus scripsit: *Hoc sunt peccata lapsis; quod grando frui-*  
*gibus, quod turbidum sidus arboribus, quod armentis pestilens*  
*vastitas, quod nauigijs seuat tempestas.* Omnes scilicet bonorū  
operum fructus destruit, animi facultates corrumpit, totum  
hominem ad interitum ducit. *Quasi romphæa bis acta omnis* Eccles. 21.  
*iniquitas: plaga illius non est sanitas;* ait sacra Scriptura. On-  
nes quippe corporis morbos (de quibus tamen curandis ita  
solliciti sumus, vt nihil magis) hic animi morbus, peccatum,  
multis modis superat. *Similes*  
Quemadmodum enim periculosior  
est tempestas quæ vetat in portum appellere, quàm ea quæ  
cohibet à nauigando; & leuius malum est, aliquo impedi-  
mento retardari in via, quàm in fine itineris excludi à ciui-  
tate clausis ianuis: sic peccatum mortale, quod prohibet ab  
ingressu cæli, infinitè maius malum est, quàm corporis mor-  
bus, qui impedit tantum actione virtutis. Nec quis piam Peccatum vni  
miretur, si ex vno aliquo mortali peccato tanta calamitas cur perdat, quæ  
accedat, quum ad beatitudinem comparandam non vna non nisi ex  
virtus, sed multorum mandatorum obseruatio sit necessa- multis virtutibus  
ria. Virtus enim ex tota causa est, vitium autem ex quolibet fit sal?  
defectu. Vt scopum attingas, punctum tibi ferendum  
est: vt à scopo aberres, lata patet via; ad dexteram, ad fini-  
stram; procul, tardè. Exiguum absinthium amaritudinem  
suam multo melli citò impartit: mel duplo maius, absyn-  
thio dulcedinem non infundit. Paruo lapide submoto, flu-  
men totum in pronum trahitur: eiusdem impetus fortissi-  
mo etiam aggere cohiberi vix potest. Sic vnum peccatum  
totum hominem perdit, vt aliàs latius est dictum. Accedit  
ad hæc maxima damna, quòd ipsa anima per peccatum ita  
vel debilitatur, vel corrumpitur, vt vires ac facultates non  
gratiæ tantum diuinæ auferat, sed naturales quoque vehe-  
menter imminuat. *Quemadmodum enim per morbum* (ait Simile.  
sanctus Basilius) *in corpore appetitus deiectio, & ciborum insua-*  
*ue fastidium; sic in animo, circa explenda mandata Dei, pigri-*  
*ta ac lentitudo ex peccato generantur.* Hinc & diuus Grego- In Reg. fusè dis-  
rius scripsit: *Peccatum suo pondere in aliud trahit, nisi pœni-*  
*tentia deleatur.* Hanc ob causam vocatur à Propheta, *Talen-*  
*tum plumbi:* ita hominem deorsum tendere facit & in terrena

*Simile.**In diat. salut.  
cap. 2.**Peccatum ani-  
mæ decorem  
aufert.**Simile.**Exch. 15.**Ioan. 15.**Simile.**Simile.**Hebr. 6.**Peccatum sapo-  
rem gloriæ tol-  
lit.**Exemplum.**Plutar. in lib. de  
tuenda bona va-  
letud.*

depressum tenet. Hinc quoque sanctus Bonaventura, peccatum putredini in fructibus aut carnibus comparat. *Sicut putredo* (inquit) *aufert pomo decorem, colorem, odorem, & saporem; sic peccatum aufert animæ decorem vitæ, odorem fame, valorem gratiæ, & saporem gloriæ.* Ad quæ singula explicanda latissimus patet concionatori campus. De primo & quarto aliquid annotabimus. Secundum per se patet, & in secundo puncto tangetur. De tertio iam diximus. Peccatum decorem vitæ perdit, quia efficit, ut qui antea Dei filius, Dei amicus, Deo coniunctus, ideóque honorabilis erat, nunc contra diaboli filius, & mancipium, ideóque abiectissimus fiat. Barba in facie hominem honorat: sed si barbæ tonfor eam absciderit, conculcatur & despicitur. Sic anima Deo coniuncta, honorabilis Dei sponsa est; ab eo per peccatum separata, despiciabilis est ut barba resecta, ad nihil utilis, nisi sortè ad ignem. Hanc maximam infelicitatem expressit Propheta: *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna silvarum? Nunquid tolletur de ea lignum, ut fiat opus; aut fabricabitur de ea paxillus, ut dependeat in eo quodcumque vas? Ecce igni datum est in escam.* Vineæ in Scripturis anima comparatur, & Christus nos vocat *palmites suos.* Sola autem vitis ex omnibus lignis, nisi fructum adferat, prorsus inutilis est, nisi ut mittatur in ignem. Et ut vitis fructum ferens, omnium est arborum fructuosissima; non ferens, omnium ineptissima: sic anima humana virtutem colens, & Deo coniuncta, res est speciosissima; peccatis dedita, res est turpissima, & quamvis creatura deformior. Sicut vinum est quidem remedium efficax contra cicutam; sed si pariter utrumque commisceatur, vis veneni fit immedicabilis, eo quòd ex vini calore citius cor penetrat: sic fides accepta, & gratia Christi, est contra peccatum remedium proprium & efficacissimum; sed si nostra ingratitude, & negligentia, cum accepta gratia peccatum miscemus, vis peccati est immedicabilis: & ut Apostolus loquitur, *Impossibile est renouari per pœnitentiam,* id est, valde difficile, sicut venenum vino mixtum difficillimè curatur. Hinc fit, ut nulli sceleratius vivant, quàm impij Christiani. Sic decorem vitæ tollit peccatum: saporem gloriæ tollit, quia gloria cœlesti nos penitus priuat. Quod ineffabile damnum ut intelligi facias à populo, hoc exemplum proponere. Lyfimachus, Macedoniae Rex, inter Scythas bellum gerens, quum siti grauissima constrictus, sese pariter atque exerci-

exercitum hostibus dedisset, ac deinde frigidam bibisset aquam; *Dij boni, inquit, quàm brevis voluptatis gratia quantum regnum amisi!* Sic dicat omnis peccator, peccati voluptate transacta: *O quàm brevis voluptatis gratia regnum cœleste amisi!* Dicat & resipiscat, ac per poenitentiam resurgat, nec rursus tali se periculo exponat. *Quemadmodum enim* (ait sanctus Chrysostomus) *qui gravitate capitis ebrietate que tenentur, stultè simplicitérque feruntur, quamvis precipitium, & aliud aliquid simile subsit, infrà concidunt incautè; sic qui corruunt in peccatum, veluti prava ebrietate, actionis desiderio detenti, nesciunt quid faciunt, non presentia, non futura prouidentes.* Porro quam sit res damnosa peccatum, docet illa Scriptura quæ dicit: *Omnis qui comederit vnam acerbam, obtupescunt dentes eius.* Peccata sunt vna acerba. Peccatorum dentes sic obtupescunt, vt non possint eis suauitatem sentire de quo dicitur: *Gustate & videte quàm suavis est Dominus. Cuius dentes ex vna acerba manducata obstupescunt, videt alios panem manducantes. Laudare potest quod videt, manducare non potest.* Sic qui suis se diu pauit peccatis, laudat verbum Dei, & non facit. *Qui ex absynthio est ebrius, amaritudinem eius non sentit.* Sic quos peccati cupiditas ac voluptas inebriauit, amaritudinem eius non sentiunt. Venenum in vase aureo, ipsum vas non corrumpit: at peccatum tale venenum est, vt vas suum pretiosissimum animam perdat. Vipera non interficitur suo proprio veneno, nec basiliscus, nec aliquis alius serpens. Solum peccatum subiectum suum ad interitum ducit. Atque hæc de peccato, quatenus damnosa res est, & bono vtili contraria.

Nunc aliquid dicendum est, quatenus peccatū bono honesto contrarium est, quàm sit res per se turpis & vitiosa. Turpitude peccati ex eo solo se ad oculum manifestat, digitoq; palpandam præbet, quòd semper latere vult, & latebras quærit, iuxta illud Saluatoris: *Qui malè agit, odit lucem; & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius.* Adam vbi primū peccauit, abscondit se à facie Dei, & cooperuit se foliis ficis, & fecit sibi perizomata. Quum Dauid vxorem Vriæ violasset, eaq; concepisset, vide quot modis tegere conatur peccatum. Vriam ab exercitu ad se vocat; vt in domum suam eat, iubetur; cibo regio alitur & inebriatur, vt vxoris desiderio incalescat: quumq; nihil horū succederet, bonus Vrias præcepto Regis interficitur. *Quid necesse erat, Regè circa priuati & gregarij militis iniuriam tam esse sollicitum, nisi*

*Homil. 1. de  
pauit.  
Simile.*

*Jerem. cap. 31o*

*August. in Psal.  
48.*

*Simile.*

*Greg. Moral. in  
Iob. lib. 30. cap.  
15.*

*Diffimilia.*

*Peccatum, res  
turpis & vi-  
tiosa.*

*Ioan. 3.*

*Exempla.*

*Genes. 3.*

*2. Reg. 11.*

*Simile.*

quia rem infamem sciebat peccatum esse? Ut qui laborant, non affectant haberi vlcerosi, sed magis fugiunt videri quam esse, sic peccatores omnes: nec adeo quilibet impius est, ut, etiam in facto impio fortè non erubescat, de ipsa tamen impietate non pudeat, aut in ea sibi placeat. Diogenes videns adolescentulum quendam in popina, ex pudore intro fugientem, quò interius, inquit, fugeris, hoc magis eris in popina: Ita vitiosi, quo magis abdunt sese intra seiplos, hoc magis sunt id quod sunt. Turpitudinem peccati, seruitus ipsa cupiditatum peccato intrinseca demonstrat. Qui enim suis cupiditatibus & peccato seruiunt, sunt serui seruatorum omnium iustorum & bonorum. Iusti enim & boni omnes secundum rationis & veræ pietatis regulam, cæcâ suam voluntatem dirigunt, & ut rectæ rationi ac pietati obsequatur, faciunt. Atqui improbi omnes suæ voluntati seruiunt. Eius igitur serui sunt, qui à iustis seruituti subiicitur. Singulorum ferè peccatorum turpitudinem his verbis D. Augustinus describit: *Coarctat avaritia, distendit superbia, consumit inuidia, inflammat concupiscentia, infestat luxuria, dehonestat gula, ebrietas confundit, detrahitio lacerat, ambitio supplantat, rapacitas obiurgat, discordia dissipat, ira perturbat, leuitas dissoluit, torpor opprimit, hypocrisis fallit, adulatio frangit, fauor attollit, calumnia pungit.* Hæ sunt viciarum deformitates, quibus anima peccatrix, in varias cupiditatum laruas miserè distracta, scædatur.

Peccatum, res  
tristi & acerba.

Iam verò bono delectabili sic omne lethale peccatum contrarium est, ut, quum non nisi voluptatis causa peccent homines, in ipso tamen peccato omnia tristissima inueniant. *Voluisti Domine, & ita est* (ait sanctus Augustinus) *ut omnis animus inordinatus sibi ipsi sit poena.* Vnde sic per Ieremiam Deus loquitur: *Scio & vide quàm malum & amarum est dereliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem meum apud te, dicit Dominus.* Huius amaritudinis vna & maxima pars est remorsus cõscientiæ, qui etiã deploratè impios non sinit conualescere. *Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrãnidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille insidias suspicatur.* In omnibus ærumnis quas passus est Iob, nunquam defuit qui malum nuntium ei afferret. In omni peccato malum nuntium adest, quod cõscientiã mordet. Sicuti qui malum vinum bibit, cuius malus gustus nisi in fine sentitur, interim dum bibit, bene se habere videtur, sed scorpionem in cauda agnoscit. *Fauus distillat labia meretricis, sed nouissima ei amara quasi absinthium.*

Confess. lib. 1.  
cap. 12.  
Ierem. 2.

Iob 15.

*Simile.*

In Ægypto filij Israel vix allia & cepas degustarunt, quum statim lachrymæ per oculos defluerunt. *Ahuc cibus erat in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Ibi quidem externa vindicta, sed typus internæ, quæ nulli peccato deest. Amon, stuprata sorore Thamar, ita eam statim horrore habuit, vt cõspectum eius ferre nequiverit. Est quippe peccatum instat vlcere prurientis, quod, dum scalpitur, delectat, postea cruciat: instar febræ æstuantis, qui frigidam bibens, statim releuari videtur, sed mox maiorem multo molestiam ex noxij humoris cruditate incurrit: denique instar ebrij, qui in ebrietate multa mala perpetrat, quorum, ad se quum redierit, vehementer eum pudet ac pœnitet. Fratres Ioseph, in Ægyptum descendentes, quàm primùm vexari cõperant, recordantur peccati ante annos viginti perpetrati, dicentes: *Merito hæc patimur, quia peccauimus in puerum.* Rursum quum secunda vice descenderent, & Ioseph ad primum eorum conspectum viso fratre Benjamin, eos introduci in domum iussisset, de quo alij gauisi essent, illi, adhuc malè sibi conscij, vehementer timuerunt: *Exterriti dixerunt mutuo: Propter pecuniã quã retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus, vt deuoluat in nos calumniam, &c.* Sic ait Scriptura: *Vermis impiorum non moritur.* Et iterum: *Iudicium Dei comprehendit eos. Non erit fuga eis.* & rursus: *Fugit impius nemine persequente:* & adhuc semel: *Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.* Ac denique: *Contritio & infelicitas in vijs eorum: Viam pacis non cognouerunt.* Postremò hæc est *Vua acerba, quam qui comedit, dentes eius obstupescunt, vt supra dictum est.* Qui per obscuram noctem iter faciunt, etsi nihil metuendum occurrat, metu tamen perpetuo concutiuntur; sic qui scelus aliquod admittunt, etsi nemo id videat, nemo reprehendat, omnia tamen formidant, omnia suspicantur, perpetuis cõscientiæ stimulis agitati. Peccatum sanies est, pœna ferrum est medicinale.

Sicut igitur saniem habens, etsi secatur, malè habet; & cum non secatur, tunc est in maioribus malis: ita peccans, etiam si puniatur, est miser; & tunc maximè miser, cum non punitur. Et sicut splene & intercute laborantes, cum larga fruuntur mensa, & frigida potione, & delicatis ferculis & saporibus, tunc præcipuè omnium sunt miserissimi, deliciis morbum augentes: sic qui cū iniquitate deliciis fruuntur. Dicit Prophe-

*Parturiv in iustitiam, concepit dolorem, peperit iniquitatem.* In

Prov. 5.

Exemplum.

Num. 11.

2. Reg. 13.

Similia.

1.

2.

3.

Exemplum.

Gen. 42.

Gen. 43.

Esaiæ 66.

Anno 9.

Esaiæ 57.

Psal. 13.

Simile.

Chrysost. hom.

4. in Ioannem.

Simile.

Idem hom. 6. ad

pop. Ant.

Simile.

Psal. 7.

*Simile.**Prou. 15.**Leuit. 26.**Exemplum.**Gen. 4.**Simile.**Simile.**Simile.**Plutar. lib. de  
tranquil. animi.**Apophthe-  
gma.**Lacti lib. 1.  
cap. 4.**Exemplū.**Erasm. lib. 6.**Apophtheg.*

quæ verba Chrysoſtomus: Non eſt hic partus, qualis in mulieribus, ſed potiùs qualis in viperis, quæ vterum diſrumpūt, & latera dilaniantes fœtus procedunt. Ita enim in fraudibus & iniuſticia inexplicabilis eſt, quem improbi ſuſtinent, dolor & moleſtia. *Omnes dies pauperis* (ait Sapiens) id eſt, peccatoris, mali, id eſt, laborioſi; *ſecura mens quaſi iuge conuiuium.* Homini in peccato mortali exiſtenti, etiam cardui liſtores videntur. Si fulgurat, ſtatim arbitratur ſe fulmine feriendum. Dicit Deus impiis: *Ponam faciem meam contra vos, & fugietis nemine perſequentē.* Et rurſum: *Dabo pauorem in cordibus eorū. Terrebit eos ſonitus folij volantis.* Non potuit ſignificantius terror conſcientiæ impiorum exprimi. Exemplum de Cain. *Ecce* (inquit) *eiſcis me hodie à facie terra: omnis igitur qui inuenit me, occidet me.* Et tamen ſolus pater eius Adam tunc ſuperuixerat. Tanta eſt timoris & ſtimuli conſcientiæ vis. Porcus quàm primum tangitur, immaniter clamat; quod cætera animalia non faciunt. Ratio eſt, quia quum nihil habeat vlii humano vtile niſi carnem, non lanam, non pellem, non plumas; ad necem ſe peti inſtinctu nature formidat. Sic impius ad omnem mortis ſuſpicionem immaniter trepidat, quia nihil niſi cadauer habet, anima iam dudū mortua. *Qui* vxorem domi verbosam & moleſtam, perpetuoque rixatē patitur, obambulat ſæpe in foro ita lætus ac hilaris vultu, ac ſi nihil pateretur, quum domi vitam agat quauis morte moleſtiorē. Sic impius vtcunq; in mundo triumphans, domesticum ſuum malum circumfert, conſcientiæ carnificinam, quā ipſe ſolus ſentit: ſicut ille, qui noua accepta vxore, amicis ei de ea gratulantibus, oſtenſis etiam nouis quos ferebat calceis, reſpondit: *Qua me parte premit calceus, nemo veſtrum nouit, ego ſentio.* Certè nullum huic malum magnitudine comparari poteſt. *Quemadmodum enim, qui rigēte febrī, perfrigeſcunt, aut æſtuante exuruntur, acrius infeſtiuſque afficiuntur, quàm qui externum aut frigus aut calorem patiuntur: ſic obtuſiores triſtitiās habent fortuita & temeraria, vt pote aduentitias; quàm praua conſcientia, quæ animum intus vrit, ſicut vlcus in corpore.* Chilon Lacedæmonius ſæpe in ore habebat, *Dammum turpi lucro ſemper preferendum eſſe. Illud enim ſemel dolere, hoc ſemper.* Pythagoricus quidam, emens à ſutore calceos, quum in promptu pecuniam non haberet, ſolutionem in craſtinum differt: quò cum veniſſet ſatiſfactum, audit ſutorem eſſe deſunctum. Domum lætus redit propter lucrum inexpectatum. Verum cum ſce-



leris conscientia subinde torqueretur, arreptam pecuniam in  
 futoris domum proijciens, ait: *Mihi soli vivis, qui alijs omni-  
 bus defunctus es.* Hoc ergo solum malum, si solum esset, facile  
 ostendit, quàm sit res tristis & amara, peccatum. Aliis etiam  
 nominibus triste est, quia pœnam adfert æternam, quia ani-  
 mi vires debilitat, sensualitates auget (vnde Iob, *factus sum*  
*mihimetipsi gravis*) quia non sine magnis curis & laboribus  
 cupiditates explentur, de quibus aliàs. Propter tam variam  
 peccati malitiam, qua omnis generis bono contraria est,  
 ideoq; summum quoddam, & completum malum; & propter  
 alias adhuc eius enormitates, quæ ex aliis capitibus demon-  
 strari poterunt; vt quod pœnis æternis hominem subijciat,  
 quod sit Dei optimi maximi offensa, quod capitalis hostis sit  
 maiestatis diuinæ, quod propter illud solum inimicitia inter  
 Deum & hominem oriuntur, quod hoc solum Deum è cælo  
 deuocauit, hominem fieri, & crucem subire fecit, quod huius  
 grauitas & enormitas non nisi vnigeniti Filij Dei sanguine  
 expiari potuit, quod ad huius remediũ & victoriã tota Chri-  
 sti doctrina, noui Testamenti gratia, omnia Sacramenta data  
 & ordinata sunt; à pijs & iustis omnibus maximo semper in  
 horrore habitum fuit. Eudoxia Imperatrice, Arcadij cõiuge,  
 per suos nuntios ac legatos minas & terrores sancto Chry-  
 softomo Archiepiscopo Constantinopolitano intentante, eo  
 quod eius cupiditatibus iniquis se opposuit, responsum est  
 ei à suis, quos miserat, legatis: *Frustra illum hominem terres.*  
*Nihil ille nisi peccatum timet.* Quum Theodosiũ Imperatorem  
 de sua excommunicatione tristem ac sollicitum valde, vt bo-  
 no animo esset, hortaretur Ruffinus magister militum, cura-  
 turum se dicens, vt Episcopus Ambrosius etiam sua sponte  
 vincula ei laxaret, respondit Theodosius: *Noui ego cõstãtiam*  
*Ambrosij, & quod nullo regis Maiestatís terrore diuinam legem*  
*transgredietur.* Sanctus Lodouicus, Rex Gallorum, ab incun-  
 te ætate hoc persuasum habebat, *potius mori, quàm peccare.*  
 Sancti Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis vox erat: *Malo*  
*insilire in rogam ardentissimũ, quàm peccatum vllum.* sciens ad-  
 mittere in Deum meum. S. Anselmus, Archiepiscopus quoque  
 Cantuariensis, dicere solebat: *Si hinc peccati horrorem, inde in-*  
*ferni dolorem corporaliter cernerem, & necessariò vni eorũ im-*  
*mergi deberem, prius infernum quàm peccatum appeterem.* Cui  
 simile est quod in opusculis eius eodẽ authore legitur, *Mal-*  
*lem purus à peccato & innocens, gehennam intrare,*  
*quàm peccati sorde pollutus, calorũ regna tenere.* Nempe sic

1. 2.

3.

Iob 7.

4.

Alia adhuc  
peccati mala.

1.

2. 3.

4.

5.

6.

7.

Exempla dete-  
stantium pec-  
cata.*In vita per Si-*  
*meon. Meta-*  
*phrast.**Theodoret. lib. 5.*  
*cap. 18.*  
*hist. Eccles.**In vita eius,*  
*apud Suerium.**In vita eius*  
*ca. 19.**In vita eius,*  
*tom. 2.**Lib. de beatitud.*  
*cap. 190.*

Rom. 8.

& Apostolus Paulus sentit: *Qui nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Certus sum quia neq; mors, neq; vita, neque Angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instantia, neq; futura, neque fortitudo neq; altitudo, neque profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.* Separatur autem à charitate Dei, qui cõsentit peccato. Et ne quis perfectionem Apostolicam & Sanctorum hoc loco excipiat, quasi non sit necesse tam esse perfectum; ipsi ethnici, apud quos peccatum non nisi regulæ rationis aduerfabatur, & legi naturæ in cordibus scriptæ, hunc tamen peccati horrorem habuerunt. Aristotelis dictum est: *Melius est mori, quàm facere aliquid contra bonũ virtutis.* Socrates ab Atheniensibus, Seneca ab impio Nerone veneno sublatis sunt, tanquam rigidi virtutis cultores. Papinianus iureconsultus mori maluit, quàm, iubente Antonino Caracalla Imperatore, parricidium eius de occiso fratre Geta defendere: respondens ei, non tam facillè parricidium excusari posse, quàm fieri. Deniq; Timon ille *μὴ σέβειν πόνον* rogatus cur ita omnes homines odisset; Quia, inquit, *meritò improbos odi, reliquos autem, quia improbos non oderunt.* Sed & Publij Mimi dictũ fuit: *Tolerabilior est qui mori iubet, quàm qui malè viure.* Peccati ergo horrore etiam ethnici videre & docere potuerunt. Surgent illi in iudicio, & condénabunt nos, non naturæ tãtũ, sed & gratiæ lumine signatos. Potuit Demosthenes dicere, quum à Laide meretrice Corinthia, quam sollicitauerat, nimis ampla merces posceretur (poposcerat enim decem millia denariorum nummi Romani) *Non tanti emam pœnitere.* Plutarcus de peccati malitia sic scribit: *Quemadmodum facinorosus quisque vltimo affligendus supplicio, corpori suo propriam fert crucem, passiones videlicet, timores, expectationes, & pœnitentias; sic improbitas ex seipsa supplicium sibi struit ipsi, calamitates ingentes, formidines innumeras, passionesque molestissimas, pœnitentias, ac indefinenter continens perturbationes. Ex his ergo monendus diligenter populus, vt peccatum detestentur & abominentur, & odio habeant.*

2. *Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.*

Lib. 3. Ethic.  
Exempla.  
ethnica.  
Acl. Spart. in  
Ant. Caracal.

Apophteg-  
mata.

Maximus  
serm. 6.

Aul. Gell.  
Noct. Att.  
lib. cap. 8.

Lib. de sera  
Numin. vind.  
Simile.

Verbum Dei  
audiendum.

Locus moralis de audiendo verbo Dei. Quem locum etfi  
modo

modò in alia Dominica tractauimus, nunc tamen, paucis adiectis, explicabimus magis. Dicit Christus Dominus notam quãdam, & certum signum esse verè filij Dei, audire verbum Dei; hoc est, sic audire, vt credatur & custodiatur. Nam & hic præmisit, *Quare non creditis mihi?* & in alio Euangelio subiunxit: *Et custodiunt illud.* Alioqui sicut quum terra post longam siccitatem valde est arida, pluuiarum guttæ desuper cadentes, terram non irrigant, sed in ranas & bufones vertuntur: sic verbum Dei prædicatum incidens in cor aridum erga diuina, & solis terrenis aut curis aut voluptatibus deditum, non irrigat, non penetrat, non mouet; sed bufones tantum, id est, murmura, querelas, iurgia & maledicta contra verbi prædicatores excitat: sicut in hoc Euangelio accidit, dicentibus Christo Iudæis, audita eius prædicatione, *Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes?* Serpentina hæc verba fuerunt, ex imbre eloquij diuini ortum capientia. Pessimum hoc signum est, vel ex verbo Dei audito, calumniandi ansam arripere, vel ad verbum Dei audiendum, nullo affectu aut desiderio duci. Non censeretur bonus maritus qui mercaturæ aut militiæ causa peregre proficiscens, diuque absens, nec vxoris, nec liberorum quos domi reliquit, nec oppidi sui memor sit, non libenter de illis inquirat & audiat. Merito iudicaretur nouo aliquo & illicito amore maritus ille implicari. In peregrinatione hic omnes à cælesti patria constituimur. In ea Sponsus noster & Redemptor Christus est: in ea patrimonium & hereditas; in ea fratres nostri & conciujs cælorum. Qui de hac sua patria, de quæ iis quæ in ea sunt, de via ad patriam & eò pertinentibus nihil cupit audire; sed si qua horum audit, fastidium & nauream patitur; certum est & infallibile argumentum, eum nouo aliquo, & illicito rerum terrenarum amore implicari. Filij Israel in captiuitate Babylonica constituti, quotquot Deum Israel amabant, fecerunt quod illos facturos Propheeta Dauid prædixit: *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus & suspendimus organa nostra, dum recordaremur tui Sion.* Sic iusti in hoc mundo, dum patriæ cælestis recordantur, ad illam vehementer suspirant & plorant, de eius gaudijs magnam consolationem capiunt, ad illam tendere & festinare omnibus modis contendunt: ideoque verbi Dei prædicatione, in qua talia docentur & audiuntur, mirificè oblectantur. Qui patria sua exulant, si quando in contreraneum,

*Simile.**Simile.**Allegoria.**Psal. 138.**Simile.*

inde

inde recenter venientem, incidunt, illum amplectuntur, & de patria sua minutissima quæque ab eo exquirunt. Vbi tantus est amor cæli, quantus in exule amor patriæ, nihil est verbo Dei delectabilius, in quo de patria cælesti minutissima quæque narrantur. De illo enim Scriptura dicit: *Infinitus est thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitia Dei, propter disciplina dona commendati.* Si Gallo res præclare gestas Germanorum, aut Germano Gallorum referas; oscitâter plerumque & negligenter audiet: sed si Gallo Gallorû, Germano Germanorû, Anglo Anglorû virtutes, præclara facinora, res laudabiliter gestas narres; attentissimè quisque audiet quod ad se & suos pertinere iudicat. Idem faceremus nos audiendo cælestem doctrinam, si cælum patriam nostram esse omnes agnosceremus. Sed qualis quisque est, talis sibi finis videtur, dixit Philosophus: & ex affectibus homo cognoscitur. Si asino carnes optimas apponis, non gustabit: hordeum, far, & herbas appone, deuorabit. Amatori huius sæculi si quid de animæ salute narras, vel stultum te, vel molestum aduersarium existimabit: de seculi gloria, lucro, voluptate si disputas, attentissimum habebis auditorem. Ingressiuntur aliquando boni mercatoris officinam viri illusores; fingunt se pannum empturos: mercator omnes suos pannos explicat, omnes sarcinas euoluit, de pretio diligenter tractat. Illusores, fatigato mercatore, nihil horum sibi placere aiunt, absque emptione discedunt. Idem accidit in verbi prædicatione. Veniunt ad concionem audiendam viri illusores, id est, otiosi & vagi, curiosi & improbi, voluptatum amatores & seculi. Prædicator omnia euoluit quæ habet, sacræ Scripturæ textus explicat, sanctorum Patrum sententias adfert, exemplis rem confirmat, comparisonibus illustrat, ethnicorum pulchrè dictis aspergit. audiunt illusores & contemnunt; à concione discedunt absque vlllo fructu. Sed huiusmodi illusoribus quid Deus dicat, in alia Dominica protulimus. Quû Prophetas suos in templo & synagoga audire vetus populus nollet, vide quo artificio, quantaque diligentia Deus vsus fuerit, vt eos ad verbum eius audiendum quouis modo pertraheret. Dicit Ieremiæ: *Vade, & sta in porta filiorum populi mei, per quam ingrediuntur Reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem, & dices ad eos: Audite verbum Domini Reges Iuda, & omnis Iuda, cunctique habitatores Ierusalem. Quia Reges & populus ad Deum audiendum venire noluerunt, Deus ad eos venit: ad eò rem hac saluti ipsorum necessaria*

Sap. 7.

Similia.

Domin. 3. Quædrages. text. ult.

Hic em. 17.

fariam iudicauit. Quum autem nec sic quicquam proficeret Propheta, vide quot verbis rem vnã, imò non rem, sed rei negationem inculcat. Sequitur in textu: *Et non audierunt, neque inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt cervicẽ suam, ne audirent me, & ne acciperent disciplinam.* Hoc vnum, non audire, multis verbis tanquã facinus indignissimum, amplificauit. Sed ideo homines non audiunt verbum Dei, quia ex Deo non sunt. Vnde Augustinus: *Amant homines veritatem lucentem, oderunt eam redarguentem.* Maledictus Rex Achab Confess. lib. 10. cap. 23. nõ est veritus apertè dicere de sancto Propheta Michæa: *Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum.* Volebat eum placentia loqui. Est hæc diaboli astutia, ab audiẽdo Dei verbo homines auertere, ne conuertantur & sanentur. Exemplum. 3. Reg. 12. Cũ possideret Ieroboam regnũ Israel, dixit in corde suo: *Si ascenderit populus iste vt faciat sacrificia in domo Domini, cõuertetur cor populi huius ad Roboã Regem Iuda, interficientq; me, & reuertentur ad eum: & ita excogitato consilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite ascendere in Ierusalẽ: ecce dij tui Israel.* Sic omnino diabolus, ne reuertantur peccatores ad Dominum, à quo per rebellionem peccati discesserunt, & illum deserant cui per peccatum seruiunt, ludis, comædijs, negotijs, & alijs huiusmodi, detinet occupatos, ne verbũ Dei audiant: qui autẽ audiunt, cupiditatibus ita implicat, vt verbum Dei in illis fructũ facere nequeat. Vide plura suprà Dominica 3. Quadragesimæ, textu vlt. & textu primo, circa dæmoniũ suadum.

3. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt: Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Respondit Iesus: Ego demonium non habeo?

**L**O C V S moralis de contumelijs & maledictis æquanimiter ferendis, quando personales tantũ sunt, & Dei gloriam non attingunt. Iudæi ex nimia animi maleuolentia, duplex maledictum in Christum proferunt. Samaritanum vocant, per contemptum personæ; dæmoniacum per calumniam doctrinæ. Ad personalem contumeliam, ne verbo quidem respondet. Doctrinæ conuitium refutat, dicens: *Ego demonium non habeo, sed honorifico Patrem meum.* De contumelia cõtra Dei gloriam prolata, diligenter repellẽda, in alia Dominica diximus. Nunc de cõtumelia personali, aut qualibet etiam iniuria a quo animo toleranda, vt dicatur, hic locus admonet. Maledictum ex ira, inuidia, maleuolentia or-

Contumelia & maledicta æquanimiter ferenda.

Dom. 1. Quadrages. text. 9.

Pars Hyemalis. h tum

tum suum capit. Iudæi ex Christi doctrina offensi, maledicunt, & maledicendo, putant se rectissimè dicere: *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu?* Suam turpitudinem malevolentia non videt. Sicut fumus oculorum aciem ita perturbat, ut quæ ante pedes sunt, videri nequeant, sic oborta invidia aut malevolentia, eam rationi caliginem offundit, ut se delinquere, nulla cogitatione deprehendere queat. Fratres

*Simile.*

*Aristot. apud  
Stob. serm. 18.*

*Exempla.*

*Gen. 37.*

*Brufonius lib. 1.  
cap. 26.*

*Causæ ferendæ  
contumeliæ.*

1. *Correctio  
proximi.*

*Rom. 12.*

*Prou. 15. & 25.*

*Rom. 12.*

*Exemplum.*

*In vita eius a-  
pud Suriū, 10. 1.*

toricus dictus, quum in Platonem, Socratem, & optimum quemque Philosophum ac virtutis magistrum debaccharetur, rogatus cur sic bonos ac doctos omnes lacesseret, *Quoniã* (inquit) *malefacere quum velim, non possum.* Hæc eius origo, hæc natura Sed de ea toleranda dicendum. Id verò multas ob causas fieri à quouis bono Christiano non par est modò, sed & necessarium. Primum, ut nostra patientia maledici corrigantur. Vnde Apostolus: *Vince in bono malum.* Et Sapiens: *Mollis responsio frangit iram, & lingua mollis confringit duritiã.* Sicut enim ignis subtracta materia extinguitur, sic maledicentis ira, alterius patientia compescitur. Vnde Apostolus: *Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.* hoc est, charitatis ignem in eo excitabis, & ex inimico amicum facies. Caupo quidam ciuitatis Alexandria, multis iniurijs & contumelijs affecerat iuuenem quendam, Ioanni eleemosynario Patriarchæ Alexandrino sanguine coniunctum. Iuuenis apud Episcopum grauitè conqueritur. Episcopus, fingens se etiam commoueri, ut iuuenis animum mitigaret; Itane, inquit, ausus te fuit vel verbo violare? Faciam in eum rem quam tota Alexandria mirabitur. Moxque vocato ad se vectigalium magistro, iubet ut nihil amplius vectigalis, aut aliud aliud Ecclesiæ debitum ab illo caupone exigat, sed ut immunem illum ab omni solutione, quæ quidem ipsi vel ecclesiæ eius deberetur, relinquat. Hoc videlicet eius factum tota Alexandria mirata est; caupoque non solum à maledictis cessauit, sed omni officio Episcopum & iuuenem cognatum coluit. Alia causa esse potest, ne maioris furoris & perturbationis materia maledicenti præbeatur. Hoc enim est oleo caminum addere. Vnde S. Ambrosius: *Si respõdeas maledico, superiorem se arbitrabitur, quia parem inuenit.* Demosthenes à quodam conuictijs lacessitus dixit: *Nolim tecum in hoc genus certaminis descendere, in quo qui vincitur, ipso*

victus

2. *Ne lædas  
proximum.*

*Offic. lib. 1. c. 5.*

*Exemplum.*

*In vita eius a-  
pud Suriū, 10. 5.  
pag. 637.*

victore melior est. S. Ioannes, Canonicus regularis in Anglia,  
 & cœnobij sui Prior, cùm à quodam monasterij sui fratre  
 verbis valde contumeliosis diu impetitus, nihil moueretur,  
 & vnus ex astantibus rogaret cur eius petulantiam non re-  
 primeret, quum vno verbo illud facere posset, iubens vt ad  
 cubiculum suum redeat, respondit: Si flamma vorax ædi-  
 ficij tecta lambens, in sublime feratur, num tu consultò fa-  
 cturum putabis eum, qui plus etiã materiæ inijcere in flam-  
 mam velit? Frater iste ad præsens magno ardet furoris æstu.  
 Cui si ego comminationum faculas admouere velim, furor  
 eius magis magisque inflammabitur. Sed vbi hæc flamma  
 deferbuerit, tum demum ad oportuna remedia animo pla-  
 cato accedemus. Atque his dictis nihil commotus, ab-  
 secessit. Porro & idcirco contumelias & maledicta æquo ani-  
 mo, ad exemplum Christi in hoc Euangelio, ferre conue-  
 nit, vt virtutis exemplum præbeamus iis quos eo indigere  
 Dominus nouit. Nam, vt omne virtutis exemplum, ita ma-  
 ximè iniuriarum patientia ædificat, atque in sui admira-  
 tionem ipsos etiam maledicos pertrahit. In Prato Spirituali,  
 egregio & magnæ authoritatis libro, vtpote qui in Conci-  
 lio Nicæno secundo ante annos 800. à Patribus citatur. hu-  
 ius rei exemplum legitur: Duo senes monachi cum vno  
 fratre, iter agentes, & errantes de via; inter sata inuenti sunt,  
 & alia de fatis volentes nolentesque pedibus conculca-  
 bant. Quod cùm vidisset agricola (erat enim in agro operas)  
 cœpit contra illos multa maledicta proferre, cum iracundia  
 dicens: Vos monachi estis? Vos Deum timetis? Si timorem  
 Dei ante oculos vestros habuissetis, profectò hoc non fe-  
 cissetis. Tunc ait vnus senior socijs suis: Per Dominum,  
 nullus ei respondeat. Conuersusque ad illum, dixit. Rectè di-  
 xisti, fili mi. Ille rursus furens, contumelijs impetebat eos.  
 Rursumque dixit Senior ad illum: Vera prosequeris fili. Nam  
 si veri monachi essemus, istud non egissemus. Sed per Do-  
 minum indulge nobis, quoniam peccauimus. Stupefactus er-  
 go ille ad tantam senis humilitatem, accessit propius, pro-  
 strauitque se ad pedes senis, dicens: Peccaui, indulge  
 mihi, & per Dominum assume me vobiscum. Rusticus er-  
 go, sequutus illos, accepit habitum. Atque hæc quidem ra-  
 tione & respectu proximi patientiã in maledictis seruandam  
 docent. Nunc autem respectu nostri ipsorũ, seruanda necessa-  
 riò patientia, ne per impatientiam nos ipsos lædamus, & cõ-  
 uitiãnti aduersario rem gratam faciamus. Vnde D. Augu-  
 stinus:

3. Aedificatio  
proximi.

Exemplum.  
Cap. 218.

4. Ne teipsum  
lædas.

stinus: *Passus es malum? Ignosce, ne duo mali sitis, Sic & S. Ambrosius: Peccator est qui nos conuitiando prouocat, & similes sui fieri desiderat.* Venit aliquando ad Lydvinam, magnæ sanctitatis virginem, mulier quædam fremens & furens, innumeris eam iniurijs, contumelijs, & conuitijs proscindens, vt posset eius commouere animum. Sed cum hac ratione nihil efficeret, in faciem mitissimæ virginis fœdissimè exspuit. At verò nec sic eam quicquam permoueri sentiens, clamoribus & maledictis, tanquam vim passa, vicinos concitare cœpit. Sed sancta virgo in patientia animam possidens, ad eò mansit immota, vt mirarentur vniuersi. Maleficium verò beneficio compensare volens, clam ei munusculum transmisit; dicebatque suis. Illis ego debere me fateor, qui viam mandatorum Dei, quorum plenitudo dilectio est, me currere compellunt. Rursum tenenda patientia est in maledictis & iniurijs illatis, ne nostram ipsi turpitudinem prodamus, & illis maledictis dignos nos fuisse, per animi impatientiam ostendamus. Est quippe muliebris animi & impotentis indicium, maledictum ferre non posse. Quemadmodum exulcerata & ægra corpora sunt, quæ ad leuissimos tactus gemunt, ita ira muliebre maximè & puerile vitium est. Non est illa animi magnitudo, sed tumor. Appositè D. Ambrosius. *Qui citò mouetur iniuria, facit se dignum videri contumelia, dum vult indignus videri.* Aristoteles Alexandro, natura iracundo, hoc consilium dedit, vt omnibus se superiorem & meliorem existimans, maledicta cõtemneret. Sed hoc erat vno vitio aliud curare, & iracundiæ superbiam substituere. Christianus maledicta cõtemnet, non vt maledicente melior, sed vt ipso maledicto fortior atque superior. Conuitia enim per se nullam vim habent; sed quemadmodum tela, si in corpus durum ac robustum incidunt, repercussa cadunt, non penetrant; sic ad animum solidum obiecta conuitia intereunt. Socrates, quò in comœdia ab Aristophane vehementer taxaretur, ridebat. Polyagrus verò eadem audiens, seipsum strangulabat. Patientia nouit contumelias & verbera mutare in aurum, argentum, & lapides pretiosos; sicut vsus qui verberibus impinguitur; instar Salamandræ, igne tribulationis fouetur; ad modum asini pungitiuis pascitur; sicut struthio comedidit ferrum; sicut piscis marinus crescit in aqua salta & amara. Socrates, quum in via quidam illi per lasciuiam calcem impigisset, admirantibus quòd id pateretur; quid facerem,

in piti

*Enar. in Psal.*

14.

*Offic. lib. 1.*

cap. 5.

*Exemplum.**In vita eius.**apud Surtium,*

20m. 7. par. 2.

cap. 1.

*g. Ne te prodas.**Simile.**Seneca de ira,*

lib. 1. cap. 16.

*Offic. lib. 1. cap. 6.**Exemplum.**Aelianus lib. 12**Simile.**Aelian. lib. 5.**Exemplum.**S. Bonauent.**in Dist. sal.*

cap. 42.

*Similia.**Exemplum.**Laërt. lib. 2.*

cap. 1.



inquit? Illis hortantibus vt vocaret hominem in ius: *Ridiculum, inquit. Si quis asinus me calce percussisset, dicere- tis mihi; voca illum in ius?* Animi fortitudo hæc erat. Sed & ideo in maledictis illatis seruanda patientia est; quia maledicus homo commiseratione magis indiget quam talione. Vnde sapienter Socrates, quum quidam ab eo comiter in via saluatus, non resalutasset, illoque nequaquam hoc molestè ferente, amici tamen qui aderant indignè ferrent, dixit: *Si quis nos prateriret, peius affectus corpore quam nos sumus, nequaquam illi succenseremus. Cur igitur illi succenseath, qui peius affectus est animo quam nos sumus?* Abbas Stephanus (vt refert S. Gregorius) quum totus eius ager iam ad messem paratus, ab improbo quodam vicino succensus esset, & alius, vt hoc nunciaret, ad eum acturrens, diceret: *Væ, væ, Pater Stephane, quid tibi contigit? Totus enim tuus ager incendio absumptus est: et istic o respondit; Imò væ, væ frater, quid illi contigit qui hoc fecit? me enim certè paruo, seipsum maximo damno multauit. Alia adhuc ratio est æquanimiter ferendi conuitia, vt præstantissimam charitatis virtutem exerceamus, nec bene merèdi tam præclaram occasionem nobis excidere patiamur.* D. Basilius rogatus cur maledici diligendi essent, respondit: *Quia eorum opera beatitudinem illam consequimur, de qua Christus dixit: Beati estis quum maledixerint vobis homines, mentientes propter me.* Hæc consideratio Lydyvinam virginem ad patientiam trouit, vt est modò dictum. Quid, quodd ex conuitiis & maledictis aduersarij ingentem profectum spirituales colligere licet? Inimicus enim maledicus, optimus interdum est vitæ nostræ pædagogus, & medicus gratuitus ac salutaris, vt, si fortè vlcus nostrum tangit, corrigamus illud. S. Monica, mater S. Augustini, quum à suis coartaneis, adhuc paruula, mēribibula vocaretur, hoc conuitio excitata, illud vitium tota postea a tate correxerit. Philippus, Macedonum Rex gaudere se dicebat, Athenienses habere infensos, quia ex eorum maledictis vitia sua cognouit, & vt eos mendaces faceret, correxerit. Sicut igitur qui morbum suspicantur, diligenter cauent ne quid valetudinem offendat, ita propter inimicos atque maledicos cautè & circumspèctè ambulandi occasio datur. Sic ciuitates propter inimicum hostem, & continens bellum, tum leges obseruant diligentius, tum Rempub. administrant rectius. Quemadmodum is qui Prometheus Thesaliam cogitabat occidere, casu tuber ita percussit

*Apophthegma.*

*6. Commiseratio maledici.*

*Eras lib. 8.*

*Apoph.*

*Apophthegma.*

*Exemplum.*

*Dial. lib. 41*

*cap. 19.*

*7. Meritum virtutis.*

*In Regul. fus.*

*disput. q. 178:*

*Matth. 5.*

*8. Profectus spiritualis.*

*Exemplum.*

*Confess. lib. 1.*

*cap. 8.*

*Plurim. lib. de*

*utilit. capiendæ*

*ab inimicis.*

*Similia.*

atque dissecuit, vt seruaret hominem, ruptoque tubere, periculo liberaret: ita non rarò fit vt conuictum per simultatem & odium impactum medeatur animi morbo, vel neglecto vel ignorato. Quum ergo iustis omnia cooperentur in bonum, vir bonus ex maledicti iaculo non vulnus, sed vulneris sanitatem & profectum spiritualem consequetur.

9. Vt Christo conformemur.  
2. Petri 2.

Sed ob hanc potissimum causam maledictum patienter ferendum, vt Christo Redemptori ac Capiti nostro conformemur: *Qui*, vt ait D. Petrus, & in hoc Euangelio luculenter apparet, *quum malediceretur, non maledicere: quum pateretur, non cominabatur: tradebat autem iniuste iudicanti se.*

Matth. 10.

Hoc argumento, ad seruandam patientiam, Christus ipse nos hortatur: *Non est (inquit) discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius!* Vt ergo circa alia multa,

10. Laus virtutis.

Exemplum.

Plutarch. ubi supra.

sic circa maledicta ferenda Christum imitari, & in patientia nostra animas nostras possidere debemus. His adiungi potest laus ipsa, & commendatio virtutis, quæ ex huiusmodi patientia oritur. Dum enim erga alios mansueti sumus, & aliorum honori parcendo consulimus, nostrum quoque mirifice conseruamus. Cùm Iulius Cæsar Pompeij statuas à

11. Vt cū amicis suauiter agatur.

populo deiectas, reponi iussisset, tum Marcus Tullius: *Cum statuas (inquit) Pompeij collocasti, tuas constabilisti.* Sed & illud quoque ex hac patientia bonum accedit neuiquam contemnendum, quòd assuefacti iuste recteque agere cum inimicis, haud vnquam iniuste dolòve cum amicis & familiaribus agemus. Sic Pythagoras ab aucupio dehortabatur,

Exemplum.

Simile.

& empto retium iactu, pisces captos iubebat in aquas iterum dimitti: vt sic ab animantium cæde abstinendo, ad mansuetudinem cum hominibus seruandam, assuefaceret. Quæ admodum primis hominibus satis erat, si non læderentur à bestiis; posteriores verò, rationes inuenerunt, multas ab illis utilitates capiendi, dum carnibus vescerentur pilis vestiuntur, fel & lae ad morbum adhibent remedia: sic in prima naturæ lege satis honestum videbatur inimicos non odisse, non vlcersi; at nunc Christi gratia nos docuit etiam illos amare, & beneficiis prosequi, quia talis eorum amor ad multa nobis est perutilis, vt ex antedictis constare potest.

4. Ego non quero gloriam meam: est qui querat, & iudicet.

Sacerdotes honorandi.

**L**O C V S moralis de gloria & honore Christi, & ministro-  
rum eius, etiam in hac vita, & de Dei iudicio aduersus  
contem-

contemptores. Debetur virtuti, & potestati à Deo ordinatæ, honor, iuxta illud Apostoli: *Cui honorem, honorem: cui ve-* Rom. 13.  
*Etigal, veEtigal.* Equè vtrumque debetur. Christus hoc loco, et si calumnias & maledicta Iudæorum patitur, tamen eos grauiſſimè in illis peccasse ostendit: *Vos (inquit) inhonorastis me. Ego non quero gloriam meam: sed quia illi nihilominus* Ioan. 5.  
*debetur, Pater meus querit eam, ut omnes honorificent Fi-* *lium: & ita querit, ut eam mihi negantes, seuerè iudicet.*  
 Ideo alibi discipulos eum honorantes commendat: *Vos vo-* Ioan. 13.  
*catis me, Magister & Domine: & benedicitis: sum etenim.* Sic Paulus, quum à suis se non eo quo par erat honore habitum cerneret; *etsi (inquit) mille pedagogos habeatis in Christo, ta-* 1. Corinth. 4.  
*men non multos Patres. Per Euangelium enim ego vos genui.* De hoc honore, Christi ministris & vicariis exhibendo, in alia quadam Dominica aliqua diximus, quæ huc referri possunt. Quantopere hic honor Christi ministris exhibitus Christo placeat, illa eius verba declarant: *Qui recipit Pro-* Matth. 10.  
*phetam in nomine Propheta, mercedem Propheta accipiet.* Quantopere contumelia illis illata Deo displiceat, multæ Scripturæ demonstrant. *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi* Zachar. 3.  
*mei.* Pueri 42. illudentes Eliseo Propheta, & maledicentes ei. *Ascende calue, ascende calue,* statim ab vrsis omnes dis- 4 Reg. 2.  
 cerpti ac lacerati sunt. Quum Prophetam concionatam improbi irriderent, dicit eis Deus: *Va vobis viri illuſores, flagel-* Eſaia. 28.  
*lum inundans quum transierit, eritis ei in conculcationem.* diuus Cyprianus tibi reuelatum à Deo scripsit: *Qui Christo non* Lib. 4. epist. 9.  
*credit sacerdotem facienti, postea credere incipiet sacerdotem vindicanti.* quantūque sacerdotibus Christi honor exhiben-  
 dus sit, exemplo honoris synagogæ sacrificis præstiti docet. Dominus (inquit) in Euangelio, quum ei dictum esset, *Sic respō-*  
*des Pontifici? custodiens & docens sacerdotalem honorem serua-*  
*ri, contra Pontificem nihil dixit, sed innocentiam suam tantum-*  
*modo purgans, respondit: Si malè locutus sum, testimoniū per-*  
*hibe de malo: sin autem benè, cur me cadis? Item, beatus Apo-* Act. 23.  
*stolus, cum ei dictum esset: Summum sacerdotem Dei maledi-*  
*cis? nihil contumeliosè locutus est aduersus sacerdotem, quando*  
*& potuerit se constanter exercere aduersus eos, qui Dominum*  
*crucifixissent, & qui iam Deum, & Christum, & templum, &*  
*sacerdotium perdidissent. Sed quamuis in falsis & spoliatis sacer-*  
*dotibus, umbram tamen ipsam inanem sacerdotalis nominis co-*  
*gitans, dixerit: Nesciebam, fratres, quia Pontifex esset. Scriptum* Lib. 3. epist. 9. &  
*est enim: Principem populitui non maledices.* Hæc Cyprianus lib. 1. epist. 3.  
 quæ

quæ duo exempla, Christi & Pauli, aliis in locis profert, vt ex honore veteri sacerdotio præstito, sacerdotibus Christi honorem debitum asserat, contumelias illatas graue crimen esse ostendat, & à Deo certissimè vindicari. *Certè sacerdotibus* (ait Cyprianus) *tantus honor Dei dignatione conceditur, vt quisquis sacerdoti eius, & ad tempus hic iudicanti non obtemperaret, statim neceretur.* Sic enim Lex habet: *Qui non audierit sacerdotem, qui pro tempore fuerit, morietur homo ille.* Sunt au-

Deuter. 17.

Exempla contra contemptores veterum sacerdotum.

1.

2.

Numer. 12.

3.

1. Reg. 8.

Lib. 3. epist. 2.

4.

1. Reg. 31.

5.

3. Reg. 22.

6.

4. Reg. 9.

2. Paralip. 24.

7.

8.

2. Paralip. 25.

tem huius diuinae ultionis contra sacerdotum Dei contemptores in factis Scripturis crebra exempla, quorum hic quædam proferemus, vt intelligatur, quanti sit ponderis, quod Christus hîc dicit: *Est qui quarat, & iudicet.* Cùm aduersus Moysen & Aaron sacerdotes Dei, tres ministri, Chore Dathan, & Abiron, per superbiam insurrexissent, inuitato supplicio, & ipsi, & eorū omnia terræ hiatu absorpta sunt. Maria ipsa, soror Moysi, quia contra eum murmurauerat, lepra percutitur. Quia Samuelem Iudæi spreuerant, vel Deum potius in illo (ait enim Deus: *Non te spreuerunt, sed me*) vt hoc vlcisceretur (ait Cyprianus) *excitauit eis Saul regem, qui eos iniurijs grauibus affligeret, & per omnes contumelias & pænas superbū populum calcaret & premeret, vt cōtemptus sacerdos de superbo populo ultione diuina vindicaretur.* Sed & Saul ipse, quia Samueli Prophetæ non obtēperauit, regno excidit. Achab propter contemptū, & in vincula coniectum Micheā Prophetam, in bello occisus est. Sed & Ioram, filius Achab, totaq; progenies à Iehu gladio percussi sunt: *Vt vlciscar* (ait Prophetæ Dei ad Iehu) *sanguinē seruorū meorum Prophetarū, & sanguinem omnium seruorū Domini de manu Iesabel.* Quum Zacharias sacerdos & Prophetæ, ex imperio Regis Ioas, in atrio domus Domini interficeretur, *Prophetæ quum moreretur, ait: Videat Dominus & requirat.* Cūmq; euolutus esset annus, ascendit contra Ioas exercitus Syria, venitq; in Iudā & Ierusalem, & interfecit cunctos Principes populi, atque vniuersam prædā miserunt Regi Syria in Damascum. Et certè quū permodicus venisset numerus Syrorū, tradidit Dominus in manibus eorum infinitā multitudinem. In Ioas quoq; ignominiosa exercere iudicia. Et abeuntes, dimiserunt eum in læguoribus magnis. Surrexerunt autē cōtra eum serui sui in ultionē sanguinis filij Ioaida sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo, & mortuus est. Amathas Rex Iuda, quia Prophetam Dei contemnens, dixit: *Num consiliarius Regis es? tace, ne interficiā te,* traditus fuit in manus Ioas Regis Itraël, omnibus rebus spoliatus: potte aque à suis

à suis interfectus. Ozias quoque filius eius, ius sibi sacerdotale arrogans, lepra percussus est. Denique quod Christus in Euangelio Iudæis dixit; *Sanguis omnium Prophetarum, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ Prophetæ, quem occidistis inter templum & altare, de manu vestra requiretur;* hanc Dei vindictam terribiliter expressit. Nam & tota illa gentis Iudæorum, per omnes mundi partes in hodiernū vsq; diem dispersio, nihil est aliud, quā iusta Dei vindicta in sanguinem Christi ipsius, omniumq; Prophetarum Dei. Cladem & internecionem extremā Hierosolymorū sub Tito & Vespasiano, Iosephus quidem Iudæus refert in ciudelem D. Iacobi Apostoli necem: sed propter Christum ab illis occisum, factam illam fuisse, dubitari non debet, dicente & prædicente in Euangelio Christo: *Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in sunt: & non relinquet in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.* Nec Iudæi tantū, sed & Pilatus, gentilis iudex, effusi sanguinis Christi, acerbas pœnas dedit. Nam & à Tiberio maximis affectus fuit contumeliis, & postea Caij temporibus extrema calamitate oppressus, sicuti id tradunt, qui Græcorum Olympiadas scripserunt. Ad eas enim angustias aduersis casibus est redactus, vt manus sibi ipse attulerit, diuina eum ultione prosequente. Idem de Anna & Caipha, aliisque Pharisæis, & Scribis, qui Christi necem procurarunt, scribunt Eusebius & Nicephorus. Sic videlicet, etsi Christus nō quæsiuit gloriam suam vt homo, Deus tamen, Deique iustitia eā quæsiuit, & cōtra violatores iudicauit. Nec de Christo tantū hoc verū est, sed & de omnib<sup>9</sup> Christi Sacerdotib<sup>9</sup>, atq; in terra ministris, quorū iniurias & contumelias etiam in hac vita acerbè Deus vindicauit. Ecclesia quidē, Ecclesiæq; Præpositi & Prælati, *non querūt gloriā suam*, memores illius quod Christus dixit; *Qui maior est vestrū, fiat sicut minor: sed est qui querat & iudicet.* Deus illam querit, vt à subditis exhibeatur; & non exhibitā acerbè iudicat. Exempla hęc aliquot huius iudicij diuini subitiuā, quia huiusmodi ministrorū Dei cōtempторibus plenus est hodie mundus. Ex historicis tā Ecclesiasticis quā prophanis animaduerrere licet, Imperatores, Reges, ac Principes, qui Ecclesiæ gloriam suam non dederunt, qui Ecclesiæ ministros persecuti sunt, malo semper & acerbè

9.

2. Paralip. 16.

10.

Lucæ 11.

Lucæ 19.

11.

Euseb. hystor.

Eccles. lib. 2. c. 7.

Niceph. lib. 2.

cap. 10.

12.

Matth. 20.

Exempla vindictæ diuinae contra cōtemptores Episcoporum & Sacerdotum.

1. fine vitam terminasse, Deique iudicium, & ultionem grauem in hac vita pertulisse. Constantius, Artianis fauens, postquam Liberium Romanum Pontificem, Athanasium Alexandrinum, plurimóque aliarum Ecclesiarum Episcopos orthodoxos in exilium compulisset, sibiq; cognitionem causarum Ecclesiasticarum arrogasset (vt latè ostendit sanctus Athanasius) dum Iulianum cognatum Imperij æmulum persequeretur, obscuro loco, & maximo animi cum mœrore, quem latè describit Ammianus Marcellinus, scriptor ethnicus, vitam finiuit. Valens Imperator, qui multo adhuc maiorem in Episcopos crudelitatem exercuit, & ad bellum contra Gothos proficiscens, Isaacium monachum, qui, vt alter Micheas, cum impietatis suæ admonuerat, & in bello moriturum prædixerat, nisi bellum cum Ecclesia gerere desisteret, vt alter Achab, in vincula coniecerat vsque ad reditum suum, eodem in bello ab hostibus conclusus, in casula quadam cum nobiles, & principibus suis à barbaris incensus, incendióque consumptus est: quo infami & acerbo necis genere, nullum vnquam Imperatorem aut Regem Christianum sublatum fuisse aliàs legitur. Valentinianus iunior diuum Ambrosium Episcopum Mediolanensem multis modis vexauit: vt basilicam hæreticis traderet, imperauit: vt in palatio suo coram ipso de fide disputaret, iussit: exilium, ni obsequeretur, comminatus est. Mox verò à propriis ministris infami suspendio necatus est. Anastasius Imperator à Gelasio Papa excommunicatus, & tam Episcoporum quàm monachorum grauis persecutor, fulmine de cælo ictus interiit.
2. 3. 4. 5. 6. 7.
1. *Epist. ad sollicitar. vit. agen.*
2. *Lib. 22. histor.*
- Ammianus Marcellinus. lib. 32.*
3. *Ambrosius lib. 5. epist. 32.*
4. *Eutrop. lib. 3.*
5. *Lib. 4. epist. 34.*
- Blondus lib. 3. Decad. 1.*
6. *Paulus Diac. lib. 18.*
7. *Zonar. annal. tom. 3. in Constantino & Michael.*
- Mauritius Imperator, in diuum Gregorium, Romanum Pontificem, tam durus & acerbus Princeps; vt sic ad eum aliquando Gregorius scripserit, *Etsi peccata Gregorij tanta sunt, vt pati talia debeat; Petri Apostoli peccata nulla sunt, vt vestris temporibus pati ista mereatur:* à gregario milite Phoca vxore prius, & liberis omnibus ante oculos eius interfectis, ipse quoque interficitur, exclamans: *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Constantius, Heraclij nepos, Martinum Papani in exilium ablegauit. Sed subditis suis omnibus hoc nomine exosus (ait Zonaras) deserta Constantinopoli, in Sicilia vixit, ibique in balneo à suis occiditur. Michaël Imperator, Theophili filius, qui in Nicolaum Romanum Pontificem, superbus fuit, & Ignatium Patriarcham Constantinopolitanum summa iniuria deposuit, quum

quum ebrius cubitum iret, stans iuxta lectum, à suis domesticis occiditur. Constantinus Pogonatus, Leonis Isaurici filius, Catholici Cleri persecutor maximus, incendio diuinitus percussus, blasphemans moritur. Atque hæc quidē in Oriente maximis Principibus, Christum in suis vicariis persecutibus, illustria Dei iudicia acciderunt. Nec minùs in Occidente fuerunt luculenta. Henricus quartus, Occidentalium Imperatorum primus, qui contra Ecclesiam ceruicem erexit, post multas Ecclesiæ illatas iniurias, à Gregorio 7. Romano Põtificè excommunicatus, à proprio suo nio Imperio priuatur, tãdemque ab omnibus desertus, extra Imperij fines exul, in summa calamitate moritur. Fridericus Barbarossa, qui multis annis Ecclesiam Dei persecutus est, in Sedē Apostolicam superbus ac rebellis valdè, quū in fluuio sese animi causa in Cilicia ablueret, repentè submersus, interiit. Philippus repugnante sede Apostolica ad Imperium euectus, ideoque eiusdem perpetuus hostis, in oppido Bomberga, dum à prandio quiesceret, à Comite Palatino occiditur. Otho 4. post maximas iniurias tota passim Italia Ecclesiæ illatas, à Philippo Francorum Rege in inferiori hac Germania bello potitus & fugatus, paulo post in Saxonia priuatus moritur. Fridericus 1. Imperator, non tantum Sedis Apostolicæ, sed & vniuersi Cleri per totum Imperium hostis & persecutor acerrimus, ab Innocentio 4. excommunicatus, à spurio suo Manfredò in Apulia occisus est, vt aliqui scribunt, veneno sublatus; vt alij referunt, suspendio necatus. Sed & tota & stirps eius, impij patris vestigijs insistens, cuius facta imitata, eius exitum consecuta est. Conradus enim primogenitus eius ab Innocentio 4. simili ex causa excommunicatus, ab eodem Manfredò in Apulia interficitur. Sed & idem Manfredus, Apuliæ & Sicilia regna occupans, Ecclesiæque persecutor ferus, ab Alexandro 4. excommunicatus: à Carolo Regis Gallorū fratre, quem Vrbanus 4. Silicię & Apulię Regem declarauit, debellatur, & in acie occiditur. Cōradinus denique, Conradi antedicti filius, ab eodem Carolo victus, extremo afficitur supplicio. Sed & Eutius, alter Friderici 2. filius, post multa bella Ecclesiæ illata, à Bononiensibus captus, perpetuis carceribus addicitur. Ita tota sacrilegi Imperatoris stirps, & numerosa & potens, breuī momẽto extincta, exemplum posteris reliquit impiæ contra Deum & Ecclesiam eius rebellionis.

Ludouicus 4. Imperator, à Sede Apostolica bis excommu-

*Sigebertus ad ann. 770. 8.*

*9. Nauclet. vol. 3. Gener. 37.*

*10. Nauclet. Gener. 40.*

*Sabell. Enead. 9. l. 5.*

*11. Nauclet. Gener. 41. p. 271.*

*12. Nauclet. Gener. 42.*

*13. Sab. Aenead. 9. lib. 6.*

*14. Nauclet. vbi supra. p. 313.*

*15. Idem pag. 320.*

*Sabell. En. 9. lib. 7.*

*16. Nauclet. Gener. 42.*

*17. Nauclet. Gener. 43.*

ni

nicatus, primùm à Ioanne 22. postea à Clemente 6. in cuius defensionem contra Ecclesiæ Romanæ immunitates & iurisdictionem temporalem, Poëta illi & Rhetores hoc nomine infames, Petrarcha, Dantes, Marsilius, & Ioan. Ockam Scholasticus, tam multa scripserunt, Deo hanc causam iudicante, quum in venatione esset, subita paralyfi omnium membrorum correptus, ex equo decidens, moritur. Memorabile est, quod de sancto Narcisso, Hierosolymorù Episcopo, scribit Nicephorus. Huic sancto Episcopo tres maleuoli homines calumniam intenterant, diris se, si fallerent, deuouentes. Primus, vt igne conflagraret; secundus, vt fontico, detestabilique morbo periret; tertius, vt oculis priuaretur. Sed diuina vindicta non dormiète, primus scintilla vnica à lucerna proficiente, domo succensa, cum propinquis fortunisque omnibus cõburitur. Secundus, morbo grauissimo, qui totum corpus inuasit, corripitur. Tertius dolum & malitiam statim est professus; neq; lachrymarum prius modum fecit, quàm vna cum illis oculorum vim & aciem diffluere sensit. Tormenta paucorum exempla sunt omnium.

5. *Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.*

Vana gloria.

**L**ocus moralis contra propriæ laudis & honoris appetitum. Seipsum glorificat, & suam gloriã quærit, qui laudem aucupatur, seu de rectè factis, vt vanus; seu absque illis, vt hypocrita. Vtriusque gloria nihil est, quia Deo non placet, quia boni operis meritum perdit, quia multorum malorum causa est. *Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Qui existimat se aliquid scire, nondum cognouit quomodo oporteat scire.* Modus optimus sciendi est, suam in plurimis ignorantiam agnoscere. Qui plurima quæ ignorat, attendit; is etsi multa sciat, se nihil scire arbitratur. Tale erat Socratis dictum: *Hoc vnum scio, me nihil scire.* Quodcunque vas aquæ teneas, si fontem aut puteum attendas, te nihil aquæ habere cogitabis. Nihil est, quod in comparatione alterius parũ est. Rursum de iis, qui suã gloriam quærunt, ait Christus: *Receperunt mercedem suam.* Sicut ventus tollit puluerem de terra, & in aërem dispergit; sic vana gloria tollit meritũ boni operis, & totum aëreis dæmonibus dispergit, vt illis superbis spiritibus in voluptatẽ vertatur, quod apud iustũ Deum mercedem alioqui habiturum erat. Sicut peregrini mutã vestem

1. Cor. 1.

1. Cor. 10.

Sciendi modus optimus.

*Apophthegma.*

*Simile.*

*Simile.*

*Simile.*



in hostili terra, ne cognoscantur: sic rectè facta occultare, non ad laudem captadã publicare debemus; ne, captata laude, in hostium dæmonum potestatem veniant. Sapienter Gregorius: *Depradari desiderat, qui thesaurum publicè portat in via.* Ostendit Ezechias Rex nuntijs Babylonijs domum aro-  
 matum, & aurum, & argentum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis. Sed ex eo factum est, vt paulo pòst Sennacherib, Rex Assyriorum, numerosissimo cum exercitu ascenderet ad ea depradãda. Sicut manus Moyse, extra sinumeducta, lepra statim infecta est; sed in sinu reposita, sana erat: sic opus manuum bonum & laudabile, intra conscientiam manens, sanum & integrum est; foras prodiens, lepra vanitatis inficitur. Non est carbo sic ignitus, qui non moriatur, nisi cineribus cooperiatur. Nulla virtus tanta est, cuius tota gloria non pereat, nisi humilitate tegatur. Mira res. Christus ipse suam gloriam quærere non potuit, qui tamen, quæcunque accepit gratiarum munera vt homo, habuit illa in se vt Deus: cuius etiam actiones & virtutes omnes, nec imperfectione vlla, nec labe laborarunt, perfectæ fuerunt, tã quoad operis substantiam, quã quoad modum agendi. Absurdissimum ergo, non solum impium est, quenquam hominem suam gloriam quærere, qui nihil habet nisi quod accepit, cuiusque virtutes & multis peccatis mixtæ sunt, quasi que contaminatæ & vix vnquam perfectæ sunt. *Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acce-*  
 peris? Qui quærit gloriam suam, sic gloriatur, quasi ex se, non ex Deo aliquid gloria dignum faceret. Qui bene intelligit, se nihil laude dignum ex se, aut suis viribus, sed ex mera Dei gratia, eaque indebita, ideoque ex sola Dei misericordia & benignitate operari & facere, ille certè non in se, sed in Domino solo gloriabitur. Hoc enim sensu, *Soli Deo honor & gloria*, quia solus Deus omnium bonorum fons & author est. *Omne donum optimum, desursum est, descendens à patre luminum.* Qui ergo sibi, non Deo aliquid tribuit, ideoque suam, non Dei gloriam in omnibus quærir; eius gloria nihil est, sed eius peccatum magnum est. Sicut materia prima, quãto magis infima, & omni forma denudata est, tanto magis pluriũ formarum est susceptiua: sic animus, quanto humilior, tanto gratiarum capaciõ; ipsaque virtus, quanto se abiectiorem facit, tanto est laude dignior. Lucifer quærens gloriam suam, non Creatoris sui, omni sua gloria spoliatus est, & teterrimus dæmon

*Exemplum.*  
 4. Reg. 20.

*Allegoria.*

*Simile.*

1. Cor. 4.

1. Tim. 1.  
 Iacobi 1.

*Simile.*

*Exemplum.*

dæmon effectus. Huius rei exēpla alia in alia Dominica pro-  
 tulimus. Ne quis propriam suam gloriam quærat, magnum  
 documentum Christus dedit, dicēs: *Cum feceritis omnia qua-  
 cumque præcepi vobis, dicite, quia serui inutiles sumus: quod de-  
 buimus facere, fecimus.* Vult nos hoc dicere, & haud dubiè  
 idem sentire. Nūquam autem gloriabitur, qui se seruū inuti-  
 lem verè iudicat. Sicut splendor solis vmbra in corpore ge-  
 nerat; sic actio virtutis gloriam agenti parit. Sed vt vmbra  
 suam quanto magis corpus persequitur, tanto magis illa fu-  
 git a corpore; sic gloriam quanto magis actio virtutis captat,  
 eo magis illa virtus caret. Idcirco hoc animis omnium ho-  
 minum ingeneratum est, vt nullos minùs honorent, quàm  
 quos honoris cupidos vident. Quum Alexander, superato  
 Dario, ad Græcos scriberet, vt eum pro deo haberent; Lace-  
 dæmonij decretum eiusmodi fecerunt: *Quoniam Alexander  
 deus esse vult, deus esto.* Hominis vanitatem scitè refutarunt.  
 Menecrates medicus adèd superbia turgebat, vt seipsum Io-  
 uem appellaret. Hunc ad splendidum conuiuium Philippus  
 Macedonum Rex inuitauit, seorsumque mensam ei iussit ap-  
 parari, & apponi acerram, suffitumque fieri: quo ille primùm  
 delectatus, sed fame tandem urgente, quum cæteris epulan-  
 tibus, nihil ei aliud apponeretur, delusus & confusus à mensa  
 surrexit. Socrates, quum videret Antistenē attritā partem ve-  
 stis semper in conspectum protendere, *Quin desinis, inquit,  
 arrogantiam tuam nobis prodere? Adèd viderunt isti ethni-  
 ci eos, qui gloriam suam quærent, omni prorsus gloria me-  
 ritò carere, & eorum gloriam nihil esse.* Vnde & Antisthenes  
 quia Platonē mirè fastuosum nouerat, eum aliquādo ægrum  
 inuisens, & vas in quo vomuerat, conspiciens, *Bilè hîc, inquit,  
 video; fastum non video: vtile ei fore iudicans, si equè fastum  
 euomere potuisset, quàm bilem.* Columbæ in aëre ex volatu  
 plaudunt, varieque sulcant pennarum suarum varietate ob-  
 lectatæ: sed interim ex hac ostentatione strepituque alarum  
 quem affectant, accipitri prædæ sunt, alioqui subito volatu  
 multò accipitrè velociores. Idè illis contingit, qui ex osten-  
 tatione virtutū gloriā affectantes, diabolo prædæ hominibus  
 oblectamento sunt: quod vtrūque vitaret, si celeri obliuione  
*ea que retrò sunt obliuiscens, ad ea que ante sunt sese semper  
 extenderent, vt docet Apostolus.* Dum enim peracto bono o-  
 perî per vanam gloriam immoramur, progressum in virtute  
 penitus retardamus. Vnde fit, vt & præteritarū virtutum iu-  
 sta

Lucæ 17.

Simile.

Exempla.

Aelian. var.  
hyst. lib. 2.

1.

Idem lib. 12.

2.

Idem lib. 9.

3.

4.

Bruson. lib. 6.  
cap. 5.

Bruson. lib. 3.

cap. 36.

Simile.

Philip. 3.

sta laus nobis pereat, & virtutis actio in posterum frigescat. De hac propriæ laudis vana & impia cupiditate præclare in hæc verba scripsit sanctus Augustinus: *Nunquid, Domine, qui solus sine typho dominaris, hoc tētationis genus cessauit à me, aut cessare in hac tota vita potest, timeri & amari velle ab hominibus, non propter aliud, sed vt inde sit gaudium, quod non est gaudium? Misera vita est, & fœda iactantia. Hinc fit vel maximè non amari te, nec castè timeri te, ideoq; tu superbis resistis, & humilibus das gratiam, & in tonas super ambitiones seculi, & contremiscunt fundamenta montium. Itaque nobis, quoniam propter quadam humane societatis officia, necessarium est amari & timeri ab hominibus, instat aduersarius vera beatitudinis nostræ, ubique spargens in laqueis, Euge, Euge: vt, dum auidè colligimus, incautè capiamur, & à veritate tua gaudium nostrum deponamus, libeatq; nos amari & timeri, non propter te, sed præ te; atque isto modo sui similes factos, ad supplicij sui consortium nos trahat. Nos autem Domine pusillus grex tuus sumus. Tu nos posside. Gloria nostra tu esto, propter te amemur. Et paulo post: Qui plus gaudet laudari se, quàm donum tuum habere unde laudatur, iste te vituperante laudatur ab hominibus, sed te iudicante non defendetur ab hominibus. Et melior iam est ille qui laudauit, quàm iste qui laudatus est. Illi enim placuit in homine donum Dei, huic amplius placuit donum hominis quàm Dei. Hæc Augustin. Nempe charitas omnia facit, & patitur pro veritate; ambitio omnia facit & patitur pro vanitate. Ad eò & tot modis verum est, quod Redemptor noster dixit: *Sigloriã meam quero, gloria mea nihil est.* De hoc argumento in alijs Euangelij plura diximus.*

6. *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia demonium habes. Abraham mortuus est, & Propheta: & tu dicis, Si quis sermonem, &c.*

**L**ocus moralis contra maleuolum & temerariũ iudicium quod omnia in pessimam partem interpretatur. Quum enim similia verba Christ⁹ mulieri Samaritanæ dixisset; *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: nec calumniatur, nec irridet, etsi nō intelligeret, quid Christus diceret; sed vt discendi cupida, non carpenti auida, respondit:*

*Domi*

Judiciũ maleuolum & temerarium.  
Ioan. 4.

*Similia.*

*Iudæorum cauillationses contra Christum.*

*Sap. 9.*

*Ioan. 6. Cauil. 1.*

*Ioan. 6. 2. Cauill.*

*Ioan. 7. 3. Cauill.*

*Ibidem, 4 Cauill.*

*Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.* Tâto plus valet indocta simplicitas, quàm proterua calliditas. Ex eodem flore aranea venenum, apìs mel colligit. Eadem pluuiâ in cicuta venenum, in vite vinû producit. Eadem margarita à porcis conculcatur, à peritis in admiratione habetur. In eodem prato bos herbâ, canis laporem, ciconia lacertam, apìs florem, insidiator prædâ, æger sanitatem, sanus voluptatem quærit Sic sapientum dicta & facta maleuolis hominibus malè sonant, peiùs olent, pessimum gustum præbent. Iudæorum circa Christi verba & facta, vt maleuolentia insignis, sic cauillatio frequēs fuit. Aliquas eorum cauillationes hîc commemorabimus; vt eorum exemplo discant fideles, quanta sit maleuolentiæ vis in dictis ac factis proximorum, in pessimam semper partem iudicandis. Si enim ipsa Dei Sapientia loquente, inuenire toties maleuolentia potuit quod caperet; in cæteris hominibus (*quorum cogitationes timida, & providentia incerta sunt*) quid non inueniet maleuolentia, si semel cor possidet, vnde reprehendat? *Quum* Christus Iudæis diceret *Ego sum panis qui descendit de cælo; murmurabant, dicentes: Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem?* Sed causam, murmuris Christus statim docet, quia carnales erant. Respondit enim: *Nolite murmurare adinuicem. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus, qui misit me, traxerit eum.* Nempe incredulitatem eorum post tot visa miracula, & maximè hesternum illud de panibus multiplicatis, ex animi superbia & maleuolentia profectam, his verbis arguit, & murmurationis causam fuisse docet. Rursum quum Christus diceret, *Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita: Iudæi litigabant adinuicem, dicentes; Quomodo hic potest nobis carnem suam dare ad manducandum?* Sonat hîc iterum (vt in hæreticis hodie) incredulitatis vox, omnia carnaliter intelligentis, & crassè ac pessimè omnia interpretantis. *Quum* Christus in templo doceret, Iudæi mirabantur, dicentes: *Quomodo hic literas scit, quum non didicerit?* Nempe quum doctrinam ipsam reprehendere non possent, personam doctoris examinant, & sicut ingrati ac malè curiosi hospites cibos appositos non sumunt, sed vnde apponuntur inquirunt. Dicente Christo, *Quid me queritis interficere? respondit turba, & dixit, Daemonium habes, quis te querit interficere?* *Quum* veritas vlcus digito tangeret, vt sanaret; in maledictum proripiunt, ne sanentur: & quod ad

ad medelam prolatum est, in extremam perniciem vertunt, dum vulnus tãcendo & negando, immedicabile illud faciunt. Quum Christi constantiam in docendo, & publicè ac palàm loquendo, videret turba, adèò vt suspicaretur ipsos synagogæ suæ principes doctrinam eius approbare, quam sic tolerabant, inuenit maleuolentia quod adhuc in Christo carperet. Dicebat enim: *Nonne hic est quem quarunt interficere? Et ecce palàm loquitur, & nihil illi dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem quum venerit, nemo scit vnde sit.* Cauillantur contra conscientiam. Sciebant enim Messiam esse de semine Dauid, & aduentum Christi in carnem non debuisse illos latere, sed iuxta veteres prophetias quæ quotidie in synagogis legebantur, & ex miraculis quæ videbant, toti populo debuisse innotescere. Nam & ideo, visis miraculis, dicebant: *Christus quum venerit, nunquid plura signa faciet quàm quæ hic facit?* Sed maleuolentia atque inuidia ipsam lucem in tenebras vertit. Paulo pòst, quum auditis Christi verbis quidam dicerent, *Hic est verè Propheta; alij verò, Hic est Christus:* turba maleuola dicebat; *Nunquid à Galilæa venit Christus? Nonne Scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, venit Christus?* Magna maleuolentiæ cæcitas. Paulo antè dixerunt, *Christus quum venerit, nemo scit vnde sit.* & hinc confitentur tum genus ac familiam, tum natiuitatis locum. Neque ignorare poterant, etsi in Galilæa educatus esset Christus, tamen in Bethlehem natum eum fuisse: quod ne ignorarent, sola illa innocentum paruulorum tam infamis occisio sufficiebat. Sed maleuolentia ad apertam lucem oculos claudit. Quum ministri ad capiendum Christum missi, & vacui redeuntés, dicerent, *Nunquam sic locutus est homo sicut hic homo: responderunt eis Pharisei; Nunquid & vos seducti estis? Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum? aut ex Phariseis? Sed turba hac quæ non nouit legem, maledicti sunt.* Vide rursum quid faciat inuidia & malitia. Turba non vult credere, etsi principes credant, quia quum Christus venerit, nemo scit vnde sit. Principes nolunt credere, etsi turba credat; quia turba ignara est, & nescit legem. Ita ad non credendum Christo apud homines maleuolos, tam scientia quàm ignorantia argumētum facit. Quum Christus diceret, *Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris:* Pharisei dicunt ei; *Tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuum non est verum.* Et tamen

*Ibidem.*  
5. Cauill.

6. Cauill.  
*Ibidem.*

7. Cauill.  
*Ibidem.*

8. Cauill.  
Ioan. 8.

ijdem Pharisei, tum ipsi Christo antea dixerant, *Quousque tollis animam nostram? Dic nobis palam si tu es Christus*: tum ad Ioannem miserunt, dicentes: *Tu quis es? ut ipsius de seipso testimonium acciperent & crederent: Sed malitia, siue taceas siue dicas veritatem, semper habet quod reprehendat.*

9. Cauill.  
Ibidem.

Quum Christus diceret, *Quod ego vado, vos non potestis venire; Iudæi dixerunt, Nunquid interficiet semetipsum? Candida sapè interpretatio, & maleuolorum hominum temeritate digna. Dicente ad Iudæos Christo, Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos: responderunt ei; Semen Abraham sumus. Nemini seruiuimus unquam. Quomodo tu dicis, liberi eritis?*

10. Cauill.  
Ibidem.

Homines carnales & inflati, non nisi carnalem libertatem somniant; quam non veritas, sed vanitas operatur. Nec Christus dixit, *Liberi eritis*, quasi omni modo serui essent; sed, *Veritas liberabit vos*, nempe à vanitate & seruitute peccati.

11. Cauill.  
Ibidem.

Quum iterum diceret Iudæis, *Vos, que vidistis apud patrem vestrum, facitis; responderunt ei, Pater noster Abraham est. & paulo post: Nos ex fornicatione non sumus. Vnum patrem habemus Deū. Quia maleuolentiæ & inuidiæ radix superbia est, ideo Christi verba intelligere nolunt, quæ de patre per imitationem, non per naturam aut per electionem loquuntur.*

Ideo Christus illis dixit: *Sermo meus non capit in vobis. Et iterum: Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Nempe superbia, odium, maleuolentia, inuidia, Iudæorum animos sic in transuersum egerunt, ut nulla Christi verba vel intelligere, vel æquo animo capere potuerint.

12. Cauill.  
Ibidem.

Sic in hoc nostro Euangelio maleuolentiæ suæ fructus varios protulerunt. Dicente Christo; *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum; quod de morte non temporali, sed æterna; nec corporis, sed animæ, cum dixisse, etiam si simplex tantum Propheta esset loquens in persona Dei, Iudæi in lege Dei edocti, ignorare non poterant, nisi animorum agritudo caliginem illis offudit; statim cauillantur, quasi de morte temporali loquutus fuisset, dicentes: Nunc scimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Propheta.*

13. Cauill.  
Ibidem.

Rursum dicente in hoc Euangelio Christo; *Abraham exultauit ut videret diem meum; vidit, & gauisus est: cauillatur illi statim, non sensum tantum, sed & verba Christi peruerentes; Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Neque enim dixerat Christus quod ipse Abraham viderat, sed quod Abraham illum.*

Po-  
ruit

tuit autem Abraham fide aut spiritu Prophetico Christum præuidisse, etsi Christus vt Filius Dei ab æterno non esset. Deinde non dicit Christus quòd Abraham ipsum viderit, sed quòd *diem eius vidit*, id est, aduentum eius in carnem præuidit: quod certè Iudæi ignorare non debebant, in quorum lege vni Abrahæ de Christo ex semine eius oriundo, in quo omnes gentes benedicerentur, tam claræ & tam crebræ promissiones factæ fuerant. Sed malitia excæcati, in media luce palpant, legem suam ignorant, & Christi verba bis peruertunt. Iam verò quum Christus cæcum à natiuitate sanaret in sabbato, oculos illi aperiens, cauillantur Pharisei: *Non potest hic homo à Deo esse, qui Sabbatum non seruat.* Scilicet maximum miraculum, & magnam Christi misericordiam non vident, non aduertunt, non probant: ex circumstantia temporis ansam cauillandi arripiunt. In qua etiam circumstantia crasse & turpiter errarunt, vt Christus illis in Euangelio sapius exposuit. Rursum ex nimia malitia increduli dicunt cæco restituto: *Da gloriam Deo. Nouimus quia hic homo peccator est.* Quum maximam tanti miraculi virtutem arguere, euidentiã confutare non possent; iterum personam carpunt, & impotenter calumniantur. Antea coràm & in facie à Christo prouocati, dicente: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* magis muti quàm pisces, nihil inueniunt quod arguant. Hic absente Christo mussitant: *Nouimus quia peccator est.* Sic solet in angulis maleuolentia traducere, quos coram, & in facie vix audet aspicere. Christo dicente; *Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam;* multi Iudæorum dixerunt: *Dæmonium habet, & insanit vt quid auditis eum?* Nulla esse potest magis expressa malitia: vnde alij Iudæi eam statim confutarunt, dicentes: *Non sunt hæc verba hominis dæmonium habentis. Nunquid dæmonium potest aperire oculos cæcorum?* Duplici modo maleuolentiam confutant: primùm à sapientia doctrinæ; deinde ab operum virtute: Sed facilius maleuolentia refutatur quàm sanatur. Hæc exempla sufficiant.

14. Cauill.  
Ioan. 9.16. Cauill.  
Ibidem.

Ioan. 8.

Ioan. 10.  
16. Cauill.

## 7. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum.

**L**ocus moralis contra iram. Iudæi, maleuolentia & odio iræ vitium, pleni, quum nihil se contra Christum cauillando proficere posse cernerent, ira & furore pleni ad lapides conuolant. Quemadmodum si fera aliqua interiores machinas laxatas

Similia.

1. conturbatâsq̄ue habeat, nec aperiri, nec claudi potest; ita, si præ iracundia interiùs animus conturbetur, neque ad ea quæ rationi sunt consentanea percipienda, neque ad verum
2. ipsum discernendum aptus est. Et sicuti arboris trunco commoto & agitato, frondes & rami mira statim celeritate agitantur; sic corde per iracundiam perturbato, ilico omnia corporis membra agitationem celerrimam patiuntur: lingua garrit, oculi inflammantur, crura tremunt, brachia & manus ad vlcionem armantur, vt in hoc Euangelio. Saxa volant, furor arma ministrat. Hac animi passione vtitur diabolus ad multa peccata perpetranda. Quemadmodum enim fur ad furandum, noctem quandam obscurissimam, ac densissimis offusam tenebris, deligit; sicut lupus turbulentum expectat tempus quo gregem inuadat; veluti piscator fluvium quærit turbidum ad rete tendendum; ita dæmon, rapacissimus prædo, vorax lupus, & piscator astutus, iracundiæ impetus obseruat, ipseque interdum ad iracundiam per obiecta mouet, vt eius occasione in mille mala hominem præcipitet. Hinc enim maledicta blasphemix, iniuriæ, verbera, & cædes nascuntur. Memorabile iracundiæ exemplum refert Seneca. Cn. Piso, memoria nostra, quum iratus duci iussisset eum qui ex comæatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum non dedit. Damnatus, extra vallum ductus est, & iam ceruicem porrigebat, quum subito apparuit ille qui occisus videbatur. Tunc Centurio, supplicio præpositus, condere gladium spiculatorem iuber. Damnatum, ad Pisonem reducit. Conscendit tribunal furens Piso, ac duci iubet vtrunque, & eum militem qui non occiderat, & eum qui non perierat. Adiecit & tertium. Nam ipsum Centurionem qui damnatum reducerat, duci iussit. O quàm solers est iracundia ad fingendas causas furoris! Te, inquit Piso, duci iubeo, quia damnatus es: te, quia causa damnationis commilitoni fuisti: te, quia iussus occidere, Imperatori non paruisti. Excogitauit iracundia quomodo tria crimina faceret, quia nullum inuenerat. Hæc ille, Huius impotentis iracundiæ exempla alia multa commemorat Seneca. Alexander Magnus, iræ impatiens, intimum amicum suum Clitum sua manu interfecit. Lucius Sylla C. Mario perfringi crura, erui oculos, amputari manus iussit, & quasi toties occideret quoties vulnerabat, paulatim & per singulos artus lacerauit. Caius Caligula, multis occisis Senatoribus,
- quum

*De Ira lib. 1.  
cap. 16.*

*Exemplum,*

*Exempla.  
De Ira, lib. 3.  
cap. 17.*

*Cap. 18.*



quum nec adhuc ira eius placari posset, oprabat populum Romanum vnam ceruicem habere, vt scelera sua tot locis ac temporis diducta, in vnum locum, & in vnum diem cogeret. Rex Persarum, iratus, totius populi nares recidit in Syria, nouo genere pœnæ delectatus. Cyrus Rex, flumini Gynde iratus, quòd vnus ex albis equis regium cutrum trahebat, in eo abreptus periret, totum belli apparatus in flumen transtulit, & tam diu assedit operi, donec centum & octoginta cuniculis diuisum alueum, in trecentos & sexaginta riuos dispergeret, & siccum relinqueret, in diuersum fluentibus aquis. Non est iræ modus, vbi frena ei semel laxantur. Ruinis simillima est, quæ super id quod oppressere pariter franguntur. Sic enim ira non tam eum qui per iram læditur, quàm qui lædit, præcipitem dedit.

Deinde infame vitium est, & animi prorlus ægerimi argumentum. Sicut ægræ & infelicis valetudinis est, quem leuis aura contraxit; affecti oculi, quos candida vestis ob-  
 turbat; dissolutus delicijs, cuius latus alieno labore cond-  
 luit; sic ad leuia concitari, mentis ægritudo est. Myndridem aiunt fuisse ex Sybaritarum ciuitate, qui cùm vidisset fo-  
 dientem, & altiùs raltrum alleuantem, lapsum se heri que-  
 stus, veruit illum opus in conspectu suo facere. Idem se bilem habere sapius questus est, quòd folijs rosæ duplicatis incubisset. Nempe vbi animum simul & corpus voluptates  
 corrumperet, nihil tolerabile videtur; non quia dura sunt quæ  
 patimur, sed quia nos molles sumus qui patimur. Nunquam  
 sine querela, ægra tanguntur. Nunquam sine bile iracundus  
 offenditur. Omnia uæ natura fera ac rabida sunt, com-  
 mouentur ad minima. Taurum color rubicundus excitat; ad  
 vmbra aspis exurgit; vrsos ac leones irritat mappa. Idem  
 inquietis & stolidis ingenijs euenit. Rerum suspitione  
 feriantur. Ira non est animi magnitudo, sed tumor inanis; tantumque  
 abest à magnitudine animi, quantum à fortitudine audacia, à  
 fiducia insolentia, ab austeritate tristitia, à seueritate crudelitas.  
 Multum interest inter animum sublimem & superbum. Sublimis  
 omnia aduersa despicit: Superbus minimis turbatur. Vnde S. Scriptura:  
*In domo superborum nunquam desunt iurgia.* Vt rela à duro resiliunt, ita  
 nulla magnum animum iniuria ad sensum sui adducit. Neque v-  
 lum argumentum magni animi certius quàm nulla iniuria, nulla  
 contumelia, nulla aduersitate è statu suo dimoueri. Pars superior  
 mundi, & ordinatior ac propinqua fideribus,

Cap 20.

Simile.

Ira vitium infame.

Seneca de Ira, lib. 2. cap. 25.

Similia.

Exemplum.

Simile.

Ira minimis irritatur.

Ira tumor, non magnitudo.

Prou. 13.

Simile.

Simile.

nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbinem, omni tumultu caret. Sola inferiora & & sublunaria fulmine feriuntur, ventis agitantur, frigore & æstu affiguntur. Sic sublimis animus quietus semper, & in statione tranquilla collocatus. modestus, & venerabilis, & dispositus est: at imbellis, & ignobilis, & ignauus animus quouis aduersi flatus momento quasi inane folium huc illucque rapitur. Cæcam iræ impotentiam tyrannus ille Hippias suo magno malo docuit. Tyrannicida imperfecto opere comprehensus, & ab Hippia tortus vt conscios indicaret, circumstantes amicos tyranni nominauit. Et cum ille singulos, vt nominati fuerant, occidi iussisset, interrogauit ecquis superesset. Tu, inquit, solus. Neminem enim alium, cui charus esses, reliqui. Effecit ira vt tyrannus tyrannicidæ manus accommodaret, & præsidia sua gladio suo cæderet. Sicut vespa semel irritata, ipsa saxa ac ligna proxima, non homines tantum cum stridore impetit; sed saxa quidem non lædit, homini, etsi modicum dolorem inducit, aculeum tamen amittens, ipsa perit: sic iratus cæco iudicio furit, verba fundit inania, & quemuis obuium temere petit, multos & forriores nihil lædens; quos autem lædit, toto charitatis stimulo amisso, cum maximo suo detrimento lædit. Et huius quidem mali remedia, ac patientiæ documenta multa sanè sapientia naturalis docuit: quæ vt penitus contemnenda non sunt; quia rationis lumen homini rationali viam aliquando monstrare mirandum non est; ita infirma & inuailida sunt præ illis quæ Christi gratia & doctrina cælestis nos docuit, quæ nos paulo antè in hoc ipso Euangelio recensuimus. Exempla modestiæ in Socrate, in quo iræ signum erat vocem submittere, loqui parcius: in Platone, qui iratus seruo, ab alio eum percuti iubet, ipse cum percutere non vult: in Philippo Macedone, qui Democharis petulantiam æquo animo sustinuit, quum Atheniensium legatus existens, ab eoque rogatus qua in re Atheniensibus gratificari posset, respondit, si te ipsum suspendas. in Antigono Rege, qui milites quosdam audiens de se pessimè loquentes, nihil alioqui commotus, Longius (inquit illis) discedite, ne vos Rex audiat. in Augusto Cæsare, qui Timagenem historicum in ipsum, in vxorem, in totam domum eius multa blaterantem, Romæ tamen viuere & florere permisit; non tam nos ad similem modestiam mouere, quam de immodestia confundere debent. Nos Christi Spiritu imbutos, ipsum maximè

Redempto-

*Seneca lib. 3.  
cap. 6. de Ira.*

*Sen. lib. 2. c. 23  
de Ira.*

*Exemplum.*

*Simile.*

*Modestiæ eth-  
nicorum ex-  
empla.*

Redemptoris nostri infinitæ patientiæ & modestiæ exemplum, posteaque sanctorum, qui eius imitatores fuerunt, exempla mouere debent. S. Elzearius Comes, quum vxor eius nimiam eius, vt videbatur, patientiam miraretur, quòd in tam ampla familia, & tam multis negotiis toties offensus, nullum offensionis signum daret: Ecquid verò, inquit, prodest irasci? Nihil profectò. At tamen explicabo tibi arcana pectoris mei: *Noueris me interdum sentire aliquã in animo aduersus infestantes me indignationem. Sed ilico me conuerto ad cogitandas iniurias Christo illatas, dicoque mihi ipsi, eum imitari cupiens: Etiam si famuli tui barbam tuam conuellerent, & colaphos tibi impingerent, nihil hoc totum esset præ illis quæ Dominus tuus & plura & maiora perpeffus est: certòque habeas (coniunx mea) me nunquam cessare à commemorandis iniurijs Saluatoris mei, donec animus meus planè sit tranquillus.* Plus in hoc vno exemplo succi, & virtutis, & documenti est, apud animum Christi Spiritu imbutum, quàm in quibuscunquè ethnicorum & Philosophorum seu factis, seu dictis. Nullum enim ad omnem patientiam efficacius remedium, quàm Christi Redemptoris vel exemplum, vel gratia, vel doctrina.

*Exemplum  
sanctum.*

*In vita eius capi:  
23. apud Surijs  
tom. 5.*

8. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

**L**O C I morales varij. Primum docet Christus hoc suo exemplo, quòd vera charitas quæ aliorum sunt magis curat, quàm quæ sua. Christus enim in aliorum periculis propulsandis, in sanandis ægris, in reddendo visum, auditum, gressum, loquelam, cæcis, surdis, claudis, & mutis, in pascendis aliquot hominum millibus, potentem se & mirabilem ostendit. In suis autem periculis, per modum infirmi hominis, latebras quærit, & fuga sibi consulit. Hoc exemplo edocti pij, in se ipsos rigidi, erga alios benigni sunt. Secundò docet non esse semper accepta potestate vtendum, sed in tempore eam dissimulandã, tolerando multa in quæ statim animaduertere non expedit. Sic Paulus: *Omnia mihi licent, sed non omnia adificant.* Et Christus discipulis suis, eius potestatem in coercendis malis importunè flagrantibus, respondit: *Nescitis cuius spiritus estis.* Appositè Cato senior dicebat: *Parcè vtendum potestate, quòd semper ea uti possis.* Tertio docet immodicum sui amorem præcindere, nec proprias iniurias in potestate vlscisci. Sapienter Basiliius: *Multo grauius Superiori ferenda aliorum iniuria, quàm sua sunt. Hoc enim si*

1.  
Charitas, quæ aliorum sunt, quærit nõ suã.

2.  
Potestate non est semper vtendum.  
1. Cor. 10.

Luca 9.  
Plut. in Rom.  
apoph.

3.  
In regul. breuior,  
ad quæst. 50.

Propriæ iniuriam condonanda.

fecerit, & suspitionē à se illam hominis seipsum immodicè amā-  
tis submouebit, & plenissimè se non peccantem odisse sed peccatum auersari ac prosequi, declarabit. Sic enim hoc loco Christus Iudæorum lapides, quum in illos reflectere potenter potuisset, humiliter eos declinare maluit. Quartò docet declinare & fugere nos posse iniustam & violentam persecutionem, maximè personalem, qualis hæc erat. Sic alibi de eo scriptum legimus: *Non volebat in Iudæa ambulare, quia querebant eum Iudæi interficere.* Rursum post edictum Pharisæorum de eo capiendo; *Non ambulabat palàm apud Iudæos, sed abiit in desertum iuxta regionem Ephrem.* Hæc nos omnia suo, vt carnali lectori videri potest, ignominioso discessu, altissima Dei sapientia docuit. Quæ singula latius explicare, quia huius Euangelij tractatio multum excreuit, & hæc loca iterum possunt occurrere, in præsentia desistimus.

4.  
Persecutionem fugere licet.  
Ioan. 7.

Ioan. 21.

## EVANGELIVM DOMINICÆ

IN RAMIS PALMARVM,

ante benedictionem earum.

Matth. 21.



VM appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage, ad mōtem Oliueti, tunc misit duos discipulos suos, dicens eis: *Ite in castellum quod contra vos est; & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea. Soluite, & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet; & confestim dimittet eos.* Hoc autem totum factum est, vt impleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem: *Dicite filie Sion; Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.* Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præceperat illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua in via. Alij autem cadebant ramos de arboribus, & sternebāt in via. Turbæ autem quæ precedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: *O sanna Filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Domini.*

## PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. *Dicite, quia Dominus his opus habet, & cōfestim dimittet eos.* De operibus misericordiæ in pauperes Christi.

2. *Venit Rex tuus tibi mansuetus.* De charitate erga Christum Regem nostrum, nobis datum, &c.

3. *Sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.* De humilitate, & paupertatis studio etiam in medijs honoribus seruando.

4. *Et imposuerunt super eos vestimenta sua in via. Alij autem cadebant ramos de arboribus, & sternebant in via.* De feruore colendi Deum.

5. *Turba autem qua precedebant, & qua sequebantur clamabant, dicentes, Osanna Filio Dauid.* Deum ab omnibus laudandum, ab omni statu, sexu, ætate.

6. *Hosanna Filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Domini.* De honorum & affectionum humanarum insigni mutabilitate.

1. *Dicite, quia Dominus his opus habet, & cōfestim dimittet eos.*

**L**OCVS moralis de operibus misericordiæ in pauperes Christi. Nam Christus hoc loco in vsum suum asinam & pullum per discipulos suos petens, non alia vel prece, vel persuasione vtitur, quàm hac sola voce: *Dominus his opus habet.* Qua etiam voce audita, cōfestim dimittuntur. Christi ergo verbum, & eius obedientia ac promptitudo, qui asinæ & pulli Dominus erat, docet, in iuuandis proximis factis superque causæ esse, quòd nostro subsidio atque adiutorio proximus indigeat: qui videlicet quoties indiget, Dominus indiget: vt hoc solo audito & intellecto, *Dominus his opus habet*; cōfestim ad opus misericordiæ, tanquam Domini amatores, & serui obedientes accingamur. Qui asinam & pullum hunc alligatos possidebat, auditis illis verbis, *Dominus his opus habet*; de Christo hoc dici intellexerat, tum quia discipuli Christi erant iam circa Hierosolymam notissimi, qui hoc dixerant; tum quia hoc, quasi honoris titulo Christus ab omnibus, qui eum norant, vocabatur. Non solum enim à suis vocabatur, Magister & Dominus, vt ipsemet ad eos aliquando dixit, *Vos vocatis me magister & Domine; & bene dicitis: sum etenim*: Et rursus Martha ad Mariam dicit, *Magister adest, & vocat te*: & ipsa Martha ad Christum, *Domine si fuisses hic*: & Centurio ad Christum, *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum*: & Ioannes videns Christum in litore stantem, dixit Petro, *Dominus est*: verum etiam ab iis, qui Christum minus diligebant, eo nomine vocabatur. Quos enim tentandi ergò ad Christum Pharisei miserant; dicunt ei, *Magister, scimus quia verax es, &c.* & Simo Phariseus ad Christum ait: *Magister dic.* Legislator quoque tentans Christum, ait illi: *Magister bone, quid faciès,*

De operibus misericordiæ.

Ioan. 13.

Ioan. 11.

Matth. 8.

Ioan. 22.

Matth. 23.

Luca 7.

*vitam æternam possidebo?* Denique qui missi à Christo erant, ut cœnaculum ei pararent, ubi mādicaret Pascha, dixerunt hospiti domus: *Magister dicit, Tempus meū propè est: apud te facio pascha.* Postremò propter multos incredulos, qui Christum etiam in terris voce, non corde prædicabant, & hoc titulo honorabant, dixit Saluator: *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum.* Asinæ igitur & pulli Dominus, audito discipulorum verbo, *Dominus his opus habet*, non nisi Christum intellexit, ideòque ob eius reuerentiam, confestim eos dimisit. Nam (ut scribit D. Lucas) *soluentibus illis pullum, dixerunt Domini eius ad illos: Quid soluitis pullum?* Meritò enim mirantur factum insolitum, & hominibus ad rem suam intentis, manifestè iniuriosum. Cæterùm audito discipulorum responso, *Dominus his opus habet*, in Christi gratiam, absque vlla difficultate, confestim dimiserunt. Docet tam prompta horum hominum obedientia, Christi que ratio proposita, ad omne misericordiæ opus promptissimos nos esse debere. Notior nobis est Christus, quàm illis hominibus fuit. Plura à Christo beneficia accepimus, plura nos accepturos speramus, quàm illi aut acceperant, aut tunc sperare potuerant. Omnes autem pauperes fideles, maximè pro Christo, & fide eius indigentes, verè Christi pauperes esse, satis manifestè Christus docuit, quum de huiusmodi *minimis suis*, id est, pauperibus & abiectis Christianis diceret: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* & Saulo Christianos persequenti, clamat è cælo Christus: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Quoties ergo pauper in Christo, & maximè pro Christo indiget, toties Dominus indiget. Christus in suis pauperibus cibo, potu, vestitu, pecunia indiget. Quoties pauper eleemosynā pro Christo petit, toties cogita tibi dici, *dominus his opus habet.* Noli de equis, canibus, & auibus tuis alendis magis esse sollicitus, quàm de Christi pauperibus. Non toleratur in familia minister, cui paruulorum cura cōmittitur, si neglectis illorum alimoniis, auiculas tantum suas, aut catellos pascat. *Vnicuique dedit Deus curam de proximo suo.* Omnes Christi pauperes, cui sunt, si tu ad Christum pertines. Nullum eius corporis membrum, cuius tu ipse pars es, alienum à te esse potest. Sapienter quidam Archiepiscopus (ut refert Philippus Diez) ad suum œconomum dixit. Conquerente enim illo, & dicente Archiepiscopo Domino suo, quòd plures domi suæ aleret, quàm necessitas postularet,

Matth. 26.

Matth. 7.

Luca 19.

Matth. 25.

Actor. 9.

Simile.

Eccles. 17.

Exemplum.

Sermo. in hanc

Domin. tom. 2.

part. 4.

laret,

Iaret, iubet Archiepiscopus, vt vtrorumq; nomina, tam eorum qui necessarij, quàm eorum qui inutiles viderentur, separatim scriberet. Quæ quum legeret Archiepiscopus, *Hos (inquit) dicis esse necessarios, illos verò inutiles. Alantur igitur hi, quia horum indigeo; illi verò, quia mei indigent.* Sapienter iudicauit, pauperes, etiam nobis inutiles, esse in ampla familia alendos, hoc ipso nomine, quia nostri indigent, id est, quia *Dominus his opus habet: & hoc esse discrimen inter equos & homines.* Simili sapientia vsa Paula, fœmina nobilissima, cuius encomia scribit sanctus Hieronymus, quum in elemosynis largiendis esset largissima, dicere solebat: *Iste mendicus à me non acceperit (tam nobili & diuite) à quo accipiet? ego verò si indigens petiero, multos inueniam qui mihi tribuant.* Cauendum ne quando existimemus (quod de apostata Iuda refert Euangelium) nihil ad nos pertinere de egenis. Tantum ad nos pertinent, quātum Christus ipse, quia in Christo illi sunt; & quod illis datur, Christo datur. Eleganter de hac re tota Chrysofostomus: *Accedit ad te Dominus indigens. Tu ne supplicentem quidem audire poteris, sed accusas & increpas. Quod si ad paululum argenti offerendum, & frustra panis præbenda adeo tenax, auarus, & piger es; quid faceres, si vniuersa tibi essent euacuanda? Non vides quot quantaq; hi, qui se munificos vulgo appellant, scortis in theatro largiuntur? Illorum tu nec centesimam quidem partem dare sustines. At quando diabolus quibuscumque obuijs dare iubet (vt voluptatum nostrarum ministris, vanitatum lociis, gulæ & superbi e causa) etsi huic rei gehenna imminet, iucundè tamen illi obtemperas. Cùm verò Christus regnum, si indigentibus obtuleris, tibi retribuatur; non modò nihil præstas, sed in super etiam petentes contumelia afficis. Sic apertè manus obedire diabolo, vt puniaris; quàm Christo, vt salueris. Qua in re ita fit, ac si, cùm diadema & purpuram Rex offerret, sperneretur; latro autem, qui acutum, quo te interficias, mucronem largiatur, facile persuadeat.*

*Exemplū.  
In epitaphio  
si Paula.*

*Ioan. 12.*

*Hem. 67. in  
Ioan.*

*Simile.*

Hæc Chrysofostomus. Qui in pace Ecclesiæ pauperibus non largiuntur, illi maximè sunt, qui in persecutione fidei, fidem abnegant, ne bonis huius mūdi excidāt. Si enim in parua elemosyna Dominum indigētem non respicis; quomodo eum respicis & audies, omnia quæ habes postulantem, vt fidei tue professione eum honores? Catholicorum exilijs, rapinis bonorū, sanguine effuso, Dominus opus habet, ad maiorem sui nominis gloriam. Quis illi totum dabit, qui partem negauit? Hanc abnegatæ fidei causam suo tempore annota-

*Duri ad misericordiam operum, faciles ad fidei naufragium.*

*In Serm. 5. de lapsis.*

uit diuus Cyprianus: *Dissimulanda fratres veritas non est, nec vulneris nostri causa & materia reticenda. Decepit multos patrimonij sui amor cæcus; nec ad recedendum parati aut expediti esse potuerunt, quos facultates suæ velut compedes ligauerunt.* At nostris eleemosynis Dominum pasci, & Dominum opus habere, vno aut altero exemplo à Deo miraculis confirmato ostendetur. Venerât ad Lantgrauium Turingiæ Ludouicum comites aliquot, procerumque non pauci. iamque conuiuij tempus aduenerat, cum residentibus cunctis, aberat Elizabeth vxor eius, filia Regis Hungariæ. It iussu Principis statorum vnus accitum illam. Cui quum obuiam factæ nunciasset, cont-

*In vita sanctæ Elizabethæ, apud Surium, tom. 6. p. 448.*

*Exemplū.*

ctos ad ipsius aduentum pendere conuiuas, illa maturius accedens, vbi cœpit gradus, qui ad triclinium ducebât, ascendere, subito mendicus quidam importunis clamoribus eleemosynam deposcere auditur. Quem illa desuper videns (neque enim antea sub gradibus iacentem præ festinatione viderat) paulisper expectare monet, pollicita missuram se breui quod peteret. Illo nihilominus importunius clamante, & instantissimè precante, figit gradum Elizabeth, ei que pallium magni pretij, quo vestita erat, transmittit. Quod ille alacriter suscipiens, arce statim excessit. Id quum reuersus stator, non sine indignatione, propalam retulisset; subridens Princeps, illam iam ingressam rogat vbi pallium reliquerit. Illa porrecto indice, En, inquit, de pertica propēdet. Videt ille, accedit, atre-ctat, euoluit, illudque ipsum esse, quod pauperi donatum audierat, cognoscit: multum attonitus & dubitans, tantæ ne rei miraculū, an egregiam vxoris fidem prius collaudet. Sic pallium pauperi donatum, Christus illico, quasi mutuò acceptū, restituit. Nota est historia de sancto Martino, Turonensi postea Archiepiscopo; qui cum in porta Ambianensi mendico nudo mediam pallij sui partem dedisset, ei proxima nocte Christus apparuit eadem vestitus, ac dicens: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contexit.* Memorabile etiam est, quod de Osvaldo Anglorum Rege scribit Venerabilis Beda. Rex ille quum de S. Paschæ ad prandium confedisset, affidente ei Aidano Episcopo, postulque esset in mensa corā eo discus argenteus regalibus epulis refertus, iamque essent manus ad panem benedicendum missuri, & ingrediēs minister, cui suscipiendorū inopum erat cura delegata, indicaret Regi magnam pauperū multitudinē per plateas sedere, que eleemosynā à Rege postulareret; mox dapes sibi met appositas deferri pauperibus, & discum confringi, atque eisdem minuta-

*Aliud. Severus Sulpi-rius in vita S. Martini.*

*Hist. gent. Angl. lib. 3. cap. 6.*

*Aliud.*



tim diuidi præcepit. Quo viso, Pōtifex, qui affidebat, delectatus factō, apprehendit dexteram eius, & ait: *Nunquam inueterascat hæc manus.* Quod & ita iuxta votum benedictionis eius euenit. Nam cū postea interfecto illo in pugna, manus cum brachio à cætero essent corpore resecatæ, contigit vt hætenus incorruptæ perdurent. Denique in vrbe regia, quæ Bebbia cognominatur, loculo inclusæ argenteo, in Ecclesia sancti Petri seruantur, ac digno à cunctis honore venerantur. Hæc venerabilis Beda. Hæc diuinæ gratiæ miracula aperte docent, ita Deo acceptam & gratam esse eleemosynam, aut quodcunque misericordiæ opus, ac si ipsimet tanquam indigenti ea conferrentur. Hinc nempe fit id quod Sapiens scribit *Fœneratur Deo qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei* hoc est, vt exponit diuus Basilius: *Quum pauperi dare voles propter Dominum, idem & donū est, & mutuum.* Donum quidem, quia non speras receptionem; mutuum verò propter Domini magnificentiam, qui pro ipso persoluit, qui, paucis per pauperē acceptis, magna pro ipsis reddet. Aded nempe Deo datur, quod pauperi datur, vt eius quod datur, debitorem se Deus constituat, atque ad reddendum obliget. De qua re iam in alia Dominica quædam diximus.

Prou. 19.

Conc. 2. in

Psal. 14.

Dom. 4. Quæ  
drages. sex. 5.

## 2. Venit Rex tuus tibi mansuetus.

**L**ocus moralis de charitate erga Christum Regem nostrum nobis datum, eumque mansuetum, id est, humilem benignum, beneuolum; *non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mūdus per ipsum.* Hoc maximum charitatis Dei erga nos argumentum admirans tanto antè tempore Propheta, in hæc verba erupit: *Dicite filia Sion.* Hæc fausta noua annunciate: *Ecce, venit Rex tuus tibi mansuetus.* Omnia & singula verba admirabilem Dei charitatem loquuntur. *Ecce,* admirationis vox est, attentionem excitans, & rei dicendæ magnitudinem declarans. *Venit,* sua videlicet sponte, non coactus. *Venit,* non triūphaturus, sed post breuem triumphum immolādus. *Oblatus est autem, quia ipse voluit.* Venit tamē in triumphi specie, vt suum pro nobis patiendi desiderium ostendat. Hoc desiderium alijs quoq; verbis expressit, dicēs: *Baptismo habeo baptizari* (hic fuit baptismus sāguinis, quo nostras lauaret sordes) & *quomodo coarctor donec perficiam!* Rursum: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequā patiar.* Et iterum

Christi in nos  
benignitas.

Ioan. 3o

Luca 22.

Luca 22.

Luca 18.  
Dom. Quin-  
quages. text. 1.

In Ioan. lib. 8.  
cap. 9.

Typus vetus.

Ioan. 12.

Simile.

Apoc. 19.  
Frou. 4.  
Psal. 33.

Rex noster.

rum magna alacritate discipulis suis prædixit: *Ecce ascēdimus Hierosolymam, ubi filius hominis tradetur in manus peccatorū.* que verba alibi tractauimus. Vide autem quanto mysterio venit hodie in Hierusalem cum tanta pompa Christus. *Præceptum legis erat* (ait diuus Cyrillus Alexandr.) *ut decima luna primi mensis, agnus siue hœdus in domo occluderetur, usque ad lunam decimam quartam eiusdem mensis, quando ad vesperam immolabatur.* Vnde & *verus Agnus ex omni grege sine macula electus, pro populi sanctificatione immolāndus, ante quinque dies, id est, decima luna, Hierosolymam ascendit.* Et appropinquante hora passionis, appropinquare voluit & loco passionis, ut etiam per hoc claresceret, quia non inuitus, sed sponte pro humani generis salute mortem pateretur. Ideo diuus Ioannes, diē huius solennitatis notans, dixit: *Ante sex dies Pascha venit Iesus Bethaniam. In crastinum autem turba multa quum audisset quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, &c.* Venit ergo hodie, & sua sponte venit, & gaudens atque exultans venit, & in specie triumphi venit, & nobis venit, & mansuetus venit, super asinam & pullum sedens, Rex noster Christus. Si duæ pariter citharæ ponantur, eodem tono intentæ ac temperatæ, ad vnus tactum altera per seipsam respondet propter illam vtriusque consensionem & harmoniā similem. Ita se habet vetus & nouum testamentum, quæ eodem spiritu scripta, in eodem quasi tono consentiunt; vt, si vnus chordam tangis, alterum mox resonet: si figuram & typum veteris intelligis, veritatem noui statim percipis, & econtrâ. Sic in hoc Christi ingressu, quinto die ante passionem, causa ingressus cognita, vetus apparet & elucescit figura de agno, decima luna ex agris domum ducenda, vt luna decima quarta immoletur. Hac quoque figura intellecta, veritas Christi hac die ingredientis percipitur. Ac sic quidem venit Christus. Venit autem vt Rex. In Regis aduentu omnia fausta ac læta sunt, qualiscunque ille Rex sit, quando mansuetus venit. Sed Rex iste *Rex regum est, & Dominus dominātium vt in eius femore scriptum est.* Est Rex per quem Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Est Rex gloria, Dominus fortis & potens, Dominus potens in pralio; Dominus virtutū, ipse est Rex gloria. Huius regnum vt adueniat quotidie oramus. Nec Rex tantum talis ac tantus est, sed & noster Rex est. *Ecce venit Rex tuus.* Non enim petinde in extranei Regis aduentu, atque in nostri lætamur. At Christus Rex noster est non

non potestate tantū & dominio (sic enim totius orbis, etiam impiorum, Rex est: quia *omnis potestas data est ei in celo & in terra*) sed multo magis redemptionis beneficio, vocationis gratia, electionis munere, varia denique virtute, fide, spe, charitate. Hoc sensu dixit Angelus de Christo, *Regnabit in domo Iacob*; non in domo Abrahamæ, vel Isaac, eo quod vterque istorum reprobos habuit filios, ille Ismael, iste Esau, qui postea idola coluerunt. In domo autem Iacob omnes filij patriarchæ fuerunt, & vnum verum Deum omnes coluerunt. Sic in credentibus, in iustis, in electis regnat Christus. Rex noster est, si fidem eius, si charitatem tenemus, si præcepta seruamus. Maxima ergo quædam iubilandi causa, quod Rex noster venit, à quo tot beneficia naturæ & gratiæ accepimus.

Atqui non noster tantum, sed & nobis hodie venit. In nostrum commodum & emolumentum, ad nostram salutem pretio sui sanguinis procurandam venit. Quia naturale est, ut quæ sua sunt, sibiq; cōmoda, ea quisque amet & chara habeat; propterea Christus, ut ad sui amorē nos prouocaret, & noster esse, & nobis venire voluit. Hodie ostēdit, quod tam diu antè prædictum est: *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis*. Denique venit mansuetus, humilis, pauper; non in maiestate, sed in bonitate. Alioqui quid commune habet Deus cum mansueto, humili, paupere, quod totum apud Prophetam vox illa, mansuetus, significat? Annon Deus est *Deus Sabaoth, Deus exercituum & potentatuum*? Annon *Dominus, quasi vir pugnator, Omnipotens nomen eius*? Annon *Deus zelotes, vindicans peccata parentum, &c.* Annon Deus est, *qui inebriat sagittas suas sanguine, cuius gladius deuorabit carnes*? *Qui regit gentes in virga ferrea, & tanquam vas figuli cōfringit eas*? *Qui terribilis est ijs, qui sunt in circuitu eius*? Sed nunc mansuetus venit, noua quadam facie assumpta, quia ecce noua facit omnia, ut & nos in nouitate vitæ ambulemus. Venit mansuetus, ut quis ad occisionem ductus. Mansuetus, ut agnus, qui coram tondente se non aperuit os suum. Mansuetus denique, ut ad eum intrepidè accedamus, clamantem: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*; quia per eum accessum habemus ad gratiam istam in qua stamus. Hæc ergo omnia charitatem nostram in Christum & Regem supremum, & Regem nostrum, & nobis hodie venientem, & tam benignum ac mansuetum, mirificè excitare & inflammare debent.

*Simile.*

Pueri qui regio cubiculo seruiunt, & ad ostium cubiculi præstolantur, quamuis suauissimos interim sermones misceant, aut aliquo alio se negotio, seu serio, seu iucundo, occupent; tamen ubi primùm vocem regiam eos vocantem audiunt, protinus omnia summa cum voluptate ac celeritate relinquentes, accurrunt. Quid ni sic ad Christi mandata obeunda prompti & expediti sumus? Nec maiora præmia promittit, nec grauiores pœnas comminatur vllus toto orbe Rex, quàm Christus sua mandata vel obseruantibus, vel negligentibus. Atqui si Rex terrenus ministris suis diceret: Ad tres annos mihi fideliter seruite; posteaquæ amplissimas possessiones, & honores per totam vitam à me accipietis; quo autem primùm die mea præcepta transgredimini, ad triremes perpetuas vos condemnabo: nihil haud dubiè illis ministris diligentius esset. Porro quanto se discrimine obiiiciunt, qui Christo Regi fidem & obedientiam iurati, eam quotidie violant, illud veteris populi admirabile exemplum docere nos debet. Decem tribubus in Assyriam abductis, ab

*Simile.*

ipsis Assyriis terra filiorum Israël habitabatur. Quum autem illæ idola colerent, ritu Gentis suæ, egressi de montibus leones interficiebant eos; nec priùs illa cessauit internecio, quàm, misso Leuita Israëlita, verus Deus cultu legitimo ibi denuò coleretur. Cur tanta plaga in homines Deum prorsus ignorantes? Quia in terra sancta idola coli Deus noluit. Quia infra limites populi Deum colentis, non nisi Dei leges seruari patitur. Quanto magis in populo Christiano, in Ecclesia suo sanguine redempta, in cordibus fidelium, idola peccatorum non feret Christus, legem suam impunè violari non patietur Deus? Regem Christum professi sumus. Regi Christo nisi Christianus obtemperes, expecta leones de montibus, qui te interficiant. Veniet ille *leo rugiens, qui circuit, quarens quem deuoret*, cum multis alijs leunculis & catulis suis, imò cum alijs spiritibus nequioribus se, ut fiant nouissima tua peiora prioribus. quod alio loco explicatum dedimus. Venit nunc Rex noster mansuetus. Sed si rebelles ei sumus, idem venit iratus. *Speculum sine macula*, appellat Scriptura Deum. Si speculo mitem & mansuetum vultum ostendas, talem tibi reddet speculum: si iracundum vultum præbes, similem tibi reddet. Sic omnino, si Deo humilem te, mitem, ac misericordem erga proximum ostendis, erit tibi Deus mansuetus, mitis, misericors: si ferocem, superbum, crudelem te præbes, huiusmodi erga te Deum inuenies. *Qua*

*Exemplum.**4. Reg. 17.**2. Petri 5.**Luca 11.**Sap. 7.**Simile.**Luca 6.*

*enim mensura mensi fueritis, remetietur & vobis. Ego (ait Deus) diligentes me diligo. Ad hanc Dei dilectionem merito nos excitare debet, quod Rex noster fieri, nobis venire, & mansuetus voluerit.*

### 3. Sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.

**L**ocus moralis de humilitate, & paupertatis studio etiam  
 in medijs honoribus seruando. Christus hodie cum cer-  
 ta pompa & gloria Hierosolymam ingredi volens, non vt  
 gloriae huius mundi studiosus (quam semper contemni do-  
 cuit, & acerrimè fugit, vt aliàs explicatum est) sed vt ingen-  
 tem pro humana salute patiendi alacritatem ostenderet, vt  
 iam diximus, & de qua Regius Propheta prædixit; *Exultauit* Psal. 18.  
*vt gigas ad currendam viam suam;* vt omnibus etiam con-  
 staret quam de Christo existimationem cœlestis eius do-  
 ctrina, & diuina miracula iam merito apud omnium ani-  
 mos excitassent, (quam rationem adfert sanctus Augusti-  
 nus) ac denique vt circa finem prædicationis suæ clarus se  
 mani estans, ipsis Iudæis in maius testimonium foret, vt no-  
 tauit sanctus Chrysostomus; volens, inquam. Christus ex his  
 causis, cum quadam pompa & gloria humana Iudææ me-  
 tropolim ingredi, hanc ipsam tamen ea humilitate temperat,  
 vt non nisi super asinam & pullum (animalia pauperulorum  
 & vilia) inequitans, ingressum tam solennem faceret. Humi-  
 litas nempe perpetua & necessaria Christiani hominis vir-  
 tus, quia maximè inter honores periclitatur, ideo in ipsis  
 maximè honoribus magno studio seruanda est. Sic monet  
 Sapiens: *In die honoris tui non extollaris.* Et iterum: *In die bo-  
 norum ne immemor sis malorum.* Segetem nimia sternit vber-  
 tas. Rami onere franguntur. Vinum merum sapientes infa-  
 tuat, fatuos ad insaniam redigit. *Prosperitas stultorum occidit*  
*illos.* Christus igitur, vt honores semper fugit, non propter  
 se, cui & maximè debebatur, & nocere nō poterant; sed pro-  
 pter nos, quibus illos maximè periculosos esse sciret: sic in  
 ipso honore, quem breuem, & post tot labores, & tam gra-  
 uibus ex causis iam commemoratis, acceptare voluit, pau-  
 pertatis tamen studium non deseruit. Præclare Chryosto-  
 mus hunc locum tractans: *Mihi etiam idcirco in asina sedisse*  
*videtur, vt viuendi Philosophia nos erudiret. Regulas enim no-*  
*bis præbet, ne maiora, quam necessarius vsus exigit, requiramus.*  
*Itaque quando etiam nascebatur, non magnificas ades, non locu-*

Humilitatis  
studium.

Psal. 18.

Tract. 51. in  
Ioannem.

Hom. 67. in  
Ioan.

Humilitas in  
ipsis honori-  
bus maximè  
seruanda.  
Ecclesi. 11.

Prou. 1.

Hom. 67. in  
Matth.

Christi tota  
vita paupertatem  
docuit.

pletem matrem, sed pauperrimam & fabro desponsatam, elegit: & in tugurio nascitur: & in praesepio ponitur. Sic discipulos non oratores aut Prophetas, nec genere aut fortuna claros voluit, sed inopes valde atque ignotos. Mensa sua hordeaceis nonnunquam panibus, nonnunquam quos discipuli è foro emerant, referta erat. Recumbebat in feno, vestes viles, nec conditionem vulgi excedentes, induebatur. Domum nullam habebat; quumq; de loco in locum transeundum erat, pedibus iter faciebat, & quidem ita, vt labore plerunq; conficeretur. Numquam in sede, nec in pulvinari, sed in ipsa superficie terra, modò in montibus, modò apud fontes sedet & docet. Hæc ille. Sic tota Christi vita paupertatem & humilitatem docet, vt tandem vehi, quasi in pompa volens non tamen nisi asinæ insideret. Vnde de hoc Christi factò ita diùs Bernardus: Licet multos frangat aduersitas, tamen multo plures extollit prosperitas sicut scriptum est, Cadent à latere tuo mille, sinistro scilicet, per quod signatur aduersitas, & decem millia, id est, multo plures, à dexteris tuis, in quibus prosperitas designatur. Denique quia vtròbique periculum est, orat Sapiens, & dicit: Diuitias & paupertatem ne dederis mihi: ne fortè aut diuitia extollerent in superbiâ, aut paupertas deiceret in impatientiam. Vnde & Dominus, sicut in passione patientiam, ita in hodiernâ processione humilitatem exhibere curauit: non in curribus, & in equis, nec in frenis argenteis, aut sellis auro tectis, sed humilis a selli tergo sedens. Hæc ille. Rara certè virtus humilitas honorata. Sicut enim arbores in montis cacumine positæ procellis ac ventorum flatibus sunt subiectæ; ita homines in dignitate constituti, à superbiæ & insolentiæ ventis concutuntur. Ioseph tamen in summa apud Pharaonem dignitate positus, fratres suos ad eum introducens, voluit vt statum humilem non dissimularent, sed de eo rogati responderent: Viri pastores sumus, serui tui, & patres nostri. Asinus animal contemptibile est, tum quia nullum eo magis insipiens, tum quia nullum eo vilius pascitur, tum quia nullum eo ad labores & onera aptius. At Christus Iesus, quum summa esset Dei sapiëntia quum eius cibus delicatissimus esset, facere voluntatem Dei Patris, qui misit eum, docere cælestia, operari diuina; quum ille sit omnium laborantium merces vnica, refectio, consolatio; voluit tamen asinæ insidere, vt omnem asinæ humilitatem, vilitatem, laborem ac patientiam nos doceret. Hoc est quod Propheta iubet nos exultare, quia venit nobis Rex noster mansuetus, seu humilis, sedens super asinam. Certè secundum homines loquendo, magis exultandum videretur,

Serm. 2. in  
hanc Dom.  
Psal. 60.

Prov. 30.

Simile.

Gen. 47.

Cur exultandum  
sedente  
Christo super  
asinam.

deretur, si veniret sedens in curru triumphali. Nunc autem iubet nos gaudere, quia venit sedens super asinam. Sed ideo hoc iubet, quia sedens super asinam, summam nos docet sapientiã. Docet in honore seruare humilitatem. Docet, quod *stultum est hominibus, Dei esse sapientiam, & Dei virtutem.* 1. Cor. 1.  
 Docet nos tunc demum sapientes esse, quum nobis stulti videmur, & nos ipsos abnegamus. Gentium sapientes, dicentes *se esse sapientes, stulti facti sunt.* Sed Christi sapientes, dicentes *se esse stultos, non alta sapientes, sed humilibus consentientes,* Rom. 1.  
Rom. 12.  
 sapientes facti sunt. Docet nos ex fidei & obedientiæ simplicitate asinos esse debere, in quibus Christus sedeat: qualis ille sapientissimus Rex & Propheta erat, dicens: *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* Cui enim humili & obedienti Christus insidet, ille semper cum Christo est, & Christus cum illo. Docet nos denique laboriosa animalia esse debere, vt semper cum Christo simus. Sic Esaias hunc ipsum Christi ingressum prædicans: *Dicite filia Sion, Ecce Saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.* Psal. 73.  
 Cùm vides Christum sedentem super asellum, intellige duo, mercedem & opus. In Christo merces significatur. Est enim ipse *Merces nostra magna nimis.* In asino est significatio laboris. De hoc iubet gaudere Propheta. Sic & Dauid: *Expecta Dominum, viriliter age, sustine (velut asellus) Dominum, & confortetur cor tuum,* spe mercedis reposita. Hoc totum nos docet Christus, sedens super asinam. Nempe Dei sapientia sic factis & signis docet, sicut homines verbis, quando sanè insigne aliquod documentum præbere, aut facinus memorabile designare vult. Christus alibi humilitatem suos docturus, accipit in vlnas suas paruulum, dicens: *Nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum caelorum.* Gen. 15.  
Psal. 26.  
 Legem veteri populo daturus, quia lex timoris erat, non amoris, omnia signa terrore plena dedit: *montem Sinai fumantem, ardentem, fulgurantem.* Moysen in Ægyptum missurus, apparet in rubo ardenti, sed non combusto: significans se esse in populo afflicto, sed non destruendo. Spiritus sanctus Apostolis quum daretur, apparuerunt illis linguæ igneæ: quibus significabat vt ardens charitas, proprium & primum Spiritus sancti donum, illorum cordibus infusa. Sic & Prophetæ veteres aliquod singulare Dei opus, aut beneficium prædicaturi, signis quibusdam exterioribus illud significabat, idque ex Dei præcepto. Prophetavit Samuel, quòd regnum à Saule à Dauid transferendum erat, quando pallium Saulis abseidit. Deus factis docet.  
Matth. 23.  
Exodi 20.  
Exod. 3.  
Act. 3.

1. Reg. 15.

dit per medium, dicens: *Scidit Dominus regnum Israel à te hodie.* Prophetabat Abias Propheta ad Ieroboam, diuidens pallium in duodécim partes, & dans illi decem partes, quòd daturus esset ei Dominus decem tribus filiorum Israël, di-

3. Reg. 11.

4. Reg. 13.

Esaia 20.

Jerem. 19.

Ezech. 12.

Osea 1.

Simile.

cens: *Ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.* Prophetauit Eliscus, quòd Rex Ioas ter regnum Syria vastaret: præcipiens illi, vt sagittas ad Orientem conijceret. Sanctus Propheta Esaia exiit se, vt nudus & discalceatus ambularet; prædicans sic Ægyptios & Æthiopas ab Assyrijs nudandos & expoliandos fore. Ieremias Propheta iubetur à Deo confringere lagunculam testeam in cõspectu populi, & dicere: *Sic conteram populum istum, & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non potest ultra instaurari.* Ezechiel Propheta, iubente Deo, protulit vasa sua, quasi vasa transmirationis per diem, & vespere perfodit sibi parietem manu, & in caligine egressus est, & in humeris portatus in conspectu populi: vt hoc facto prædiceret, fore vt dux populi eodem modo ex ciuitate fugeret, præmentibus Assyrijs, ab illis nihilominus capiendus. Sic Osee iubetur accipere vxorem fornicariam, & ex ea facere filios fornicationis, vt sic populi fornicationem à Deo suo expressiùs prædicaret. Ad hunc modum Christus hodie solemnè pompa ab asina vehitur, & Hierosolymam ingreditur sedens super asinam; vt hoc illustri & spectabili signo ea nos doceret, quæ iam diximus. Hæc Dei sapientia illustrem hunc Christi triumphum facit. Imperatores seculi, in eo triumphi sui gloriam ponebant, vt cutru veherentur, quem vel elephanti ducerent, vt Cæsar & Pompeius triumphabant; vel leones traherent, vt in Marci Antonij triumpho; vel etiam cerui veherent, vt Aureliani. Nempe illi, vt de formes formina, hoc fucò indigebant. Aurum purum non deauratur. Christi maiestas, sedens super asinam, gloriosior erat; quia illum, non asinam populus totus tunc spectabat, & hæc ipsa asina magnam nos postea sapientiam docuit, vt iam dictum est.

4. *Et imposuerunt super eos vestimenta sua in via. Alij autem cadebant ramos de arboribus, &c.*

Feruoꝝ colendi Deum.

**L**ocus moralis de feruore colendi Deum. Discipuli Christi iussi quidem erant asinam, & pullum eius soluere atq; adducere; sed non iussit eos Christus vestimenta sua asinae & pullo imponere, aut in via sternere. Nec etiam turba iubetur ramos



ramos de arboribus præscindere, & sternere in via. Sed & qui ex Hierosolymis *obuiam Christo processerunt cum ramis palmarum* (vt diuus Ioannes refert) nullum hac de re præceptum acceperunt: sicut nec illi, qui vocales Christo laudes cecinerunt, tam in via, quàm in plena ciuitate. Hæc omnia ex feruido Christi amore processerunt; quæ tum Christus libenter acceptauit, adeoque clamantium voces contra Phariseos defendit; tum sancti Euangelistæ ad vnum omnes, tanquam celebre pietatis documentum, commemorare voluerunt.

Dignus est hominibus Christianis huiusmodi in Christo colendo feruor. Abraham viatores hospitio excipiens, *currit in occursum eorum, adorat in terram*; multis verbis, vt apud eum diuertant precat; *festinat in tabernaculum ad Saram*; illam quoque iubet *accelerare* circa panes parandos; ipse interea *ad armentum cucurrit*, tulitque inde *vitulum tenerrimum & optimum*; denique *puer festinauit, & coxit illum*. Vides vt omnes Abrahamæ actiones feruorem spirant. Hic est pater noster

Abraham, non solum *vt sequamur vestigia fidei eius*, vt Paulus docuit; sed etiam vt faciamus opera eius, vt Christus Iudaïis dixit: *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite*. Hic feruor colendi Deum, quo non solum mandata seruantur, & declinantur flagitia, sed acri quodâ & vehementi studio, tum ipsa madata facimus, tum alia misericordiæ & pietatis opera

exerceamus (qualis erat illa hospitalitatis virtus, quâ Abraham exercuit) est veri Christiani signum, certumque iudiciu. Quum Abraham seruum suum mitteret, vt vxorẽ filio suo Isaac, ex cognatione sua, quæreret; seruus, quum ad urbem Nachor peruenisset (terrâ cognationis Abrahamæ) hoc signum à Domino rogauit, vt illâ puellâ filio domini sui vxorem postularer, quæ plura faceret quàm iuberetur, quæ seruiendi feruorẽ ostederet. *Puellam* (inquit) *cui ego dixero, inclina hydriam tuam & bibam, & illa responderit, Bibe, quia & camelis tuis dabo potum; ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac*. Vides quale signum à Deo petijt seruus Abrahamæ, vt filio domini sui vxorem eligeret.

Deusque illi statim cõcessit. Vix dum enim sermonem compleuerat, quum ecce Rebecca egrediebatur, quæ rogata vt pauillum aquæ de hydria sua ad bibendum daret, respondit, *Bibe domine, celeriterque* (vide promptitudinẽ) *deposuit hydriam super vlnam suam, & dedit ei potum. Cumque ille bibisset, adiecit* (vide feruorem, quæ plus quàm rogaretur facit) *Quia & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. quod & fecit*. Hæc videlicet erat digna sponsa filio Abrahamæ. Hæc digna erat,

Feruor Spiritus signum filij Dei.

Gen. 24.

Gen. 24.

Gen. 24.

Gen. 24.

Gen. 24.

Gen. 24.

Gen. 24.

Gen. 24.

Gen. 24.

Gen. 24.

Gen. 24.

Gen. 24.

Gen. 24.

ex qua nasceretur, *in quo benedicerentur omnes gentes.* Hoc signum est animæ fidelis, & de semine Abrahamæ, quæ cum spiritus feruore opus charitatis facit (quale hoc Rebecca erat) & plus facit, quàm aut rogatur, aut ex præcepto iubetur, sicuti discipuli Christi, & turba Iudæorum credentium in hoc Euangelio fecerunt. Ad hunc feruorem hortatur nos Spiritus sanctus, dicens: *Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Esto firmus in via Domini, & prosequatur te nomen pacis & iustitiæ.* Ventilatur se in omnem ventum, qui ex qualibet tentatione, aut quauis occasione oblata, recedit à seruitio Dei, & distrahitur: quem in varias cupiditates sua concupiscentia abstrahit, quasi ad quoduis peccatum procliuem. Stat firmus in via Domini, & pacem in corde, ac iustitiam in opere retinet, qui à nullo se distrahi passus feruet in cultu Dei. Sed & ipsa deuotionis forma, quam hîc discipuli, & reliqua turba erga Christum exercuerunt, hunc nos feruorem docet. Sternunt vestimenta sua, cædunt ramos de arboribus, gestant palmas in manibus, clamant, *Osanna in excelsis.* *Vestimenta* (ait Chrysostomus) *sunt præcepta diuina, & gratia spiritalis. Sicut enim turpitudine nuditatis vestimento tegitur, sic naturalia mala carnis nostræ, præceptis & gratia diuina teguntur.* Vnde & Adam ideo se vidit nudum, id est, peccatorem, quia præceptum Dei violauerat, & gratia exciderat. His ergo Christus honorandus est præceptorum eius obseruatione, & gratia diuinæ recto vsu, fructuque vberi. Rursum sternit vestimenta sua ante Christum in via, parui faciens si sordidentur, qui carnem suam (animæ quasi indumentum) mortificat, & Christi voluntati in vniuersum subiingat, adeoque propter Christum, etiam aliorum Patrum voluntati, & Prælatorum pedibus subiicit, quod monachi faciunt; sicut horum hominum vestimēta, non à Christi asina tantum, sed & ab omnium cum Christo transeuntium pedibus calcabantur. Neque enim alicui Prælato se quisquam vtiliter subiicit, nisi qui in Christi comitatu Hierosolymam ingreditur, nisi qui in Ecclesia Christi præficitur. Ramos de arbore cædit, qui affectus suos mortificat, & à pessima cupiditatis terrenæ radice resecat, vt Christo seruiant, ac sancti Spiritus ductum sequantur. Alterum horum necessariò faciendum. Aut alterius iudicio calcanda voluntas (quod Apostolicum est, & Apostoli sua sic vestimenta Christo in hoc Euangelio substrauerunt) aut certè ex arbore terre defixa, id est, ex terrena hac nostra & carnali voluntate,

rami

Eccles. 5.

Hamil. 38. in  
Matth.Sternere vesti-  
menta Christo.Ramos de ar-  
bore cædere,

tami præcidendi, affectus prauis refecandi sunt. Ideo qui ramos præcidebant, de promiscua turba erant. Hoc enim generale præceptum est: *Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.* Sunt autem rami præcindendi, non folia, aut fructus tantum; non *verbo tantum & lingua, sed opere & veritate diligendus Deus,* seruiendum Christo. Non folia tantum verborum, quibus virtutem laudes, & Deum prædices; nec fructus tantum quorumlibet operum, quibus Dei mandata exequaris; sed rami ipsi ac frondes arboris, omnes videlicet voluntatis tuæ vires, omnes animi tui dotes & ornamenta, diuino cultui, & Christi obsequio mancipanda, sunt, vt Christum honorifices, & glorifices Patrem tuum qui in cælis est. Hic est feruor cultus diuini, vt glorificemus & portemus Deum in corpore nostro, non animo tantum obsequentes, sed & omni externo opere gestuque corporis, in omnibus externis donis, Dei gloriam quærentes, cultum exequentes. Discipuli & turba vt Christum honorarent, nullum officij genus prætermiserunt.

Ad hunc feruorem in bono, impiorum feruor ad malum vehementer incitare debet, nili quis fortè existimaret, plus deberi diabolo quàm Christo. At impiorum feruorem sic Propheta graphicè depingit: *Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem? Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas regina cæli, & libent dijs alienis, & me ad iracundiam prouocent.* Iubet Deus Prophetâ obseruare maximam impiorum diligentiam, vt idolis sacrificent: in quo ne'ario opere, vir, vxor, liberi, tota familia concurrunt, omnes manum apponunt. Vt autem Deus colatur, aut nemo manum mouet, aut pauci, & ij satistepidè ac negligenter. Sic solet Dei causa & iustitiæ, frigidè, oscitanter, & perfunctoriè tractari; dum ad occidendum nascentem Christum, omnem operam Herodes ponit, ad prodendum Iudas non dormit, ad capiendum & condemnandum Scribæ, Sacerdotes, Seniores populi conuentus vocant, corycæos submittant, falsos testes subornant, pecunia corumpunt, satellites mittunt, alta nocte, & summo mane conueniunt, apud Pilatam, apud Herodem studiosè accusant, populum concitant, Cæsaris salutem interponunt, denique omnem lapidem mouent, nihil intentatum relinquunt. Ita in salute cuiusque propria procuranda, in Ecclesiæ causis, in Dei honore & cultu prosequendis, se res habet. Feruet impius, friget iustus. Ardet hereticus,

torpet Catholicus. Vigilat filius sæculi, dormitat filius lucis. Causa iustior succumbit, qui maiori animo, impetu, feruore causa iniusta procuratur. Quæ tandem est huius infelicitatis ratio! Illa sanè quod in causis honestis & iustis Deum protectorem attendimus, nec fore vt ille causam suam deserat, honorem suum negligat, omnino existimamus. Impij contra in causa mala, sua diligētia malitiam corrigunt: & quod à Deo, cui mala causa displicet, sperare non possunt, hoc sua industria compensant. At maximus hic error est. Pulchre Scipio dux fortissimus, quum ei scutum diligenter apparatus quidam ostenderet, hortando vt emeret, respondit:

*Aelianus v ar.  
hisor. lib. 11.*

*Apophteg-  
ma.*

*Proverb. 18.  
Psal. 19.*

*Domin. 2. post  
Epiph. text. 5.  
Psal. 15.*

*2. Cor. 4.  
Exemplum.*

*Luca. 7.*

*Atqui ciuem Romanum decet in dextera spem ponere, non in sinistra: in suo videlicet Marte & labore, non in aliena defensione. Diuina quidem protectio est scutum validissimum, & turris fortissima nomen Domini, & hi in curribus, hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus; sed tota hæc spes & inuocatio, nostros conatus, studia, labores, nostrum impetum, feruorem, certamen necessariò requirit, vt in alia Dominica explicauimus. Placent summopere Christo nostri conatus, placet feruor, placet deuotio, etsi bonorum nostrorum non indigeat, etsi inuicta sunt quæ vel facimus, vel patimur pro gloria eius, quod leue & momentaneum Apostolus vocat. Magdalene curiosam pietatem vehementer Christus laudauit, & simonem hospitem de non exhibito honore admonuit. Intraui in domum tuam. Aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis terxit. Osculum mihi non dedisti. hæc autem, ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti. hæc autem unguento unxit pedes meos. Vides vt singula feruoris testimonia Christus laudat; negligentiam alterius in singulis culpat. Sed vide quid Redemptor concludit: Propter quod dico tibi; Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Multa Dei dilectio multum habet feruorem, deuotionem, & studiam colendi Deum multum. Si feruor spiritus remittit peccata, quanto magis in iusto augebit coronas! Sic iterum mulierem illam quæ effudit unguentum pretiosum super caput eius, marmurante Iuda, & post eum aliis, studiosè Christus defendit, accuratè laudat: Quid molesti estis mulieri huic? Bonum opus operata est in me. Vbicunque predicatum fuerit Euangelium, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam eius. In quàm paucis verbis quanta laus! Redarguit facti culpatores. Operis bonitatem asseuerat.*

*Prædica-*

*Matth. 26.*

Prædicationem operis, quæ patet Euangelium, prædicat. Memoriam & commendationem mulieris perpetuam denuntiat. Tanti apud Christum pretij ac valoris est feruor spiritus circa cultum eius. Illa enim mulier ex feruore dilectionis qua Christum prosequabatur, mysterij, ignara quod Christus expressit, vnguentum illud valde pretiosum in caput eius effudit. Sic populi & puerorum in hoc Euangelio acclamations, increpantibus illos Phariseis (vt solet piorum feruor impiis & frigidis Dei cultoribus vehementer displicere) Christus diligenter defendit. *Indignati Pharisæi contra pueros clamantes in templo, Hosanna in excelsis, dixerunt Christo: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique. Nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem tuam?* Rursum quum quidam ex Phariseis dicerent Christo; *Magister, increpa discipulos tuos* (eodem videlicet modo clamantes) respondit ille: *Dico vobis, quia si haecauerint, lapides clamabunt.* Vide feruorem Zachæi. In arborem sycomorum ascendit vt Christum transeuntem videret. Mox Christo dicente ei, *Oportet me hodie in domo tua manere, festinans descendit, & excepit illum gaudens.* Vides celeritatem, vides lætitiã circa hospitalitatis virtutem, qualem in Abraham modò ex Scripturis ostendimus. Quam etiam ob causam Christus postea hunc Zachæum vocat *filium Abrahæ.* Ex hoc autem feruore excipiendi Christum, vide quantum bonum Zachæo collatum fuit. In nouum hominem mutatus, dixit: *Domine, dimidium bonorum meorum do pauperibus; & si quem defraudassi, reddo quadruplum.* Moxque Christus concludit: *Salus huic domui facta est.* Præcepit Dominus Moyse vt faceret duos Cherubinos aureos & productiles ex vtraque parte oraculi. Cur ita? Delectatur nempe Dominus Cherubim figuris, quæ sunt maximæ velocitatis, vt ostendat quantum celeritate & feruore nostro circa bonum deletur. Hortatur ad hunc feruorem Apostolus: *Sollicitudine non pigri; spiritu feruentes, Domino seruientes, spe*

*Math. 23.**Luca 19.**Exemplum.**Ibidem.**Exodi 25.**Allegoria.**Rom. 12.**Luca 2.*

5. *Turba autem quæ precedebant & quæ sequebanturs clamabant, dicentes: Hosanna filio David.*

Omnes Deum laudare & colere oportet.

**L**ocvs moralis, Deum ab omnibus laudandum, ab omni statu, sexu, ætate. Qui præcedunt & qui sequuntur Christum, in vitæ genere seu seculari, seu ecclesiastico, seu monastico, omnes ad Dei laudes, ad fidei confessionem, ad præceptorum obseruationem, ad feruorem & studium colendi Deum (de quo iam diximus) tenentur. Omnis turba quæ Christum comitabatur, seu antè, seu retrò, in Christi laudibus occupata fuit. Omnes clamabant, & Apostoli, & reliqui discipuli, & turba popularis, & pueri Hebræorum. Omnium vna vox erat, *Hosanna Filio David*: & vt alius Euangelista refert, *Osanna in excelsis*: siue per illa verba Messie præsentis gratulabantur, siue illi salutem precabantur, siue sibi ipsis misericordiam flagitabant. Huc omnes vocat Propheta Regius: *Reges terra, & omnes populi, Principes, & omnes Iudices terra, iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini.* Et rationem alio loco addit: *Laudate Dominum, quoniam bonus est* Psalmus: *Deo nostro sit incūda decoraque laudatio.* id est, animo puro, hilari, libenti Dei laudes retonemus. Huc hortatur & Paulus: *Implemini spiritu, loquentes vobismetipsis in Psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus.* Dicit in cordibus, nō quia vocales laudes excludit, sed quia cordis attentionem includit. Hoc ad Dei gloriam pertinet. *Te decet hymnus Deus in Sion.* Hoc ad nostram consolationem facit. Nam quum dixisset Apostolus; *Pax Christi exultet in cordibus vestris*: paulo post adiunxit; *In gratia cantantes in cordibus vestris Deo.* Hoc est exercitium cæleste, & beatorū spirituum tota occupatio. *Beati qui habitant in domo tua Domine. In secula seculorū laudabunt te.* Quatuor animalia, quæ vidit Ioannes, clamabāt iugiter die ac nocte: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus omnipotens, &c.* Hoc imitatur Ecclesia Catholica in quotidiano Dei obsequio. Quod autem de Dei laude, hoc de fidei confessione, de præceptorum Dei obseruatione, de toto studio colendi Deum, verum est, ad omnes omnino harum rerum curam æquè pertinere. *Hoc planè est* (ait sanctus Chrysostomus) *quod euerit orbem vniuersum, quòd summam vita bene agenda diligentiam monachis solum necessariam arbitremur, cæteris negligenter viuere licere.*

Psal. 148.

Psal. 146.

Ephes. 5.

Psal. 64.  
Coloss. 3.

Apostol. 4.

Omnes ad pietatem æquè tenentur.

Contra vituperatores vitæ monast. lib. 3.

Non ita sanè, non ita est, sed eadem ab omnibus philosophia ratio requiritur. Fallis te ipsum prorsus ac decipis, si putas aliud à secularibus viris, aliud à monachis requiri. Hæc enim ferè sola est in utroque vitæ genere differentia: quòd illi quidem matrimonij se vinculis constringunt, hi verò hic liberi perdurant. In reliquis verò communis atque eadem ab utrisque vitæ totius ratio requiritur, eisdè pro culpis pœna una debetur omnibus. Quod & paulo post his verbis confirmat: Cùm Christus dicit, Venite ad me Math. 11. omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris non monachos tantùm alloquitur, sed & omne prorsus hominũ genus. Itemq; cùm iubet per angustã viam ingredi, non istos modò, sed omnes omnino homines hoc imperio cõuenit. Cùmq; odisse animam suam in hoc mũdo, atq; cetera eiusmodi iuberet, nullum hominũ genus excepit. Hæc Chrysostomus. Rursum alio in loco: Neq; domus gubernationẽ, neq; uxoris curã, neq; filiorum sollicitudinem, neque aliud quiddã pratexamus, quod putemus satis esse ad excusandam nostrã negligentẽ desidẽq; vitam. Neq; frigida illa verba proferamus: Mundanus sum & mulierem habeo, & puerorũ curam gero. qui multis mos est vt ita dicant, quando eos rogamus, vt ad virtutũ labores ingrediantur vel studium adhibeant in sacris literis legendis. Non est hoc meũ, dicit. Nunquid renunciansi seculo: Nunquid monachus sum? Quid dicit homo? An hoc ad soltos monachos pertinet, vt bene Deo placeãt? Omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire, nullumq; virtutem negligere. Hæc ille. In eundẽ errorem inuehitur Augustinus. Agens enim de iis qui Rempub. administrãt, ac de militibus, Serm. 19. de verb. Dom. Illud, inquit, quale est, cùm ob errorem aliquem à senioribus arguuntur, & imputatur alicui de illis cur ebrius fuerit, cur res alienas peruaserit, cadẽ cur turbulentus admiserit, statim respondeat, Quid habebam facere, homo secularis aut miles? Nunquid monachũ sum professus, aut clericum? quasi omnis qui clericus non est aut monachus, possit ei licere quod non licet. Cunctis igitur officiis in sacris literis præscribitur norma viuendi. Omnis ad bene viuendũ pronocatur ætas, sexus, & dignitas. Apud omnem Christianum prima honestatis debet esse militia. Hæc ille. Nempe ad omnes in vniversum sonat illa vox Christi: Math. 6. Primũ quærite regnũ Dei, & hæc omnia adijciẽtur vobis. Apud omnes prima ac potissima cura debet esse diuinæ glorię, ac salutis proprię. Sicut enim in sponsa (vt appositè scribit B. Chrysostomus) Hom. 43. n. 6. pop. Ant. Similit. licet thalami sint velis aureis operi, licet mulierum adsint pulcheri

*cherrimarū chori, licet rosa, licet corona, licet ancilla, licet amici, licet sponsus, licet omnes decus & ordinem pulcherrimum seruet, tamen illa sola si deformis sit & turpis, perit totum nuptiarum decus, non honoratur sponsus, non delectantur amici: ita quidem & in anima, quæ sola Dei sponsa est, si illa sola decus & dignitatem suā non seruet, si illa sola à rationis & pietatis regula turpiter exorbitet, etsi diuitia affluāt, honores abundet, ceteraq; omnia suppetant quæ apud homines in pretio habentur, totus tamen homo Deo displicet, & coram Angelis Dei despicitur. Hec ille. Sed & vt hoc in qualibet sponsa verum est, siue pauperis siue diuitis; sic in qualibet anima ornamenta eius necessariò requiruntur. Vt omnes ad vitam & gloriam à Christo vocātur; ita omnium est eò contendere. Non enim est apud eum acceptio personarum; sed qui facit iustitiam, acceptus est illi: non solum in omni gēte, sed & in omni ætate, sexu, dignitate. Turba quæ præcedit, turba quæ sequitur, Christum laudat, confitetur, honorat. Nemo est qui salute per Christum non indigeat. Nemo sit qui eum non laudet. Si peccator es, Christo egēs vt iustificeris; si iustus es, Christo egēs vt glorificeris. Si peccator es, Christo egēs ne in peccato perdures; si iustus es, vt in iustitia perseueres. Si peccator es, vt cum publicano iustus fias; si iustus es, ne cum Pharisæo damneris.*

*σ. Hosanna Filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Honorum huius mundi instabilitas.

**L**ocus moralis de honorum & affectionum humanarum insigni mutabilitate & inconstantia. Iudei enim qui hodie Christum certatim laudabant, qui omnibus honorū officiis eum prosequiebantur, qui omnia illi prospera & fausta clamabāt, qui Messia predicabant, qui ceteros suis acclamationibus ita excitabant, vt, cū intraret Hierosolymā, commota sit vniuersa ciuitas, dicens, *Quis est hic?* isq; responderent, *Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilææ;* qui (vt scribit S. Lucas) gaudētes laudabant Deum voce magna super omnibus quas viderant virtutibus; qui eum Regem prædicabant, dicebant enim, *Benedictus qui venit Rex in nomine Domini;* qui audiētes eum venīre, exierunt illi obuiā cum ramis palmarum, clamantes, *Hosanna, Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel;* qui ad maximā in Christū inuidiam Pharisæos & Scribas concitabant; quinto die post in necem eius omnes con-

Matth. 21.

Luca 19.

Ioan 12.

spirant



spirant, Pharisæorū & Scribarum libidini subseruiunt, ad capiendū, accusandū, condemnandū Christū cooperantur, & alia longè voce clamāt: *Nolumus hunc regnare super nos. Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Tolle, tolle, crucifige, crucifige. Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Non est inuentus ex toto populo vnus qui de Christo bene loqueretur, qui eius innocentiam vel verbo defenderet; adeoque & *discipuli fugerunt omnes, eo solo relicto.* Hæc est rerū humanarum vicissitudo, hæc honorum & affectionum hominum incōstantia; qua docemur huiusmodi omnia despiciere. *Transit mundus, & concupiscentia eius,* ait Spiritus sanctus. Si ab artifice perito domus tuæ ruina imminens tibi, assereretur, nonne citò exires? At mundi opifex de tota mundi gloria hoc nos monuit, & suo hoc exemplo docere nos voluit. In torneamentis, quæ dicuntur, & certaminibus publicis seu duellis, omnis amicorum turba ducem & inuasorem tubis, aliisq; musicorum instrumentis comitari assuevit. Sed postea dux idem ab hoste superatus & vulneratus, mærens & tristis, nemine comitante reuertitur. Aman apud Assuerū Regem in tanta fuit gloria, vt ille solus à Regina Hester cum Rege ad cōuiuium inuitaretur: de quo etiā apud suos magnificè gloriabatur. Sed quo die exceptus in conuiuio fuit, eodem strangulatus periit; etiam iubente Rege, cui intimus erat; etiam in gratiā Reginæ, quæ inuitauerat, etiam in eodē patibulo quod alteri parauerat. Holophernes, Assyriorum dux fortissim⁹, qua se nocte beatissimum putabat, & post iucundissimas epulas concupitis amoribus frui sperabat, & Bethuliæ ciuitatem, quam diu obsederat, iam in manus suas dedendam non dubitabat, ea nocte ab inermi muliere capite abscisso, interiit, totumque cum vita exercitum amisit. Prophanae historiæ his exemplis plenæ sunt, qualia in alia Dominica protulimus. Antiochus Rex Syriæ, ex summa quadam felicitate in extremā repente redactus miseriam, quum, vt ait Scriptura, *qui paulo antè sidera cali se contingere arbitrabatur, eum iam nemo poterat, propter intolerantiam factoris, portare;* hanc fortunæ suæ mutabilitatem his ipse met verbis deplorat: *In quātam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitia in qua nunc sum, qui iucundus eram & dilectus in potestate mea! Ecce per eo tristitia magna in terra aliena* Memorabile est quod de Dionysio Syracusano scribit Ælianus. Dionysius secundus naues possidebat quadringentas; pedestres copias ad centum millia hominum, equi

Ioan. 13.

Iacobi 1.

Similia.

Exemplum.

Hester 17.

Aliud.

Iudith. 13.

Domin. 2.

Quadrages.

100. 3.

Aliud.

1. Machab. 9.

2. Machab. 6.

Aliud.

Var. hist. lib. 6.

equitum nouem millia. Ciuitas uerò Syracusorum maximis portibus erat instructa, & mœnibus altissimis munita. Reconditum etiam habebat frumentum ad centum modiorum myriadas, & armamentarium scutis, gladiis, hastis, tibialibus innumeris, thoracibus & catapultis plenum: præterea sociis infinitis uigebat. His rebus conuensens Dionysius: adamante colligatum imperium obtinere se putabat. Sed ipse primus fratres suos morte affecit. Vidit etiam filios suos crudelissimè mactari, & uirginèum pudorem filiabus eripi, atque deinde nudas trucidari. Affines reliqui alij uiui combusti sunt, alij disiecti, & in mare proiecti. Ipse in extrema mendicitate uitam senex transegit: sedensque in constrictis, risum hominibus commouit; atque in media Græcia turpiter uersatus, miserimam uitam traduxit. Hæc Aelianus. An non vno die, peneque vna hora Ioram Rex Israel, & Ochozias Rex Iuda, & impia Iezabel, in summa pace & securitate quum essent, ab vno Iehu interfecti sunt? Tale fortunæ ludibrium fuit Alexander ille magnus, qui, quum tot uictorias, & tam amplas breui tempore adeptus esset, ut Iouis filius, non Philippi, sibi videretur, in flore ætatis extinctus, totis triginta diebus sepultura caruit, Ducibus eius de imperio diuidendo contententibus: moxque de ipso cadauere inter Prolomæum & Perdiccam ingens prælium exortum est. Demetrius quoque Phalæreus, Atheniensium tyrannus, simile ludibrium fuit, cui cum populus Atheniensis trecentas statuas honoris causa erexisset, idem populus, eo adhuc uiuente, omnes subuertit. Quare, ut eleganter scribit Plutarchus, nullam earum ærugo attingit, nullam squalor sordidauit, nullam uetustas attriuit. Innumera huiusmodi fortunæ leguntur ludibria.

Valerianus Imperator, à Persarū Regè captus, eidem Regi, quoties equum concesseret, subiecta ceruice, scabelli loco fuit, ut scribit Eutropius, donec tandem excoriatus, & sale conditus, sempiternum fieret sui infortunij trophæum, ut apud Eusebium loquitur Constantinus. Baiazetes quoque, Turcarum imperator, à Tamerlano captus, eandem propè fortunam subijt. Sed & Adonibesech, Chanæcorum Rex, à Iuda captus dicebat: Septuaginta Reges, amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias. Sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Darius ab Alexandro cum tota familia & prole captus, totoque exercitu fuso,

amplissimi

*Aliud.*

*4. Reg. 9.*

*Aliud.*

*Aelian. lib. 12.*

*Aliud.*

*Plutarch. in  
Politica.*

*Aliud.*

*Histor. lib. 19.*

*In orat. Const.  
cap. 24.*

*Aliud.*

*Judith. 13.*

*Alia.*

amplissimo regno vnus prælij casu amisso; Xerxes, qui numero nauium mare sic repleuit, vt terra firma videretur, ab Atheniensibus profligatus; Iulius Cæsar in summo imperio viginti vulneribus in pleno Senatu cõfossus; alijq; innumeri tyranni vno momento sublatis, & ex amplissima fortuna in extremas calamitates subito redacti, documẽto esse debent, quanta sit rerum humanarum mutabilitas. Qui tot exempla

vides, ne dicas tibi non prædictum, caue. Tot tam magnis viris tam citò fluentibus, ne te putes, si magnus es, solidè consistere. Curris & tu, rapidoque rerum humanarum cursu ad exitum repentinum raperis. Noli ergo eam quasi rem fixam & solidam amplecti. Vide quid Scriptura dicat: *Substantia inuistorum sicut fluminis siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt.* Vanissimam mundi pompam emphaticè describit. Nam sicut in tonitruo nubes conspiciuntur imbribus onustæ magnus terror auditur, fugiunt ex agris omnes; sed mox vbi pluuia ad modicum tempus tlecidit, redit plena serenitas; & ex illo tonitruo, eiusque tanto apparatu, nihil remanet nisi parum luti ex imbre confectum, quod omnium pedibus conculcatur: eodem modo potentes huius seculi ad tempus quidem magnum strepitum in mundo faciunt, famulorum caterua, & stipantium multitudine, & vario imperio sic tonant, quasi totum mundum confunderent; sed breui momento accedens mors, omnem illum strepitum in lutum conuertit, terra in terram, & cinere in cinerem redactis.

Dixit eleganter Isocrates, *Atheniensium urbem scortis simillimam esse.* Etenim qui illarum venustate caperentur, velle quidem omnes rem cum ipsis habere, neminè tamen esse tam sui ipsius contemptorè, qui matrimoniũ cum illis iungere dignetur. Hoc autem ideo dixit, quia, quos illa ad summos honores euexerat, eosdem semper ignominiosè deicere solebat, vt Aristidis, Themistoclis, Demosthenis exilia; Periclis, Socratis, & aliorum venena documento fuerunt. Scortum hic mundus est.

Ompes volunt cum eo rem habere, sed nemo sapiens cum eo matrimonium iniunget; ita semper perfidus & mutabilis est. Dicebat idem, *Atheniensium ciuitatem ad peregrinandum in ea iucundissimam esse, ad inhabitandum verò non ita securam ac tutam esse.* Idem planè de mundo eiusque gloria & amplitudine cogitandum. Ad peregrinandum in ea satis commodus est, ideoque ad peregrinationem tantum à summo Deo datus est: quia non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus. At habitare in hoc mundo velle, suam in eo

Ecclesi. 40.

Simile.

Aelian. l. 10. 11.  
Apophtegma.

Simile.

Apophtegma.

Hebr. 13.

feli

*Aelianus li. 2.  
Apophtheg-  
ma.*

felicitem ponere, quum nihil sit eo mutabilius, securum ac tutum non est. Nec ineptè Socrates notauit, has rerum humanarum mutabilitates Tragædiarum argumenta esse, & in eis describi Atreos illos, & Thyestas, & Agamemnones, & Aegisthos. Nemo verò (inquit) Poëtarum eò progressus est impudentia, ut porcum mactatum in drama introducat. Porcum quippe mactari, humanis vsibus res apta est. At potentes huius seculi miserè perire, humanæ gloriæ ludibrium est.

## EVANGELIVM DOMINICÆ

P A S C H A E.

*Marci 16.*

**M**ARIA Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. Et valde manè, vna sabbatorum, veniunt ad monimentum, orto iam sole. Et dicebant adinuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dixit illis: Nolite expauescere. Iesum queritis Nazarenum, crucifixum. Surrexit, non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro; quia præcedet vos in Galileam. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

## PERICOPÆ moralis huius Euangelij.

1. *Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome.* De deuoto femineo sexu.
2. *Emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum.* De pietate ac liberalitate circa Dei cultum.
3. *Et valde manè, vna sabbatorum, veniunt ad monumentum.* De seruitute & deuotione circa opera pietatis atque virtutis.
4. *Dixerunt adinuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem.* De fortitudine animi, & fiducia contra impedimenta virtutum, & difficultates obiectas.
5. *Surrexit, non est hic.* De Resurrectionis Dominicæ beneficio, fructu, & effectu.
6. *Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro.* De vi & efficacia penitentiæ.

1. *Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome.*

*Feminarum  
deuoto.*

**L**ocus moralis de deuoto femineo sexu. Neque enim sine causa sic canit Ecclesia. & iuuandus interdum infirmior

firmiter sexus, ne se negligi putet, in generali exhortatione ad pietatem; nec vix alius commodior locus ad id præstandum. Hic enim solæ mulieres, & numero tres, & valde manè, & cum aromatibus, vt vngerent Iesum, ad Christi monumentum pergunt. Latitant Apostoli, negligunt discipuli, vel timore perculsi, vel ignavia remissi, vel etiam incredulitate auerſi, de Christo iam sepulto minus solliciti. Solæ mulieres in officio persistunt, labori non parcent, offensionem non timent. Laudanda hæc fœminea pietas, & aliarum in S. Scripturis fœminarū proponenda exempla, vt ad similem hodie nostræ extimulentur. Commendat Apostolus fidem Raab, quæ non periit cum incredulis, cum excepisset hospitio exploratores pacificè. Magna fuit pietas Ruth, quæ relicta terra cognationis suæ, adhæsit Noëmi socru suæ, dicens: *Populus tuus, populus meus; & Deus tuus, Deus meus.* Vnde dixit illi Noëmi: *Reddat tibi Dominus plenam mercedem ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas.* Quod & factum est, quum viro principi ex tribu Iuda postea nuberet. Mater septem Machabæorum, quæ vno die septem filios immaniter trucidari vidit, & ad moriendum pro Dei legibus fortiter animauit, vix in nouo Testamento nisi vnâ S. Felicitatem parem inuenit. Mulier Sunamitis habitaculum domi suæ extruxit, in quo Prophetam Elizeum transeuntem, hospitio reciperet: egregiū fœmineæ pietatis circa Dei seruos refocillandos exemplum. Fortitudo & pietas Iudith, vt toti Israëlī saluti fuit, ita non feministantum, sed & viris illustre fortitudinis exemplum reliquit. Admirabilis fuit zelus & pietas Reginae Hester, quæ pro salute populi sui, non solum ieiunijs & precibus diu vacauit; sed etiam seipsam mortis periculo exposuit, Regem, non vocata, adiens, & potentissimum eius Principem Aman in facie accusans. In nouo Testamento, Elizabethæ innocentia, Mulieris Chananæ fides, Hemorrhoiſæ humilitas, Magdalenæ pœnitentia, Marthæ sollicitudo, sed supra omnes mulieres benedictæ B. Mariæ matris Christi innumeræ virtutes, immaculata virginitas, profundissima humilitas, fides promptissima, in obseruandis, quæ de Christo viderat, summa diligentia, in alijs iuuandis charitas, in filij sui spectanda passione fortitudo, ac demum harum trium mulierum insignis deuotio ac feruor, ad corda fœminea vehementer ad pietatem extimulanda, plurimum mouere debent. Sed & Apostolicæ mulieres insignes fuerunt Dorcas seu Tabitha, propter frequentes

*Exempla.*

1.

*Hebr. 11.*

2.

*Ruth. 1. & 2.*

3.

*2. Machab. 7.*

4.

*4. Reg. 4.*

5.

*Iudith.*

6.

*Hester.**Alia.**Act. 9. & 16.*

Lucina Ro-  
mana.

S. Paula, Eu-  
stochium.  
Melana, Ble-  
silla, Marcella,  
Læta, Fabi-  
ola.

SS. Patrum  
sorores san-  
ctimoniales.  
Macrina.

Gorgonia.

Marcellina.  
Scholastica.

SS. Antonij.  
Benedicti.  
Augustini.  
Gregorij.  
Bernardi.  
Thomæ Can-  
tuariensis.

Peccatrices  
conuersæ.

eleemosynas: Lydia quoque hospitalitatis nomine in Actis. Post Apostolorum tempora illustres admodum, & pietate præstantes sceminae claruerunt. Vna Lucina, matrona Romana nobilissima, suam domum in Ecclesiam, suum prædium in cimiterium sanctorum Martyrum conferens, frequenter in Martyrologio celebratur. Celebres sunt apud D. Hieronymum Paula & Eustochium, Blesilla, Melana, Marcella, Læta, Fabiola, quæ Romanæ urbis splendore, opibus, & honoribus relictis, ad Christi præsepe & sepulchrum visitanda, in Palaestinum concesserunt, ibique consenserunt. Melana verò etiam omnes per Ægyptum & Thebaida eremitas religiosè visitauit, suasque eleemosynas per deserta dispersit. Quid, quòd omnes ferè Sancti, & Patres pietate illustres, sorores quoque habuerunt pietate excellentes, & sanctimoniales? Talis quippe fuit S. Macrina, D. Basilij & Gregorij Nysseni soror, cuius aded vitam frater Episcopus scripsit. Talis erat Gorgonia, soror Gregorij Nazianzeni, in cuius laudem orationem funebrem idem S. Episcopus scripsit. Talis erat Marcellina, soror D. Ambrosij, ad quam varias epistolas scripsit. S. Benedictus S. Scholasticam sororem habuit, non secus multarum virginum matrem, quam ille monachorum pater fuit; hodièque eius amplissimum monasterium extat, non longè ab illa spelunca in qua per triennium S. Benedictus latuit, sicuti oculis nostris olim perspeximus. S. Antonius, maximus ille Eremita, sororem quoque habuit multarum virginum matrem. Similiter S. Augustinus, S. Gregorius Magnus, D. Bernardus, & S. Thomas Cantuariensis, cuius sororem Mariam sanctimoniale, post fratris martyrium, Henricus secundus Rex Angliæ Abbatissam Berchingensem renunciauit. Porrò etiam nobilissimæ sceminae pietatem non secus amplexæ sunt, quod attestantur sancta Elizabetha, Regis Hungariæ filia; S. Hedviga, Ducissa Poloniæ; S. Richtrudis, Ducis Adalbaldi vxor; aliæque multæ, quarum vitæ apud Surium extant. Sed & peccatrices conuersæ, altera quæ Magdalena non defuerunt præstantissimæ, vt S. Maria Ægyptiaca, quæ post meretricias sordes, annis septendecim in eremo solitaria, nullo mortalium conspecto, vixit: S. Pelagia, quæ aliquandiu Antiochiæ fornicata, inclusa postea prope Hierosolymam, sanctissimè vitam finiuit: & S. Theodora, quæ post vnicum adulterij actum sexum mentita, monasticam vitam admirabili sanctitate traduxit. Sanctarum Virginum & Martyrum, quas celebrat Ecclesia, exempla

exempla sunt innumera, quæ vide apud Marcum Marulum lib. 5. cap. 6. Dicebat S. Hugo Lincolnienſis Epiſcopus: *Satis à fœmineo ſexu Deus diligere promeruit, cum naſci de fœmina dignatus eſt. Nam quum viro conceſſum non ſit ut vel dicatur vel ſit pater Dei, hoc tamen præſtitum eſt fœminæ, ut ſit mater Dei.* Hæc ille. Certè maximam quandam & intimam cum pijs fœminis familiaritatem Deum inire, multarum exemplis animaduerti poteſt ut in vitis S. Lutgardis, S. Catharinæ Senenſis, S. Mariæ Oegniacenſis, S. Brigittæ, S. Hildegardis, apud Surium legere licet. In hodierno Euangelio tres mulieres de Chriſti reſurrectione primum nuncijs Angelico miniſterio accipiunt: eadem prima Reſurrectionis Dominicæ noua Apoſtolis attulerunt: eiſdem Chriſtus in via redeuntibus à monumento apparuit, ſeque ab illis tangi permiſit. Dixit enim illis, *Auete. Illa autem tenuerunt pedes eius.* Sed & antea hærenti prope monumentum Magdalenæ in horto familiariter apparuit, ſeque ipſum rediuuium oſtendit; Maxima hæc diuinæ amoris teſtimonia fuerunt. Sed & mulierum opera ac miniſterio cõuerſionem hominum operari interdum Deus dignatus eſt. Puella parua in Syriam captiua ducta, Eliſei virtutes prædicans, fecit ut Naaman Syrus, princeps militiæ Regis Syriæ, ad Eliſeum veniret, non ſolum à lepra liberandus, ſed & ad veri Dei cultum conuertendus. Dixit enim: *Non faciet ultra ſeruus tuus holocauſtum aut victimam dijs alienis, niſi Domino.* Mulier Chriſtiana ab Iberis captiua, quum vitam inter eos ſanctiſſimè traduceret, & per fidem in Chriſtum aliquos ſanaret, ita in ſua admirationem barbarum populũ commouit, ut, ea hortante, Rex eorum miſſis ad Conſtantinum legatis, ac Chriſtianæ fidei magiſtros petens, cum toto ſuo populo baptizaretur. Quot Philoſophos S. Catharina diſſerendo reſutauerit, quantòſque in carcere Chriſto lucrata fuerit, Reginam ipſam, Regiſque Tribunum, & alios plurimos, in eius vita legi poteſt. Quæ omnia ut ad pietatis muliebris commendationem faciunt, ita grauius ex huius Euangelij occaſione tractata, ſexum illum commouere potuerunt, ut, omni luxu & lubricitate abdicata, ad puriorem Dei cultum animos cõuertant. Muliebris caſtitaſis inſignia exempla videre licet in Prato Spirituali cap. 39. 60. 204. & 205.

Tres Mariæ,

1.

2.

3.

Mulierum  
opera facta  
ad fidem  
conuerſio.  
4. Reg. 5.Socrat. lib. 1.  
cap. 16. C.  
Theodor. lib. 1.  
cap. 24.In Bibliothecâ  
Patrum tom. 1.

## 2. Emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.

Mortuorum  
cura.

Ruth. 2.

Gen. 23.

Tob. 12.

2. Reg. 7.

Luca 23.

Cultus volun-  
tarius.

Exempla.

1.

2.

Locus moralis de pietate ac liberalitate circa Dei cultum. Iste mulieres sicut Christo viuenti seruerant, & de substantia sua ministrauerant ei; sic etiam mortuum omni obsequio colere non desinunt. Dixit Ruth de Booz: *Benedictus sit à Domino, quoniam eandem gratiam, quam prebuerat viuis seruauit & mortuis.* Hanc benedictionem vt istæ facto consecuta sunt, sic suo exemplo docent. Pietas circa mortuos in Scripturis laudatur, Abraham, vt mortuam suam sepeliret uxorem Saram, emit speluncam duplicem in agro Ephron, nec datam voluit accipere, sed appensis quadringentis siccis pretio agri, emit eam in sepulchrum uxori suæ, & sibi, posterisque suis. Mulieres in hoc Euangelio non ex suis superfluis, sed ementes aromata vngere Iesum parant. Tobias cum vitæ discrimine sepeliebat fratres suos mortuos, quam eius pietatem in his verbis laudat Raphaël Angelus Dei: *Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abcondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Dauid quoque laudat diligenter filios Iabes Galaad, quod corpora Saulis, & filiorum eius, quæ hostes in muro Bethlam suspenderunt, de nocte furati, sepulturæ tradiderant. *Misit enim ad eos nuntios, dicens: Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam & veritatem: sed & ego reddam gratiam, eo quod fecistis verbum hoc.* Ioseph præcepit medicis vt aromatibus condirent patrem, moxque cum maxima cum celebritate in sepulchro paterno, in terra Chanaan, sepeliendum curat. Plura hac de te vide in altero Promptuario, in hanc eandem Dominicam. Porro non ignorabant hæ mulieres, quod corpus Christi antea à Ioseph & Nicodemo datum sepulturæ esset, & cum aromatibus conditum. Nam, vt Lucas de eisdem scribit, *Viderunt monumentum, & quemadmodum erat positum corpus eius; & reuertentes, parauerunt aromata & unguenta, &c.* Hac tamen aliena pietate non contentæ, volunt & ipsæ aliquid præstare. Non quiescit vera pietas, nisi ipsa mer dilecto inferuiat. Martha non caruit ancillis; sed voluit ipsa Christo ministrare: & ad hoc tam pium opus voluit sororem suam à Christo aduocari, vt quem dignum putabat cui ab omnibus ministraretur. Sic istæ mulieres, volunt



volunt & ipsa Christi corpus vngere, etsi à Nicodemo prius copiosè id factum non ignorabant. Mater filio a grotto vult ipsa suis manibus ministrare, etsi multi adsint medici ministri, ancille. Sunamitis illa mortuo filio suo, nec puerum, nec ancillam ad Eliam mittit, sed ipsa, strata asina prope rat ad virum Dei, vt pro filio resuscitando intercedat. Centurio in Euangelio pro salute pueri sui non contentus intercessores ad Christum mittere, ipsemet occurrit ei, dicens: *Domine, puer meus iacet in domo paralyticus.* Si sic Dei honorem & cultum, sicuti nostram & nostrorum salutem, cordi haberemus, non essemus aliena pietate contenti: non publicis vel xenodochijs, vel collectis, vel ad sustentandos seu pauperes, seu captiuos medijs iam constitutis, sed ipsi elemosynam dare, captiuos visitare, Christo seruire omnino studeremus. Temerarium est aliena pietate niti, aliorum aut precibus confidere, aut pijs operibus se pro excusato habere. Sapienter frater Agidius, petenti cuidam seculari vt pro ipso orare vellet, Imò, ait, tu frater ora pro teipso. Si enim Rex aliquis, largitione facta, pecunias per plateas spargeret, quas qui colligere vellet, possideret, an tu alios rogares vt pro te colligerent, & non potius ipse velociter curreres & colligeres? Fac idem pro Dei gratia, quæ omnibus eam expetentibus exposita est, quod pro pecunia colligenda facere velles. Non est quòd apponas igni ollam tuam, sperans te à proximo tuo, quod coquas, accepturum. Domi habere debes quod infundas. Melior est paruus ager proprio labore excultus, quàm tota vicinia aliena, vt cunque locupletissima. Dauid noluit ab Areuna aream & boues in holocaustum accipere: *Nequaquam (inquit) vt vis, sed emã pretio à te, & nõ offeram Domino Deo meo holocausta gratuita.* Iacob moriens dixit filio suo Ioseph, quem supra omnes dilexerat: *Do tibi partem vnã extra fratres tuos, quã tuli de manu Amorrhai in gladio & arcu meo.* Illam partem cæteris prætulit bonus Iacob, quia proprio suo labore & periculo eam comparauerat. Dicit Apostolus: *Vnusquisq; secundum propriũ laborem accipiet.* Non ex alienis, sed ex nostris querèda vera laus, & apud Deũ gloria, vt vnique dicatur: *Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituã.* Miles Artaxerxi per Persidem equitanti, malum punicum maximum obtulit in vanno. Rex magnitudinem eius admiratus, interrogauit: *Equonam horto depromptum hoc donum mihi adfers?* Illo verò respondente, domo sua, & ex suis agris; gauisus Rex supra modum,

3.  
4 Reg. 4.  
4.

Matth. 7.

Aliena pietate  
niti non tutũ.  
*In vita eius  
apud Surium,  
tom. 7.*

Similia.

1.

2.

3.

Exempla.

2 Reg. ult.

Gen. 48.

1. Cor. 2.

Matth. 10.

Aelian. var.  
hist. lib. 1.

Exemplum.

dum: missis regiis muneribus, vitum ornauit. Et per solent, inquit, iste homo tali curatione & diligentia poterit etiam ciuitatem, nico quidem iudicio, ex parua, ampliorem reddere: moxque eum ciuita i eundam Præfectum dedit. Non ita munus illud Rex compensasset, si ex alieno agro deproptum, & alieno labore excultum, Regi rusticus obtulisset. Sic istarum mulierum pietatem, quæ post Iosephi & Nicodemi aromata valde pretiosa, ipsæ tamen aromata emunt, vt vngerent Iesum, mirifice compensauit Christus, illis primum post resurrectionem apparens, &c. vt iam dictum est. Sed & illud in hac muliebri pietate admiratione dignum est, quod Iudæorum inuidiam nihil veritæ, Principum suorum indignationem nihil moratæ, appositos sepulchro custodes non formidantes, sepulchri horrorem & corporis triuani nihil metuentes, maxima animi fortitudine opus pium aggrediuntur. Facinus insigne fuit, quod fortissimi illi viri designarunt, cum, sitiente Dauide, per hostes medios irrumpentes, aquam ex Bethlehemitico fonte suo Regi detulerunt. Sed non minor harum fæminarum fortitudo, quæ, vt Christum in monumento vngerent, propriam vitam periculo exposuerunt. Nempe nos docent, vt propria morte, Christi mortem adoremus; vt propriæ vitæ periculo, vitæ quæ Christus est, securitatem participemus. *Non facio* (inquit Paulus) *animam meam pretiosiorẽ quàm me. Ego paratus sum non solum alligari, sed & mori propter nomen Domini Iesu.* Talis animi promptitudo harum mulierum videri potest, quæ potius quàm charitatem erga Christum etiam mortuum desererent, aut prætermitterent, mortis se periculo exponere non dubitauerunt.

Mulierum constantia.

2. R. g. 13.

Act. 27.

Feruoꝝ colendi Deum.

Lu. 6. 24.

Marci 16.

### 3. Et valde manè, vna sabbathorum, veniunt ad monumentum.

**L**OCVS moralis de feruore & deuotione circa opera pietatis atque virtutis. Istæ enim sanctæ mulieres pro sua erga Christum dilectione, reuerentes à sepulto Christo (vt Lucas scribit) quod fuit pridie sabbathi *parauerunt aromata & unguenta, & sabbatho quidem siluerunt secundum mandatum: Vna autem sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentum: &* vt nostrum Euangelium habet, *valde manè, orto iam sole.* Ex quibus patet, eas nullum intermisisse tempus, eas primam occasionem arripuisse vngendi Christum, &, vbi primum licuit, pietatis opus, quod volebant, comple-

cõpleuisse. Debet in opere bono, in Dei cultu, feruor  
 adesse, celeritas adhiberi, nulla oportunitas præmitti.  
 Dauid quum dixisset; *Deus Deus meus, ad te de luce vigila;* Psal. 62.  
 causam huius diligentia subiungit: *Sitiuit in te anima mea,*  
*quàm multipliciter tibi caro mea.* Pulchre Augustinus: *Amor* De ciuit. Dei  
*meus, pondus meum.* Sicut enim pondera ho. ologij efficiunt, lib. 12. cap. 28.  
 vt rotæ incessanter currant; sic amor homini actiones quo-  
 cunque trahit, siue ille terrenus sit, rerum que terrenarum;  
 siue cælestis, & rerum cælestium. De hac amoris vi & fer-  
 uore Ieremias: *Dixi, non recordabor sermonis Domini, neque* Ierem. 10.  
*loquar ultra in nomine illius* (quia, vt paulo antè dixit, *factus*  
*est illi sermo Domini in opprobriũ, & in derisum tota die.* sed vi-  
 de quid sequitur) *& factus est in corde meo sicut ignis exstans;*  
*clauis usque in ossibus meis; & defeci, ferre non sustinens.* Docet  
 sic amore diuino pectus suam flagrasse, vt verbum Dei tace-  
 re non potuerit. Hoc igne amoris inflammati Apostoli, Actor. 4.  
 dicebant: *Non possumus, quæ audiuimus & vidimus, non loqui.*  
 Sic & Paulus: *Non possumus aliquid aduersus veritatem, sed* 2. Cor. 13.  
*pro veritate.* Sicut hos sanctos feruens Dei amor ad verita-  
 tis confessionem, sic alios pios ad operum piorum exhibi-  
 tionem ita inflamat, vt continere se quodammodo ne-  
 queant. Hinc illud Ambrosij: *Nescit tarda molimina Spiritus* Præuerb. 22.  
*sancti gratia.* Hinc illæ in Scripturis voces: *Consurgat diluculo,* Præuerb. 8.  
*qui quæret bonæ.* Et alibi: *Qui manè vigilat ad me, inuen-* Esaiæ 26.  
*ient me.* Et Esaias sic ad Deum loquitur: *Anima mea desi-*  
*derauit te in nocte; sed & spiritu meo in precordijs meis de ma-*  
*ne vigilabo ad te.* Sic & Dauid: *Manè astabo tibi, & videbo* Psal. 2.  
 (id est, considerabo) *quia non Deus volens iniquitatem tu es,*  
*neque habitabit iuxta te malignus.* Rursum: *Manè oratio mea*  
*preueniet te.* Docent hæ Scripturæ, primam iustorum curam  
 esse, vt ante omnia alia, idque magno impetu ac feruore,  
 Desuo seruiant, sicut hæ mulieres fecerunt. Videre inter-  
 dum licet in magnatum ædibus, Herculem aliquem clauam  
 in manu habentem, & quasi omnibus ingredientibus verbe-  
 ra minantem, vel in tapetibus depictam, vel vt statuam exci-  
 sam. Et illa quidem semper minatur, sed nõquam ferit; stat-  
 que tam diu comminando, donec puluere obsita, vel vetusta-  
 te consumpta, in nihilum redigatur. Amor plurimorum er-  
 ga Deum, est quædam imago Herculis, totum est, faciam,  
 faciam; sed interim nihil fit: stant que ad virtutem immoti,  
 donec moram omnem mors abripiat, & ianuam claudat.  
 At veræ sponsæ Dei in Scripturis vox est: *Curremus in odo-* Cant. 7.

*Simile.*

*rem unguentorum tuorum*, id est, festinabimus ad imitationem operum & gratiarum tuarum. Quemadmodum enim non omnia corpora eodem modo odorem percipiunt, sed alij plus, alij minus: alij enim vel rheumate, vel eo quod rudiores cibos comedunt, impediuntur: sic & in anima fit. Animæ puræ nullo turpium passionum rheumate oppletæ, nullo rerum terrenarum rudiore & cassiore affectu aggravatæ, quas propter spiritus vigorem *adolescensulas* Salomon vocat, quarum illa vox est, *Curremus, &c.* diuinorum operum fragrantia, & gratiarum odore ita percelluntur, vt currant post sponsam, & adhuc currendo clament: *Trabe nos post te*. Huiusmodi Christi amore harum mulierum pectora flagrabant. Nam & sic sponsus sponsam suam. Deus animam sibi dilectam compellat: *Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea*. Ad feruorem & diligentiam suos excitat. Vnus minister in opere feruens, magis suo Domino placet, plusque obsequij præstat, quàm decem pigri, tardi, & somnolenti. De hac materia in alijs Euangelijs iam aliquoties diximus.

*Cant. 2.**Simile.**Dom. 1. post Epiph. text. 1.**Dom. 5. text. 2.**Dom. Septuage.*

4. *Dixerunt ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem.*

Fortitudo animi contra difficultates virtutis.

**L**ocus moralis de fortitudine animi & fiducia, contra impedimenta virtutum, & difficultates obiectas. Sanctæ istæ mulieres, feruore charitatis in Christum abreptæ, pergunt cum suis aromatibus ad monumentum, de maxima hac difficultate remouendi lapidem (*erat quippe magnus valde*) ab ostio monumenti, nihil cogitantes, quando vel aromata sua emebant, vel è domo exibant; sed iam in via positæ, & appropinquantes loco, tunc primùm difficultatem vident: nec propterea redeundum statuunt, aut à cæpro bono opere desistendum? sed inter se deliberant: *Quis reuoluet nobis lapidem?* De difficultate obiecta remouenda consultât. Sed vix bene deliberare cœperunt, quum ecce *respicientes, viderunt reuolutum lapidem*, ministerio haud dubiè Angelico. Nam, vt alius Euangelista apertè scribit, *Angelus autem Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum*. Docet nos hic locus, propter impedimenta virtutum non debere nos ab earum opere & executione desistere, sed gratiæ diuinæ adiutorio ea faciliè & semper tolli, quoties Deum circa ea consulimus, & in bono proposito perusti-

*Matth. 25.*

perſiſtimus. Nulla ferè virtus ſuo lapide caret; vel prauæ conſuetudinis, quæ conuerſioni multum in mora eſt; vel tentationis internæ, aut à carne, aut à diabolo, quæ duo maximè militant contra animam; vel tribulationis & aduerſitatis externæ, quam hoſtes virtutis ipſius: aut noſtri nobis excitant. Sed omnes hos lapides diuina gratia tollit, ſi Dei gratiam conſulimus. *Angelus enim Domini deſcendit de cælo*, Eſaia 9. id eſt, *magni conſilij Angelus, Conſiliarius fortis, Princeps pacis*; per cuius gratiam factum eſt, non ſolum vt *praua fiant in directæ*, ſed etiam *aſpera in vias planas*, vt in alia Dominica explicuimus, vbi & hanc totam materiam, ſicut & aliis in locis, iam tractauimus. Nihilominus hæc pauca addemus. Sic per Chriſtum lapides difficultatum ſublati ſunt, ſic aſpera facta in vias planas; vt verè in Chriſto renati illa vox ſit: *Condelector legi Dei, ſecundum interiorem hominem*. Rixa carnis exterior aded non tollit interioris hominis, id eſt, voluntatis & rationis conſenſum in bonum, vt etiam tali conſenſu delectetur. De hac virtutis delectatione Dauid: *Lux orta eſt iuſto* nempe Chriſtus, *lux mundi*; & *rectis corde latitia*. Nam & ſic mulieribus iſtis non ſolum ſublatus eſt lapis, ſed & Angeli eas lætificantes apparent, dicentes: *Nolite expauere. Qui & ideo albis veſtibus induti conſpiciuntur*, vt lætitiæ ſignum eſſent. Dicunt interdum peccatores, conuerſionis proſiſtitum habentes: *Quis ſimilis beſtia, aut quis poterit pugnare cum ea? Quomodo diaboli tentationes, carnis illecebras, mundi oblectamenta vincam? quomodo ſocietates & mores priſtinos deſeram? Quis reuoluet nobis hos lapides? Sunt enim magni valde. Sed reſpondet illico Spiritus ſanctus: Hic eſt patientia & fides ſanctorum*. Contra huiuſmodi cogitationes opus eſt patientia & fide: patientia circa malum obiectum, & fide circa præſens gratiæ remedium. Quid enim eo præſentius, qui dixit: *Cum ipſo ſum in tribulatione?* quæ verba alibi tractauimus: aut redemptore noſtro, qui dixit, *Venite ad me omnes qui laboratis, & c. & ego reſciam vos*. Hæc dulciſſima promiſſio, pariterque validiſſima ante oculos fide ponenda. Rurſum illud. *Ego, ipſe conſolabor vos*. Vide quis, & quomodo, & quid loquatur. Eccleſia in ſuo exordio multos difficultatum lapides, tam in Iudæa, quàm per relias Gentes, obiectos vidit. Nihilominus ſcriptum eſt: *Eccleſia ædificabatur ambulans in timore Dei, & conſolatione Spiritus ſancti replebatur*. Hanc totam futuram in Chriſti Eccleſia, tam in genere, quàm in particulari, conſolationem

Nulla virtus  
ſuo lapide caret.

Dom. 4. Aduen.  
text. 1 & 7.

Dom. Quinqu.  
text. 1.

Dom. 4. Quadr.  
text. 2.

Rom. 7.

Pſal. 96.

Apoc. 13.

Pſal. 90.

Matth. 11.

Eſaia 55.

Act. 9.

Esaia 6.

Typus.

Exodi 13.

1. Corinth. 10.

Genes. 44.

Allegoria.

Psal. 83.

Psal. 90.

Esaia 56.

Exemplum.

Daniel. 3.

& facilitatem circa pietatis opera, his verbis clarissimè prædixit Esaia: *Transite, transite per portas: preparate viam populo, planum facite iter, & elegite lapides, & eleuate signum ad populos.* Diuinæ gratiæ efficaciam significat; quæ offendicula atque impedita virtutis tollendo, viam eius facilem ac patentem reddit. In huius rei signum cum dimississet Pharao populum Israëliticum, non eos duxit Dominus per viam Philistym, qua vicina erat, reputans ne fortè pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere; sed circumduxit per viam deserti, qua est iuxta mare rubrum. Sic eos, qui de captiuitate peccati educuntur, non patitur statim Deus grauibus tentationum fluctibus obrui. Imò fidelis est Deus, qui neminem patitur tentari supra id quod potest. Sicut Ioseph venientibus ad se fratribus non solum triticum dedit ad vescendum, sed & pecunias quoque quibus triticum emerent: sic Deus non solum dat panem gloriæ cælestis, sed & gratiam, qua illa interim comparatur, iuxta illud Dauidis: *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* In hoc ergo gratiæ adiutorio confidit iustus, memor illius quod Prophetia cecinit: *Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio per ambulante in tenebris.* In quibus verbis omnia ferè difficultatum genera exprimuntur, vt latè & eleganter deducit D. Bernardus hunc Psalmum explicans. Sicut enim scutum totum corpus tegit; sic veritas promissorum Dei tegit iustum, & ab omni malo protegit. Vnde Esaia: *Quis ex vobis timens Dominum, & audiens vocè serui sui? id est, Prophetæ. Quis ambulauit in tenebris, & nõ est lumen ei? Speret in nomine Domini, & innitatur super Dominum Deum suum.* Vide illustre exemplum in tribus illis pueris, quos Nabuchodonosor misit in flammam ignis. Dixit eis Nabuchodonosor: *Prosternite vos, & adorete statuam quam feci. Quod si non adoraueritis, eadem hora mittimini in fornacem ignis ardentis.* Magna hæc tentatio, magna hæc difficultas, ingens lapis erat. Sed illi confestim responderunt: *Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster quem colimus, potens est eripere nos de camino ignis ardentis, Quod si noluerit, notum sit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus.* Hæc, hæc debet esse omnium fidelium resolutio. Non oportet ad inconuenientia & difficultates, sed ad Dei voluntatem atque præcepta, circa id quod fieri debet: oculos iniicere. Vide mihi sponsam illam

in Canticis quærentem sponsum suum: id est, animam iustam, Deo suo placere cupientem. *Inuenerunt, inquit, me custodes, percusserunt me, & tulerunt pallium meum.* Sed quid tum postea? Sequitur: *Adiuuro vos filie Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, ut nuntietis ei quia amore languero.* Pergit in quærendo dilecto suo. Non conqueritur de damnis in via acceptis, nec de difficultatibus & impedimentis obiectis. Sic Deum suum sanctus quærebat Dauid, dicens: *Tibi dixit cor meum: exquisiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.* *Psal. 26.*

Fractas & imperfectas voces amor ardens protulit, & rem eandem subinde repetit, sicut amantes solent. Nimirum qui pretiosam margaritam, quã perdidit, requirit, non defatigatur quærendo eam, quousque inueniat. Qui iter facit, nullam sollicitudinem habet, nisi illius conficiendi. Qui in vena aurea aurum fodit, tanta cupiditate exardescit, ut quilibet globulus terræ ei aurum esse videatur. & singulis ictibus aurum se extracturum arbitretur. Qui piscatur, semper intendit in corticem super aquam innatantem, & omnis eius cogitatio est de piscibus capiendis. Qui redeuntem amicum in via expectat, quicquid eminus videt seu arbor sit, seu pecus, amicus eius esse videtur. Qui aleis & sortibus ludunt, quemlibet iactum id afferre opinantur, quod oprant. Nec qui squam horum, vel longa expectatione, vel laboribus, aut difficultatibus interiectis fatigatur, ut ab opere desistat. Atque hoc totum amor & cupiditas facit. Vbi amor Dei est, tantundem, & multo plura, multo fortius operatur, obiectas omnes difficultates nihil moratus. Nouit enim, quod sicut pater filium suum, sicut pastor ouem, sicut aquila pullos in brachiis, humeris, & alis portat, sic suos Deus, de quo scriptum est: *Preparationes cordis eius audiuit auris tua: id est, Statim à principio boni propositi, adest suis Deus.* *Psal. 10.*

5. *Surrexit, non est hic.*

**L**ocus moralis de resurrectionis Dominicæ beneficio, *Resurrectionis* fructu, & effectu, iuxta præsentis Dominicæ celebritatem *Dominicæ* aliquid dicendi. Non enim ideo solum Christus surrexit, *fructus.* primogenitus mortuorum, ut carnis nostræ resurrectionem firmissime crederemus, quia eadem est natura radicis & palmitum eius, deoque si Christus, qui vitis est & radix nostra, surrexit, nos quoque qui palmites sumus, sine dubio resurgemus (qui totus locus ad doctrinam pertinet) verum etiam ideo

Spiritualis re- ideo resurrexit à mortuis, vt spiritualé nostram resurrectionem à peccatis, totamq; vitæ nouitatem doceret: qui locus ad mores propriè spectat. Hinc Paulus: *Christus mortuus est propter delicta nostra* (abolenda scilicet) & *resurrexit propter iustificationem nostram*; hoc est, nouam iustitiam. Vnde alibi apertius: *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Ita & vos existimate vos mortuos quidè esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu. Hoc sciètes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt ultra non seruiamus peccato. Sic & diuus Petrus: Qui passus est in carne, desit à peccatis, vt iam non desiderijs hominum, sed voluntati Dei quod reliquum est viuat temporis. Hic est ergo resurrectionis fructus & effectus moralis, vt totius vitæ nouitatem, camq; stabilem & perpetuâ doceat. Si enim complantati fuerimus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Si bene mortui sumus peccato, iacilè resurgemus iustitiæ. Ceruus qui iaculo ictus fugit, etsi haltile frangit, quàm diu tamen ipiculum infixum manet, lethale vulnus circumfert. Sic peccator, manente adhuc peccati affectu, etsi actum depoluit, non est plenè peccato mortuus, sed vulnus lethale circumfert. Resurgere cum Christo, est prorsus in alium virum mutari, & nihil vetustatis retinere: quale exemplum describit Ambrosius: *Adolescens (inquit) post amores meretricios peregre profectus, & abolito amore domum regressus, occurrens meretricula, sed eam non agnoscens, dicente illa, Non nosti me: Ego sum: respondit: At ego non sum ego. Qui verè cum Christo resurrexit, qui in nouum hominem mutatus est dicit cum Paulo: Iam non viuo ego, sed viuut in me Christus. Agnoscit illud eiusdem Apostoli: Et hac quidem fuisisti (fornicarij, adulteri, molles, fures, auari, ebriosi, maledici, rapaces) sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi. Et alibi: Fuisistis quidem tenebra, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate. Et ne quis hanc nouam regenerationem perfectorum tantù esse, & non omnium prorsus Christianorù existimet, nihil aliud hoc totum est, quod Apostolus verbis citatis dixit, quàm quod singuli in Baptismo professi sumus, & diximus: Abrenuncio Satana, & omnibus pompis eius. Ibi enim (ait Ambrosius) tenetur vox nostra, non in tumulo mortuorum, sed in libro viuentium. Non hominibus, sed Deo & Angelis eius conscribentibus, dixisti, Abrenuncio: ait sanctus Augustinus. Et vide quid diuus Basili<sup>9</sup> scripserit: Cui vè, cui afflictio, cui angustia, ac tenebra, cui sempiter-**



na dānatio? nōne prauaricatoribus, nōne ijs qui fidem abnegarunt? Quomodo abnegarūt? Renūtiantes diabolo, & angelis eius, sicut canes ad vomitū redierunt. Hæc ille. Sed ideo huius abrenunciationis vim nō tenemus, quia eius memoriā nō seruamus. Sapienter monet sanctus Chrysoftomus: *Sicut sine calceamentis & vestimentis in forum non descēdis, ita sine hoc verbo nunquā foras prodeas, sed quum es in ianua vestibulo, hoc prius recole verbum: Abrenuncio tibi Satana, & coniungor tibi Christo. Nec unquam absque hac voce exeas. Hac erit tibi baculus, hac armatura, hac turris inexpugnabilis.* Sic ille. Abrenunciare Satanae qui princeps est huius mundi, qui Rex est super omnes filios superbiæ, qui operatur in filijs diffidentis, est toti vetustati peccati renūciare, & cum Christo resurgere. Vnde Apostolus: *Si cōsurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est ad dexterā Dei sedens; quæ sursum sunt sapite, non quæ sunt super terram. Mortui enim estis (abrenunciātes mundo & Satanae) & vita vestra abscondita est cū Christo in Deo.* Hæc est omnium Christianorū debita resurrectio. Iam enim sumus non amplius hospites & aduena, sed ciues & domestici Dei: sumus filij & hæredes secundum spem vitæ æternæ, candidati regni cælestis. Ibi Patrē profiteamur ibi conuersatio nostra est. Pulchrè Chrysoftomus: *Quomodo, inquis, cupiditatem rerū terrenarum repellā? Si ethnicus esses, & nihil post hanc vitā sperares, difficile forsā esset. Nunc autem calū expectans, & ea quæ in calo sunt, dicis; Quomodo repellam? Si contrarium tibi dicerem, Expete diuitias, appete terrena; potius tu mihi diceres, Et quomodo hoc faciam, si calū expecto, à quo ista me retardant? Iniuriam tibi facerem, si proposito tibi auro, & pretiosis lapidibus plumbum tibi appetendum dicerē.* Hæc ille. Hoc totum nos docet nostra per Christum & cum Christo resurrectio. Quod & Propheta Dauid his verbis docuit: *Filij hominum, vsquequo graui corde? ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendaciū?* id est, vanas ac fallaces diuitias, falsas ac mendaces voluptates. Sed quare huic vanitati finem nūc imponi vult? Sequitur: *Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum, id est, glorificauit Christū suum.* Quasi dicat: Alios mores hoc tēpus postulat. Sic & Paulus, postquam Timotheo suo dixerat: *Labora sicut bonus miles Christi. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit;* subiūgit: *Intellige quæ dico. Memor esto, Dominū Iesum Christū resurrexisse à mortuis.* id est: Intellige ideo tibi laborandum esse &c. quia Christus resurrexit, quia quæ sursum sunt, querēda sunt; ea quæ sursum sunt, sapere, id est,

Lib. de Spiritu  
sancto. ca. 11.Hom. 21. ad pop.  
Ant.

Coloss. 3.

Ephes. 2.

Homil. 12. in  
Acta Apost.

Psal. 4.

2. Tim. 2.

est, appetere, diligere, & prosequi debes. Quare paulo post adiūgit: *Fidelis sermo. Nam si cōmortui sumus, & conuiuemus: s̄ sustinebimus, & cōregnabimus.* Hoc est resurrectionis Dominicæ documentum. Docet nos ad gloriā cum Christo resurrecturos, si interea mortificatione & patientia ei conformamur. Hęc est spes viua & vera, nō fallax & inanis. *Benedictus Pater Domini nostri Iesu Christi, qui regenerauit nos in sp̄e viuam per resurrectionē Iesu Christi ex mortuis: in hereditatē incorruptibilem & immarcescibilem conseruatam in calis in vobis, qui in virtute Dei custodimini.* Qui in virtute Dei custoditur, à potestate videlicet diaboli, & à seruitute peccati (ad hoc enim est virtus Dei in nobis) ille regeneratus est in sp̄e viuam & veram, per Christi resurrectionem; non qui adhuc peccatis suis seruiunt. Hęc est ergo (vt loquitur Augustinus) *Resurrectio congrua futuræ corporum resurrectioni: vt interim resurgentes ab omni peccato, in nouitate vitæ ambulemus, & abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè, piè, & iuste viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloria magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi.*

6. Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro.

Pœnitentiæ  
virtus.

**L**ocus moralis de vi, virtute, & efficacia veræ pœnitentiæ. Petro enim cum cæteris discipulis nominatim iubet Angelus Christi resurrectionem annunciarī, vt intelligerēt eum, et si in passione Christi omnīū turpissimè lapsam, quia Christum ille solus negauit, abnegauit, & aburauit, idque tertio, nunc tamē nihilominus Christo gratū esse, in numero discipulorū eius haberi, & resurrectionis Dominicæ nūcio dignū esse, propter verā & cordialem quæ intercesserat pœnitentiā. Christo enim ter abnegato, ad se statim rediens, *exiit foras, & fletit amarè.* Hūc exitum à loco & statu peccati hunc fletum, has amaras lachrymas, ita misericors Deus respexit atque cōplexus est, vt, perinde ac si non peccasset, in numerum discipulorum Christi, & electorum Dei, iterum ascisceretur. Nam & ideo Christus Petro seorsim apparuit, ipso resurrectionis die. Nā in eius diei vespere congregati vndecim, narauerunt & dixerunt: *Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.* Vnde diuus Hieronymus in hunc locum: *Dicit specialiter, Et Petro; quia se indignū iudicauit discipulatu, cū ter negauit Magistrum. Sed peccata praterita non nocent, quando non placēt.* Notauit & hoc diuus Gregorius: *Si hunc Angelus non nominatim exprimeret, qui Magistrū negauerat, venire inter discipula*

Luca 22.

Luca 24.

In com. in  
Mar. 16.  
Homil. 21. in  
Euang.

scipula

Scipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Tanta veræ pœnitentiæ vis, sic illa Deo grata est. Filius prodigus in Euangelio, post pœnitentiã, recipit stolam Luca 16. primam, & magno cõuiuio à patre excipitur. Vox pœnitentis est: *Lauabis me, & super niuẽ dealbabor.* Et apud Esaiã Deus Psal. 50. Esaiã 1.

dicit: *Si fuerint peccata vestra vt coccinũ, velut nix dealbabuntur: & si fuerint rubra vt vermiculus, velut lana alba erunt.* His verbis non solũ vera peccati condonatio, sed perfecta in integrum restitutio significatur *Qui per pœnitentiã resurgunt* (ait Chrysofomus) *magna charitate resplendent, & nunquam maiori, quàm illi qui nunquam ceciderunt.* Sic & Ambrosius: *Sæpe videmus, qui antè negligentiores fuerunt, peccato aliquo commisso fieri diligentiores, & ex illo per pœnitentiã euadere solere perfectos.* In Scripturis sacris renouatio per pœnitentiã perfectissima describitur, cõparatione rerum naturaliũ, in quibus perfectissima sit mutatio, adhibita. Dauid in persona peccatoris Deo reconciliati ait: *Benedic anima mea* Psal. 102.

*Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam. Qui coronat te in misericordia & miseratione. Qui replet in bonis desiderii tuũ. Renouabitur vt aquila iuuentus tua.* Ex omnibus præmissis hanc renouationem cõcludit Propheta: *Aquilæ in senectute superiõr rostri pars ita accrescit, vt cibum capere nequeat, ideoque debilitata, deficere incipiat. Sed naturæ instinctu, rostrũ ad petrã confringit, atque ita cibum capiens, vires resumit pristinas, ac denuo iuuenescit. Peccator, longa peccati cõsuetudine gustũ pietatis amittit: oblitus est comedere panem suum, panem verbi Dei, panem vitæ cœlestis: atque ita totus languet & deficit circa animæ salutem. Sed si rostrum hoc accrescens, prauæ consuetudinis, & duri cordis, ad petram, quæ Christus est, per pœnitentiæ lamenta, & cordis contritionem confringit, renouabitur vt aquilæ iuuentus eius. Dicit iterum Dauid: *Vox Domini præparantis ceruos, confringet Dominus cedros libani.* Cedri libani, sunt superbi impœnitentes: hos Dominus confringit, & iusto iudicio disperdit. Cerui sunt, qui per pœnitentiã à Dei voce præparantur & renouantur; ab illa, inquam, voce: *Venite ad me, & ego reficiam vos.* Ceruus enim senio confectus, tam fortiter respicit in ostio speluncæ, in qua sentit esse serpentes, vt illos fortis prodire compellat: quos statim dentibus conterens, affluenter*

*Ad Theodorum lapsum par. 1. Præfat. in Psal. 37.*

*Simile.*

*Aquilæ renouatio.*

*Psal. 102.*

*Psal. 28.*

*Matt. 11. Simile. Cerui renouatio.*

fluenter

Rom. 16.

Cant. 2.

Job 39.

Simile.

Accipitris re-  
nouatio.

Cant. 1.

2. Cor. 2.

Gal. 6.

Simile.

Act. 13.

Luca 7.

Marci 16.

In vita singulo-  
rum, apud Sic-  
tium.

fluenter sudat, tantamque aquæ, & pravi humoris copiam sudore egerit, vt profus renouatus, & velox fiat. Sic qui in peccatis veterascit, per pœnitentiæ lachrymas, & sudorem, quem peccati confessio & educio generat, dum peccatorum suorum serpentes bona confessione educit, & conterit *Satanam sub pedibus suis*, nouas ad currendum in via virtutis vires resumit, & penitus renouatur, *saliens sicut ceruus, saliens in montibus, transfiliens colles*; omnes difficultates superans, omnia ardua perficiens. Sed & accipitris renouatio hanc pœnitentis admirabilem immutationem docet. Dicit Deus ad Iob: *Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum?* Accipiter enim (quod & de Phœnice scribitur) calidum meridiei ventum quærens, cōtra eum alas expandit. vt calidissimi venti æstu pori adaperitis, assiduo alarum motu veteres plumæ expellantur, nouæque eodem fouente calore excrescant. Sic peccator diuini Spiritus afflatum feruentem nactus (de quo sponsus ad sponsam dicit, *Vbi pascis? ubi cubas? in meridie?*) expandit peccata sua, vehementi cordis contritione *recogitat in amaritudine annos suos*, & hoc saluberrimo motu, hac sui concussione (*tristitia enim secundum Deum, pœnitentiam in salutem stabilem operatur*) in nouum hominem mutatur; & affectibus pristinis, secundum quos prius cucurrit, decussis, novos induit, factus *nouus in Christo creatura*. Sed & coluber renouandi se artem à natura didicit, dum per arctissimum petræ foramen, aut lapidum angustias pertransiens, veterem pellem excoriatus deponit, nouoque protinus assumpto reflorescit. Sic autem & peccator, exuto penitus veteri homine, nouum induit. Exiit autem vetus per arctam pœnitentiæ viam, vt induatur nouus per abundantem Christi gratiam. Dauid graua commisit peccata: sed per pœnitentiam ita renouatus fuit, vt testimonium illi perhibeat Scriptura: *Inueni Dauid virum secundum cor meum*. Diuus Petrus, abnegato Christo, per pœnitentiam sic surrexit, vt plus cæteris Christum diligeret, plus diligens cæteris præficeretur, factus Ecclesiæ Princeps. Maria Magdalena, peccatrix dicta, sic per pœnitentiâ renouatur, vt de ea dicat Christus: *Remissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum*. Sic postea dilexit, vt cū primis ad monumentum Christi venerit, cæteris recedentibus sola remanserit, ideoque prima Christum post resurrectionem viderit, dicente Marco. *Surgēs Iesus manè prima sabbathi, apparuit primò Maria Magdalena, Maria Ægyptiaca, Pelagia meretrix,*

Antio-

Antiochena, Theodora Alexandrina adultera, per pœnitentiam renouata, sanctissimam postea viram duxerunt. Sanctus Bonifacius martyr, post fornicationis peccatum ita pœnituit, vt patria relicta, ac martyrum obsequio se totum dans, nobilissimus tandem martyr & ipse fieret. Hæc est veræ pœnitentiæ vis admirabilis & efficacia.

## EVANGELIUM DOMINICÆ

IN ALBIS.

**C**VM esset sero die illa, vna sabbatorum, & Ioan. 20. fores essent clausa, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Iesus, & stetit in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gausi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit eis ergo iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde Thomas: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & asser manum tuam, & mitte in latus meum; & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thomas, credidisti. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est Filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

## PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. *Cum esset serò die illa.* De spe & fiducia in Deum non deponenda.
2. *Stetit in mediò eorum, & dicit eis: Pax vobis.* De pace Christi variâ ac multiplici, credentibus in eum data.
3. *Cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.* De gloria Crucis & passionum Christi.
4. *Quorum remisistis peccata, remissa sunt; & quorum retinueritis, retenta sunt.* De peccatorum confessionis Sacramentalis necessitate, vilitate, & frequentatione.
5. *Thomas, vnus ex duodecim, non erat cum eis quando venit Iesus.* De bonorum consortio diligenter retinendo.

1. *Cum esset serò die illa.*

Spei & fiducia:  
virtus.

**L**ocus moralis de spe & fiducia in Deum non deponenda. Christus Dominus nec statim post resurrectionem suam discipulis suis apparere voluit, vt eorum spem & fiduciam exerceret; nec apparitionem suam diu distulit, ne spem eorum & fiduciam falleret. Quibusdam certè signis & nuntijs eorum spem fouebat, apparens modò Petro, modò Magdalena, modò Marijs in via, modò duobus discipulis euntibus in Emaus: sed omnibus simul congregatis non apparuit, nisi serò, quum iam ianua essent clausa, etsi summo manè surrexerat. Sic nobiscum agit Deus. Etsi non statim liberat à malis, interim tamen, si spem in eum non deponimus, quædam beneficio nobis præstat, quæ quasi nuntij sunt & sponsores futuræ liberationis. Est hæc virtus spei non secus necessariâ quàm fides, propter continua ferè aduersa, quibus iusti exercentur. Hac virtute destitutum sic redarguit Propheta: *Et nunc quare mœrore contraberis? Nunquid Rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor vt parturientem?* Sic nempe diffidentia & pusillanimitas animi perturbat, quasi nec Rex noster Deus esset, nec Consiliarius Christus, nec Consolator Spiritus sanctus. Aliter David, seipsum quasi arguens: *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, id est, nunquam desinam confiteri illi, & dicere: Salutare vultus mei, & Deus meus.* id est, quòd ipse saluabit me, & habebit curâ mei. Cuius rei vide in ipso Dauide admirabile exemplum. *Saul & viri eius, in modum corona cingebant David & viros eius;* idque ita, vt David desperaret (humanitus loquendo)

Mich. 4.

Psal. 47.

Exemplum.  
1. Reg. 23.

loquendo) *euadere se posse à facie Saul.* Sed ecce auxilium oportunum. *Nuntius venit ad Saul, dicens: Festina, & veni, quoniam infuderunt se Philistim super terram.* Reuersus est ergo Saul, desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum Philistinorum. Sic quum Sennacherib, Rex Assyriorum, arctissime oblideret Hierusalem, & Rex Ezechias oraret Dominum, respondit ei per Esaïam Prophetam Deus: *Ecce, ego immittam ei spiritum & audiet nuntium, & reuertetur in terram suam, & deiciam eum gladio in terra sua.* Quod & factum est. Permisit Deus ad extremum & in summum discrimen adduci Dauidem & Ezechiam, & in eo articulo liberat. Quum Deus Abrahæ præciperet, vt immolaret filium suum Isaac, quem diligebat; etsi tam puerum à morte, quàm senem ab illa graui tentatione liberare decreuerat, tamen nec quum de noctu surgeret Abraham, vt Dei mandatum exqueretur, nec quum ligna in holocaustum concideret, nec quum ea asino imponeret, nec quum in via toto triduo ambulauit, nec quum ad sinum montis iam peruenisset, vbi feruos dimisit, nec quum ligna holocausti super filium imposuit, nec quum de victima holocausti Isaac patrem interrogaret, nec quum altare ædificabat, & ligna superposuit, nec quando filium suum ligabat, nec quãdo illum super struem lignorum iam colligatum ponebat, nec quando gladium in manu accepit; sed in extremo prorsus articulo, cum brachium armatum iam eleuatum, & ad ferendum paratum habebat, vocat illum Deus, & filium à morte, patrem ab occisione liberat. Toto hoc tempore, & per tot actus intermedios spem & fiduciam Abrahæ Deus exercuit. In omnibus igitur aduersis illud Prophetæ Abacuc memoria tenendum: *Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit.* Ecce, qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: vel, vt D. Paulus legit, *non placebit anima mea.*

Nempe Dei sapientia hac auxiliij sui dilatione desiderium nostrum accendere & augere vult, vt tanto sit beneficium dulcius, nòsque ipsi diuinæ gratiæ capaciores. Nam & desideria dilata crescunt; & Dei dona tanto vberius capiuntur, quanto ardentius desiderantur. Hinc illæ Scripturæ: *Ego sitiienti dabo de fonte aqua viua gratis.* Rursum: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Et iterum: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Sitiennes potat Deus, esurientes pascit, desiderantes ditat. *Spiritus meus (ait Deus) super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauam.* Qui edunt

Aliud.

4. Reg. 19.

Aliud.

Gen. 22.

Abac. 2.

Hebr. 10.

Apoc. 21.

Ioan. 7.

Matth. 5.

Eccli. 24.

*Domin. 4. post  
Epiph. text. 1.  
2. & 4.*

*me, adhuc esurient; & qui bibunt me, adhuc sitient. De hac materia superius plura vide.*

2. *Stetit in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis.*

*Pax donum  
Christi.*

**L**ocus moralis de pace Christi, credentibus in eum relictus. Nempe vt præcipuus finis & scopus aduentus Christi erat, vt pacem adferret; sic prima eius vox post gloriosam resurrectionem hæc erat: *Pax vobis*. Illam nunc de facto confert, quam per sacratissimam passionem promeruerat. Christo nato statim Angeli cecinerunt: *Pax hominibus bonæ voluntatis*. Vbi primùm Christus discipulos suos ad prædicandum misit, primum mandatum erat, vt, quamcunque domum ingrederentur, dicerent: *Pax huic domui*. Paulo ante mortem dixit: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis*. Denique resurgens à morte, discipulis congregatis, & ipso resurrectionis die, & in hac ei<sup>9</sup> octaua, bis dixit, *Pax vobis*. Sed multiplex est hæc pax

*Lucæ 2.*

*Matth. 10.  
Ioan. 14.*

*Pax cum Deo.*

Christi, à pace mundi longè diuersa. Prima pax nostra est, amicitia cum Deo, in statu gratiæ, & immunem à peccato, quod à Deo separat, vitam agere. De hac pace dicitur: *Ipse est pax nostra* (effectiue scilicet) *qui fecit vtraque vnum, & mediũ parietem macerie* (id est peccatum, quod tanquam paries diuisit nos à Deo) *soluens, inimicitias* (cum Deo scilicet) *in carne sua, pro nobis crucifixa*. De hac etiam alibi: *Iustificati ex fide* (vt ex principio iustificationis) *pacem habeamus apud Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum*. Reconciliatio nostra cum Deo per Christum facta, est hæc pax nostra. Venit enim (vt cecinit Zacharias) *visitare nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris sedent, & in umbra mortis* (id est in peccatis suis) *ad dirigendos pedes nostros in viam pacis*. De hac pace cum Deo, proprio incarnationis & passionis Dominicæ fructu, in alia Dominica diximus. Alia pax etiam per Christum est, conscientia quies & pax, quæ est fructus prioris, de qua etiam in præcedentibus diximus. De hac Esaias: *Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum: & sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta*. Multis rem eandem explicat, pacem iucundissimam in conscientijs piorum: quam tribus verbis sic Dauid tradit; *Orietur in diebus eius* (id est, Christi) *iustitia, & abundantia pacis*. Præcedit iustitia per Christum, & sequitur pax copiosa. *Mens enim secunda quasi iuge conuiuium*. Hæc vtraque pax summum quoddam est &

*Ephes. 2.*

*Rom. 5.*

*Lucæ 1.*

*Dom. 3. Quas  
drag. text. 3.*

*Ibid. text. 4.  
Pax conscientia.*

*Esaiæ 32.*

*Psal. 71.*

*Prou. 15.*

maximè



maximè delectabile huius vitæ bonum, firmum quoque & stabile, quia circa solidum bonum versatur. Sicut enim ignis *Simile.* iuxta materiam subiectam, aut diu & multum, aut parum paruoque tempore ardet; sic pax animi iuxta ea, in quibus quiescit, & voluptatem capit, aut firma est & solida, aut fluxa & inanis. Pax mundi, quia non nisi circa res fluxas, & vt plurimum malas, versatur (vt in quadam Dominica expli- *Dom. 2. Quid- drag. tex. 3.* cauimus, super illa verba: *Bonum est nos hic esse*) non est verè pax. Pax conscientie, quæ in Dei amore, & iustitiæ ac virtutis actione versatur, non potest non esse, vt Deus ipse ac iustitia Dei est, firmissima & iucundissima. Hæc pax omne illud bellum tollit, quod cum diabolo, cum mundo, & carne, spiritus hominis alioqui incessanter debet prosequi. Quum enim spiritus præualer aduersus carnem, communis hostis diabolus facile superatur. Quemadmodum enim aliquando accidit, vt duo canes, qui nunquam inter se conuenire potuerunt, conspecto tamen lupo, communi hoste, & eum pariter adorti, facile prostigantes, firmissima postea amicitia coniuncti fuerint: sic carne & spiritu (quæ sibi inuicem naturaliter aduersantur) per Christi gratiam conciliatis, & communem hostem diabolum, qui carnem ad voluptates, spiritum ad cupiditates sollicitat, pariter impugnantibus, pariter contra eum dimicantibus; tum ille facile vincitur, tum istæ arctiori pacis fœdere coniunguntur. Alia pax *Pax confidentiæ.* Christi est, nihil in hac vita aduersum formidare. Quum enim Apostolis futuras tribulationes prædixisset: *Hæc* (inquit) *locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.* Hæc pax est perpetua & firma fiducia in Christum, de qua in alio Euangelio diximus. Hanc pacem Apostolis turbatis in hoc Euangelio Christus dat, vt omnem animis eorum perturbationem, quam ex eius acerbissima morte conceperant, penitus depelleret, & noua quadam lætitia suo conspectu eos perfunderet. De hac triplici pace, in Deo, in conscientia, in Christo, sic scribit Augustinus: *Hæc est illa gloriosa pax, quæ fructus malarum cogitationum eructat, mentem fluctuantem illa sam conseruat, conscientiam purgat. Qui pacem cordis, oris, & operis non habet, Christianus dici non debet. Qui in hac non sperat, in lubrico vitam & pedem ponit, in tempestate nauigat, in precipitio ambulat, in arena seminat.* Hæc ille. Hanc nempe pacem pro testamento Christus Apostolis dereliquit, tanquam summum huius vitæ bonum, quo nullus carere *in sermo. ad frat. in eremo.*

debet, quo omnes beati esse incipiunt. Porrò & ad hæc  
 Pax cum pro- Christi pacem pertinet pax cum proximo, nec solum in no-  
 ximo. bis, sed & inter nos ipsos. De qua in eodem sermone sic  
 Augustinus: *Sicut spiritus humanus nunquam viuificat mem-  
 bra, nisi fuerint unita; sic Spiritus sanctus nunquam nos viuifi-  
 cat, nisi pace uniti fuerimus.* Hoc est quod Apostolus dixit:  
 Ephes. 4. *Solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis.* Pax enim  
 cum proximo, seruat unitatem in spiritu nostro, & vincu-  
 lum quoddam ac firmamentum eius est: sanè huiusmodi, vt,  
 vbi primùm hæc soluta fuerit, altera quoque dissoluatur.  
 Homil. 19. ad Quomodo enim (ait S. Chrysostomus) *si quando te ipsum  
 Ephef. alteri cuiquam alligare volueris, alia ratione illud non potes, nisi  
 illum tibi colligaueris: ita hic Apostolus alligari nos inuicem  
 vult, non simpliciter pacificos esse, neque utcumque diligere, sed  
 in omnibus vnã animam esse.* Talis erat primorum Chri-  
 stianorum pax. *Credientium erat cor vnũ, & anima vnã.*  
 Nulla tam suavis musices harmonia, quàm ille concertus  
 animorum. Nulla ædificiorum pulchritudo talis, quanta est  
 fidelium concordia. Totum hoc vniuersum, quod ex ele-  
 mentorum concordia coalescit & stat, non ita Deo gratum  
 est, vt pax & concordia Christianorum. Vnaquæque acies  
 suum habet vexillum; omnis familia nobilis suum habet  
 proprium stemma; cuiusque pastoris grex suum habet cha-  
 racterem: at familia Christi, amoris, pacis, concordia: pro-  
 prium signum habet, dicente Christo: *In hoc cognoscens om-  
 nes quod discipuli mei estis, si dilectionem ad inuicem habueritis.*  
 Hinc Apostolus omnem inter Christianos litigandi formu-  
 lam pro delicto habet. *Iam quidem, inquit, omnino delictum  
 est in vobis, quod iudicia habetis inter vos.* id est, iam osten-  
 ditis vos in peccato esse, in statu gratia, in charitate non  
 esse, eo quod litigatis. & vide vt probe quod dicit: *Quare  
 non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem pati-  
 mini?* Nempe, vt alibi dixit, *Charitas omnia suffert.* Qui er-  
 go nihil suffert, nihil pati iniuria: vult, charitatem se non ha-  
 bere ostendit. Raræ sunt lites inter patrem & filium, inter  
 virum & uxorem. Ratio est, quia vt plurimum talis inter hos  
 dilectio est, vt multa prius pati velint, quàm ad lites des-  
 cendere. At Christianorum omnium, qui fratres sunt, vnus  
 Dei Patris filij, vnus Christi capitis membra, vnus eccle-  
 siastici corporis partes, vno pane & vno calice participan-  
 tes, non minùs arcta charitas & dilectio esse debet, quàm  
 illorum est. An verò sicut canones quidam ecclesiastici  
 exoleuiss

exoleuisse dicuntur, ita verba Apostoli iam exoleuerunt, quia aliter se habet consuetudo? Non magis certè, quàm si ad Decalogum ampliùs neminem obligari diceres, quia pauci eum per omnia obseruant & adimplent. At vim vi repellere licet. Sed violata Christiana pace id non licet. Nihil tale potes litigando consequi, quale amittis Christiana pace violata. Pulchrè diuus Gregorius Nazianzenus: *Dicamus fratres his qui nos odio habent; Parcam tibi in re aliqua parua, vt maius aliquid, nempe concordiam, accipiamus: vincamur, quo vincamur.* Satius est pecuniam amittere, quàm charitatem, pacem, concordiam cum fratre; qua deperdità, pacem cum Deo, pacem conscientiæ, pacem & fiduciam in Christo pariter amittis. Vim vi repellere, ius suum prosequi eatenus licet, quatenus illud aut Reipublicæ, aut iniuriam facienti vtile est, ne vel illa detrimentum accipiat, vel iste impunè malè agat. Propriæ iniuriæ aut condonandæ, aut salua charitate (quod difficillimum est) prosequendæ. *Cæsaris mores* (ait sanctus Augustinus) *extollens Cicero, dicebat: Nihil obliuisci soles, nisi iniurias. Dicebat hoc tam magnus laudator, aut tam magnus adulator. Sed si laudator, talem Cæsarem nouerat. Si autem adulator, talem esse debere ostendebat Principem ciuitatis, qualem illum fallaciter predicabat.* Quod cum laude præstatur ab ethnicis, an vt stultum vituperabitur à Christianis? Sed nunc ad nostra redeamus. Loquens Dominus ad Noë, dixit: *Fac tibi arcam de lignis leuigatis; mansiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus.* Arca Ecclesiam significat, quæ ædificatur ex credentibus, per pœnitentiam & sacramenta perpolitus. In hac mansiunculæ, varij credentium status, vocationes variorum sunt. Sed vt hi omnes in vocatione diuersa bene cohæreant, totaque Ecclesia firma sit, vt aquas, vel externæ & peregrinæ doctrinæ, vel tentationum & persecutionum non intromittant, nec ab eis submergantur, bitumine & glutine firmissimæ charitatis, concordiæ & pacis intus & exterius, & in vnoquoque; tum quoad se, tum quo ad proximum, obliniri debent. Alioqui arca diu non subsistet, quia *omne regnum in se diuisum desolabitur*, vt superius explicatum est. *Nisi Dominus adificauerit ciuitatem, in vanum laborauerunt qui adificant eam.* Dominus autem non ædificat, nisi mediâ te charitate. Nam vt *scientia*, sic *charitas ædificat*, quod etiam supra explicatum est. Sequitur ergo: *Vanum est vobis ante faciem surgere.* id est, ante charitatem & pacem ad opus vos accingere.

Vim vi repellere, violata charitate, non licet.

*Sermo. 3. de pace.*

*Epi. 5. ad Marcellinum.*

*Genes. 6. Allegoria.*

*Domin. 3. De drage.*

*Psal. 126.*

*1. Cor. 3.*

*Psal. 126.*

accingere. *Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Postquam recogitatio in amaritudine annos vestros, in pœnitentia sederitis, vos, qui in peccatis perpetrandis cibum omnem & voluptatem ponitis, tunc demum ad ædificandum surgite. Hac de causa volens Salomon templum Domino ædificare, dixit: *Nunc requiem dedit Deus, meus mihi per circuitum, & non est Satan, neque occursum malus. Quamobrem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei.* Significat hoc totum, spirituale ædificium Deo ædificari non posse, ubi Satan est, ubi dissentio est, ubi pax & requies non est. Dicit D. Ioannes, se equum rufum vidisse, & qui sedebat (inquit) super eum, datum est eis ut sumeret pacem de terra, & ut inuicem se interficerent, & datus est ei gladius magnus. Equus iste rufus, homines discordes, sanguinarios, & furiosos denotat. Qui sedet in eo, diabolus est, qui operatur in filiis dissidentis, à quo & captiui tenentur ad voluntatē eius, sicut equus ad fessoris voluntatem in omnem partem flectitur. Contrā verò pax conglutinat, charitas ædificat, concordia compaginat. Quis in hoc templum ingredi auderet, nisi certus esset, totum ædificium cæmento & lapidibus ita bene compaginatū esse, ut nullum sit ruinæ periculum: Eodem modo nec Ecclesia, nec societas vlla, nec anima cuiusquā in tuto est, si in pace non sit. Hinc Apostolus in omnibus suis epistolis, ut Dei gratiam, ita animæ pacem illis optat, ad quos scribit: *Gratia* (inquit) *vobis, & pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo.* Sic ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Coloſſenses, ad Thessalonicenses, stylo perpetuo scribit. Duo videlicet summa bona, radicem & fructum, principium & perfectionem, suis exoptat. Ad Philippenses verò repetens, dicit: *Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum.* id est, cuius fructus, suauitas, & felicitas nullo sensu cōprehendi potest, *custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu.* Hanc pacem maxime cum proximo seruandam ipsa natura nos docuit. Vix enim animal præter hominem reperitur, cui natura ad sui defensionem, vel etiam aliorum offensionem, arma non dederit. Aliis namque cornua, aliis dentes, aliis ungues, aliis rostra, aut stimulos in hunc finem dedit: at homini nec cornua ut boui, nec ungues ut leoni, nec dentes ut cani, nec rostra ut auibus, nec stimulos ut apibus, quibus proximo sui generis noceat, natura dedit; sed prorsus nudum & inermem in hunc mundum introduxit, ut animal pacificum, à pugna

& conten-

*Exemplum*  
3. Reg. 5.

*Apoç. 6.*  
*Allegoria.*

*Ephes. 2.*  
2. Tim. 2.

*Rom. 3.*  
1. Cor. 1.  
2. Cor. 1.  
*Galat. 1.*  
*Ephes. 1.*  
*Philip. 1.*  
*Coloss. 1. & 4.*  
1. & 2. Thess. 1.  
Pacem cū proximo natura docet.

& contentione alienum. At nunc, quum sæuis inter se conuenit vsis, homo homini lupus est. non solum parum Christianum, sed etiam degenerem contentio & discordia ostendit. *Sex.* (inquit Salomon) *sunt qua odit Dominus, & septimum odit in anima eius.* Hoc septimum est: *eum qui seminat inter fratres discordias.* Huius causæ multæ sunt. 1. quia odium aduersatur præcipuæ virtuti, quæ est charitas. 2. quia tale odium non vnus, sed vnitatis, & pacis odium est. 3. quia hoc totum in aliis procurat. 4. quia primus procurat & seminator est mali. 5. quia non qualemcunque auersionem, sed discordias seminat. 6. quia inter eos qui fratres erant, & prius vniti. Tenendum ergo quod Propheta dixit: *Inquire pacem, & persequere eam.*

Prouerb. 6.

Psal. 33.

### 3. Cùm hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.

**L**OCVS moralis de gloria crucis & passionum Christi. Et Christus quidem in hoc Euangelio idcirco manus clauis confixas, & latus perforatum ostendit, vt veritatem corporis crucifixi, discipulis ostenderet, eorumque fidem firmaret. Sed non ob hanc solum causam, has sacratissimorum vulnerum suorum cicatrices, hæc passionum suarum vestigia, hæc factæ redemptionis signa, Christus Dominus post resurrectionem suam in corpore glorificato seruauit; verum etiam vt gloriosa ac perpetua essent Christi crucifixi monumenta. Seruauit ea (ait Ferus) ceu margaritas quædam victoriæ, & splendida pacis, quam attulerat mundo, ornamenta vel testimonia. Poterat quidem clauorum & lanceæ penitus extirpare vestigia; sed seruanda erant oculis paternis decentia filium charitatis & obedientiæ signa, veneranda nostræ causæ patrocinia, nostrique amoris incitamenta, & horroris impiorum perpetua incendia. Hæc ille. Nempe, vt sapiëter annotauit Philippus Diez, quemadmodum Christus Dominus Incarnationis suæ & Passionis memoriale perpetuum in hac militante quidem Ecclesia venerabilem Eucharistiam, corporis & sanguinis sui existentiam Sacramentalem reliquit: sic in Ecclesia triumphante, quæ in æternum duratura est, hac militante cum seculi consummatione desitura, eiusdem Incarnationis & Passionis suæ memoriale æternum, vt recentem tanti beneficii memoriam beati semper haberent, vulnerum suorum signa & cicatrices in carne Filij Dei glorificata in æternum conspicua esse

Crucis &amp; Passionum Christi gloria.

In Ioan. cap. 20.

Concil. 1. in hanc Domin.

Apoc. 5.

esse voluit. Beatorum enim in cœlo hæc vox, & iubilatio, & perpetua gratiarum actio erit: *Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius quoniam occisus es, & redemptus* Deo in sanguine tuo, *ex omni tribu, & lingua; & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum.* Vult Christus

Christus per  
sua humilia  
cognosci vult.

Iesus per sua humilia cognosci & glorificari, non per sua gloriosa. Idcirco non hic apparuit discipulis gloriosus, ut in Transfiguratione; sed humilis, sicut in Passione. Cum de cœlo Saulem vocaret, per humilia sua ab eo cognosci voluit, dicens: *Ego sum Iesus Nazarenus* (ad titulum in cruce positum alludens) *quem tu persequeris.* Non dicit: Ego sum Dei verbum: ego sum, qui ad dexteram Patris sedeo: ego sum, cui omnis potestas data est in cœlo & in terra.

Act. 9.

Sed & Angeli ad monumentum non alio titulo vtuntur. *Iesum* (inquiunt) *queritis Nazarenum crucifixum.* Paulus quoque de scientia sua in Christo loquens, *Ego, inquit, nihil me arbitror scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.*

Marc. 16.

Non quod multa alia non sciret, tam de Deo Patre, de Spiritu sancto, de tota reliqua fide præter Christum, quam de ipso Christo præter hoc quod crucifixus esset. Sciebat enim Christum resurrexisse à mortuis, post resurrectionem multis apparuisse, ante Passionem & Resurrectionem multa docuisse, multa miracula fecisse, natum de Virgine fuisse, & alia.

1. Cor. 1.

Sed Christi crucifixi scientiam omnibus aliis prætulit, tum ob alia, tum propter duo. Primum, quia in Christo Iesu crucifixo vniuersa continetur sapientia. *Prædicamus* (inquit) *Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis & Græcis Dei virtutem, & Dei sapientiam: quia, quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* id est, ipsa infirmitas, passio, mors Christi, quia Dei erat, quia non puri hominis, sed Dei & hominis persona passa est, infinitam virtutem habuit. Rursum, *quod Dei stultum est*, id est: quæ Deus non secundum suæ sapientiæ maiestatem, sed secundum nostræ stultitiæ simplicitatem fecit, *sapientius est hominibus*, id est, omnem humanam sapientiam excedit. Deum miracula operari, cœlum & terram creare, diuinæ potestati ac maiestati consentaneum est. At Deum hominem fieri, & mortem ignominiosam pati, omnem admirationem superat. Si flamma sursum petens, vastum incendiū facit nihil est mirandū. natura sic comparatum est. At si flamma deorsum sua sponte descenderet, & ima loca teneret

1. Cor. 1.

illud

Simile.

illud

illud verò stupendum videatur. Iesus Christus crucifixus, est flamma deorsum petens, & ignis è cælo descendens, non coactè, sed spontaneè. Secundò, hanc Christi crucifixi scientiam omnibus alijs prætulit Paulus, quia Christum crucifixum maximè dilexit, & in Christo crucifixo maxima & splendidissima dilectionis erga nos argumèta elucet. De qua re sic ad Ephesios scribit: *Flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ut det vobis secundum diuitias gloria suæ* (id est, gratiæ suæ) *virtutem, corroborari per Spiritum eius in interiori homine: habitare Christum* ) id est, ut Christus habitet *in cordibus vestris per fidem: ut sitis in charitate radicati & fundati*, id est, fortiter & acriter Christum diligatis: *ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis*, id est, diligèdo frui Christo, sicut sancti fruuntur, & fruendo per experientiam norunt, *qua sit longitudo, & latitudo, & sublimitas, & profundum*, Christi videlicet crucifixi; quantam videlicet pietatem illa crucis Christi quadruplex ratio & magnitudo nos doceat. Nam latitudo crucis (ut exponit Augustinus) hilaritatem in opere, longitudo longanimitatem in spe, altitudo seu sublimitas excellentiam mercedis repositæ, profundum, ipsius crucis mysterium & secretum significat. Moxque addit Apostolus: *Scire etiam super eminentem scientia* (id est, quæ omnem scientiam superat) *charitatem Christi*, qua dilexit nos, *ut impleamini in omnè plenitudinem Dei*, id est, ut sitis Deo pleni. Paulus ergo, quia in hac charitate Christi crucifixi, & in toto crucis mysterio, plurimum meditatus fuerat, dicit se nihil scire, nisi Christum crucifixum & huic scientiæ, tãquam nobilissimæ atque suauissimæ, omnem aliam postponere. Voluit ergo ob has causas Christus in suo glorioso corpore crucifixi stigmata, vulnerum notas, crucis memoriam, indelebiter hæere. Si Regum huius sæculi autoritas tanta est, ut res infimas & abiectas nobilitare queant, ( sic enim subligaculum Reges Angliæ, vellus ouinum Duces Burgundiæ, conchas marinas Reges Franciæ, Equestris sui ordinis notas fecerunt ) quanto magis stigmata Christi crucifixi in pretio habenda, ipsaque *crux decorem & pulchritudinem de membris Domini accepit*, ut sanctus Andreas Apostolus martyrij sui tempore professus est! Milites, quos propter res in bello præclare gestas Reges nobilitare volunt, ex ijs potissimum rebus stemmata sumunt, in quibus eorum virtus magis enituit. Itaque alij, Reges bello captos, alij leones, alij aquilas, alij districtos enses pro insignibus gerunt. Sic Christus solus

Ephes. 3.

Epist. 119.  
cap. 14.

Ephes. 3.

Similia.

lius patientiæ & mortis insignia, fixuras clauorum & stigmata in glorioso suo corpore manere, atque in cælum triumpho vehi voluit.

4. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; quorum retinueritis, retenta sunt.*

Confessionis  
Sacramentalis  
necessitas.

**L**ocus moralis de confessionis peccatorum sacramentalis necessitate, vtilitate, & frequentatione. Christus in hoc Euangelio, peracta nunc tota salutis nostræ œconomia, & redemptione humani generis per passionem ac resurrectionem completa, vt fructus eiusdē perpetuò apud nos maneat, postquam pacem Apostolis dedit, potestatem remittendi & retinendi peccata, impartito ad hoc Spiritu sancto, tribuit, & Ecclesiæ suæ pacis medium paratissimum misericordissimè relinquit. Dat Apostolis suis potestatem remittendi peccata; quibus remissis, reconciliamur Deo, & pacem Christi obrinemus. Dat ouibus gregis sui remissionis peccatorum diuinum beneficium; cuius magnitudo tanta est, vt illud in Symbolo fidei nostræ perpetuò recolamus, dicentes: *Credo remissionem peccatorum.* In Euangelio quoque, quum Christus paralytico remitteret peccata, *magnificauit turba Deum, qui dedit talem potestatem hominibus.* Sed hoc beneficium remissionis peccatorum in Ecclesia à Christo relicta, quanto est & sua magnitudine præstantius, & ex diuina gratia illustrius, & ex nostra necessitate oportunius, tanto diligentius & accuratius à populo Christiano intelligendum est.

Locus contra  
hæreticos.

Est autem hæc remissio peccatorum Apostolis data, nõ simplex & nuda prædicatio, aut annünciatio salutis per Christum, vt hæretici hodie seiplos, aliosque pestilentissimè fallunt (quos in altero Promptuario refutauimus) sed est (vt hoc Euangelium disertè docet) opus, & operatio quædam Spiritus sancti, est opus diuinum, est opus supremæ & excellentissimæ authoritatis, quam propterea Christus daturus, prius dat Spiritum sanctum, prius insufflat (significans hac cæremonia, diuinæ cuiusdam potestatis communicationem fieri) prius è mortuis resurgit, prius oues suas redimit. Est denique potestas iudiciaria; quod vel ex eo patet, quia non solum remittendi peccata, sed & retinendi, potestas datur. Remittere



mittere autem & retinere, soluere & ligare, condonare & condonationem negare circa peccata non potest iudex, absque eorum cognitione: cognoscere autem nequit, absque vel spontanea confessione, vel iuridica conuictione. Sed quia tribunal hoc cōscientiæ est, non externæ iustitiæ, & quia omnis hîc accusatio non ad pœnam, sed ad veniam destinatur, & apud Deum, non apud homines, hæc causa agitur; propterea iuridicarum formularum hic locus nullus est: sed ea requiruntur, quæ ad veniam & remissionem coram Deo impetrandam valent. Ea sunt, vt in Scripturis reuelatum accepimus, vera animi contritio, dolor verus, pura & sincera delicti confessio; ac demum aliqua pœnalis ex arbitrio iudicis satisfactio. Sed de aliis alibi; nunc de Confessione peccatorum pauca, quæ videlicet ex parte potestatis remittendi peccata maximè necessaria est, & sine qua hæc potestas exerceri non potest: ideoque non tantum ex parte pœnitentis, vt cætera duo, sed etiam ex parte remittentis & retinentis peccata, necessariò requiritur: ac propterea locus de ea aliquid dicendi hîc est. In ipsa Lege naturæ confessio peccati fuit necessaria, saltem corde tenus. Adam vbi primum peccauit, ad confessionem in à Deo prouocatur, vt docet Chrysostomus, quum Deus illi diceret, *Adam vbi es?* qui respondit: *Audiuí vocem tuam, & simui, eo quòd nudus essem, & abscondi me:* mox culpam in vxorem reijcit, & illa in serpentem. Neuter confitetur, vterque è paradiso eijcitur. *Ad hoc requisiti fuerant* (ait Gregorius) *vt peccatum, quod transgrediendo commiserant, confitendo delerent. Vnde serpens, qui non erat reuocandus, ad veniam non est de culpa requisitus.* Sic & Cain ad peccati confessionem à Deo prouocatur, dicente: *Vbi est Abel frater tuus?* In lege Mosaiica, constituta populi Dei synagoga, datis sacerdotibus & sacramentis, confessio peccati exigitur, non cordis tantum, sed & operis: quia pro distinctis peccatis distincta sacrificia instituta sunt, vt videre licet in Leuitico. *Sacrificium* (ait Augustinus) *testimonium peccati voluit esse, vt se peccator per oblationem sacrificij confiteretur peccasse. Ideo nunquam pro manifesto delicto sacrificium mandauit, sed pro ignoratis.* Hæc ille. Hinc vetus Scriptura ad confessionem peccati, tanquam remissionis remedium maximè necessarium, frequenter hortatur. Iob adhuc in lege naturæ dixit: *Si abscondi peccatum meum quasi homo* (id est, vt homines inter homines solent) *& celauit in sinu meo* (id est, in corde meo) *iniquitatem meam.* Sic Propheta in lege Moysaica. *Dixi,*

Confessionis  
necessitas.

Homi. 7. ad pop.  
Ant.

Moral. li. 22.  
cap. 13.

Cap. 4. 5. & 6.  
Quaest. ex vet.  
Testam. q. 12.

Iob 37.

ait

Psal. 37.

ait David, id est, apud me decreui, *Pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam: & tu remisisti iniquitatem peccati mei.* Sic

Esaia 43.

Esaia: *Dic tu prior iniquitates tuas, ut iustificeris.* Sic Sapiens:

Prou. 18. &amp; 28.

*Iustus in principio sermonis accusator est sui.* Et iterum: *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & dereliquerit ea, misericordiam consequetur.* Sed hec tota conf-Pœnitentia  
nunc perfe-  
rior quam  
in veteri Lege.  
Matth. 3.

fessio, seu cordis, seu vocis, non nisi Deo facta videtur. Atqui ut in statu gratiæ omnia sunt perfectiora, ut baptismatibus calicum &amp; vrceorum, Baptismus verus, &amp; lauacrum regener-

Hem. 10. in

Matth.

Confessio Sa-  
cerdoti facien-  
da.ationis; sacrificijs vmbraticis & carnalibus, quæ carnem tantum emundabant, sacrificium noui testamenti successit; sic & ipsa pœnitentia perfectior nunc est. *Quare* Ioannes Baptista, Christi præcursor, & viam parans Domino, sic suos pœnitentiam docuit, ut venientes ad eum, publica peccatorum confessione uterentur. *Baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.* Hinc in pœnitentia Christianorum, confessionem peccatorum ministro Christi faciendam Patres docue-In regul. breuior.  
ad q. 289.runt. Chrysostomus, illa verba explicans, ait: *Tempus confessionis æquè & lotis baptisate, & illotis prophanisq; incumbit: illis quidem, ut post patentium criminum vulnera, pœnitentia interueniente, curentur, & ad sacra mysteria redire mereantur.*In epitome Di-  
uinorum decret.  
Cap. de pœnit.*His verò ut ablutis in Baptismo maculis, ad Dominicam mensam, munda iam conscientia, accedant.* Idem docet sanctus Ba-

Lib. 3. epist. 4.

siliius. *Quia, inquit: conuersionis modus accommodatus esse debet ei qui peccat, & præterea opus est fructibus dignis pœnitentiæ (ut Ioannes Baptista prædicauit) (necessariò ijs aperiri peccata debent, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei.* Sic & The-Lib. 2. in Leuiti-  
cum.odoretus: *Qui dignos pœnitentiæ fructus non egerunt, eos nec admittere quidem didicimus, nec diuina eis impartire. Has habet Ecclesia leges de pœnitentiæ.* Sed & h's antiquior diuus Cypri-In Ioan. li. 12.  
cap. 36.anus: *Etiã in minoribus peccatis agunt peccatores pœnitentiam iusto tempore, & secundum disciplina ordinem ad exhomologesim**(id est, confessionem) veniunt, & per manus impositionem Episcopi & Cleri, ius communicationis accipiunt.* Sed & illo antiquior Origenes. hanc confessionis sacerdoti factæ necessitatem his verbis tradidit. *Est (inquit) dura & laboriosa per pœnitentiã remissio peccatorum, quum lauat peccator in lachrymis peccata sua, & cum non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum, & querere medicinam.* D. quoque Cyrillus hanc peccatorum sacerdoti factam confessionem docet. *Remittunt (inquit) aut detinent sacerdotes peccata duobus modis, primum**baptismo.*

*baptismo, deinde pœnitentia. Nam aut credentes, & vitæ sanctimonia probatos ad baptismum inducunt, & indignos repellunt; aut Ecclesia filijs peccantibus quidem increpant, pœnitentibus autem indulgent. Hæc ille. At verò vt in baptismo necessaria est, ex iure diuino, professio fidei in adultis, quia nisi credentes baptizare Ecclesia non potest; sic in pœnitentia necessaria est confessio peccatorum de iure diuino, quia nisi confitentes vel soluere vel ligare nō potest Ecclesia. Vnde Hieronymus:*

*Episcopus vel Presbyter pro officio suo, quum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quiq; soluendus. Nec aliter* In com. in Matth. 16.

*Augustinus: Cū in se pœnitens peccator protulerit seuerissima medicina sententiam (quod ad contritionem pertinet) veniat* Hom. 50. c. 12.

*ad Antistites, per quos illi in Ecclesia clauis ministrantur, & à Præpositis sacrorum accipiat satisfactionis suæ modum. Sufficiat tot Patrum consentiens doctrina. Necessitatem confessionis docet potestas remittendi & retinendi peccata, à Christo Ecclesiæ præpositis commissa, vt Hieronymi verba ostendunt: docet satisfactionis modus à sacerdote accipiendus, vt Augustinus & Basilius docuerunt, quem dignum pœnitentiæ fructum Scriptura vocat: docet medicinæ ratio à Sacerdote Domini capiendâ, vt scripsit Origenes: docet ius communicandi & participandi Sacramenta, vt Cyprianus testatur. Huius autem rei vtilitas varia & multiplex est. Primum, quia humilitatis ille actus ad magnam misericordiam Deum prouocat. Vnde Cyprianus:*

*Primus* Lib. 1. epist. 3.

*ad indulgentiam gradus est agnoscere delictum. Sic Gregorius Magnus: Exordium illuminationis est humilitas confessionis. Sic & Tertullianus: Exhamologesis, inquit, pro-*

*sternendi & humiliandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordiæ illicem. Sic D. Basilius: Vult iui misereri*

*Iudex, si post admissa flagitia humilem te & contritum inuenier.*

*Insuper sâ qua clam ceteris & in arcano designasti, prodideris & euulgaris fratri citra vllum pudorem. Et iterum alibi: Is cui ligandi & soluendi tradita est potestas, videns summam eius qui*

*peccauit confessionem, fit merisò clementior ad diminuendū pœ-*

*narum tempus. Deinde remedium contra peccatum, confessio est. Quod sciens Dauid, vbi orans Deum dixisset; Amplius*

*laua me ab iniquitate mea; subiunxit: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. id est, semper præ oculis habeo. moxq; confitetur: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Ideo veniam à Deo fiducialiter*

*petit, quia peccatum suum non dissimulat, sed agnoscit &*

*confi-*

*confi-*

*confi-*

*confi-*

*confi-*

*confi-*

In com. in Matth. 16.

Hom. 50. c. 12.

Lib. 1. epist. 3.

Moral. li. 22. cap. 13.

Lib. de pœnitentia.

In Psal. 32.

Can. 73. epist. 3. ad Amphilocho.

Psal. 50.

Lib. de pœnit.

confitetur, De hoc remedio Tertullianus: *Cervus sagitta transfixus, ut ferrum de vulnere expellat, scit sibi dictamno mendendum. Hirundo, si excacauerit pullos, novit illos oculare rursus de sua chelidonia. Peccator restituendo sibi institutam à Deo exhomologesim sciens prateribit illam?* Pulchrè etiam Origenes

Hom. 2. in  
Epsal. 37.

*Sicut ij qui habent intus inclusam escam indigestam, aut humoris vel phlegmatis stomacho graviter & molestè imminetia, si vomuerint, releuantur: ita hi qui peccauerunt, si quidem occultant & retinent intra se peccatum, intrinsecus urgentur, & propemodum suffocantur à phlegmate vel humore peccati. Si autem ipse sui accusator sit, dum accuset semetipsum & confitetur, simul euomit & delictum, atque omnem morbi digerit causam. Tancūmodo circūspice diligētius cui debeas confiteri peccatum tuum. Proba prius medicum cui debeas causam languoris exponere. Sic alibi scribit, per pœnitentiam remissionem peccatorum fieri, quum non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum: ne quis putet eum de alio modico loqui quam Ecclesiastico, & à Christo instituto. Nec aliter hunc imitatus S. Ambrosius super illa verba, Dolor meus in conspectu meo semper. Non vult (inquit) latere sua delicta. Nam ut febres in alto sita non queunt mitigari, cum foras eruperint, spem afferunt desinendi: ita peccatorum morbus, dum tegitur, inardescit: si confessione proditur, evaporatur. In hanc sententiam S. Cyprianus de sui tēporis fidelibus, Exhomologesim (inquit) peccatorum faciunt, salutarem medelam paruis licet & modicis vulneribus exquirant. Ergo propter medelam peccati, quatenus animæ vulnus est, confessio ista sacramentalis, tot Patrum iudicio, necessario & fructuosè adhibenda est. Est & in confessione sacramen ali peccati pudor saluberrimus, & verecundia extinguens peccatum. De qua sic Ambrosius: Plurimum suffragatur reo verecunda cōfessio, & pœnam quam defensione euitare non possumus, pudore subleuamus. Valet quoque ad fugam peccati in posterum verecunda confessio. Quem commissi pudet (ait idem alibi Ambrosius) nescit postea tale aliquid committere, vnde similiter erubescat. De præpostero pudore confitendi peccatum, in alia quādam Dominica aliqua diximus. Magnum & illud est confessionis sacramentalis beneficium, quod ipsius Ecclesiæ & consilio & precibus plurimum iuuatur, qui Ecclesiæ præposito confitetur. Agite pœnitentiam (ait Augustinus) qualis agitur in Ecclesia, ut oret pro vobis Ecclesia. Sic Gregorius Magnus: In compassione talem se, qui præest exhibeat oportet, cui subditi occulta sua pandere*

Lib. 2. in Leuiticum.

In Psal. 37.

Ser. 5. de lapsis.

In Psal. 37.

Apolog. David,  
cap. 9.

3.

Homil. 49.  
Regist. lib. 1.  
epist. 24.

*Quem commissi pudet (ait idem alibi Ambrosius) nescit postea tale aliquid committere, vnde similiter erubescat. De præpostero pudore confitendi peccatum, in alia quādam Dominica aliqua diximus. Magnum & illud est confessionis sacramentalis beneficium, quod ipsius Ecclesiæ & consilio & precibus plurimum iuuatur, qui Ecclesiæ præposito confitetur. Agite pœnitentiam (ait Augustinus) qualis agitur in Ecclesia, ut oret pro vobis Ecclesia. Sic Gregorius Magnus: In compassione talem se, qui præest exhibeat oportet, cui subditi occulta sua pandere*

*pandere non erubescant: ut videlicet eorum sordes exhortationis solatio & lachrymis orationis lauet. Idem monet Origenes: Quare medicum qui condolendi & compatiendi moueri disciplinam; qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente.*

*Hoy. 2 in Psal. 37.*

Quod Ambrosium fecisse, quum suorum confessiones exciperet, scribit in eius vita Paulinus. Idem de S. Eustachio, secundo Abbate Luxouienfi, & S. Columbani discipulo, atque item de S. Hugone, Gratianopolitano Episcopo, in vitis ipsorum apud Surium memoratur. Hanc confessionis utilitatem Leo Magnus tradit. Sufficit, inquit, illa confessio qua

*Epist. 80. alias 78.*

primùm Deo offertur, tunc etiam Sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precatior accedat. Denique Ambrosius adhortans ad hanc sacramentalem confessionem, Fleat (inquit) pro te mater Ecclesia, & culpam tuam lachrymis lauet. Porro quum peccatum, inter cætera quæ adfert mala, conscientia quædam sit perpetua carnificina; hoc acerbissimo stimulo confessio sacramentalis propriè liberat. Quemadmodum enim

*De panit. lib. 2. cap. 10. 4.*

in tristibus & aduersis rebus humanis, expletur lachrymis, egeriturque dolor; & quod in amici sinum effundimus, eo propemodum liberari videmur: similiter hîc facit confessio.

*Simile.*

Vnde Cyprianus, Exhomologesim (inquit) conscientia faciunt, animi sui pondus exponunt. Et vberius Augustinus: Non confitentis conscientia saniem collegerat, apostema tumebat. Cruciabatur te, requiescere non sinebat. Adhibet medicus fomenta verborum: tu agnosce medici manum. Confitere. Exeat in confessione & destuat sanies. Medicorum autem nomine intel-

*Ser. 3. de lapsis. Enarrat. in Psal. 60.*

ligit Augustinus cum Origene, totaque antiquitate, Sacerdotes. Sic scribit Origenes: Christus quidem erat ἀρχίατρος, primarius medicus, qui posset curare omnem languorem. Discipuli verò eius, medici sunt, & post Apostolos Ecclesia positi, quibus curandarum vulnerum disciplina commissa est, quos voluit Deus in Ecclesia sua esse medicos animarum. Hæc ille. Cæterum, in confessione sacramentali animam pœnitentis mirabiliter exhilarari, quasi quæ grauissimo pondere alleuari, quo prius premebatur, quotidiana fidelium experientia probat, qui confessionem hanc sacramentalem ea qua par est pietate frequentant. Est postremò & hæc confessionis huius sacramentalis maxima virtus & fructus luculentus, quod eam confessionem, quæ Deo necessariò facienda est, hæc inuitat, adiuuat, perficit. Tardi natura sumus ad peccatorum memoriam recolendam. Vocat te Ecclesia ad hanc confessionem sacramentalem. Paras te, & recogitas dies & actus tuos,

*Hom. 1. in Psal. 37.*

*5. Utilitas.*

peccata recolis, recolendo compungeris, compunctus Deo confiteris, quod absque hac occasione facturus non eras.

2. Rursum huius confessionis modus docet, quemadmodum apud Deum tua peccata confiteri debeas. Quem sanè modum didicisses forè nunquam, nisi Sacramentum hoc esset.

3. Postremò perficit, quia nihil est aliud hæc sacramentalis confessio, quam modus quidam, & determinatio eius, quæ ad Deum fit: vt. si hæc rec. è instituat, alteram rectissime fieri necesse sit. Possunt & illa hoc loco ad confessionis sacramentalis admirabilem fructum annotari, quòd huius beneficio innumeræ ablatarum rerum restitutiones fiant; quòd plurimi è statu peccati exeant, alioqui nunquam exituri; quòd alios hæc vna confessionis necessitas à multis peccatis retrahat; quòd subditos & seruos in officio contineat, magnates & principes in saluberrima humilitate exerceat. Has & alias ob causas Dei sapientia Christus Dominus in hoc Euangelio remittendi peccata potestatem, & confessionem peccatorum sacramentalem, sine qua Ecclesia remittere non potest, pro sua infinita misericordia, & nostro incredibili bono instituit. Nunc ad tantum salutis nostræ medium subinde frequentandum, quæ mouere fideles possint, quædam subiiciam. Ac primùm quæcunque in alia Dominica contra dilatores & procrastinatores in causa salutis diximus, hîc locum habent. Confessionem enim peccatorum sacramentalem, data confitendi oportunitate, & bona compunctiōe ac contritione præsentis, differre & procrastinare, aut quasi in annum expectare, grauis est dilatio, periculosa procrastinatio, sæpè etiam perniciosa, de qua Apostolus dicit: *Tu secundùm cor impœnitens tuum thesaurizas tibi iram in die ira.* Neque satis est dicere te pœnitere, quia contritus es, & doles de peccato, emendationem proponens, confiteri autem necesse non esse. Aut enim illa tua contritio, veri nominis contritio est, iustus & vehemens de peccato dolor; & tunc profectò non solum data oportunitate confessarium adibis, sed etiam non data, diligenter quæres, vt pondus animi tui exponas, vt medici consilio utaris, vt Ecclesiæ preces obtineas, vt ius communicationis recipias (quæ omnia Patres citati superius loquuntur) aut non est vera contritio, sed leuis aliqua compunctio, quam attritionem scholastici Theologi vocant; & tunc illa tibi ad pacem cum Deo obtinendam non sufficit, nisi sacramentalis confessio accedat, quæ facit ex attrito contritum, id est, vel quæ tuo dolori desunt, per

Vigilantes  
aliq.

De frequen-  
tandâ con-  
fessione.  
Dom. Septua-  
ges. text. 4.

Rom. 2.

claves Ecclesiæ, & Beneficium redemptionis tibi applicatum, supplet; vel ipso actu sacramentali nouos motus & affectus in te sic excitat, vt contritus, & iusto dolore compunctus recedas, qui non nisi leuiter attritus accessisti. Quod si verò eadem est ratio confessionis peccatorum, quæ est apertionis morborum corporalium (sic enim ait S. Basilus in hæc verba: *Ommino in peccatorum confessione eadem ratio est, qua etiam in apertione vitiorum corporis: & vt hac nequam quibusuis temerè homines aperiunt, sed ijs tantummodo qui rationem ea curandi tenent; sic peccatorum confessio fieri debet apud eos qui ea possunt curare: quam etiam comparationem tenent Origenes & Ambrosius (suprà citati) profectò si ille homicida sui censendus est, qui medico vulnus tempestiuè non aperit; erit quoque & is animicida, qui animæ suæ vulnera quam primùm aperire & sanare detrectat.* \* Neque verò hos rarò constitentes quicquam excusat, quod Ecclesia non nisi ad annuam confessionem suos obligat. Nam sicut in veteri Lege præceptum illud *Oculum pro oculo, dentem pro dente reddet, limes vindictæ & furoris, non fomes erat,* vt sapienter exponit Augustinus: sic hoc præceptum Ecclesiæ, de annua confessione, limes negligentia est, non fomes. Hoc est, non prouocat, non hortatur, vel illa lex Mosaica ad vindictam & talionem; vel hæc lex Ecclesiastica ad supinam negligentiam confitendi: sed tum illa lex vetus vindictam limitat, ne vltra æqualitatem excedat; tum hæc lex Ecclesiastica negligentiam terminat, ne vltra annum se extendat. Non quòd annua confessio simpliciter cuius sufficiat, sed ne quis annuam excedere audeat. Ideo lex dicit: *Saltem semel in anno.* Ideo etiam tantæ negligentia pœnam grauissimam addit: *Vt semel in anno non confessus, viuens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens, Christiana careat sepultura.* Sed audiant isti Christi verba in Euangelio: *Nisi (inquit) poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* Similiter, ait, id est, repentino casu peribitis, sicut illi super quos cecidit turris Siloe. moxque parabolam subiungit de ficu infructuosa, de qua Dominus dicit: *Succide illam, vt quid terram occupat?* Vnde D. Augustinus: *Iudicet se ipsum homo in peccatis suis propria voluntate dum potest, nec detractet, aut differat, aut dubitet confugere ad claves Ecclesiæ.* sic & D. Ambrosius: *Quid enim est quòd differas? An vt plura peccata committas? Ergo quia Deus bonus est, ideo tu malus? Aut diuinitas bonitatis eius & patientia contemnis? Qui poenitentiam &*

In reg. breu.

q. 229.

\* Annuæ confessio ab Ecclesia præcepta, non excusat à frequentatione, Contra Faustum lib. 19. cap. 25.

Cap. Omnis vtriusq. sexus.

Luca 13.

Hom. 50. c. 10.

Lib. 2. cap. vlt. de poenit.

*Enar. in Psal. 1.* conuersionem differunt, dicuntur in Scripturis, in cathedra  
*Simile.* pestilentia sedere, vt D. Ambrosius illa verba exponit, & ad-  
 dit: Sicut ij qui se in luto versant, quo magis volutantur, eo  
 amplius inquinantur, ita qui semel se luto improbitatis asperse-  
 rit, nisi ab eo velociter exiliat, grauius sibi sui dedecoris cœnũ per  
 singulos dies lutulenta conuersionis obducit. Noli ergo stare in  
 peccato. Hæc ille. Sic & Augustinus: Hodie inest scrupulus,  
 hodie fit confessio, hodie renunciatur scrupulo, hodie dimittatur,  
 hodie laxetur. Non est vt dicas, Differt Deus veniam: tu noli  
 differre medicinam tuam. Habes enim aliquid in animo quod  
 te angit & sollicitat. Vtique si in domo esset lapis offendens ocu-  
 los tuos, iuberet eum auferri de medio; maximè si aliquem paulo  
 maiorem hospitem in domo tua esses recepturus. Cùm ergo  
 Deum inuoces, & in te vocas, quomodo veniet ad te, cui locum,  
 quo recipias, non mundasti? Hæc ille. Si ergo quotidiana est  
 Dei inuocatio, quotidiana debet esse animæ purgatio. Si-  
 gnanter dixit Sapiens: Cogitationes iustorum iudicia, consilia  
 impiorum fraudulenta. Iusti enim seueri sunt sui ipsorum iu-  
 dices, & circa suos defectus perpetua exercent iudicia, ea  
 dolore, confessione, satisfactione expiando. Impiorum con-  
 silia, emendationem de die in diem differendo, fallacia sunt,  
 & quæ seipsos maximè fallunt. Vnde in hæc verba Grego-  
 rius: Reproborum proprium est, semper praua agere, & nun-  
 quam quæ egerint retractare. Sed hæc in re quomodo seipsos  
 fallunt, ostendit. Sicut non sentimus quomodo crescunt membra,  
 proficit corpus, mutatur species, &c. (hæc quippe omnia nobis ne-  
 scientibus aguntur in nobis) ita mens nostra, per momenta vi-  
 uendi, ipso curarum usu à semetipsa permutatur, & non agnos-  
 cimus, nisi vigilantia custodia ad interiora nostra residentes, pro-  
 fectus nostros quotidie defectusque pensemus. Hinc ergo, qui  
 agendæ pœnitentiæ tempus prætermittit, se ipsum perditè  
 fallit, quod paulatim crescentibus culpis, nec ea cognoscere,  
 & multo minùs per confessionem illis mederi potest. Ei  
 igitur qui salubriter pœnitere & confiteri vult, non est diu  
 differenda confessio. Peccatorum confessio est quasi animæ  
 scopæ, iuxta illud Dauidicum: Meditatus sum nocte cum corde  
 meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum. Atqui do-  
 mus quæ frequenter scopis purgatur, raras & modicas for-  
 des habet, facillineque vertitur: sin verò rarò purgetur, in-  
 numeras sordes contrahit, nec nisi multo labore sordes au-  
 feruntur. nam & aqua multa aspergenda, ne, quo plus ver-  
 ris, eo densiorem puluerem excites, qui & domum ipsam  
 magis

*Lib. de ouibus  
 cap. 6.*

*Simile.*

*Prou. 12.*

*Moral. in Job,  
 lib. 75. cap. 6.*

*Simile.*

*Confessio  
 animæ scopæ.  
 Psal. 76.*

*Simile.*



magis commaculet, & in oculos tuos inuolet, & in ipsum pauimentum recidat: & præterea interdum abradenda ferro terra, multaque vis adhibenda. Eodem planè modo qui sæpius peccata confitetur, & pauciora habet quæ confiteatur, & facilius multo id præstat, quum & citius ea recorderetur, & clarius à Deo illuminetur, & certius in singulis compungatur. At qui in menses aut annum differt, tam ingentem, vt plurimum, peccatorum molem condensat, &, vt loquitur Abacuc, *ita sibi aggrauat densum lutum*, vt nisi difficillimè acerrimum illum explicet atque euoluat, nec sine magna lachrymarum copia vtiliter confiteatur. Illis enim maximè tunc opus erit, ne puluis peccatorum sine tali compunctione potius iterum in oculos resiliat, mentemque magis commaculet, quàm purget. Peccata enim sine iusto dolore recordari, est peccati magis fomentum quàm remedium: quia vt *tristitia pœnitentiam in salutem stabilem operatur*; ita asque tristitia non nisi voluptatem, ad confirmandam iniquitatem, recordatio peccati generat. Nec lachrymis modo vt cunque aspersis, sed acri etiam compunctione opus erit, vt vera contritio confessionem integram atque legitimam eliciat. Quemadmodum sunt nonnulli, qui cum primùm vident gladium rubigine aliqua affectum, illum statim exaerunt & perpoliunt, vt ad omnem vsum paratus semper sit; alij semel in anno, alij nunquam, nisi sint in extrema necessitate constituti; vnde sæpè accidit, vt, quum maximè necesse sit, gladium è vagina educere nequeant; ex quo efficitur, vt vtrumque in sterquilinum proijciatur: sic sunt nonnulli, qui quum intelligunt, animam crimine aliquo esse contaminatam, confestim se conferunt ad expositorem, hoc est, ad confessarium, vt expurgetur, & expietur, & expoliatur; qui omnium & prudentissimè & saluberrimè faciunt: alij non nisi post annum, aut in extremo mortis periculo id præstant; quorum est acerba & periculosa conditio. Est porrò confessio quasi quædam rationum nostrarum suppuratio inter nos & Deum, codexque rationarius de debitis à nobis cum Deo contractis, vnde quotidie dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*. Atqui vt ille mercator nunquam rem faciet, nec ille œconomus domino suo bonas rationes vnquam reddet, qui non nisi post annum de illis reddendis cogitat; sic profectò Deo non placet, suamque salutem in maximum discrimen adducit, qui non nisi post annum confitetur, data illi interim confitendi oportunitate,

Abac. 4.

Pintus in  
Ezec. cap. 21.  
Simile.Confessio  
codex ratio-  
narius.  
Simile.

*Simile.*

& peccatorum grauitate præsentem medelam postulante. Qui semel tantum in anno in Paschate confitetur, & videns alios omnes ad confessionem pergere, vadit & ipse, vt mundetur cum aliis; quum toto anno præcedente dissolutam vitam agens, & creberrimè peccans, nullam eorum rationem subduxerit; similis est carbonario alicui, qui subito in urbem veniens, vidensque lotricem aliquam lineam mundantem, se celeriter tunica sua, cum qua longo tempore carbones coxisset, exuens, eam rogaret, vt nulla interposita mora, suam quoque tunicam ita mundare velit, sicut cætera lineam candidissimè lota cernit. Nam vt huic carbonario rectè responderet mulier; absurdum illum petere, quum tunica illa carbonaria non ita vnica lotionem dealbari possit; sed variâ prius operam requirat, quàm vt ad pristinum suum candorem vestis ita diu denigrata redeat: sic superficiali isti pœnitenti responderi possit: *Denigrata est super carbones facies tua. Non potest tam citò Aethiops dealbari; nec varietates suas pardus tam citò immutare.* Magnam prius animi compunctionem, diligètem peccatorum supputationem, meliorem antea actæ vitæ rationem adferri oportuit. Contra istos pœnitentiæ dilatores pulchrè sic scribit Chrysostomus: *Peccantes non dolere magis Deum indignari facit & irasci quàm peccare. Tu quidem hominem exacerbans, & amicos, & vicinos, & ianitores rogas, & pecunias impendis, & multos absumis dies accedens & supplicans Deo autem exacerbato, oscitamus & recedimus, & delitijs ac ebrietati vacamus? Quomodo non inde magis eum irritamus?* Dedit igitur Christus Redemptor Ecclesiæ suæ remittendi peccata potestatem; sed dedit & retinendi: vt intelligamus ad remissionem consequendam, magnam ex parte nostra diligentiam requiri. Neque enim remittit aut retinet Ecclesia prout vult, sed prout pœnitètes suos venia dignos aut indignos animaduertit: quare confessionem delicti necessariò flagitat, & ad frequentem confessionem sedulò hortatur. Vide etiam quædam huc pertinentia in Dominica 3. Quædragesimæ, textu primo circa *dæmonium mutuum.*

*Jerem. 4.  
Ierem. 13.*

*Homil. 46. ad  
ad pop. Ant.  
Simile.*

5. *Thomas, vnus de duodecim, non erat cum eis quando venit Iesus.*

Consortia bonorum.

**L**O C V S moralis de bonorum consortio ac societate diligenter retinenda. Si Apostolus iste Thomas cum cæteris

teris adfuisse, quando Christus, ingrediens ianuis clausis, ostendit illis manus & latus, cum cæteris haud dubiè Christi resurrectionem credidisset. sed quia cum eis non erat, Christi apparitione & consolatione caruit, ideòque in incredulitatem solus incidit, cæteris credentibus; quia solus abfuit, cæteris in vnum congregatis. Adeò valet quod Scriptura dicit: *Cum electo electus eris; & cum peruerso peruertèris.* Et iterum: *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum, similis efficietur.* Et rursum: *Si videris sensatum, euigila ad eum, & gradus ostiorum illius vixerat pes tuus.* Nec huius rei exempla in Scripturis deluunt. *Benedixit Dominus domui Aegyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in adibus quam in agris cunctam eius substantiam.* Quid, quòd Saul ipse & impius, & impiè agens, Dauidem persequens, vbi ad locum venit vbi erat cuneus Prophetarum, *factus est etiam super eum Spiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetauit cum cæteris coram Samuele.* Eliseus Propheta quum à Ioram Rege impio rogaretur vt pro eo contra Moab Deum deprecaretur, respondit illi: *Viuu Dominus exercituum in cuius conspectu sto, quòd si non vultum Iosaphat Regis Iuda erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem.* Ita propter Iosaphat Regem iustum, Ioram Rex impius seruatus est. Certè & Petrus à discipulis seiunctus, & in atrio Caiphè solus, Christum negauit. Loth ab Abraham seiunctus, multa pertulit incommoda. 1. à Barbaris captus est. 2. facultates eius in Sodomis accensæ sunt. 3. inebriatus, stuprum duabus filiabus intulit. Appositè D Basilius: *Quemadmodum suauis aromatum odora menta proprium quiddam per aërem continentem spirant, quibus praesentes recreantur; ita vir bonus toti j. bi commorantium contubernio salutaris & iucundus est.* Exincti carbones, ardentibus admixti, statim ardebunt. Accede ad titonè ardentem, hominem iustum; virtutis ignem citò concipies. *Vbi duo aut tres congregati fuerint in nomine meo (ait Christus) ibi ego sum in medio eorum.* Ergo in societate bonorum inuenitur Christus. Crates, Stilbonis auditor, quum vidisset adolescentem secretò ambulante, interrogauit quid illic solus faceret. Cui respondenti, *Mecum loquor, dixit Crates: Caue, rogo, & diligenter attende ne cum homine maligno loquaris.* Censuit hominè solo nihil periculosius, nisi magna ipse sit virtute praeditus. Vnde illud alterius sapientis: *Homo solitarius aut Deus, aut bellua.* Plura huc pertinentia vide in alijs Dominicis.

Psal. 17.

Prouerb. 13.

Eccles. 6.

Genes. 39.

3. Reg. 19.

4. Reg. 3.

In hom. in Germanicum Mart.

Math. 17.

Sen. lib. 1. epist. 10.

Domin. 6. post Epiph. text. 3. &amp; Dom. 3. post Pentec. text. 1.

Ioan. 10.



**D**IXIT Iesus Phariseis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animā suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propria, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, & vnus pastor.

## PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. Ego sum pastor bonus. De pastoralis Christi Redemptoris dilectione, cura, labore.
2. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. De officio boni pastoris, & duplici eius charitate.
3. Mercenarius videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit. De mali pastoris vitiis & defectibus.
4. Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas. De veris notis & signis quibus suas oves Christus cognoscit.
5. Et oves meæ cognoscunt me. De cognitione Christi, omnibus Christianis necessaria.
6. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. De cumulatissima & longè maxima Christi Redemptoris in nos, & nostra erga illum dilectione.

## 1. Ego sum pastor bonus.

Christi in nos  
dilectio.

**L**OCVS moralis de pastoralis Christi Redemptoris dilectione, cura, labore. Hoc enim pastoris vocabulo significat Christus, quantum nos diligit, quam curam nostri habet, quanto labore salutem nostrā procurauerit. Quæ tria pauca verbis explicabimus. Primum hoc ipsum dilectionis est, quod non ab illis quæ dominium, potestatem, iudicium significant, se denominat Christus; non Creatorem cæli & terræ, non Iudicem viuorum & mortuorum, non Regem regum, & Dominum dominantium; sed ab eo quod amorem

NOTÆ

notat, & dilectionem sonat. Sicut aliàs dixerat; *Ego sum lux mundi, panis vita, vitis vera, via, veritas, & vita*; quæ omnia bonitatem dicunt, & benefica nomina sunt: sic in hoc Euāgelio *Pastorem* se nuncupat, & *Pastorem bonum*, benignum, amantem ouium suarum, diligentem, industrium, laboriosum. Deinde dilectionem pastorem sequentia verba declarant: *Ego animam meam pono pro ouibus meis*. De quibus mox aliqua dicentur. Rursum quanta hæc dilectio, quòd in cibū & porū seipsum nobis dederit! De qua re sic appositè Chrysolomus: *Quis pastor oves pascit proprio cruore? Et quid dico pastor? Matres multa sunt, quæ post partus dolores, filios alijs tradunt nutricibus. Hoc autem ipse non est passus; sed ipse nos proprio sanguine pascit, & per omnia nos sibi coagmetat*. Et alibi de hac sua in nos pastoralis dilectione Christum loquentem sic introducit: *Parentes sæpenumero liberos suos alijs alendos dederunt: ego autem mea carne alo, me vobis exhibeo, omnibus famulo, omnibus optimam de futuris spem præbeo. Qui in hac vita ita se nobis exhibet, multo magis in futura. Vester ego frater esse volui, & communicavi carnem propter vos & sanguinē: & per qua vobis coniunctus sum, ea rursus vobis exhibui*. Hæc est in hoc genere Christi dilectio plusquam pastoralis. Porro alij pastores, vt ab ouibus suis magis diligantur, vestes suas humanas interdum deponunt, & vellus ouinum induunt, eòq; vestiti per agros incedunt. At Christus pastor sic oves suas dilexit, vt, *quum in forma Dei esset, seipsum exinanierit formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo, cum hominibus conuersatus, hominum salutem operatus fuerit*. Porro Christus est ille bonus pastor, qui cum haberet oves nonaginta nouē, id est, nouem ordines Angelorum, decies multiplicatum, tamen illis relictis, *venit ad vnā ouem qua perierat, genu humanum, donec inueniret eam: & quum inuenisset eam posuit in humeris suis, gaudens, &c.* Venit enim ad oves qua perierunt domus Israël: & in hoc Euangelio dicit, quòd adhuc alias oves habet, qua non sunt de hoc ouili filiorum Israël secundum carnem, *quas etiam oportet illum adducere*. Est hic ergo bonus pastor, qui non solum ouem perditam quærit, sed & ouile suum, alijs emptis ouibus, *(empti enim sumus pretio magno)* vehementer amplificat: vt tam Gentium quam Iudæorū illa vox sit: *Ipse Dominus Deus noster: nos autem populus eius, & oves pascua eius*. Hæc fuit Christi erga nos dilectio pastoralis. Sed nunc vide quantā nostri curam hic pastor noster Christus gerat. Hoc vt Christus exprimeret, cōparat se gallinæ, pullos suos

Ioan. 10.

Homi. 60 ad pop.  
Antioch.Homi. 4. 5. in  
Ioan.

Simile.

Philip. 2.

Luca. 15.

Matth. 15.  
Ioan. 10.

1. Corinth. 6.

Psal. 99.

Christi cura  
pastoralis,

suos congreganti, qua nullum est sollicitus animal, nec magis tenerè suorum amans: quod tribus modis manifestū facit, vno quòd sub alis suis illos perpetuò fouet, altero quòd voce propriè materna illos assiduè congregat, tertio quòd æquè vnum pullum ducens sollicita est, ac si decem duceret.

Nec enim illa voce, nisi dum pullos habet, vitur; nec alia ferè auis, nisi perdix & phatiana, quæ siluestres quædam gallinæ sunt, ita pullos suos congregat.

Matth. 24.

*Quoties (inquit) volui vos congregare, quemadmodum gallina cogregat pullos suos sub alas suas, & noluitis!*

Matth. 11.

*Vox Christi congregantis nos sub vmbra alarum suarum est illa: Venite ad me omnes qui laboratis &*

Ioan. 7.

*& onerati estis, & ego reficiam vos.* Item illa vox quum in templo clamauit: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.*

Apocal. 3.

*Rursum illa: Ego sto ad ostium & pulso. Si quis aperuit mihi, intrabo, & cænabo cum illo.*

Osee 11.

*Sed & eius vox est, quū per Prophetas suos olim loquebatur: Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis, & nescierunt quòd curarem eos.*

Simile.

*In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis, & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas earum, & declinani ad eum vt vescerentur.*

Zachar. 3.

id est: Sicut arator diurno labore finito, autem iugum ab ore bouis, vt vescatur; sic ego meorū labores medijs consolationibus refocillo, & perpetuam eorū curam habeo.

Similia.

Christi etiam pastoris nostri vox apud Prophetam est, vbi de populo suo futuro dicit: *Ego ero ei murus igneus in circuitu, & in gloria ero in medio eius.*

Est enim in medio nostri hic bonus pastor noster, sicut Rex in medio apum, vt omnes dirigat; sicut sol in medio cæli, & cæteræ stellæ ab eo lumen accipiant; sicut centrum in medio circumferentiæ, vt omnes lineæ ab eo dependant; sicut magister in medio discipulorū, vt omnes ab eo discant; deniq; sicut pastor bonus in medio ouium, quia usq; acceptione personarū omnes equaliter amat, omnium salutē procurat, omnib; iusticiā administrat.

Porò in modū gallinæ æquè de vnoquoq; sollicitus est, ac de omnibus, iuxta illud Pauli: *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.*

Ex hac cura pastorali Christus, in terris quidē quum esset, pertransiit benefaciendo, & sanādo omnes oppressos à diabolo, vt Petrus dixit; nunc autē in gloria Patris, nobiscū tamen est omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi, vt ipsemet

prohibebatur: nempe per gratiam suam, per sacramenta salutis, per alios pastores & doctores quos Ecclesiæ suæ dedit, denique per Spiritum sanctū suum, quē misit in corda nostra, ne

relinqueret nos orphanos, abiens ad Patrē. Sed de hac cura & prouiden-

Actor. 3.

Matth. 28.

Ephes. 4.

Ioan. 13.

prouidentia Dei paterna erga nos, iam in aliis Euangeliis al- Dom. 4. post. Epiph. text. 2. Dom. Septuages. text. 1.  
 liqua diximus. Est præterea Christus pastor bonus, quia non Christi labor pastoralis pro ouium salute.  
 solum magna dilectione & ingenti cura, sed etiam multo la-  
 bore, salutem nostram procurauit. *Non enim corruptibilibus auro & argento, sed pretioso sanguine suo redemit nos à vana conuersatione nostra.* Vide super Dominicam Quinquagesimæ, text. 2. *Perambulabat quoque, vicos & castella, prædicans Euangelium regni, ut oves errantes saluari cibo pasceret, & disperisa congregaret in vnum. Eratis sicut oves errantes; sed conuersi estis ad Episcopum & pastorem animarum vestrarum.* Iacob hic Laban auunculum suum, cuius oves multis annis pauerat, alloquitur: *Viginti annis fui tecum. Oves tuæ & capra steriles non fuerunt. Arietes gregis tui non comedi. Nec captum à bestia ostendi tibi: ega damnum omne reddebam. Quicquid furto peribat, à me exigebas. Die noctuque, astu urebar & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.* Boni & laboriosi pastoris hæ voces erant. Sed multo veriùs ac tortiùs hæc omnia Christus Dominus Deo Patri, cuius oves pascebat, dicere potest: *Triginta tribus annis in summa paupertate & humilitate seruiui tibi. Ne oves tuæ steriles essent, cælesti doctrina eas diligenter pavi; Docens in synagogis & in templo, quod omnes conueniebant sed & admirandis operibus atque exemplis, ut fructus bonorum operum facerent, inluxi. Omne damnum quod infernalis lupus illis intulit, ergo in corpore meo persolui, portans iniquitates eorum, ut liuore meo sanarentur, & disciplina pacis eorum, id est, disciplina per quam illi pacem apud te consequerentur, tibi reconciliati, teque placato, super me esset, & super corpus meum. Neque perit ex illis quisquam quos dedisti mihi, nisi filius perditionis, id est, qui seipsum perdidit. Ut gregem tuum seruarem, astu & gelu urebar, non habes ubi reclinare caput meum. Somnus quoque fugiebat ab oculis meis, dum pernoctarem in montibus in oratione Dei.* Sed & ultra hæc omnia pasco illos in perpetuum meo proprio sanguine; & carnem meam illis manducandam in Sacramento sempiterno reliqui. Quod ut facerem, prius in cruce sanguinem fudi, & carnem meam crucifigendam dedi: non ferens interim ut quisquam ex meis tangeretur, nec ipse Petrus, etsi vni ex satellitibus qui ad me capiendum venerant, auriculam gladio abscidisset. *Torcular calcavi solus, nec erat de gentibus vir mecum.* Hæc & alia innumera de iuis pro nostra salute laboribus hic bonus pastor dicere poterit, non tumens iurgio propter ingrati- Laban, ut Iacob; sed plenus zelo, & ardens dilectione propter

1. Pet. 2.

Gen 32.

Simile.

Ioan 18.

Esaiæ 53.

Ioan. 18.

Matth. 3.

Lucæ 6.

Esaiæ 63.

pter nos ingratos, qui tãti Pastoris dilectionẽ admirabilem, curam & sollicitudinem ingentem, labores maximos, debito amore & obsequio non profequimur. Hęc Pastoris Christi cõsideratio, magnas in nobis mutuaẽ dilectionis flammã accendere debet. Monet nos Zacharias Propheta: *Si bonũ est in oculis vestris, afferte mercedẽ meam: & si non, quiescite.* Nempe prædixerat apud Prophetam Deus, quod Iudæos desereret, dicens: *Non pascã vos. Quod moritur, moriatur; & quod succiditur, succidatur.* Moxq; ad Gêtes sermonẽ cõuertens, quos *pau-peres gregis* ibi vocat Propheta, mercedem sui laboris petit. Sed quænam hæc merces est? Non certẽ illa de qua statim subiungit Propheta Iudæorum impietatem subfannans; *Decorum pretium quo appetiatus sum ab eis: & tuli triginta argenteos, & proieci illos in domũ Domini* quod fuit pretium proditori Iudæ datum. Et sic qui impiẽ ac flagitiosẽ viuunt, simili pretio ac mercede Christi labores compensant, quod sic alius Propheta expressit: *Si interrogauerit populus iste, Quod est onus Domini? dices: Vos estis onus Domini. Projiciam quippe vos, dicit Dominus.* Nẽpe onus Domini sunt qui impiẽ agunt, quos in magna patientia sustinet. Sed merces Domini est, vt eius voluntatẽ faciamus, vt simus oues obsequẽtes. *Oues* (inquit) *mea vocem meam audiunt: alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo.* Interrogat Propheta: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* moxq; respondet: *Calicẽ salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Hęc est perpetua commemoratio mortis Dominicę, & laborum Christi pastoralium grata recordatio. Sed sequitur præterea: *Vota mea Domino reddã coram omni populo eius.* Vota videlicet quæ in baptismo omnes emisimus, de Satana abrenunciando, qui alienus ille est, quem sequi non debemus.

## 2. Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis.

Boni pastoris officium.

**L**ocus moralis de officio boni pastoris. Quum enim se bonum pastorem Christus vocasset, antequam quid ipse facturus sit, exponat; ostendit quid sit demũ esse bonum pastorem & quid esse mercenarium, qui non est bonus pastor. Dicit ergo bonũ pastorem, & hoc nomine dignum illum esse, qui sic oues ipsi commissas diligit, vt non solũ (quod in præcedẽtibus docuit) *vocet eas nominatim*, id est, singulorum curam habeat, & *agnoscat vultum pecoris sui*, vt alia Scriptura dicit; nec solũ *vt educat eas*, scilicet ad pascua idonea, *vt sit potens*

Ioan. 10.

Pro. 17.

Ioan. 10.

I



*potens exhortari in doctrina sana, quod Paulus pastori præscribit; nec denique tantum ut ante eas vadat, bonis exemplis præluceat, factus forma gregis ex animo, ut Petrus loquitur: sed etiam ut, ubi res id postulat, vitam & sanguinem pro salute gregis fundere non dubitet. Hæc autem tanta obligatio ex duplici charitate oritur, unicuique pastori prorsus necessaria. Prima charitas erga Christum est, altera erga proximum, & oves ipsas, quarum curam suscepit. De priori Christus ad Petrum dicit: Diligis me plus his? Pæsce oves meas. Quæ verba considerans diuus Chrysoctomus, Quum de Ecclesia, inquit, prefectura agitur illi soli in medium prodeant, qui ita charitate reliquis excellunt, quatum corporis magnitudine Saul reliquum populum superauit quum in Regem crearetur. Erat autem ab humero & sursum, omnibus excelsior. Fieri enim non potest ut Christi officio bene fungatur, qui Christum præ cæteris nõ diligit. Christus medicus animarum nostrarum fuit. Medicina autem, quam Christus attulit, ministri & cooperarij summus (ait Gregorius Nazianzenus) quotquot alijs preponimur. Quemadmodum autem familia ac ministri medicorum (ait S. Chrysoctomus) quo erga dominos suos beneuolentia maiore afficiuntur, eo pluribus verbis in solandis agris utuntur, eo sollicitius & curiosius circa agrum satagunt: sic in animarum cura pastores. Debet ergo pastor, ut Christi personam gerit, sic Christi viscera induere: ut sit cibus eius, id est, sola voluptas: facere voluntatem eius qui misit eum, ut perficiat opus eius, sicut Christus de seipso loquitur. Sic Paulus: Quotidie morior propter gloriam vestram, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. Et iterum: Non quero que vestra sunt sed vos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Ego autem libētissimè impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris, licet plus vos diligens, minus diligar. Hic est alius bonus pastor, qui verè potuit dicere: Imitatores mei estote, sicut ego Christi. Reges terræ non nisi eos prouinciarum suarum gubernatores & Proreges constituunt, quos sibi fidelissimos, & honoris regij studiosissimos arbitrantur: ideoque, quantum fieri potest, sanguine sibi coniunctissimos præficiunt. Similem Christus affectum ab eis, qui eius vicem in terris tenent, postulat. Altera huius obligationis radix est charitas, qua erga ouile ipsum prædicator debet, & habere viscera Pauli sic loquentis: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego nõ vror? Vnde D. Chrysoctomus; Nullus sic sua defleuit peccata, sicut Paulus aliena. Ideo optat anathema esse pro fratribus suis in car-*

Tit. 1.

Ioan. 10.

1. Petri 5.

Ioan. 21.

Lib. 2. de Sacerdotio.

In Apoleget.

Simile.

De prouidentia

Dei serm. 1.

Ioan. 4.

Exemplum.

1. Cor. 15.

2. Cor. 12.

1. Cor. 11.

Simile.

2. Cor. 11.

Hom. 2. de laudibus Pauli.

Philipp. 1.

ne. Vnde acerbius tulit illos nõ saluari, quàm seipsum perire. Huius etiam affectus & illa verba sunt: *Quid eligam ignoro, coarctor autem è duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius. Permanere autem in carne necessarium propter vos. Et hoc confidens scio, quia manebo & permanebo ad profectum vestrum, & gaudium fidei.* Ecce in tali conflictu, ubi hinc summum bonum suum, totaque beatitudo, illinc ouium utilitas stabat, vicit amor ouium. Sic D. Martinus, Turonensis Episcopus, morti proximus, flentibus circum se suis, & dicentibus; *Cui nos pater derelinquis? inuadens gregem tuum lupi rapaces;* sic orat ad Dominum: *Domine, si populo tuo sum adhuc necessarius, non recuso laborem.* Certè in quibus sunt flagrantis charitatis indicia, eos Deus ad officium pastorale vocare solet; quod de Moyse, de Petro, & de Paulo his verbis

Contra Faustum  
lib. 22 ca. 70.

Exemplum.  
Chrysostr. lib. 2.  
de Sacerdotio.

notauit S. Augustinus: *Petrus, post percussum gladio Malchum, factus est pastor Ecclesie. Moyses, post percussum Aegyptium, quem abscondit in sabulo factus est Rector Synagoga. Pauli scuitia, Ecclesiam persequentis siluestre erat vitium; sed magna fertilitatis indicium.* Hic ille. Chrysostr. amicam suam Basilium fraudem quadam ad Episcopatum suscipiendum induxerat. Eius rationem hanc postea reddit, eo quod periclitantem in iudicio amicam ut liberaret, in media pericula ultrò se coniecit, nequidem ab amico rogatus; aliisque hoc eius factum postea improbantibus, respondit: *Ego aliter amare non didici.* Hinc enim coniecturam accepit Chrysostr. eum non secus oues Christi amatum, quàm amicam dilexerat. Hanc igitur gemina dilectio, Dei & proximi, non vulgaris, sed ardens, & præ ceteris, ut Christus à Petro requisit, fortitudinis pastoralis radix & fundamentum est, quæ facit ut animam ponat pro ouibus suis. quoties vel Dei gloria, vel salus ouium id postulat Huius fortitudinis pastoralis exempla aliqua in alia Dominica protulimus. Sed excellit in hoc genere S. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, qui mortem minitante sicario, *Ego verò, inquit, pro Domino meo mori paratus sum, ut Ecclesia Anglicana meo sanguine pacem & libertatem assequatur.* Quod & factum est.

Ioan. 21.

Dom. 2. Aduent.  
rex. 6.

Exemplum.

In vita eius  
apud Suriu, &  
in nostro Apo-  
logetica.

3. Mercenarius autem videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, quia mercenarius est, &c.

Mercenarius  
quis.

Locus moralis de mali pastoris vitiis & defectibus. Hunc merce

mercenarium Christus vocat, quia solum presentem mercedem sui laboris respicit, ouium salutem non respicit. Quum pastor proprias oves pascit, earum maximam curam habet, quia ad eum pertinet. Qui alienas oves mercede conductus pascit, quia non sunt propriae oves, frequenter eas ira negligit, ut venienti lupo, aut aliis periculis, obijcere se nolit propter salutem ouium. Iacob pascebat oves auunculi sui Laban, non proprias. David pascebat oves patris sui Isai. Moyses pascebat oves soceri sui Ietro. Et tamen mercenarii in sensu Christi non erant, sed tanquam proprias sic pascebant eas. Omnis pastor Ecclesiasticus pascit oves Christi, non suas: officio quidem, cura, commissione, dilectione suas. adeoque proprias, ut Christus hic loquitur; sed proprietate non suas, at Christi, qui suo sanguine eas acquisiuit, factus propterea *Caput* (super *annem Ecclesiam*). Mercenarius ergo hic dicitur, qui affectu talis est, qui (ut ait hic Christus) *non est pastor*, affectu scilicet, et si officio; & cuius oves non sunt propriae, affectu nempe & dilectione, et si officio sint propriae. quod aliis verbis expressit, dicens: *Quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus*: id est, non curat ouium salutem, sed suum commodum. Est itaque mercenarius hoc loco sicut aduocatus conductitius, sed avarus, qui clientis causam perfunctorie agit; quia non pertinet ad eum de causa, siue cadat, siue obtineat. Bonus pastor est sicut ipsemet reus, suam ipsius causam acerrime agens; ideoque omnem sibi factam iniuriam studiosè amplificans, & omnia iuris remedia diligentissime inquirens. Hunc mercenarium describit Ezechiel: *Lac comedebatis, & lanis operiebamini: gregem autem meum non pascebatis: Quisquis enim* (ait Augustinus) *ita Præpositus est, ut in eo quod Præpositus sit gaudeat, & honorem suum quarat, & commoda sua sola respiciat, se pascit, non oves, & mercenarius est.* Est autem hic mercenarius duplex. Alter ex fine & occultus, alter aperte flagitiosus. Ex fine & occultus est, qui spe lucri aut honoris pascit; sed sine scâdalo viuit De hoc dicit Christus quod *non est pastor*, id est, ait S. Gregorius, *Pastoris nomen non meretur, quia plus terrenam substantiam quam oves diligit.* De istis dicit Apostolus, quod *per occasionem Christum prædicant, non propter bonam voluntatem, & ex charitate. Docet autem per occasionem, non* castè (ait Augustinus) *qui propter sua commoda, siue pecunia, siue honoris & laudis humana, id facit.* De istis ait S. Hieronymus: *Ignominia est omnium sacerdotum, propriis studere diuitiis.*

Aff. 20.  
Ephes. 1.

Simile.

Ezech. 34.  
Lib. de Pasto-  
ribus. cap. 1.

Mercenarius  
duplex.

Hom. 14 super  
Euang.  
Philip. 1.

De verb. Do.  
erm. 49.

Epist. ad Nepo-  
tianum.

gna

gna sanè ignominia ; quia facit eos ex bonis pastoribus turpes mercenarios. Nec ignominia hæc tantum est, sed & magna stultitia. Bonus enim pastor & temporale commodum accipit, quia meretur (*Dignus est enim operarius mercede sua*) & mercedem quoque æternam non amittit, quia ad necessitatem illud accipit, non ad cupiditatem; nec principaliter illud quærit, sed *illud omne sibi adijci* intelligit, & non nisi per accidens dari: ideoque, *quum apparuerit Princeps pastorum, percipiet immarcescibilem gloriam coronam*. Sed mercenarius ita bonum & commodum suum temporale auidè prosequitur, vt propter illud vnum perdat alterum, & propter vilius perdat excellentius, & propter momentaneum perdat æternum. Duo fratres, quorum maior natu ex legitima vxore, minor ex concubina natus fuerat, mortuo cõmuni parente, hæreditatem ex loci consuetudine sic diuiserunt, vt sortibus iactatis alter hæreditatem diuideret, facta diuisione eligeret alter. Quum super nam maiorem fors diuidendi cecidisset, posuit ex vna parte totam hæreditatem, quoad omnia bona tam immobilia quàm mobilia: ab altera parte posuit concubinam, quæ in partem hæreditatis cesserat. Minor natu, carnali amore ductus, matrem concubinam eligit, hæreditate tota excidit. Sic mercenarius, sic quilibet animalis & carnalis homo, avarus, ambitiosus, luxuriosus, vt carni & carnalibus bonis adhæreat, amittit cœlestia. Capo, si in ventre deplumetur, pullos gallinaceos libenter alet; non amore pullorum, sed vt ab illis calefiat. Sic mercenarius pastor, filios spirituales ad se colligit & fouebit; nõ ex amore ouium, sed vt plurimis eorũ, & bonis tẽporalibus calefiat ac foueatur. Alterum genus mercenariorum descripsit Christus, quũ de Pharisæis diceret: *Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, nolunt facere. Dicunt enim, & non faciunt. Mercenarios enim nostros* (ait Augustinus) *in his verbis designauit. Vterque iste mercenarius videns lupum venientem, siue ille hæreticus sit, rapiens gregem, & mactans ac perdens, siue malus ac improbus sit, qui aut terrore, vt potentes, impediunt, ne liberè data potestate vtantur; aut blanditiis & muneribus, vt adultores, corrumpunt, vt officium suum negligant; siue denique diabolus sit, qui oues ad peccandum induxit; fugit, & dimittit oues. Nihil prorsus durum pati, nullam rei familiaris aut honoris iacturam subire vult. Ideo adhuc venientem lupum fugit; non expectat donec venerit, donec*

vim

Luca 10.

Matt. 7.  
1. Pet. 5.

Simile.

Matth. 24.  
Tracta. 46. in  
Ioum

vim aliquam intulerit. Stat post principia, primus in fuga, postremus in prælio; nempe hunc lupi videre priores & magis mutum quam piscem reddidere. *Canis enim mutus est non valens latrare, sed attentus ad offam.* De his Ezechiel: *Quasi vulpes in desertis Propheta tui Israël erant.* Rectè hypocritæ mercenarij vulpes vocantur. Nam vt vulpes non nisi domesticis auibus infidiatur, gallinis, pullis, anseribus, anatibus; sic isti mercenarij hypocritæ familiares suos maximè decipiunt: & vt in vulpe sola pellis aliquid valet, caro ad nihil est utilis; sic hypocritæ mercenarij exteriora magni æstimantur, interiora nullius sunt pretij. Sequitur in Ezechiele: *Non ascenditis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israël, ut staretis in prælio in die Domini.* Sed vberius Zacharias Propheta: *Dixit Dominus ad me; Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti.* De hoc enim docendi genere in alia Dominica diximus. Sunt autem vasa pastoris stulti, vas oleo vacuum, pera absque cibo, fistula rauca, quæ vix possit audiri; baculus ferreus qui vno ictu miseram ouem interficiat. Ideo subiungit Propheta: *Quia ecce ego suscitabo (id est, suscitari permittam in pœnam peccati) pastorem in terra, qui derelicta non visitabit (suis videlicet commodis & voluptati totus deditus) dispersum non quæret, quia fistulam raucam habet, quam oves audire nequeunt, & contritum non sanabit, quia oleum secum non tulit; & id quod stat non enutriet, quia peram vacuum habet; & carnes pinguium comedet, suo soli honori studens, & ungulas eorum dissoluet, baculo ferreo percutiens, omnia faciens potius ad destructionem quàm ad adificationem; & contra id quod de Christo pastore bono Esaias scribit, elamabit quidem, vt audiatur foris vox eius, eritque tristis ac turbulentus, & acceptor personarum, & calamum quassatum conteret, & linum fumigans extinguet.* Hoc enim facit baculus ferreus pastoris stulti, qui non (vt de Christo Principe pastorum dicitur) *in veritate educet iudicium;* sed sine iudicio facit iudicium, potentioribus parcens, tenuiores emungens. Dat veniam coruis, vexat censura columbas. Ideo ad hunc pastorem stultum sic adhuc loquitur Propheta: *O pastor & idolum, derelinquens gregem.* Verè idolum talis stultus pastor est. *Os enim habet, & non loquitur; oculos habet, & non videt; aures habet, & non audit; pedes habet, & non ambulat,* vt officium faciat. Solùm manus habet vt munera palpet, vt lac & lanam accipiat. Sed nec loquitur sanam doctrinam, nec videt peccata populi sui, nec audit querelas innocentum,

*Pars Hyemalis.*

o

nec

*Esaiâ 56.*

*Ezech. 13.*

*Simile.*

*Zachar. 11.*

*Dom. in ramis palm.*

*text. 3.*

*2. Cor. 13.*

*Esaiâ 42.*

*Psal. 113.*

nec pedem mouet vt disciplinam Ecclesiasticam seruet. Quare sic Propheta Zacharias concludit: *Gladius super brachium eius, & super oculum dexterum eius.* Gladius Dei vindictam significat. Ille super brachium dexterum & oculum dexterum cadet, quia omnia sinistrè & prauè faciet, omnia sinistrè & prauè videbit. *Brachium eius ariditate siccatitur, vt nullum opus fructuosum exerceat: & oculus dexter eius, qui fidei oculus est, vt suprâ explicauimus, rectique iudicij, tenebrescens obscurabitur.* Ita videlicet, cecus cecum ducet, & ambo in foueam cadent. & (vt alius Propheta dicit) *Erit sicut populus sic Sacerdos.* Sicut populus omnium rerum ignarus est, sic erit & stultus pastor ac mercenarius. *Ecce enim* (ait ad istos mercenarios Augustinus) *lupus oui guttur apprehendit. Diabolus fideli haresim, adulterium, ebrietatem persuasit. Tu taces, non increpas, ne fortè offendas. O mercenarie, lupum venientem vidisti, & fugisti. Respondet fortè: Ecce hic sum, non fugi. Fugisti, quia tacuisti: tacuisti, quia timuisti: timuisti, quia tua commoda quaesiuisti.* Certè Christus pastoribus Ecclesiæ suæ futuris dixit: *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.* Quasi diceret: Non deerunt lupi qui vobis & gregi vestro insidiabuntur. Hostes & insidiatores habebitis. Nec volo tamen vt fugiatis. Pulchre Chrysostomus: *Quis vnquam pastor mittat oues in medio luporum, & non magis, si viderit lupos, congregat oues, & abigit lupos? Sed bene est quod non dixit, Ite in medio luporum, sed dixit: Ego mitto vos in medio luporum. Vos infirmi, sed qui mittit vos, potens est. Mittit Christus; & qui misit, non solum potestatem dedit pascendi, sed & robur ac gratiam lupos omnes fortiter abigendi. Sancti Episcopi non verbo tantum & prædicatione, sed morte quoque sua ac passione lupos vicerunt. De qua re sic Augustinus in concione ad populum: *Locus iste, quando B. Martyris corpus percussum est, plenus lupis erat. Sed vicit tot lupos vna ouis capta, & impleuit locum vultibus vna ouis occisa.* Pastor ergo, ne mercenarius fiat, solam missionem suam consideret, quis eum misit, ad quid, & qua virtute & ad quos. Pericles, Atheniensium Princeps, quoties vestem clauatam & prætextatam magistratui propriam induebat, eam aspiciens, dixit: *Attende tibi Pericles. Liberi sunt quos ipse regis; Greci sunt, ciues Athenienses sunt.* Pastor quisque, quoties vestem Sacerdotalem, aut stolam pastorem induit, dicat & sibi: *Attende tibi N. Regis Ecclesiam, quam Christus suo sanguine acquisiuit; Regis oues quas Dei Filius liberauit.* Chri-*

stiani

Matth. 13.

Esaiâ 34.

Tract. 46.  
in Ioan.

Matth. 10.

In serm. de  
Pentecost.

Enar. in Psal.  
32. conc. 2.

Plutarchus in  
Po'itica.  
Exemplum.  
Act. 20.  
1. Per. 2.

ftiani sunt, *uncti in sacerdotium regale. Cives & domestici Dei Ephes. 2. facti sunt.* Hæc te meritò moueant, ne vel tanto emptos pretio, tua culpa perdas; vel ad tantam dignitatem vocatos, aliqua vanitate contempnas; vel sic tibi coniunctos, aliqua ignauia negligas. Sed & habitum tuum Sacerdotalem considera, Habitus Sacerdotalis. ne, solis terrenis immerfus, mercenarius fias. Amictus pudorem, Alba conscientia puritatem, Cingulum castitatem, Stola obedientiam, Manipulus temperantiam, Casula, quæ te totum contegit, charitatem significat. His indutus, altari deseruis, pro grege tuo sacrificium offers, & vitæ verbum ouibus tuis ministras. Totius hodie calamitatis, quæ Ecclesiam penè oppressit, pastores mercenarij causa maxima fuerunt. Quare de illis copiosius dici debuit.

4. *Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas.*

**L**ocus moralis de veris notis & signis, quibus suas oues Ouium Christi proprietates. Christus cognoscit. Nam vt Christus tanquã bonus pastor cognoscit oues suas, & vocat eas nominatim, & agnoscit vultum pecoris sui, & nouit qui sunt eius, & curam earum habet, & diligit eas; quæ omnia in hoc verbo, *cognosco*, intelligi possunt, & ad boni pastoris officium pertinent, de quo iam diximus, dicturi adhuc in alio textu plura: sic ipsæ oues certa aliqua nota, certis signis cognoscuntur. Certè in ouibus naturalibus vna & eadem nota, vnus & idem character est, quo & suas oues dominus ouium, ipseque pastor cognoscit & quo alij sciunt has esse talis domini oues. Videndum ergo ad nostram instructionem, morèsq; formandos, quæ sit vera nota, quæ rubrica, quæ signa, quæ proprietates ouium Christi, vt & nos sciamus an simus, quod esse prætendimus, de numero ouium Christi, quas ille pro suis agnosceret. Hanc notam ouium suarum Christus expressit: *In hac cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem adinuicem habueritis.* Hæc est nota ouium Christi, & est nota naturalis; quia Dei dilectio nulla esse potest, vbi proximi dilectio non est, vt alio in loco ex ratione centri & circumferentia ostendimus: ideoque ouis Christi esse, Christum pastorem diligere & audire nemo potest, qui proximum suum non diligit. *Sola charitas discernit filios Dei à filijs diaboli*, vt docet sanctus Augustinus. De hac virtute in alia Dominica latè dicemus. Sed aliq; sunt ouis proprietates & signa, Christus enim suos neque leoni, neque tauro, neque cani, neque vlli alteri animali comparat, sed oui tantummodo. Er

1. Nota ouis Christi.

Ioan. 13.

Dom. 3. Quarta. drag. text. 3.

Tract. 5. in epist. Ioan.

Domi. 12. post Pentecost. text. 4.

Math. 10.  
2. Nota.

Psal. 79.

2. Cor. 10.

1. Petri 1.

3. Nota.

Math. 5.

1. Petri 2.

2. Cor. 11.

4. Nota.

Luce 13.

Math. 10.

Iob 2.

diserte dicit, *se suos mittere tanquam oves*. Ovis autem animal est mirabiliter suo pastori obediens, quæ sola voce aut fistula ad caulas reducit. Quum David obedientiam populi Israëlitiçi amplificare vellet, sic ait: *Qui deducis velut ovem Ioseph*. Obedientiæ virtus propria est homini Christiano, siue obedientiam fidei spectes, siue obediētiam mandatorum. Neque enim creditur Christi doctrinæ sine magna obedientia, quam Paulus vocat, *captiuare intellectum in obsequium Christi*: neque mandata Christi seruantur sine singulari obedientiæ virtute, vnde Petrus nos vocat *filios obedientis, non configuratos prioribus desiderijs, &c.*

Porro obedientia fidei quàm sit propria & necessaria nota veri Christiani Catholici, in altero Promptuario latè deduximus. Ovis est animal simplicissimū, pacificum, & maximè innocens. Nec alijs animalibus vlllo modo nocet, nec cum sui generis pugnat. Nec minatur cornibus, vt boues; nec dentibus laniat, vt lupi; nec calcibus ferit, vt equi; nec voce terret, vt leo; nec vnguibus rapit, vt felis; nec venenū habet, vt vipera. Hæc quoque propria nota est Christianorū, quam Christus his verbis expressit: *Beati pacifici, quoniam hi filij Dei vocabuntur*. Sed & natura ad pacem nos formauit, vt in præcedenti Dominica dictum est. Hanc ouium Christi notam diuus Petrus his verbis tradit: *Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò gentili infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus*. Hanc notam & proprietatē Paulus sollicitè in suis Corinthijs desiderat. *Timeo (inquit) ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpatur sensus vestri, & excidant à simplicitate qua est in Christo Iesu*. Ovis porro vt est animal innoxium, ita & simplex est, ac malorum patiens; quæ etiam nota Christianis ouibus non secus est propria & necessaria, quàm præcedentes. Dicit enim Christus suis ouibus: *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Dicit iterū. *Ego mitto vos sicut oves in medio luperum. Estote ergo simplices sicut columba, & prudentes sicut serpentes*. Simples esse oportet in patientia malorum, quæ lupi inferunt: Prudentes in confessione & conseruatione veræ fidei; sicut serpens totum corpus ictibus exponit, vt caput illæsum seruet. Laudatur Iob in Scripturis quòd vir esset *simplex & rectus*. Sola ovis, quum ad occisionem ducitur, non vociferatur, vt porcus; non reluctatur, vt taurus; non recalcitrat, vt equus; sed prorsus



prorsus obmutescens, nec os aperit, nec vim ullam facit. Unde & mansuetissimum animal est, ab omni ferocia & contentione alienissimum. Vna ouis vox est, siue offendatur, siue pascatur, Ba, ba. Siue in aduersis, siue in prosperis, etiam quum iugulo culter apponitur, nihil nisi suum Ba resonat. Talis est verè ouium Christi in qualibet fortuna æquabilitas, *ut nunquam recedat laus Dei de ore eorum, sed cum beato Iob dicant: Dominus dedit, Dominus abstulit. Sit nomen Domini benedictum.* Sic de martyribus canit Ecclesia: *Caduntur gladijs more bidentium. Non murmur resonat, non querimonia. Sed corde tacito, mens bene conscia conseruat patientiam.* Hanc animi mansuetudinem suas oues expressè docuit Christus, dicens: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Hanc notam in suis Hebræis agnouit Paulus, dicens: *Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis.* Hanc notam docet suos Christus, dicens. *Si quis vobis aufert tunicam, date ei & pallium:* sicut sanè ouis coram tondeute se obmutescit. Nempe perpetuam mansuetudinem animi, absque ira, odio, cupiditate vindictæ, suis ouibus inesse Christus vult. Talis Christi ouicula Paulus erat, Apostolus tam sapiens & eruditus *Vsque in hanc horam (inquit) & esurimus, & sicimus, & nudi sumus, & colaphis cadimur, & instabiles sumus, (id est, incertis vagamur sedibus) maledicimur, & benedicimus; persecutionem patimur, & sustinemus; blasphemamur, & obsecramus.* Quid hac oue Christi mansuetius? Quid eodem Apostolo sapientius? Erat idem ad omnem fortunam paratus. Scio (inquit) *abundare, scio & penuriam pati.* Siue pascebatur in bonis pascuis, siue percutiebatur baculo pastorali, semper suum Ba resonabat, ut vera ouis Christi; eundem animi tenorem, eandem tranquillitatem seruabat. Rursum, ouis est animal valde timidum, & lupum vehementer exhorrescit: quem vbi primùm à longè viderit, non curiosè contempletur, non expectat appropinquantem; sed mox, eo longissimè conspecto, ad pastorem suum fugit, sub eius brachijs se tutam sperat. Sic vera ouis Christi, peccatum & peccati authorem diabolum debet perpetuò timere, fugere, exhorrescere, & Christo vero pastori indefinenter adherere, dicens; *Sub umbra alarum tuarum protege nos:* quia etiam, ut Propheta prædixit, *Sub umbra eius viuemus in Gentibus.* Hic perpetuus & acris timor peccati, & horror diaboli, alia est veræ ouis Christi nota verissima. *Beatus homo qui semper est pauidus.* Sic Iob: *Semper quasi tumentes super me fluctus*

s. Nota.

Iob 2.

Matth. 11.

Hebr. 10.

Matth. 5.

1. Cor. 4.

Philip. 4.

6. Nota.

Psal. 16.

Thren. 4.

Prou. 28.

Iob 31.

Eccles. 21.

timui Deum. Rursum alia Scriptura: *Quasi à facie colubri fuge peccatum.* Quod autem fugimus, exhorrescimus. De hac

Dom. pass. sex. 1.

fuga & horrore peccati in alia Dominica diximus. Iam verò non lupum tantum, vt hostem suum capitalem ouis timet, sed (vt refert Aristoteles) quum currunt simul, ad proprium pedum suorum strepitum magis, quàm ad aliud quicquam expauescunt. Certè & in Christi ouibus saluberrimus est timor propriarum affectionum, & actionum. Vnde sanctus Iob: *Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti.* Hunc timorem Dauid exoptat, dicens: *Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.* Iudicia enim

In lib. de animalibus.

7. Nota.

Iob 9.

Psal. 118.

Psal. 35.

Iob. 15. 33.

Psal. 18.

Dei abyssus multa. Et quis erit mundus in conspectu eius? Quare clamat idem Propheta: *Ab occultis meis munda me Domine.* Sed & Apostolus ex hoc timore ait: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, Dominus est.* Et istæ ergo oues sanctæ, Iob, Dauid, Paulus, timebant sonitum pedum suorum, timebant desideria & affectus suos, opeta & actiones suas timebant. Fratres Ioseph, quum primò in Ægyptum descenderent nihil timentes, multa mala perpeffi sunt; in secundo descensu omnia timētes, (in domum enim introducti, *exterriti dixerunt; Propter pecuniam, quam retulimus, subijcere nos vult seruitui, &c.*) omnia prospera inuenerunt. Nempe timor iste est sicut stimulus infirmorum, excitans ad virtutem. *Qui timeant Dominum, præparabunt corda sua.* Est sicut antidotus ægrorum, purgans à peccato. *Timor Domini expellit peccatum.* Est quasi diætæ fortium, ne peccent. *Venit Dominus, vt timor illius esset in vobis, & non peccaretis.* Sed timor iste filialis est, non seruilis; ex Dei dilectione, non ex metu pœnarum proficiscens.

1. Cor. 4.

Genes. 43.

Eccles. 2.

Eccles. 1.

Exodi 20.

8. Nota.

Est sicut stimulus infirmorum, excitans ad virtutem. *Qui timeant Dominum, præparabunt corda sua.* Est sicut antidotus ægrorum, purgans à peccato. *Timor Domini expellit peccatum.* Est quasi diætæ fortium, ne peccent. *Venit Dominus, vt timor illius esset in vobis, & non peccaretis.* Sed timor iste filialis est, non seruilis; ex Dei dilectione, non ex metu pœnarum proficiscens.

Iam præter hæc omnia, ouis animal maximè sociale est, à solitudine abhorrens, turmatim semper libenter ambulans, & gregi suo perpetuò adhærens. Talis etiã est vera ouis Christi, quæ non secus corpori eius, quod est Ecclesia, adhæret, quàm capiti Ch isto; optimè sciens, non posse se habere Deum patrem, nisi habeat Ecclesiam matrem; & frustra se agnoscere Christum pastorem, nisi & alios eius vicarios pastores audiat, dicente ipso Christo de talibus: *Qui vos audit, me audit.* & rursum: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* De hac vnitæte gregis Christi necessariò retinenda, in altero Promptuario diximus. Sed & illud quoque in ouibus obseruare licet, quòd, quum eas pastor ad propria pascua deducit, vbi yberimè pascuntur, dum

interca

interca

interca

interca

interca

interca

interca

Luca 10.

Matth. 18.

5. Nota.

interca per extremos ac signatos agrorum limites transeunt, non patitur eas saturari, sed obiter tantum & carpiim herbam carpere. Sic omnino Christus pastor noster in hac peregrinatione nostra non nisi carpiim nos pascere permittit, & solis necessariis contentos esse vult, vt terrena ista, quasi canis ad Nilum, non nisi transeunter gustemus; sed in cœlesti patria, quò nos ducit, vberima nobis pasqua præparauit, vt in alia Dominica ex parte declarauimus. De quibus Prophe- Ezech. 24.  
ta dicit: *In pascuis vberimis pascam oues meas, in montibus* 10. Nota.  
*excelsis Israël*, id est, videntium Deum. Postremo oues delectantur salicum frondibus, etsi amaris; maluntque salis vti pascuis, quàm dulcibus. Sic oues Christi veritatem mordentem & mortificationem carnis libentiùs admittunt, quàm salitatem adulantem, & vitæ mollitiem. Sic ergo Christus cognoscit oues suas; & nos inter illas, si tales oues sumus.

*s. Et oues mea cognoscunt me.*

**L**O c v s moralis de cognitione Christi, omnibus Chri- Christi cogni-  
tio omnib<sup>9</sup> ne-  
cessaria.  
stianis necessaria. Est quidem maxima felicitas à Chri- Matth. 25.  
sto cognosci, sicut summa miseria non cognosci, & tristem 1. Cor. 14.  
illam vocem audire; *Nescio vos*. Sed est maxima necessitas, vt nos quoque Christum cognoscamus. *Qui enim ignorat ignorabitur*. Quare Christus non contentus dixisse; *Ego cognosco oues meas*; addidit præterea: *& cognoscunt me mea*. Docet non satis esse vt in eum credamus, atque adeò mandata eius seruemus; sed vult præterea vt eum cognoscamus. Certè Regibus huius seculi satis obtemperat populus, etsi eos nunquam viderint, nunquam cognoscant. Imò Persarum Regibus (quod & de Mexicano, ac Peruano Regibus in India occidentali legimus) mos erat, vt à suis subditis nunquam, vel certè rarissimè conspicerentur, maiestatis scilicet regia tuendæ causa. At Christus Rex noster ac Redemptor vult à nobis singulis cognosci, quotquot oues eius sumus. Ratio est, quia eum imitari debemus, quia *conformes fieri imagini Filij Dei* prorsus necesse est. *Dei Filius factus est filius hominis* (ait Augustinus) Rom. 9.  
*non solum vt omnia peccando à peccatis nos liberaret, sed etiam vt homo factus, Sermo. 8. de  
Temp.*  
*exemplo suo ad virtutum exempla nos accenderet*. Sic & sanctus Leo: *Dominus David factus est filius David, qui ceteris exemplo prodesset & merito*. Quare quum discipulorum De Nati. Domi-  
ni, sermo. 8.  
pedes lauaret, dixit: *Exemplum dedi vobis, vt & vos alter* Ioan. 13.  
*alterius lauetis pedes*; id est, vt inuicem suppetetis, vnde Ga'at 1.  
Apostolus: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis le-*

*gem Christi: quam videlicet exemplo suo nos docuit, non verbo tantum. Et iterum: Supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam; sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. Sic suo exemplo Christus ad charitatem nos hortatur: Vi diligatis inuicem sicut & ego dilexi vos. Suo exemplo ad mansuetudinem nos hortatur: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Suo exemplo ad patientiam malorum nos instruxit; dicente Petro: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt & vos sequamini vestigia eius. Suo exemplo ad tolerandas iniurias nos hortatur. Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti fuerint, & vos persequentur. Suo exemplo ad maledicta & contumelias ferendas, nos & præcessit & docuit. Non est discipulus super magistrum. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Suo exemplo docuit nos perpetuam cum proximis pacem seruare: Vnusquisque vestrum (ait Paulus) proximo suo placeat in bonum ad adificationem. Etenim Christus non sibi placuit. Christum igitur, omnemq; eius vitam & actiones, non doctrinam tantum cognoscere debemus, vt eius exempla imitemur. Hac est enim vita æterna (id est, via ad vitam æternam necessaria) vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quam filij Israël à serpentibus ignitis in deserto interficerentur, erexit Moyses, iubente Deo, æneum serpentem vt omnis qui aspexerit eum, sanaretur. At sic oportet exaltari Filium hominis, ait Christus, id est, sic oportet omnes in Christum in cruce exaltatum aspiciere, in eius sacratissimam passionem, innumerarum virtutum codicem perspicuum & plenum, oculos cõiicere vt à peccatis serpentinis liberentur. Sic Paulus: Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum. Qui rectè in stadio currere vult, eos, qui prius cucurrerunt, diligenter intuetur, vt meliùs currat. Si de nocte alicui necessariò ambulandum esset, & vnica esset lucerna, cuius ductum sequeretur, nõne eius lucernæ vestigia ante oculos semper haberet? At dicit Christus: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Omnes absque Christo ambulant in vanitate (sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectu). Sed Christus est lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hanc ergo lucem ante oculos perpetuò habere, eam probè cognoscere, quanti referat, perspicuum est. Non enim omnibus lucet, quia tenebra eum non comprehenderunt. Lumine*

fidei

Coloss. 3.

Ioan. 13.

Matth. 11.

1. Petri 4.

Ioan. 15.

Matth. 10.

Rom. 15.

Ioan. 17.

Numer. 21.

Ioan. 3.

Hebr. 12.

Simile.

Ioan. 8.

Eph. 5. 4.

Ioan. 1.

fidei lux illa comprehenditur; sed luce charitatis clarè cognoscitur. *Qui enim dicit se in Christo* (per fidem) *manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse* (per charitatem) *ambulare.* At id fieri nequit, nisi priùs constet quomodo Christus ambulauit, nisi tota eius vita priùs liquidò cognoscatur. Vnde Paulus: *Sicut accepistis Iesum Christum Dominum*, id est, sicut eum cognouistis, & de eius vita instructi estis, *in ipso ambulare.* Veteri populo dictum fuit: *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad petram unde excisi estis.* Et Christus ipse Iudæis dixit: *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Sed nunc maior nobis ad imitandum & cognoscendum proponitur. *Abraham enim vidit diem Christi, & gauisus est.* Nunc enim *unigenitus de sinu Patris, ipse enarrauit nobis.* Non iam ampliùs filij Abrahæ, sed serui Christi sumus. Hic est petra vnde excisi sumus: nam ex eius latere fluxit ille sanguis quo redempti sumus. Hac de causa gloriatur Paulus *se nihil scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum,* vt in præcedentibus explicatū est. Sed & præter hæc omnia, vt Christo conformemur, ipse Christus sua nos & doctrina exterius & gratia interiorius format, atq; ad sui imaginē nos effingit. sicut autē qui à pictore aliquo effingi ad viuum vult, debet intentis oculis ipsum perpetuò pictorem intueri; & si oculos vel minimum ab eo deflectat, pictor eius verum vultum non assequitur, sic omnino vt conformemur imagini Filij Dei, vt ipse filius Dei nos ad sui similitudinem effingat, formet, atque componat, necessariò ipsum formatorem nostrum Christum perpetuò intueri, & in eius oculos nostros oculos defixos habere oportet. Si enim ab eo semel oculos auertimus, ad rerum terrenarum amorem conuersi, nihil ampliùs in nobis Christus operabitur. Adeò verum, adeò necessarium est quod Christus hinc dicit: *Oues meæ cognoscunt me.* Vitæ Sanctorum multum ad pietatem iuuant, qua enus imitatores Christi fuerunt. Sed vita Christi ipsius omnibus Christianis debet esse exploratissima. Ille enim Sol iustitiæ, & lux ipsa est, omnes illuminans. Cæteri quasi stellæ & luminaria sunt ab eo illuminata, nec nisi partem luminis habent, certasque virtutes, & in certo gradu, quas de plenitudine Christi acceperunt.

¶ *Sicut nouit me Pater, & ego cognosco Patrem, & animam meam pono pro ouibus meis.*

L o c u s moralis de cumulatiſſima & longè maxima, Christi cumulatissima in

nos dilectio.

Christi Redemptoris in nos, ouiculas suas, dilectione. Quum enim dixisset Christus, quòd & ipse cognosceret oues suas, ouesque ipsum cognoscerent, utique non simplici noticia utrobique, sed cum charitate & dilectione coniuncta, ut suam erga oues cumulatissimam, & qua maior esse non potuit, dilectionem ostenderet, hæc verba subiecit; docens, se quidem diligi à Patre, eo quod Pater eius gloriam quærat, non ipse suam. (*Ego, inquit alibi, non quero gloriam meam: est qui querat & iudicet*) & Pater ei nomen dabit super omne nomen, in quo omne genua flectatur; &c. seque vicissim Patrem diligere, eo quòd non faciat voluntatem suam, sed Patris & eius gloriam in omnibus quærat: deinde similem esse & reciprocum amorem inter se & oues suas. Quòd ut ex sua parte ostendat, subiunxit: *Et animam meam pono pro ouibus meis*, de reciproco ouium amore nihil dicit, sed necessariò subintelligendum relinquit. Hoc ergo in loco cumulatissimus hic Christi in nos amor explicandus est, ut quid, & quantum ex parte nostra tanto amori debeatur, hoc modo intelligatur. Dicit se animam suam ponere (id est, sponte vitam fundere; unde alibi dixerat: *Ego pono animam meam, & iterum sumo eam, & nemo tollit eam à me*) pro ouibus suis. Dixerat paulo antè Christus: *Maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis*. Et certè Christus moriens, efficaciter quidè pro solis amicis mortuus est, idque pro futuris amicis, post conuersionem singulorum, nò pro iis qui antea amici fuerant. Cæterùm Christi charitas in eo adhuc magis commendatur, quo sufficienter pro omnibus, tam amicis quàm inimicis, tam electis quàm reprobis, animam suam posuit; fuit enim propitiatio pro peccatis totius mundi; & quòd pro ipsis amicis tunc mortuus est, quum adhuc inimici essent. Et hanc charitatem cõmendat Paulus, etsi inferiores cuiusdã generis charitatem Christi hîc exprimat, seu modestiæ admirabilis causa, seu de sola efficaci redemptione loquens. Ait enim Apostolus: *Christus, quum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impijs mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam, quum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est*. Expendit Paulus diligenter, quòd Christus non solùm pro amicis suis (quia tales futuri erant) sed etiã pro inimicis (quia tales tunc erant) animam suam posuit. Nam postea dicit: *Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo*. Et vide quot nominibus

Ioh. 10.

Ioh. 15.

Rom. 5.

Mortis Christi  
beneficium.

nibus

nibus beneficiū hoc cōmendat. Vocat enim nos *inimicos, infirmos, impios & peccatores*, vt sic intelligeremus, à quot malis Christus nos per suā mortē liberauit. *Infirmi* eramus, quia debiles & inualidi ad omne bonū opus. *Impij* eram⁹, quia diuine volūtatī refractarij & rebelles vixim⁹. *Peccatores* eramus, quia contra rationis regulam, mentisq̄ue rectitudinem peccauimus. *Inimici* Dei eramus, quia per peccatum omnis amicitia nostra cum Deo dissoluta fuit. Addit alio in loco, quòd etiam *mortui* eramus, Deo scilicet; ita vt Deo frui, vel secūdū Deū viuere nobis ex nobis planè esset impossibile. *Cūm* (inquit) *mortui essemus in delictis nostris, cōiunificauit nos in Christo, &c.* Hęc omnia expendēs Paulus, reciprocum nostrum in Christū amorē his verbis efficacissimè tradit: *Charitas Christi vrget nos; astimantes hoc, quoniā si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuūt, iam non sibi viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.* Supplet hoc loco Paulus reciprocu illum omnium erga Christū amorem, quem Christus in Euāgelio tacuit, quia illum sermonē nondum portare poterant discipuli eius. Voluit enim Christus dicere; *Ego animam meam pono pro ouibus meis, & oues meæ animam suam ponent pro me:* quē admodum dixerat; *Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrē.* At nunc Paulus hoc disertissimè dicit, quia Spiritū sanctum tam ille, tum ad quos scripsit, acceperant, qui, quæ Christus dicere prætermisit, docuit atque suggessit omnia. Verba Pauli expēdemus. *Charitas Christi vrget nos.* Charitas Christi pro infirmis, pro impiis, pro peccatoribus, pro inimicis, pro mortuis animā suam ponentis, Christi inquam Filij Dei, dilecti à Patre vnigeniti, in quo sibi cōplacuit, animam quoque suam ponentis non vulgari modo, sed per mortem Crucis, cuius & ignominia maxima, & dolor extremus fuit, *Charitas* quoque & pura dilectio, non aliqua obligatio, nō præceptū aut mandatum, nō vlla ex sua parte necessitas. Hęc pura, & tanta, & in tali persona, & propter talē causam, & etiam ob talem finem, vt non solum nos reconciliaret Deo Patri, sed etiam vt cōiunificaret, & conregnare & cōsedere faceret in caelestibus; hęc tam admirabilis & tam ineffabilis *charitas Christi vrget nos.* id est, vrgerē, premere, compungere, vehemētes mutæ charitatis stimulos addere, ardentē facies ad mouere, ingentes *flamas* excitare in cordibus nostris debet. Primum, quia amorem amore cōpēsari oportet: & vt inter homines ingrati tudinis nota nihil infamius, nihil benefactori durius, gratitudine

1.

2.

3.

4.

5.

Ephes. 2.

1. Cor. 5.

6.

7.

8.

9.

10.

Ephes. 3.

Gratitudo debita Pass. Christi beneficio.

tudine

tudine verò nihil iucundius, nihil splèdidius est; sic inter nos & Deum: idque eo magis: quanto est inter nos & Deum inæqualitas infinite maior. De hac gratitudine erga Dei beneficia, in aliis iam Dominicis diximus. Magna laus apud Romanos fuit Q Metelli, quòd non dubitaret, Consul quum esset, pro Quinto Callidio pratore cãdido supplicare populo, eo quòd olim tribunus plebis legem tulerat, qua pater huius Metelli in ciuitatem restitueretur. Magna laus Augusti Cæsaris, qui pro gregario milite, olim pro salute eius in prælio Actiaco fortiter dimicante, in aduocationem descendisset. Vrgebat hos magnos Principes, obscurorum hominum vulgaris quædã charitas. Quid ni nos vrgeat in causa æternæ salutis, Filij Dei tam immèta charitas? Deinde vrgeri nos debet hæc Christi charitas; quia huiusmodi gratitudinis officium Deus à nobis diserte exigit. In veteri lege liberationem à seruitute Ægyptiaca, non solum ceremonia solemnè Agni Paschalis celebrare, sed etiam disertis verbis profiteri populus iubetur: *Obseruabitis ceremonias istas. Et cum dixerint vobis filij vestri, qua est ista religio? Dicitis eis: Victimam transitus Domini est, &c.* Similiter iubetur quotãnis acceptæ terræ Chanaan beneficium profiteri. *Cum intraueris terram quam Dominus Deus tuus daturus est tibi possidendam, tolles de cunctis frugibus tuis primitias, &c. accedesq; ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quòd ingressus sum in terram pro qua iurauit patribus nostris vt daret eam nobis.* Hæc ceremonia, hæc recordatio, hæc professio pro tẽporali illo beneficio, figura est gratitudinis nostræ, pro beneficio multo maiori; illo videlicet, quod hoc significabatur, vt dato Ioanne Baptista, pater eius Zacharias plenus Spiritu sancto, profitebatur, dicēs: *Visitauit plebem suam, &c. sicut locutus est per os Sanctorum, &c. Memorari testamenti sui sancti, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis* (dedit autem semetipsum pro nobis in cruce) *vt sine timore, &c. seruiamus illi in sanctitate & iustitia, &* vt Paulus ait, *vt mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.* Hęc est gratitudo ad quam Christi charitas nos vrget, vt mox ex sequentibus Pauli verbis magis dicetur. Nunc, vt in veteri lege liberationis Ægyptiacæ fiebat, sic in noua perpetuam facimus, ritu solemnissimo, & sacratissimo, mortis Dominicæ commemorationem. Vult ergo Christus vt huius charitatis perpetuò simus memores. Certè vrget magis beneficii accepti obligatio, quàm vllius debiti contracti; quia plus vrget amor

*Domin. infra  
Off. Nat. Dõ.  
Dom. 3. post  
Epiph. text. 5.  
Dom. Quinquag. text. 2.  
Valer. Max.  
lib. 5. cap. 2.*

*Exodi 12.  
Typus.*

*Deu. 26.*

*Luca 2.*

*Tit. 2.*



amor quàm lex de contractibus: quod videmus in parentibus & filiis, quos amor naturalis centies plus vrget & impellit ad benefaciendū muuò, quàm vlla lex possit impellere. *Simile.* Leges quidē cogunt: sed charitas vrget, perpetuo quodam & indiaulso, & acri stimulo ad opus impellit. Sed illos demum hæc Christi charitas vrget, qui Christi beneficiū & fructum sentiūt. Qui à Rege ad honorem euectus est, quo magis honore delectatur, eo maiorem beneficij regij sensum habet, magis regē redamat, obseruat, colit. *Simile.* Quibus salus eterna cordi est, qui peccatorū suorum grauitatem expendunt, penas timent, veniam desiderāt; illos hæc Christi charitas, qua propter delicta nostra mortuus est, ad redamandum vrget. Quare Paulus de se, suiq; similibus dixit: *Charitas Christi vrget nos.* Sed nūc ad quid vrgeat, cum Paulo videamus: *Æstimantes hoc* (ait Paulus) id est, planè iudicantes certoque inde cōcludentes, *quia sic vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* id est, omnes mori vicissim pro Christo debent. Quia si ille animam suā posuit pro nobis, debemus & nos animam nostram ponere pro illo. Hoc enim amoris vicissitudo postulat, & ad hoc vrget Christi charitas: quoties videlicet Christi gloria, vel salus nostra ac proximi id requirit. *Qui enim abnegauerit me coram hominibus, & ego abnegabo eum coram* *Luca 12.* *Patre meo.* Rursum: *si compatimur, cōglorificabimur: si commorimur, conuiuemus.* *Rom. 8.* Affectu igitur & voluntate, totaque animi propensione etiam ad corporalē mortem pro Christo subeundam, mors Christi nos vrget. *Hoc enim egit mors Domini, ne mors amplius timeretur.* ait S. Augustinus, iuxta illud Apostoli: *ut per mortem liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erāt seruituti.* Sed vtcunque de hoc sit, certè charitas ad hoc nos vrget, vt prorsus moriamur peccato, moriamur prauis affectibus, moriamur huic seculo omnes. Vnde addit Paulus loco citato, explicās quo modo propter Christi mortem omnes mortui sunt: *Vt & qui viuūt, iam non sibi viuāt; sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.* Non sibi viuāt, id est, nō suam, sed Christi voluntatem faciat; non carnis desideria, sed Spiritus Dei consilia exequatur: non huic seculo nequā, sed imagini Filij Dei conformetur. *Vt existimemus nos mortuos quidē esse peccato, viuentes autem Deo in Christo.* Vnde Petrus: *Christo in carne passo, vos eadem cogitatione armamini;* id est, vos quoque in carne vestra patimini; *mortifi-antes membra vestra quæ sunt super terram, & tollentes vnusquisque crucē suā post Christum.* *Quia qui passus est in carne,* sensu iam dicto,

Typus.

dicto, *desit à peccatis, vt iam non desideris hominum, sed volūtati Dei quod reliquū est viuat temporis.* Ad hoc nos Christi charitas, morientis pro omnib<sup>9</sup>, omnes vrget. In veteri populo, quia ad liberationem Hebræorū omnes primogenitos Ægyptiorum vna nocte Angelus Dei interfecit, voluit Deus vt in ei<sup>9</sup> beneficij gratitudinem omnes postea primogeniti Deo offerrentur, tam in hominibus, quā in pecoribus, nisi quōd quorundam animalium primogenita redimi poterant. Hinc etiam & Christus à B. Virgine matre sua, iuxta legem, in templo offerebatur. Atqui pro beneficio liberationis nostrę à seruitute peccati, & captiuitate diaboli, percussit Deus vnicum suum primogenitum. *Proprio enim Filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū.* Ad huius autem beneficij gratitudinem recognoscendā, vult Deus vt nos omnes nosmetipsos Deo offeramus, *exhibentes corpora nostra hestiam viuentem, sanctam, Deo placētem, rationabile obsequium nostrum.* Ad hoc Christi charitas nos vrget. Sibi viuunt, non Christo, qui omnem suam sollicitudinem in cibum, potum, vestitum, voluptates, honores & diuitias conferunt. Christo viuunt, non sibi, qui his omnibus vel contemptis, vel parçē vtentes, (*vtentes hoc mundo tanquā non vtentes*) curas suas & cogitationes omnes in Dei gloriam, suam ac proximi salutem, conuertūt. Si peritissimus lapidarius gemmam cētum mille aureis emeret, nemo dubitaret maximi valoris esse gemmam illā. Christus nos tanto pretio redemit, vt nostram ipsorum salutem magno in pretio haberem<sup>9</sup>. *Empti estis pretio magno* (ait Paulus) *glorificate ergo & portate Deum in corpore vestra.* Non vobis, sed Christo viuite; sicut ille non sibi, sed vobis vixit; pro vobis natus, crucifixus, & mortuus. Ad hoc totum charitas Christi nos vrget. Ad hunc finem animam suam posuit pro quibus suis.

Rom. 8.

Rom. 12.

Christo, vel sibi viuere.

1. Cor. 7.

Simile.

1. Cor. 6.

### 7. Erit vnus pastor, & vnum ouile.

**L**Ocus moralis de vnitae Ecclesiastica firmiter à quouis Christiano retinenda quem in altero Promptuario Catholico, contra hæreticos nostri temporis, in hac ipsa Dominica tractauimus.

EVAN

**M**ODICUM & iam nō videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicē: Quid est hoc quod dicit nobis: Modicū & nō videbitis me, & iterū modicum & videbitis me, & quia vado ad Patrē? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus quia volebant eū interrogare; & dixit eis: De hoc queritis inter vos, quia dixi; Modicū & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me? Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos verò contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cū parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cū autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habebitis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. 10.41.16.

PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos. De afflictione & tribulatione iustorum in hac vita.

2. Mundus autem gaudebit. De mudi gaudiis vanis, caducis, & noxiis.

3. Tristitia vestra vertetur in gaudium: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. De beato exitu & catastrophe tribulationum, quas ad momentum iusti patiuntur.

1. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos.

**L**ocus moralis de afflictione & tribulatione iustorū in hac vita. Christus enim his verbis non solum futuram Apostolorum suorum grauem perturbationem atque tristitiam, tempore passionis ac mortis suæ, prædixit, quia eo tunc tempore ad modicum eum non viderent, visuri tamen post modicū, resurgentē; sed etiā futuram Apostolorū, omniumq; iustorū in hac vita variā tribulationē, in qua ad modicū tēpus huius transitoria vitæ Christus non videtur, sed post modicum huius tēporis in æternum à iustis videtur, his verbis significat, Tribulationes iustorum.

Tract. 95. 6<sup>a</sup>  
131. in Ioan.

gnificat, vt exponit sanctus Augustinus: qui sensus ex eo confirmatur, quòd addit hìc Christus: *quia vado ad Patrem*. Hoc enim non de mortis tempore, sed de gloriosa Ascensione necessariò intelligitur: qua peracta ad Patrem ascendit, suosque interim in terris variis tribulationibus exercendos, corrigendos, expoliandos reliquit. A quibus per mortem corporis iusti liberati, sentiunt suam tristitiam in gaudium verti, illudque impletur, quòd Christus hìc dicit: *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis*: quod vtrique de sempiterno gaudio commodissimè intelligitur. De tribulatione iustorum in

Ioan. 16.

Dom. 2. Aduentus, tex. 1.

Dom. 4. post Epiph. tex. 1.

1. Exercitium

virtutis.

Exempla.

Morrl. in Iob, lib. 21. cap. 4.

Similium

congeries.

1. 2.  
3.

4.  
August. in Psal. 93.

5.

6.

hac vita, iam in aliis Dominicis quædam diximus. Sed hìc loco proprio aliqua necessariò addenda sunt, prout Deus dabit. Plorant & fient in hac vita iusti, id est, variè tribulantur: primum ad perpetuum virtutis exercitium, tanquam electi Dei, & ab eo ampliùs coronandi. Esau reprobus nihil affigitur. Iacob electus viginti annis seruit Laban, & totidem annis amissi Ioseph luctum tulit, ac tandem in extrema senectute peregrinari in Ægyptum cogitur. De Ioseph, de Dauide, de Iobia idem superiùs annotatum est. Appositè sanctus Gregorius: *Iustus à delectationis transitoria iucunditate restringitur, quia & vitulus ad laboris usum victurus, sub iugum retinetur, mactandus autem, in liberis partibus saginatur*. Sic arbores frugiferæ in colligendis fructibus vexantur, lacerantur, spoliantur: sed diutissimè viuere permittuntur. Infrugiferæ intactæ stant, sed citiùs exciduntur, vt in ignem mittantur. Ægris, quibus spes conualescendi vlla relicta est, nequaquam à medico, cuncta quæ appetunt, conceduntur. At desperatis ægris, omne quod desiderant, permittitur. Sic omnino perituri in æternum hìc interim bonis huius mundi saginantur, intacti illis fruuntur, & desiderijs suis potiuntur: sed ad labores exercetur, ad fructus bonorum operum carpandos conuellitur, & multis quæ desiderat, priuatur, quem ad vitam æternam Deus destinauit. Parentes filios, de quibus speim habent, flagellant, desperatos sibi relinquunt, & vt volunt, viuere permittunt. Sed illis hæreditatem seruant, hos ab hæreditate repellunt. Tu gaude sub flagellis, quia tibi hæreditas seruatur. Noli pueriliter contra Deum Patrem murmurare, quia sæpe te flagellat. Sicut medicus corpus attenuat, sanguinem extrahit, vitiosam materiam subtrahit, vt corpus sanet; sic Deus suos affligit, vt animam cælo aptam faciat. Pisces maiores, ijdemque meliores, non nisi in vasto & salso Oceano inueniuntur: pisciculi minores fluuiatiles sunt, & aqua

& aqua dulci aluntur. Gramina campi tota hyeme virent, sed in æstate marcescunt, saltem nec flores, nec fructus afferunt. Reliquæ arbores tota hyeme omni decore spoliatae, quasi mortuæ videntur, prorsusque aridæ & infrugiferae. At in æstate folijs virescunt, floribus ornantur, fructibus onustæ conspiciuntur. Hæc vita hyemis, futura & beata, iucundissima ætatis figuram habet. Deinde iustorum in hac vita tribulationes, non nisi optimarum virtutum exercitia sunt. Primum in patientia iniuriarum, & persecutione propter iustitiam, de qua Petrus: *Si benefacientes patienter sustinetis, hæc gratia est apud Deum. In hoc enim vocati estis.* Deinde in pugna contra vitia. *Tentatio est vita hominis super terram.* Ideo enim arma gratiæ accepimus, fidem, spem, charitatem, fortitudinem spiritus, timorem Dei, ut contra diabolum, mundum, & carnem, omniaque desideria eorum fortiter pugnemus. Rursum in corporis castigatione. *Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Hæc mortificatio membrorum est perpetua crux iustorum, quam post Christum ferunt. Præterea in desiderio patriæ cœlestis. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, multum incola fuit anima mea. Lachryma mea panes mihi die ac nocte fuerunt, dum dicitur mihi quotidie, ubi Deus meus? Si enim dulcis est patria, amara est peregrinatio; si amara peregrinatio, tota die tribulatio,* ait Augustinus. Sed & multæ tribulationes iustorum, propter peccata aliorum. *Tabescere me fecit zelus meus, quia oblitii sunt verba tua inimici mei.* Sic Paulus de fornicatione illius Corinthij: *Ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas, ut sciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis.* Sicuti enim (ait sanctus Basilius) qui consistunt in littore, eorum indolefcunt vicem qui marinis fluctibus immerguntur, neque interim vllam adeunt iacturam propriæ securitatis, ob anxiam, qua periclitantibus condolent, cogitationem; sic qui vltreano mœrore se affligunt ob peccata proximorum, haudquaquam per id læticiam exinaniunt suam, veriùs auctiorem eam & cumulatorem reddunt. Hæc ferè præcipua sunt tribulationum subiecta & materiæ quas in hac vita iusti perferunt, eademque sunt præclararum virtutum exercitia. Porrò ad tribulationes iustorù illud maximù accedit commodum, quòd varijs & maximis solatijs etiam in hac vita permixtæ sunt. Habent Spiritum sanctorum consolatorem: qui (ut ait Paulus) *consolatur nos in omni tribulatione nostra; non in vna aut altera, sed prorsus in omni: idque adeò, ait*

Virtutù exercitia, tribulationes iustorum.

1. Petri 2.

2. Iob 7.

3. Rom. 8.

4. Psal. 85.

Enarrat. in Psal. 85.

Psal. 118.

2. Cor. 2.

Simile.

Hom. 4. de grat. alt.

Simile.

Solatijs permixtæ tribulationes iustorum.

2. Cor. 1.

Epist. 120.  
Gen. 40.  
Exempla.  
1. Pet. 5.

Simile.

Apoc. 21.

Simile.

Psal. 93.

Enr. ibid.  
1. Pet. 4.

Jud. 7.  
Allegoria.

Apostolus, *ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt.* Sic Iob inter gravissimos cruciatus diuinè philosophatur, & (ut notauit Augustinus) *magis post accepta damna corporis, quam post accepta damna fortuna.* Sic Ioseph in carcere suos concaptiuos solatur: *Cur tristior solito est facies vestra?* Vnde & diuus Petrus: *Deus omnis gratie vos modicum passus perficiet, confirmabit, solidabitque.* Sunt verba firmissimæ consolationis plena. Pisces primùm sale condiri solent; sed antequam manducentur, in aquam mittuntur. Iusti per tribulationes quasi sale condiuntur, ut peccatorum foetores in illis extinguantur, neve putrescant. Sed interim deducit eos Deus ad fontes aquarum, & abstergit omnem lachrymam ab oculis eorum. Faber ferrarius vbi ferrum in fornace molliuit, aqua mox aspergit, ut temperetur. Sic tribulationis ignis, aqua semper diuinæ consolationis aspergitur. Alia iustorum in omni tribulatione fortissima solatia sunt, conscientiae pax perpetua, & aeternæ retributionis spes firma: de quibus in alijs iam Euangelijs dictum est. Iustorum ergo in hac vita tribulatio nec tanta est, quanta esse putatur; nec ipsis iustis infructuosa est, nec ex parte Dei iniqua est. Vnde Propheta Regius: *Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis, qui singis laborem in praecepto?* id est, qui de ipso labore ac dolore praeceptum nobis facis, ut ipse dolor praeceptum sit nobis? Sic enim exponit Augustinus. Posuit Deus laborem ac dolorem in praecepto omnibus iustis. *Tempus est* (ait Petrus) *ut iudicium incipiat de domo Dei:* id est, ut modo iudicentur, qui pertinent ad domum Domini. *Et si iustus vix* (id est, non sine labore) *saluabitur, peccator & impius* (qui in hac vita non tribulantur) *vbi parebunt? Quomodo erunt tecum iniqui* (ait Augustinus loco citato) *quoniam nec tuis fidelibus parcis, ut exerceas & erudias eos?* Et paulo post: *Voluisti filios tuos erudire, & exercere laboribus, ut non essent sine timore, ne amarent aliquid aliud, & obliuiscerentur te verum bonum suum.* Bonus est Deus. *Si cessaret, & non misceret amaritudines felicitatibus seculi, obliuisceremur eius.* Sed vbi angores molestiarum faciunt fluctus animæ, fides, qua dormiebat, excitatur. Hæc Augustinus. Deus ergo tribulationibus suos exercens, non modò non iniustus, sed etiam bonus hoc ipso ac misericors est. Non sunt ad regnum cælorum idonei, qui dura & mala hic interim peccate recusant. Gedeon ex mandato Dei eos qui prono corpore in terram aquis sese ingurgitabant, ab exercitu repellebat, omnibus quoque formidolosis & timidis prius

prius domum remissis : cōsque solos ad bellum contra Madianitas elegit, qui caua manu aquam capientes, eam sicut canes lingua lambebant. Voluptatum amatores ad pugnam contra vitia idonei non sunt. Paucis contenti, & ad ardua *Simile.* perferenda parati, cælo idonei sunt. Præceptores ab illis discipulis plus pensi exigunt, illos sapius & acrius examinant, de quorum profectu maiorem spem concipiunt. Notanda illa verba Tobiae : *Benedictus Deus, qui, cum iratus* *Tob. 3.* fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis. Si tibi in carcere propter æs alienum posito sacco *Simile.* pecunia plenum, quo æs exolucretur, in caput tuum aliquis projiceret, & ad tempus grauius læderet, gauderes nihilominus accepta pecunia vnde posses liberati. Percutit suos Deus; sed percutiendo peccata dimittit, è carcere liberat, & ad futuram gloriam idoneos nos facit. Nam & *Hom. 66. ad pop. Antich.* fastum contrahit (ait Chrysostronus) & omnem excutit torporem, & ad patientiam vngit, & humanarum rerum utilitatem reuelat tribulatio.

## 2. Mundus autem gaudebit.

**L**Ocus moralis de mundi gaudijs, vanis, caducis, & noxijs, *Mundi gaudia.* Mundus, seu homines mundani, conformantes se huic *Rom. 12.* seculo nequam, gaudia & voluptates semper, & in omnibus conlectantur. *Aliquãdo ambulastis secundum seculum mundi* *Ephes. 2.* *huius, facientes voluntatem carnis & cogitationum.* Hæc est *Rom. 7. 8. & 13.* *Mundi gaudiũ* vita, hoc gaudium mundi. Suam facere voluntatem, id est, vt *impugnata ne-* *quicia.* Apostolus loquitur, desideria carnis perficere, carnis curam *Rom. 13.* facere in desiderijs, ambulare secundum carnem, id est, secundum ea, quæ caro & sensualitas humana (quæ cum brutis nobis communis est) expetit & desiderat. Videlicet, vt vno pariter in loco Apostolus distribuit, in emulatione & contentione, honores quærere : in comessationibus & ebrietatibus, ventrem pascere, ac genio indulgere : in cubilibus & impudicitijs libidinem explere. Rursum in dolo, mendacio, & avaritia diuitias quærere. In detractione, vindicta, malevolentia, iræ & inuidiæ satisfacere. Hæc sunt mundi studia, hæc eius gaudia. In his puppim & proram felicitatis suæ ponit. At hoc torum nihil aliud est, quàm thesaurizare sibi iram in *Rom. 2.* die iræ. Tales cibi animam non pascunt, sed perdunt. Ne desideres (ait Sapiens) de cibus eius in quo est panis mendacij. id est, *Prou. 23.* panis mendax & fallax, falsa, non vera voluptas. *Latantur enim quum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis, quorum* *Prou. 2.*

Serm. 37. de  
verb. Dom.

via peruersa sunt, & infames gressus eorum. Appositè sanctus Augustinus: *Seculi latitia est impunita nequitia. Luxurientur homines, fornicentur, ebriositate ingurgientur, turpitudine fedentur, nihil mali patiantur, & videte seculi gaudium. Ista mala & alia his similia, non castiget fames, non belli timor, no morbus, non aduersitas vlla; sed sint omnia in rerum abundantia, in pace carnis, in securitate mala mentis. Ecce, vides mundi gaudia.*

Psal. 9.

*Hæc ille. Sed vide iudicium Dei. Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit Dominum peccator. In multitudine iræ suæ non quæret. id est, Deus præ magnitudine iræ suæ non percutiet peccatorè. Nam quando castigat mundum, non vult damnare mundum. Quàm diu ergo mundus gaudet, tam diu in statu damnationis est.*

In mundo  
gaudere.

*In mundo gaudere, & mundi gaudijs perfrui, est pecudum more voluptate affici, hominem exuere, virtuti nuntium remittere, rationis vsum abdicare, sensuum se, & rerum sensibilibium mancipium profiteri, ex Christiano Epicureum fieri, ac denique sine Deo in hoc mundo viuere. Beatum dixere populum cui hæc sunt. Sed contradicit quod sequitur: *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.* Nam vide nunc, quàm sunt hæc mundi gaudia, non solùm per se mala & turpia, sed etiam caduca & fluxa, fucata quoque & falsa. Primum terminantur cum hac vita, nos autem ad sempiternam aspira-*

Psal. 143.

*mus. Huius porrò vitæ breuitas, quæ stultis longa videtur, talis est, vt de gaudijs eius sic ipimet impij sublata scena, & finita tragœdia loquantur: *Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid consulit nobis? Transferunt illa omnia tanquam vmbra, in malignitate autem nostra consumpti sumus.* Et paulo post dicitur. *Spes impij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquam spuma gratialis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus qui à vento diffusus est.**

Mundi gaudia  
caduca & falsa,  
Sap. 5.

*Sunt verba significantissima. Spes impij est spes longæ vitæ, spes diurnæ voluptatis, spes solidi & stabilis gaudij. Sed tam vana ac falsa hæc spes est, voluptas tam fluxa, gaudium tam breue est, vt eius breuitas vix fatis vllis verbis exprimi queat. Lanugo per campos iacens, pulchra est, sed vno flatu venti tollitur; Spuma gracilis, elegans quiddã est, & colore, & figura, sed à minima procella dispergitur. Fumus multum turget, altè ascendit, sed vno momento disparet. Alia Scriptura de hac vita dicit: *Vapor est, & ad modicum parens.* Hoc iam fumo minus est. Animalibus illis, quæ (vt scribit Seneca)*

Similia.

*iuxta Pontum genita, vnum degunt diem, manè orientia, meridie*

Iacobi 4.  
In orat. con-  
solat.



meridie vigentia, vel peti senescencia atque obeuntia (& apud nos fungus quidam vna nocte crescit, post die perit) si humanus animus ac ratio singulis daretur, noster hic affectus inesset, vt quæ ante meridiem decessissent, luctum ac lachrymas haberent; quæ verò integrum vixissent diem, penitus longæua & felicia haberentur. Sed vt illa insanire nos diceremus, sic nos insanire Deus, & Angeli, & beati, & sapientes omnes dicunt, qui in æternitatem oculos conijciunt. Vnde sic Sapiens ille Mathathias, Machabæorum pater, ad suos filios concionatur: *A verbis viri peccatoris ne timueritis: Gloria enim eius stercus & vermis: hodie extollitur, & cras non inuenietur, quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perijt.* Sic alia Scriptura: *Nolite confidere in Principibus, & in filijs hominũ, in quibus non est salus. Exhibet spiritus illorum, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum:* omnes cogitationes de auro, & argento, de pulchris ædibus, de honoribus & prælaturis, de vxore & liberis, de comestationibus & conuiujs, de ludis & iocis, de omni gaudio huius mundi. Vno momento omnia disparebunt, quasi non fuissent. *Diues & pauper obuiauerunt sibi, in morte videlicet. Vtriusque operator est Dominus, vel potiùs formator, vt origo Hebraica habet. Qui amplos habet & certos redditus, potest liberaliter expendere: qui de die in diem viuít, nullo vnquam die facultatis suæ modum excedere potest. Stulti mundani sic voluptatibus vacant, & hæc gaudia sectantur, ac si pro certo haberent forte illa diuturna: at illi de die in diem viuunt, nec de vno crastino cetti sunt. Magna igitur dementia, in re tam fluxa solidum bonum querere. Voluptuarij, & gaudij mundani sectatores, quasi in aqua scribunt, quæ nullum scripturæ vestigium retinet: nam voluptatis cuiuslibet cessante operatione, cessat & sensus. Hinc beatus Iob: *Ad modicum eleuati sunt, & non subsistunt, humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur.* Quæ vltima verba multo sensu fecunda sunt. Habet spica frumenti præter casulas suas, quibus grana velut in carcere, recto tamen ordine, collocata inseruntur, summitates quasdam, videlicet stipulas & aristas proceras, quæ, à casulis granorum separatæ & disiunctæ, altiùs eminent sunt quæ asperæ, & acriter pungunt. Et spica quidem Ecclésiæ benè comparatur, in qua grana, id est, iusti tanquam in carcere conclusi, laboribus & tribulationibus præmuntur, inter se tamen recto ordine, iuxta vocationem quisque suam,*

Simile.

1. Machab. 2.

Psal. 145.

Prou. 22.

Similia.

1.

2.

Greg. Nyssen.  
homi. 5. in Eccl.  
cles.

Iob 24.

3.

fuam; collocati, & charitatis vinculo colligati, optimè con-  
 spirant, suauiterque & benivolè viuunt. Stipulæ verò, & ari-  
 stæ, peccatores sunt; maximè earum summities, quæ &  
 minus solidæ, & magis asperæ sunt, impios homines, cru-  
 deles, inordinatos denotant; qui sic in diuino iudicio conte-  
 rentur, sicut in area aristæ & stipulæ ad nihilum rediguntur.  
 Sicut ignis stipulæ applicatus statim extinguitur, sic gaudium  
 ex rebus terrenis & fluxis ortum celeriter consumitur.

*Simile.*

*Esaia 29.*

Porro gaudia mundi non nisi dormientium somnia esse,  
 sacra nos docet Scriptura. Sic enim Esaia: *Sicut somniat esu-  
 riens, & comedit, cum autem fuerit expergesfactus, vacua est  
 anima eius; & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit  
 expergesfactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic  
 erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra mon-  
 tem Sion.* Comparat, iuxta literam, Romanorum vel Assy-  
 riorum victorum gloriam atque potentiam voluptati esu-  
 rientium & sitientium, quando somniant se comedere &  
 bibere; quæ tota voluptas falsa est & inanis. Tales sunt om-  
 nes mundi delicæ: quia ad momentum transeunt. Vnde

*Eccles 34.*

*Vana spes & mendacium viro insensato, & som-  
 nia extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit umbram, &  
 persequitur ventum, & qui attendit ad visa mendacia. Hoc  
 secundum hoc visio somniorum.* id est: Mundi potentia, & glo-  
 ria, & gaudia non sunt res solidæ & veræ, sed sunt visiones

*Simile.*

somniorum: & sicut spectrum ad imaginem alterius rei, non  
 est eius rei substantia, ac neque vera imago & figura, sed  
 ipsius imaginis visio, & secundum imaginem quidem, sed  
 non ipsa; sic mundi potentia, gloria, gaudium, quasi spe-  
 ctra sunt, secundum imaginem gloriæ & gaudij. Ideo Na-  
 buchodonosor vidit quidem gloriam mundi: sed in somniis.

*Daniel. 2.*

*Psal. 73.*

Ideo luculenter Dauid dixit: *Dormierunt somnum suum om-  
 nes viri diuitiarum: & nihil inuenerunt in manibus suis.* Et ite-  
 rum: *Velut somnium surgentium Domine in ciuitate tua ima-  
 ginem ipsorum ad nihilum rediges.* id est: Tu Domine in tua  
 vera gloria, & vero gaudio, euertes omnem hanc imaginem  
 rerum, quas mortales opinione decipri, res solidas esse exi-  
 stimant, quasi que sublata scena ostendes illa omnia nihil  
 præter somnium surgentium, & imaginem inanem fuisse.

*Psal. 73.*

In mappa mundi, quam vocamus, videntur regna, prouin-  
 ciæ, maria, vrbes, variæque regiones. Totum tamen nihil  
 nisi papyrus & attramentum est, in qua si gutta aquæ stil-  
 lauerit, facile corrumpitur, & deletur totum. Cor hominis,

vanis

vanis huius mundi gaudiis affectum, est talis quædam mappa depicta, qui animo suo turres, castella, regna, honores, thesauros, & nescio quæ alia, vel sibi possidenda fingit; vel se possidere putat. Verum hæc omnia non nisi papyrus & atramentum sunt, & picta animo tabella, quam vna febris, accedente morte, dicto citius dissoluit. Vnde Iob: *Gaudium hypocritæ ad instar puncti*. Scribit S. Chrysostomus, risisse se aliquando eorum testamenta, in quibus legerat, agros & tecta quoad usum quidem illis legari, quoad dominium verò aliis: quum huiusmodi rerum solus reuera usus hominibus concedatur, non dominium. *Domini enim est terra, & plenitudo eius*. Nos hospites tantum sumus & peregrini, qui tantquam diuersorio hoc mundo utimur. Ita se verè res habet, quicquid mortalium opinio secus iudicat. Vera est Scriptura, quæ dicit: *Filij hominum, usquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?* Omnia huius mundi quæ putantur bona, quæ filij hominum diligunt, vocat vanitatem & mendacium: quia non vera, sed ialsa; nec solida, sed vana sunt. De hac re aliàs plura diximus. Sed & illud in mundi gaudiis consideratione dignum est, quòd vt tribulatio iustorum multa habet adiuncta solatia (vt iam dictum est) sic gaudia impiorum quàm plurima habent admixta incommoda. Nam & variam conscientie carnificinam perferunt (quia non est pax impijs, sed contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt) & duram seruitutem seruiunt, suis cupiditatibus seruientes, ad quas explendas mille absurda, & illiberalia committunt; & maxima discrimina frequenter adeunt, labores grauissimos exantlare coguntur. (vnde aiunt ipsimet, *Lassati sumus in via iniquitatis*) & labores eorù vt plurimum non succedunt; (nam *telas araneæ texerunt, tela eorum non erunt in vestimentum*) & successus ipse auget cupiditatem, non minuit, & difficilior interdum est parca tueri, quàm quæsiuiss; ac postremo (quod est miserimum) totum hoc gaudium in sempiternam definit miseriam. Quæ ferè singula in alijs iam Dominicis per occasionem tractauimus. Domin. 1. Quadrage. text. 8. Dominica 2. Quadrages. text. 3. & Dominica Palmarum, text. 6.

### 3. Tristitia vestra vertetur in gaudium.

**L**Ocus moralis de beato exitu & catastrophe tribulationum, quas ad momentum iusti in hac vita patiuntur. Gaudia iustorum.

*Domi. Septuage. tex. 7. par. 3.* Hunc locum & in præcedentibus tractauimus : sed hic aliqua, donante Deo, addentur. Christus disertè inter varias beatitudines hanc vnã posuit : *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Cuius illustre exemplum est Lazarus vlcerosus in sinu Abrahæ, & diues epulo in inferno, maximè sic loquente Abrahæ, *Filij, recepisti bona in vita tuã, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.* Causam diuersæ vtriusque post hanc vitam conditionis, non aliam adfert Abraham, nisi quia & in præsentì vita diuersa fuerat conditio. Vnde beatus Gregorius hæc verba expendens, sic scribit : *Quicumque in hoc seculo bona habetis, quum vos bona egisse recolitis, valde de ipsis pertimescite, ne concessa vobis prosperitas eorundem remuneratio sit bonorum. Et cùm quoslibet pauperes nonnulla reprehensibilia perpetrare conspiciatis, nolite despiciere; quia fortasse quos superfluitus tenuissima prauitatis inquinat, caminus paupertatis purgat.* Hanc beatam conuersionem multæ Scripturæ docent. Dauid dicit, *Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua.* Hæc est tristitia iustorum, quia cum labore seminant, & cum patientia magna fructum boni operis afferunt. Sed sequitur : *Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.* Tales ille portauit, qui dixit : *Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum.* Tales ille retulit, qui dixit : *Bonum certamen certavi, fidem seruaui, cursum consummaui. Ideo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi in illa die iustus Iudex.* De hac beata catastrophe dixit Apostolus Petrus : *Cõmunicãtes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ ei gaudeatis exultãtes.* Accipiter dum viuit, manu aucupis gestatur, delicatè & curiosè nutritur, ad prædam exercetur, in summo otio perpetuam voluptatem capit; sed mortuus in sterquiliniũ proicitur. Gallina vitens in sterquilinio pascitur & angulos domus perscrutatur; mortua in mæsa domini apponitur, & pro ferculo delicato habetur.

Est autem hæc conuersio, vt aliis multis ex causis, ita ex duabus potissimũ, admirabilis. Vna est, quia paruis laboribus tam immensa gaudia retribuuntur, de quo Apostolus : *Non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Hæc consideratio in alia Dominica iam tractata fuit. Altera est, quia breuis & momentanea tristitia in gaudium sempiternum mutatur, quam cõsiderationem Christus hoc loco expendit. Dixit enim paulo post. *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Sanè quia sempiternum

num est. Adducit quoque de partu mulieris: *Mulier cum parit tristitiam habet*, quæ certè acris est, sed brevissima, & paucarum vt plurimum horarum. *Sed quum peperit puerum, iam non meminit pressura propter gaudium.* Planè eodem modo breues iustorum dolores, sempiterna parturiunt gaudia, quæ omnem præteritorum laborum memoriam deleat, iuxta illud: *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum*, id est, omnem mali recordationem tollet. De hac consideratione Esaias: *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.* Notentur illa verba: *ad punctum, in modico, ad momentum, parumper.* Sic in aliis Scripturis tribulationes huius vitæ, torrens pertransiens, vocantur. Sic Ieremias: *Ecce aquæ ascendent ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundans.* Sic Dauid: *De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput.* id est: Ad modicum temporis calicem tribulationum bibit, idè exaltabitur. Sic de iustis Sapiens: *In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se: tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.* Sicut strenuo militi ipsæ cicatrices, adeòq; vulnera in bello capta, materia voluptatis sunt; sic ipsa tristitia iustorum gaudio illis est. De hac admirabili conuersione Esaias: *Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis: ecce serui mei latabuntur, & vos confundemini: ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos præ dolore cordis clamabitis, & præ cordis contritione ululabitis.* In tale gaudium vertetur tristitia iustorum. Tunc enim stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum: id est, qui olim spreuerunt & contempserunt labores iustorum, iuxta id quod paulo post sequitur: *Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij.* Vel hæc vna consideratio ad omnem huius vitæ tristitiam pro Dei gloria susceptam, vel à Deo inflictam, non æquanimiter tantum, sed & libenter perferendam, satis excitare debet. Ex hac consideratione Dauid dixit: *Omnis consummationis vidi finem*, exitum & catastrophem iustorum pariter atque reproborum. *Latam mandatum tuum nimis.* Id est, idcirco statim omnia tua mandata non ad angustam, sed ad latam viam pertingere, non difficilia, sed iucundissima esse mihi videbuntur.

2. Thess. 1.

debantur. Hanc carastrophen Apostolus suis Thessalonicensibus multa pro Christo passis, ante oculos ponit, *Gloriamur (inquit) in Ecclesijs Dei pro patientia vestra & fide in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei: si tamen iustum est (id est, quia iustum est) apud Deum retribuere tribulationem ijs qui vos tribulant; & vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in reuelatione Domini.* Sicut vrsi aluearia inuadentes, fauorum dulcedine allecti, facile apum aculeos & vulnera patiuntur; sic sancti viri, cœlestis dulcedinis certa expectatione roborati, nihil non ferendum sibi putant, vt ea potiantur. Sicut in operibus naturæ prouidentiam suam Dominus declarauit, non morborum genera ab humanis corporibus tollendo, sed omnibus morbis appositissima remedia procurando: sic in operibus gratiæ ab electis non ipsas sustulit tribulationes, nec ab omni tristitia vacuos esse voluit, sed cōtra oēs tribulationes, omnemq; tristitiā, fortissimū robur dedit, futurę glorię certam expectationē, dicēs: *Tristitia vestra vertetur in gaudium.*

## EVANGELIVM DOMINICÆ

IIII. POST PASCHA.

Ioan. 16.



**V**ADO ad eum qui misit me; & nemo ex vobis interrogat me, *Quò vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Et quum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc habeo multa vobis dicere; sed non potestis portare modò. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso; sed quæcunq; audiet, loquetur: & quæ vêtura sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit; quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.*

PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. Quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. De inutili tristitia

tristitia à corde excutienda, & animi fortitudine contra aduersa.

2. *Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos* De rerum omnium terrenarum affectu exuendo, vt Spiritus sancti habitaculum simus.

3. *De iustitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.* De cōdemnatione impiorum, propter vatum diuinæ gratiæ abusum.

4. *De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Locus duplex. 1. De futuro omnium mortalium extremo iudicio. 2. De potestate diaboli super animas credentium penitus sublata, & circa res externas vehementer imminuta.

1. *Quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.*

**L**ocus moralis de inutili tristitia à corde excutienda. Tristitia cordis excutienda.  
 Quia in præcedentibus dixerat Apostolis suis Christus, *Venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo; simulque adiecerat, Vado ad eum qui misit me, & iterum, Vado parare vobis locum; & rursus, Vado, & venio ad vos:* propter hæc omnia maxima tristitia affecti sunt, quã Christus hoc loco ex eorum animis penitus depellere vult. 2. Cor. 2.  
*Tristitia quæ secundum seculum est,* ait Apostolus, id est, quæ propter res huius seculi, propter rerum presentium iacturam assumitur, *mortem operatur.* Vnde & Sapiens: *Multos occidit tristitia, & non est utilitas in illa:* nempe ex rebus externis, aut aliunde quàm propter solum peccatum assumpra. Eccli. 30.  
*Qui enim in peccatis contristatur* (ait S. Chrysostomus) *vel suis vel alienis, hic solus utilitatem capit.* Tristitia propter peccatum. Homil. 16. in 2. ad Cor.  
*Absumit enim peccata: & quodnã ad hoc remedium confectum est, ad hoc solum valet.* Quod ita se habere, alio in loco demonstrat. Hom. 5. de penit.  
*Mulieri minatus Deus, dicebat: In dolore paries filios tuos, ostendit dolorem peccati fructum. Sed ò magnum donum! Quod in pœnam dedit, in salutem vertit. Peccatum dolorem peperit. Dolor peccatum contriuit: & quemadmodum vermis in ligno natus id ipsum comminuit: sic dolor de peccato natus peccatum comminuit, per penitentiam inductus.* Tristitia propter temporalia inanis. Hom. 18. ad pop. Ant.  
 Hic ergo, & hac in causa, salutaris est dolor, bona est tristitia. At aliis quibuscunq; malis dolorem adhibere, nihil est aliud, quàm medicinam oculis cõparatam pedi apponere. Vnde iterum S. Chrysostomus: *Audiui ego multos ad seipsos dicentes: Quæ utilitas quòd dolui? Nec pecunias recuperavi, & me ipsum læsi.* Id sanè fit in omni quacunque iactura rerum temporalium, aut accepto quocunq; vel detrimento vel infortunio. Aposthegma.  
 Qui de eo tristatur, nec detrimentum recarcat, & seipsum lædit, damnumque damno addit, idemq; grauius

Plutar. de tran-  
quill. animi.

gravius & acerbius. Plus enim lædit animi tristitia, quã alia quælibet vel iactura vel iniuria. Plato humanã vitã cum alea cõparabat, in qua optimus quisq; iactus aleatori maximè expetendus est. Adhibenda tamè cura, vt eo, què casus tulerit, rectè vtatur. Quorã prius in nostra potestate nõ est, posterius est: ideoq; id agendum. Suaue aut amarum seu vitæ institutũ seu aliquod aliud adueniens, nõ ipsa facit rei natura, sed mentis habitudo: quæ si amara & tristis est, omnia ei amara vidètur, vt in ægrotis accidit, quorũ palato & animo omnia displicent: si iucunda & hilaris, omnia apparent similia. Qualis quisque est, talem sibi fortunam fingit. Depellenda ergo omnis animo tristitia, ne, sicut amara quædam herba cibus admixta, omnes nostras actiones reddat acerbas; omnia quæ nobis adueniunt, horrida & ingrata efficiat. Sic hortatur nos

Philip. 4.

Apostolus: *Gaudete in Domino semper. Iterum dico gaudete.* Aliud quippe tribulatio, qua iusti nõ carent; aliud tristitia, qua carere debent. Quibus Christus dixit, *Plorabitis & flebitis, & contristabimini;* eisdẽ quoque dixit, *Non turbetur cor vestrum neq; formidet.* id est: Vt cunque foris accedat tribulatio, animo tamen læti & immobiles persistite. Sic enim nihil ad vós mali perueniet. Notũ est illud: *Nemo leditur, nisi à seipso;* quod e-

Ioan. 16.

xemplis ex Scriptura probat Chrysostomus. Iob quidem diabolus afflixit, sed ipse afflictus non est; *nihil stultũ cõtra Deum loquutus est, non peccauit in labiis suis;* sapienter philosophari & animo quieto esse non desiit. Ioseph à fratribus venditur, sed ipse læsus non est, quia & in ipso carcere læto animo vixit, vt iam paulo superius dictum est. Ferrum (inquit Chrysosto-

Iob 2.

mus) *rubigo ledit, lanam tinea, ouium greges lupus, vinũ aceti permixtio, lolium segetes, grando vineam: sed hominem nec morbus, nec exiliũ, nec mors, nec iniuria, nec contumelia, nec vulnus, sed solum peccatum ledit, sola animi vel impatientia, vel cupiditas, vel malenolentia.* Sicut corpus ægrotum nec æstum ferre potest, nec frigus; sic animus æger aduersis & lætis rebus iuxta offenditur. Nauigationis impatiens de scapha in scapham descendit, nec quietem inuenit, quia bilem semper suã secũ circumfert. Aeger de lecto in lectũ transferri cupit, sed ægritudo propterea non minuitur, quia intus malũ est, non foris; in corpore, non in lecto. Qui animo fortis & integer est, à nulla re externa perturbatur. Potuit Diogenes dicere: *Isti quidẽ irri-*

In homil. quod  
Nemo leditur,  
nisi à seipso,  
tom. 5.

Similia.

*dent, sed ego non irrideor.* Potuit Anaxarchus philosophus, quum eum Nicocreon, Cypri tyrannus, in saxo cauato malleis ferreis tunderet, tyranno dicere. Tunde Anaxarchi

Apophteg-  
mata.

Plutarch. in Fa-  
bio.

Laert. lib. 9. c. 10.

\*follem,



\* follem, vel, vt alij legunt, vasculum aut manticam. Nam \* *X<sup>40</sup>v.*  
 Anaxarchum non percuis. Potuit poëta de viro forti dicere:  
*Etiam si fructus illabatur orbis, Impavidum ferient ruina.* Po- *Aelian. lib. 9.*  
 tuit Socrates, vt de eo scribitur, etiam mille perturbationi-  
 bus Rempubl. obruentibus, tamen omni tempore eodẽ vul-  
 tu, siue domo egrederetur, siue domum rediret, esse; & ad  
 omnia mentem benignam hilaremque perpetuò præ se fer-  
 re. Quod adhuc plus est, possunt dormitores ferarum sauis- *Simile.*  
 ma animalia sic mansueta reddere, vt iugum portent. Leoni-  
 bus magister manum in os inserit, tigrim custos suus oscula- *Seneca, ep. 36.*  
 tur, elephantem minimus Æthiops iubet subdere in genua,  
 & ambulare per funem: quid ni vir sapiens sic artifex erit  
 domandi mala, vt dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium,  
 quæcunque horrenda ad hunc quum peruenerint, mansueta  
 fiant; nihil animum conturbent, imò cum risu excipiantur?  
 Sic beatus Iob & omnium fortunarum iacturam, & libero-  
 rum mortem, & acerbam corporis plagã, & graues amico- *Similia.*  
 rum reprehensiones animo inuicto tulit. Certè pueris laruas  
 formidantibus, laruas in manus tradimus, & inuertimus, &  
 tractari ab eis facimus: quo, re ipsa bene perspecta, vanos  
 terrores contemnant. Equos phantasticos, qui ad nescio  
 quos in via cumulos, aut candidioris coloris obiecta, subito  
 resistare & retrocedere solent, itatim contra huiusmodi ob-  
 iecta calcaribus admotis impellimus, vt eadem pedib<sup>9</sup> suis  
 conculcent, ac sic pauere desinant. Iosue iussit principes po-  
 puli Israel ponere pedes super colla quinque regum Cha- *Iosue 10.*  
 nanæorum, & desuper calcare, dicens eis: *Nolite timere, nec*  
*paueatis; confortemini, & estote robusti. Sic enim faciet Dominus*  
*cunctis hostibus vestris, aduersum quos dimicatis.* Sic sanè & nos  
 rerum naturis diligenter inspectis, & hoc semel intellecto,  
 quòd quicquid animum perturbat (excepto peccato) ex mani-  
 quadam opinione subsistit, nullo negotio animi constantiam  
 retinebimus, omniq; tristitia vacui erimus. Sapienter So-  
 crates trepidantem Alcibiadem, nec in concionem prodire  
 audentem, sic alloquitur: An non (inquit) sutorem illum (ad- *Aelian. lib. 2.*  
 iecto nomine) nihili pendis? Annuente Alcibiade, Quid? in- *Apophtheg-*  
 quit; an non etiam illum circorum præconem, aut etiam co- *mata.*  
 riarium illum? Fatente Alcibiade, infert Socrates: At non ni-  
 si ex huiusmodi concio consistit. Appositè quoque Demo- *Eras lib. 3.*  
 nax philosophus quendam filij mortem inconsolabiliter *Apophtheg.*  
 lugentem adiens, certò promittit se filij vmbra ab inferis  
 reuoca

reuocaturum, si tres ex omnium hominum numero nominare possit, qui nullius luxisset obitum, cui ve nullum accidisset infortunium. Cumque is cogitationem per omnes notos circumferens, ne vnum quidem reperisset; Vt quid igitur, inquit Demonax, tanquam rem nouam & insolitam passus es, sic te ipsum inaniter discrucias? Sanè siue singulas rerum naturas extra peccatum expendas, siue communè cum mortalium sortem inspicias; nec ex illis aliquid est, cuius iactura animum ledat, nisi velit ipse; nec quodlibet aduersum, nouum

*In orat. consolat.* cuiquam aut singulare videri potest. Memorabile est quod scribit Seneca, Lyciorum legumlatorem suis præcepisse ciuibus, vt, quoties in luctum incidissent, veste induti muliebri lugerent. Indicare voluit, huiusmodi affectum muliebrem esse, & viro indignum. Atque hæc quidem humana sapientia videre & tradere potuit. Sed ad nostra nunc ac diuina veniamus Iubet Apostolus *semper gaudere*; sed addit, *in Domino*. Hæc est fortissima radix veræ, solidæ & perpetuò retinendæ lætitiæ. Cuius cor Dei vel amor vel timor possidet, nihil

*Philip. 4.*

Gaudium in  
Domino.  
*Hom. 4. de grat. ait.*

propter peccatum contristare potest. Appositè D. Basilius; *Anima que semel se modis omnibus desiderio sui astrinxit conditoris, iamq; insuevit oblectare se tanta illius pulchritudinis contemplatione, prorsus non sinet vehemens illud gaudium, animiq; sui iucundissimam effusionem intercipi aut immutari per multiplicem & succedaneam carnalium affectionum mutationem. Quin ea potius, qua alius mœrorem afferunt & tristitiam, in cumulum sibi vertet, & accessionem lætitiæ. Sic Apostolus Paulus affectus fuit, ideoque in hæc verba erupit: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi: id est, ne eius amor & gratia mihi excidat. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Vides generosum peccus ideoq; omni tristitia superius, quia Christi amore possidetur. Sic alibi: Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Et rursum: Nunc gaudeo in passionibus meis Neque verò solus Paulus sic affectus est. De Petro & Ioanne refert Scriptura *Ibant è conspectu concilij gaudentes quòd digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliam pati*. Sic Christus Dominus eos docuerat: *Cum persecuti vos fuerint homines, & omne malum dixerint aduersum vos mentientes, propter me, gaudete & exultate*. Non ait, tolerate tantum, quod & contristati faciunt; sed ait: *Gaudete*, adque adeò *exultate*, ingentem animo voluptatem capite.*

*2. Cor. 12.*

*Rom. 5.  
Coloss. 1.*

*Aff. 1.*

*Matth. 5.*

Vnde

Vnde alius eius Apostolus sic scripsit: *Omne gaudiū existimate, fratres, quū in varias tentiones incideritis. Quomodo & vnde tantā gaudiū? Quia Dei amor facit vt cetera non amentur, nisi in ordine ad Deum: ideoque Dei prouidentia nobis ablata, nullum mœrorem afferūt, sed voluptatem potius propter coronas quas expectamus. Rursum quia Dei timor facit vt nulla præter illū timeamus. Qui enim Deum timet, nihil aliud timet: sicut Moyses Deū timens, nec Pharaonem, nec mare rubrum, nec tam ingentem populi multitudinem quam rexit, tam rebellem, tam durę ceruicis, quicquā timuit. Qui Deū non timet, omnia timet, vt de impiis dicitur: Tropidauerunt timore vbi non erat timor. Vnde S. Chryostomus: Dum sicut oportet timens, & in ipso confidens, voluptatis radicem lucratus est, & omnem habet lætitiæ fontem. Et sicut in mare decidens immensum scintilla breuis facillè deletur: sic quantacumque Deum timenti illidantur, velut in vastum latitis pelagus incidētia, extinguuntur atque perduuntur. Sic etiam de lætitiā spirituali, & de eo qui in Domino gaudet ibidem scribit: In Domino gaudēs, hæc voluptate ex nullo accidente excidere potest. Alia quippe cūctā in quibus gaudemus, mutabilia sunt, & transitu facilia: Nec hoc solum, sed etiam apud nos manentia, nascentem ex aliis rebus tristitiam repellere non possunt. Hæc ille. Verbi gratia: Diuitiis abundans, si ægrotat, propter diuitias ægritudinis solatium non accipit. In honore constitutus, si opum iacturā patitur, perinde contristatur, ac si nullo in honore esset. Diues, honoratus, sanus, vnica amici morte, vno aliquo infortunio ita perturbatur, ac si omni ex parte miser. Illustre exēplum vide in Aman. Conuocauit ad se amicos suos, & Zaram vxorē suam, & exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarū filiorumque turbā, quos decem habuit, & quāta eum gloria super omnes principes & seruos suos Rex eleuasset. Et post hæc ait: Regina quoque Hester nullum alium vocauit ad cōuiuium cum Rege præter me, apud quam etiā cras cum Rege pransurus sum. Et cūm hæc omnia habeo, nihil me habere puto quā diu video Mardocheum Iudeum sedentem ante fores regias. Hæc ille in magna huius mundi felicitate verè miser. Multis & maximis bonis affluēs, vna re aduersa, vno superbiæ stimulo, quia ab vno solo honoratus nō fuit, tristitia obruitur. At gaudium in Domino, non solum per se firmum, & solidum, & verū gaudiū, & amplum ac vehemēs est, verūm etiā contra alias res tristes omnes animū communit, omnemque aliam tristitiā depellit. Sapienter ergo & verissimè Chryostomus: Si lætitiā cupis, nō pecunias,*

Iacobi 1.  
Amor & timor Dei, gaudiij fundamēta.

Him. 18. ad pop.  
Ant.

Simile.

Mundi gaudia nulla, sunt tristitiæ remedia.

Exemplū.

Hester 5.

*Hom. 38. ad pop.* non corporis sanitatem, non gloriam, non potentiam, non delicias,  
*Aut.* non lautas mensas, non sericarum vestium amictus quaras; noli  
*Vide etiam hom.* pretiosos agros, domosve splendidas & illustres, aut aliud huius-  
 54. modi quicquam sectari; sed philosophiam quæ est secundum Deum  
 tracta & apprehendere virtutem, & nihil eorum quæ sunt aut ex-  
 pectantur, te poterit contristare. Quid dico contristare? Additio  
 nempe tibi sient voluptatis, quæ alios cõtristant. Etenim flagella,  
 & mortes, & mulla, & accusationes, & male pati, & omnia  
 talia, quando propter Deum nobis inferuntur, & hanc habent  
 radicem, multam nobis adferunt voluptatem. Nos miseros face-  
 re poterit nemo, nisi nos ipsos faciamus: sicut scilicet neque beatos, nisi  
 nos efficiamus cum Dei gratia. Hæc ille. Diogenes rogatus quid  
 ex philosophia lucratus fuisset; *Etsi nihil aliud, inquit, vel hoc*  
*ipsum, quod ad omnem fortunam paratus sum.* At verò quanto  
 efficacius, & certius, & vberius vera Theologia, Christi que  
 gratia, & vniuersa Scriptura hanc animi fortitudinem nos  
 docet, tanto nobis turpius & ignominiosum magis, si perpe-  
 tua animi læticia non fruimur. Datus est nobis Spiritus san-  
 ctus Paracletus, ne vnquam tristemur, nisi ex peccato, Hoc  
 enim solum Spiritum sanctum expellit, & omni nos conso-  
 latione priuat, ideoque tristitiam generat. Cætera mala  
 omnia cum Spiritu sancto consistunt, ideoque spiritali læti-  
 tia animum fidelem priuare nequeunt, nisi velit ipse, spon-  
 tæque succumbat.

*Laert. lib. 6.*  
*Apophtheg-*  
*ma.*

Cur solo pec-  
 cato tristitia.

2. *Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, Pa-*  
*racletus non veniet ad vos.*

Contemptus  
 mundi.

*Moral. in Tob,*  
*lib. 8. cap. 17.*

*Simile.*  
*Gen. 22.*  
*Allegoria.*

**L**O CYS moralis de rerum omnium terrenarum affectu  
 Lexuêdo, vt Spiritus sancti habitaculum simus. Etiam ipsa  
 Christi corporalis præsentia obstitit fortitudini spiritali  
 Apostolorum. Non poterant Apostoli Spiritum sanctum acci-  
 pere, quam diu carnali Christi præsentia & familiaritate  
 vtebantur. *Nisi me deseritis corporaliter cernere* (vt Christi  
 verba exponit sanctus Gregorius) *nunquam discetis spiritali-*  
*ter amare. Si ab intentionis vestre oculis corpus non subtraho,*  
*ad intellectum vos inuisibilem per consolatorem Spiritum non*  
*perduco.* Miræ res, affectum humanum, etsi honestissimū, qui  
 in Apostolis erga Christum erat, obstitisse, quo minùs Spi-  
 ritus sancti capaces essent. Nempe depelli ab vbere paruu-  
 lum oportet, vt solidum cibum gustare discat. Ideo Abraham  
 fecit conuiuium magnum in die ablactationis filij sui Isaac,  
 non in die natiuitatis, aut circuncisionis. Nascimur carnales,  
 ablacta

ablectamur spirituales. Nisi naturæ ductum & amorem abdicemus, Spiritus sancti ductum sequi, eiusque amore inflamari non possumus. Apostoli, ut Spiritum sanctum acciperent, se totos euacuare debebant. Luna quo plus luminis habet versus terram, eo minus habet versus cælum. Ut autem à superiori sua parte, & cælo proxima tota illuminetur, tum soli appropinquare, tum terram versus nihil luminis habere debet. Quando autem terram versus tota lucefcit, & plena luna dicitur, tunc à sole, vnde lumen suum accipit, longissimè distat, & à superiori sui parte tota tenebrosa est. Eodem planè modo anima humana à terrenis voluptatibus, & solatijs, & honoribus remotissima esse debet, ut Deo suo planè fruatur. Quanto magis terrenis afficitur, tanto minus capit cœlestia, tanto est à sole iustitiæ longinquior.

Vox sponsæ est: *Decolorauit me sol.* id est, Dei Spiritus, intus ardens, fecit me ijs, quæ foris sunt, contemptibilem esse; fecit me ea, quæ foris sunt, contemnere, & ut Apostolus loquitur, *omnia pro stercore & detrimento habere, ut Christum lucrifaciam.* Pulchrè diuus Bernardus: *Lux interior exterioris impatiens est. Ignis est. Inania folia non admittit. Aut exuri folia vanitatis, aut certè, si illa prauauerint, extingui ignem necesse est.* Naturalis corporis calor tanto vehementior est, quanto exterius frigemus magis: & contrà tanto debilior, quanto circumfusus aër calidior. Similis quædã antiperistasis est in amore rerum carnalium & spiritualium. Quanto enim ad ea quæ foris sunt, mundi huius & carnis oblectamenta, animus se per amorem plus diffundit, tanto minus intus feruet, eaque, quæ ad interiorem hominem spectant, tanto minus appetit, & parum appetendo incapax fit. *Quantum enim vas fidei homo attulerit ad fontem, tantum implet,* ait Augustinus. Quòd si alio liquore animus præoccupatus impletur, infundendæ Dei gratiæ nullus relinquitur locus. Sed & præterea totum hominem, totum cor, totum animum Deus inhabitare & possidere vult. Vox meretricis erat: *Nec mihi, nec tibi, sed diuidatur.* Vera mater diuidi infantem non paritur. Verus Dominus diuidi cor in terrena & cœlestia non vult. Templum quoque Spiritus sancti ab omni prorsus non sordè tantum peccati, sed re quacunque carnali expurgari debet. Christus non solum nummularios, sed etiam eos qui vendebant columbas, quæ sacrificijs seruiebant, è templo eiecit; quia domus erat orationis tantum. Metator seu œconomus Principis ad urbem veniens, ut Regi venienti domum amplissimam

Simile.

Cant. 1.

Philip. 3.

In declamat.

de bonis dese-

rendis.

Simile.

Tract. 32. in  
Ioan.

3. Reg. 3.

Allegoria.

Matth. 21.

Simile.

præparet, iubet omnia profusè è domo exportari, vt Regi, cuius comitatus amplissimus est, locus fiat. Rogat inquilinus, vt vnum saltem ei cubiculum cõcedatur, vbi cum vxore & liberis quiescat. Negatur. Rogat vt arcas saltem quasdam, rebus preciosioribus refertas, in aliquo domus angulo includi patiatur. Negat metator, quia tota profusè domus, quanta quanta est, Regiæ dignitati & maiestati concedenda est. Eodem modo verbi Dei minister, ab eo ad docendum missus, iubet, vnumquemque fidelem habitaculum in corde suo Spiritui sancto præparare. *Vos, inquit, estis templum Dei.* Et Deus dicit: *Inhabitabo in eis, & inambulabo.* Hic vetus homo, carnalis adhuc, & ex parte terrenus, rogat saltem liceat ei amare carnalia, amare vxorem, liberos, &c. Negatur ei, & dicitur: *Qui vxores habent, quasi non habentes.* Rogat vt aliquid in mundo possidere linatur. Negatur ei, & dicitur: *Qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi.* Vfus quidem vxoris, liberorum, possessionum, diuitiarum non negatur, sed amor eorum omnium inordinatus, id est, non nisi in ordine ad Deum, & quantum Deus permittit quantum Dei cultui non repugnat. Non sunt hæc etiam licita toto corde amanda. Solus Deus, & sanctus eius Spiritus, hunc sibi amorem venditat; & quidem totum cordis nostri hospitium meretur. Zelator Deus est. Animam sibi nostram desponsauit. Alio amore illam occupari non vult: de quo in alio loco diximus. Audi Augustinũ de duplici amore, Dei, & huius mundi, qui nullo modo in vno pectore cohabitant, differentem. *Hi duo amores quorum alter sanctus est, alter immundus; alter socialis, alter priuatus; alter communi utilitati consulens propter supernam societatem, alter etiam rem communem in potestatem propriam redigens, propter arrogantem dominationem; (quod fit in qualibet rei cuiusque possessione cupida, quam ideo quis possidet, quia dominus rei esse vult) alter subditus, alter amulus Deo; alter tranquillus, alter turbulentus, alter pacificus, alter seditiosus, alter veritatem laudibus errantium preferens, alter quoquo modo laudis avidus; alter amicus, alter inuidus; alter hoc volens proximo quod sibi, alter subycere proximo sibi, alter propter proximi utilitatem regens proximum, (vt bonus pastor, princeps, magistratus, herus) alter propter suam, præcesserunt in Angelis, alter in bonis, alter in malis: & distinxerunt conditas in genere humano ciuitates duas, sub admirabili & ineffabili providentia Dei, cuncta quæ sunt administrantis, & ordinatis alteram iustorum, alteram*

1. Cor. 3.  
2. Cor. 6.

1. Cor. 7.  
Ibidem.

Dom. 1. Qua-  
drag. text. 10.

De Gen. ad lit.  
lib. 11. cap. 15.

*impiorum.* Hæc ille. Non se inuicem compatiuntur hi duo amores, quia contrarij sunt. Sed & Dei amor tam purus esse desiderat atque perfectus, vt amorem licitum atque subordinatum quàm minimum esse velit. Paruulorum est parua & despicabilia diligere. Paruuli tricæ, puppæ, equos arundineos, trochos & lapillos amant, viri contènant. Paruuli adhuc in Christo sunt, qui bona huius mundi, diuitias, propinquitatem carnalem, & quodlibet terrenum amant, etiam ordinatè. Sed perfectus ille Christi amator dixit: *Quum essem* 1. Cor. 13.

*paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuauit quæ erant paruuli.* Nec ille solum, sed ad id alios hortatur. *Nolite, inquit,* 1. Cor. 14.

*effici pueri sensibus: malitia paruuli estote, sensibus autè perfecti.* Qui sensibus perfectus est, non nisi magna & solida bona amplectitur. Perfectò non est lac carni aut solido cibo contrarium. Mater tamen ab vberè paruulum depellit, & quidè Simile. aliquid interdum amarum vberi apponendo, vt solido cærnis cibo, relicto lacte, vescatur. Amor rerum terrenarum ordinatus, non est planè contrarius amorì Dei, & rerum diuinarum; tum quia Deus hoc nostræ infirmitati permittit, tum quia talis amor impedit ille quidem vsum charitatis erga Deum, & distrahit nos tantisper à Deo, sed non tollit ipsam charitatem, neque auertit nos à Deo. Attamen hæc ipsa terrena Deus à quibusdam penitus aufert, omnémque illorum amorem penitus è corde tollit, vt sic ab lactati solidiora capiant, soliq; Deo firmiter & tenaciter adhæreant. Sunt enim qui vtrunque simul amare nequeunt, nec ordinem amoris tenere. Non possunt terrena ordinatè diligere; statim in eorum amore excedunt, nimium tenaciter adhærent, facillè ab illis capiuntur & corrumpuntur. His omnino expedit, omnibus abiectis, soli Deo seruire: *relinquere omnia, & sequi Christi.* Matth. 19.

*Qui sic propè igni assidet, vt crura iam ardeant, æquum est vt vel ab igne recedat, vel ignem minuât.* Aliorum maior est fortitudo spiritus, *qui vtuntur hoc mundo, tanquam non* Simile.

*vtantur.* Utuntur seculi bonis, sed non adhærent illis. Sanè 1. Cor. 7.

siue ab istis, siue ab illis toto corde Deus diligendus, vt nullius alterius rei amor à Dei amore auellat, auc ei (quod absit) præferatur. Hic est *presiosa illa margarita, qua inuenta, abijt homo* (id est, à seiplo exiuit) *& vendidit omnia qua habuit* Matth. 13.

(omnium amorè deposuit) *& emit illam.* Omnia enim bona Psal. 72.

venerunt eum illa. Vox Prophetæ est: *Mihi adherere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam: non sperare in in-* 1. Tim. 6.

*terem.* 1. Iohan. 1.

*certo dicitur, non ponere spem suam in homine, non mundum diligere, aut ea qua mundi sunt. Ecce enim, nisi Christus corporaliter Apostolos desereret, ad eos spiritualiter non veniret, Spiritum suum sanctum ad eos non mitteret. Nisi terrenas consolationes abdicemus, spirituales non accipiemus. Quantum illas in nobis minuimus, tanto has augemus magis, & contra. Rursum quia Spiritus sanctus effugiet fictum, & non habitat in corpore subdito peccatis; necessario omne peccatum animo radicitus euellendum, omnis fictio & hypocrisis ableganda, ut Spiritus sancti habitaculum simus. Non consolatur, nisi eos qui consolatione vel indigent, vel digni sunt. Peccatores indigni sunt. Amatores rerum terrenarum sua habent solatia, illa superna consolatione opus non habent. Non est opus medico, nisi male habentibus. Da vinum tristibus. Date siceram mœventibus, & vinum his qui amaro sunt animo. Bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. Laborantibus in vinea Domini, sub cruce Christi gementibus, reuulentibus consolari ab his quæ foris sunt, datur vinum lætitiæ spiritualis, & Spiritus sanctus consolator adest. Est quidem ille, ut canit Ecclesia, Consolator optimus, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium. Sed non omnibus. Est enim in labore requies, in aestu temperies, in fletu solatium. Qui nec laborant in vinea, nec æstuant in tribulatione, nec flent pro peccatis, hanc consolationem non recipiunt. Ille quidem rigat quod est aridum, sanat quod est sancium, flectit quod est rigidum, fouet quod est frigidum. Sed cuius animus alijs iam gaudijs repletur, qui sibi sanus & fortis videtur, qui diffuit voluptate, & feruet cupiditate; hic Spiritum sanctum nec consolatorem, nec adiutorem inuenit. Tollendæ ex animo omnes cupiditatum spinæ, fugiendæ voluptatum illecebræ, abneganda omnis impietas, & secularia desideria, abdicanda occulta dedecoris, abijcienda opera tenebrarum; ut filij lucis simus, ut diuini Spiritus habitaculum efficiamur. Quæ societas luci ad tenebras? Aut quomodo possunt tenebræ lucem cōprehendere? Omnis seculi voluptas, est potestas tenebrarum huius, iuxta eius voluntatē qui princeps huius seculi est, & rector tenebrarum harum. Qui Spiritū sanctum possidere vult, abrenunciare his omnibus debet, & soli Deo adherere. Angustiatū est cordis nostri stratiū; duos amores capere nō potest,*

3. *De iustitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.*

Locus

Sap. 1.  
Spiritus sancti consolatio quibus datur.

Matth. 9.  
Prou. 31.

Canticum  
Ecclesiæ.

Tit. 1.  
2. Cor. 4.  
Rom. 13.  
2. Cor. 6.  
Ioan. 1.  
Luca 22.  
Ioan. 14.  
Ephes. 6.  
Esa. 28.



**L**ocus moralis de condemnatione impiorum, propter va-  
 rium diuinæ gratiæ abufum. Dicit Christus hoc loco, *Gratiæ Dei abufus.*  
 fore vt Spiritus sanctus, quam venerit, quum datus fuerit  
 Ecclesie, *arguat mundum*, id est, impios, siue extra Ecclesiam,  
 siue in Ecclesia, condemnet *de iustitia*, id est, de eo quòd iu-  
 stitiæ opera non fecerint, iustitiam illis aut oblatam non  
 acceptauerint, aut datam nõ cõseruauerint. Spiritus sanctus  
 autem aded dicitur arguere, seu condemnare, quia opera  
 Spiritus sancti in alijs credentibus & iustis, arguent & con-  
 demnabunt alios impios, qui, simili oblato beneficio gratiæ,  
 ad similem iustitiam non peruenerint. Addit autem Chri-  
 stus, *Quia vado ad Patrem*, &c. volens dicere, ideo ex opera-  
 tionẽ & virtute Spiritus sancti hoc futurum, quia ille am-  
 pliùs in terris non versabitur, nec sua cœlesti doctrina, suisq;  
 miraculis, vel non credentium, vel credentium impuram vi-  
 tam ampliùs arguet, sicuti hætenus fecerat. *Quomado-*  
*modo* ergo in præcedenti membro, dicens, *Arguet mundum de*  
*peccato; quia non crediderunt in me*, docuit mirabiles opera-  
 tiones Spiritus sancti huiusmodi futurâs, vt omnium infide-  
 lium incredulitatem conuincerent, non Iudæorum tantum,  
 sed & Gentium (vt, verbi gratia, Diocletianus maximus cre-  
 dentium persequutor, Apollinis testimoniõ conuictus erat: *Euseb. in vitâ*  
 qui ab eo rogatus, cur oracula non nisi mendacia profere-  
 ret, *Const. lib. 2.*  
 respondit, se propter Christianos vera pronunciare ampliùs  
 non posse. vt apud Eusebium ab ipso Diocletiano se acce-  
 pisse Constantinus Magnus profitetur: & Iulianus apostata  
 conuictus etiam fuit, quum ab Apolline Delphico respon-  
 sum acciperet, se propter Babylæ martyris corpus præfens,  
 oracula dare non posse, quod idcirco à Christianis aspor-  
 tari, coactus hæ necessitate iubebar) quæ res ad doctrinam  
 fidei pertinet: sic in hoc secundo membro docet Spiritus  
 sancti operationes tales fore, vt hominum impietatem,  
 quoad mores, conuincat. Hoc est enim arguere de iustitia,  
 neglecta scilicet. *Ipsa fidelium comparatio* (ait sanctus Au-  
 gustinus, hunc locum exponens) *est infidelium vituperatio.* *Hom. 77. m.*  
*Mundus arguitur de iustitia aliena, sicut arguuntur de lumi-*  
*ne tenebra*, iuxta illud Apostoli: *Omnia quæ arguuntur, à*  
*lumine manifestantur.* Sic de Iudæis dicitur in Euangeliõ:  
*Surgent viri Nininita in iudicio, & generationem hanc cõdem-*  
*nabunt.* Aliorum quippe iustitia, nostram iniusticiam; alio-  
 rum virtus, nostram ignauiam arguit. Sic Augustinus audita  
 sancti Antonij vita, & Victorini Rhetoris exemplo commo-  
*Ioan.*  
*Ephes. 5.*  
*Exempla iu-*  
*storum dam-*  
*nant impios.*  
*Matth. 12.*  
*Exemplum,*  
*Confess. lib. 8.*  
*cap. 8.*

tus ad conuersionem, socio Alipio dixit: *An quia precesserunt, pudet sequi? & non pudet, nec saltem tandem aliquando sequi?* Operatio spiritus sancti in Antonio & Victorino, arguebat de iustitia Augustinum & Alipium. De hoc argumento vide plura in alia Dominica, ubi, vita exemplaris quantum ad iustitiam excitet, explicatum est. In extremo enim iudicio etiam hoc obiicietur, quod exemplis aliorum nihil ad pietatem excitati fuerimus, iuxta hæc Augustini verba: *Tot iudicibus inops astabo, quot me precesserunt in opere bono. Tot arguentibus confundar, quot mihi præbuerunt bonè viuendi exemplar. Tot conuincar testibus, quot me monuerunt proficuis sermonibus, seq; imitandos dederunt iustis actionibus.* Hæc ille. Tot scilicet modis arguit impios Spiritus sanctus de iustitia ab ipsis neglecta, & ab aliis accuratè præstita.

Sed adhuc alio modo, idque ad maiorem cuiusque condemnationem, arguet vnumquemque Spiritus sanctus de iustitia, post gratias ipciales vnicuique concessas, abiecta nihilominus, vel neglecta. De quo genere sic Propheta: *Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Vide quàm malum & amarum sit, dereliquisse te Dominum Deum tuum.*

*A seculo confregisti iugum meum, & dixisti, Non seruiam.* Hæc est vox Dei ad obstinatos peccatores, qui multis acceptis gratiæ beneficiis, nihil tamè meliores fiunt. Quæ si in veteri populo iusta querela fuit, multo nunc iustior erit, vt his ver-

bis Apostolus docet: *Propterea abundantius oportet nos (filios noui Testamenti) obseruare ea quæ audiuimus, ne fortè peressuamus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo (vt veteri populo) factus est firmus, & si omnis prauaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam negleximus salutem?* nempe post magisterium Filij Dei, post effusum in nos Spiritum sanctum abundè, post tam efficacia salutis sacramenta?

Moyes olim cælum & terram contra Hebræorum ingratitude[m] pro tantis acceptis beneficiis in testes inuocabat: & amen illa beneficia nihil nisi Legem terrentem ac comminantem, bonaque carnalia terræ Chanaan continebant. Quæ nostra sint beneficia gratiæ, nemo ignorat. Paulus hominis in spiritu sancto renati, posteaque in peccata prolapsi, ingratitude[m] & impietatem nullis verbis satis explicare potuisse videtur. Aut enim hoc esse, *iterum sibi Filium Dei crucifigere, & ostentus habere, & sanguinem testamenti pollutum ducere, ac denique Filium Dei conculcare.* Quid acerbius dici potui de iniuria

contra

Domin. 6. post  
Epipha. itx. 3.

Medit. cap. 4.

Gratia Dei ne-  
glecta condem-  
nat.

Jerem. 2.

Hebr. 6.

Deuter. 32.

Hebr. 6.

contra Christum facta? Sed vide quid etiam de Spiritu sancto dicat. Ait hoc esse, *Spiritui gratia contumeliam facere.* Et rursus: *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis.* Et adhuc iterum: *Spiritum nolite extinguere.* Hebr. 10. Ephes. 4. 1. Thess. 5. Ne quis nunc miretur, si arguat Spiritus sanctus mundum de iustitia neglecta: in qua videlicet illi sit contumelia, ille contristatur, ille in nobis extinguitur; Christus autem Dei Filius, à quo & à Patre procedit, iterum crucifigitur, ostentui habetur, & conculcatur. Hæc verba vehementer abusum acceptæ gratiæ exaggerat, & quantum de neglecta iustitia Spiritus sanctus mundum arguat, manifestè ostendunt. Enimvero *Similia.* agricola quo vberius terram impingat, & laboriosius colit, eo vberiorum & certiorum ex ea fructum expectat. Miles quo plenius armatur, eo fortius ut dimicet, eo maiorem in pugna operam ut præstet, Dux requirit. Discipulus quo plura à magistro documenta accepit, quo accuratius instituitur, eo plus ut proiciat, eo doctior ut euadat, meritò magister postulat. At terra cordis nostri *venientem super se diuina gratia imbrem vberimè bibit;* armaturam spiritualem à Spiritu sancto variam & omnigenam accepimus, ut Paulus ad Ephesios describit: *denique Spiritus sanctus docet nos omnia, inducit nos in omnem veritatem, suggerit nobis omnia quæcunque Christus suis discipulis dixerat.* Ephes. 6. Ioan. 14. & 16. Quomodo ergo non acerrimè nos arguet & condemnabit, si ira exculti, armati, edocti, nullum bonorum operum fructum, sed spinas potiùs & tribulos peccatorum germinemus; contra salutis hostes, mundum, carnem, diabolum, nihil pugnemus, sed ad quamlibet tentationem succumbamus; in schola denique pietatis nihil profecerimus? Hinc videlicet has in 2. Cor. 4. Luca 16. & 12. Scriptura voces legimus. *Adhortamur, ne in vacuum gratiæ Dei recipiatis. Ite, negotiamini donec veniam. Redde rationem villicationis tuæ. Cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.* Ista manifestè docent, non solum peccatorum, verum etiam gratiarum, donorum, beneficiorum à Deo acceptorum reddendam unicuique esse rationem. Vnde sanctus Gregorius: *Cum augentur donâ, rationes etiam crescunt donorum.* Hom. 9. in Euang. Sanè hominem in peccatis conceptum sæpe peccare, minus est mirum: sed eundem remedia quibus ab illis liberari possit, parui facere & contemnere, maximè mirandum est. Corpore sæpe ægrotamus absque culpa nostra: sed medicamenta contra morbum data si respicimus, & respicientes deficiamus, nostri ipsorum

ipforum homicidæ sumus. Hoc est de quo Spiritus sanctus mundum arguet, quod nec remedia salutis vberimè data acceptauerint, nec de gratiæ talentis datis aliquod superlucrati fuerint. Hæc sanè cura pios animos vel maximè remordet, non solum ne peccent, sed præterea ne Dei donis non satis fructuose vtantur. Sanctus Franciscus his verbis seipsum admonere solebat: *Latroni si tantam gratiam contulisset Altissimus, quantam tibi contulit, multo te gratior foret, Franciscæ, & sanctior.* Tantus tamen erat, & tam diligens diuinæ gratiæ excultor, vt teste sancto Bonauentura, nullam visitationem sancti Spiritus cum negligentia præteriret; sed etiam in itinere positus, quum aliquos sentiret diuini Spiritus afflatus, socijs precedentibus gradum figebat, vt illis attentius fruere-  
 tur. Seipsum vnusquisque discutiat, quot bonas Dei inspirationes, bona vota, bona desideria, vel negligenter prætermiserit, vel paruo cū fructu retinuerit, vel etiam fortasse proterue & impiè reiecerit. Hanc sui discussionem fecit sanctus Augustinus, in Confessionum suarum libris. Ne Spiritus sanctus de hac iustitia vnusquemque arguat, diligenter sancti Patres non solum ad fugam peccati, sed etiam ad assiduum profectum hortantur, ab Apostolo edocti, qui tantum quū profecisset, dicit tamen: *Ea qua retrò sunt obliuiscens, ad ea qua antè sunt me extendens, ad destinatum persequor.* Quæ verba tractans Augustinus, ait: *Semper tibi displiceat quod es, si vis peruenire ad id quod nondum es. Nam vbi tibi placuisti, ibi remansisti. Si autem dixeris, Sufficit; etiam peristi. Semper adde, semper ambula, semper profice: noli in via remanere. Remanet qui non proficit.* Hæc ille. Sic & sanctus Leo: *Ibi inueniunt homines deficiendi periculum, vbi proficiendi deposuerint appetitum.* De hoc proficiendi studio, atque item de abusu gratiæ Dei, iam in alijs Euangelijs diximus, quæ huc referri possunt, Modus autem quo Spiritus sanctus de neglecta iustitia mundum arguet, maximè fit per prædicationem & doctrinam verbi, quam illi afferunt, qui à Spiritu sancto prædicandi potestatem acceperunt. Vnde Petrus: *Per eos qui euangelizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cælo. Euangelium enim nemini parcat, in quo reuelatur ira Dei de cælo, super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent, id est, norunt benefacere, & non faciunt.*

4. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

Locus

Exemplum.

S. Bonauentura in  
 vita eius, cap. 6.

Cap. 10.

Philipp. 3.

Ser. 15. de verb.  
 Apost.

Serm. 2. de Qua-  
 drege.  
 Domi. inf. O. 8. a.  
 Natuit. Domin.  
 text. 2.

Dom. 5. post Epi-  
 pha. text. 2. & 4.

1. Petr. 1.  
 Rom. 1.

**L**ocus moralis duplex, vnus de futuro omnium mortalium iudicio, quod Spiritus sanctus satis mundo manifestauit per iudicium de diabolo factum, partim quum de cælo Lucifer in barathrum detrusus est (*si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reseruari, nouit Dominus iniquos in diem iudicij reseruare cruciandos*) partim quum potestatem eius omnem, hominem amplius per idola decipiendi sustulit. Statim enim Euāgelij luce propagata, cessauerunt oracula, vt innumeris testimoniis ostendi potest, veteresq; Scriptores contra ethnicos ostenderunt, a Tertulianus in Apologetico, b Theodorerus de curatione Græcarum affectionum, c Paulus Orosius in sua historia, ipseque Plutarchus, homo ethnicus, in prima Euāgelij herba, idolorum suorum silentia miratus, de deficientibus oraculis libellum scripsit. de quo etiam vide d Marfilium Ficinum; & maximè veteres prophetias e Esaiæ, f Ezechielis, & g Zachariæ. De hoc loco in prima Dominica Aduētus, tum in hoc, tum in altero Promptuario differuim⁹. Alter hinc locus moralis est de potestate diaboli super animas credentium, virtute Spiritus sancti quem acceperunt credentes, penitus sublata, & circa res externas vehementer imminuta. **Quem** locum iam semel atque iterum in aliis Euāgelij tractauimus. Hic tria verba addemus. Spiritus sanctus arguet mundum de iudicio, id est, iudicium diaboli iam factum esse manifestabit, per nouas gratiæ vires subministratas, per dona fidei, charitatis, spei, aliarumque virtutum, quibus armati credentes, omnia nequissimi tela ignea repellent atque extinguent, vt ex verbis Apostoli ad Ephesios. 6. cap. iam alio in loco explicatum est. De hoc diaboli iudicio sic S. Augustinus: *Christus diabolus à spiritibus in se credentium foras misit, vt nō regnaret intrinsecus, sed forinsec⁹ pugnaret, nec tamē expugnaret. Vnde enim accepit exterius potestatem Dominica carnis occidenda, inde interior eius potestas, qua nos tenebat, occisa est.* Nunc igitur contrito per Christum capite serpentis, serpens insidiatur calcaneo hominis. Non cominus pugnat, non ad apertam impietatem inuitat, sed callidè & retrò aggredditur, vt per vana huius mundi oblectamenta hominem supplantet, id est, per diuitias, per voluptates, per honores. Contra quæ omnia paratissimum habent fideles; & multiplex munimentum, scutum fidei, galeam spei, gladium verbi Dei, & maximè orationis lanceam. Vnde sanctus Cy-

De iudicio.  
De potestate  
diaboli.

2. Petr. 1.

a Cap. 25.

b Lib. 10.

c Lib. 6. cap. 15.

d De relig. Chrī  
cap. 22.

e Cap. 2.

f Cap. 30.

g Cap. 13.

Dom. 5. post Epā  
pha. text 5.Dom. 1. Quadra.  
text. 3.Dom. 3. Quadra.  
text. 1.Diaboli pote  
stas imminutaDe Trinis. lib. 4  
cap. 13.

In Ioan. lib. 10.  
cap. 40.

Pfal. 90.

Rom. 8.

Coloss. 2.

Domin. 5. post.  
Epipha. rex. 2.  
4. & 5.

Ioan. 26.

rillus : *Quum impuri demones, virtute Spiritus sancti, per orationem credentium fugantur, quomodo non dicemus Satanam iam condemnatum esse?* Nempe in hoc illud Psalmi completum est : *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Nec aspidis morsus te molestabit, vt difficilem reddat virtutem; nec draconis sibilus tibi insidiabitur, vt voluptati cedas; nec leonis rugitus te terrebbeit, vt pusillanimis fias; nec basilisci venenatus oculus te decipiet, vt blandimentis extollaris. quia sequitur, *Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Cum ipso sum in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum.* Hoc torum facit in credentibus Spiritus sanctus. Quia accepimus Spiritum adoptionis filiorum Dei, clamamus *Abba pater*, quæ vox sperantium est. Quia Spiritus sanctus docuit nos omnia, per eum quoq; Deum cognouimus. Quia ille Paracletus manet nobiscum in omni tribulatione; ille nos eripit, ille glorificat. De hac victoria diaboli sic Apostolus Paulus: *Expolians Christus principatus & potestates, traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso.* Traducere, est alterius defectus in publicum manifestos facere, eiusque ignauiam omnibus patefacere. Triumphare, est deuictos & subiugatos in triumpho deducere, vt victoris quidem fortitudo, victorum verò ignauia propalaretur; sicuti Romani in suis triumphis solebant Reges & Principes bello captos, manibus post terga reuinctis, ante currum ducere. Significat Apostolus, per Christi admirabilem gratiam, quæ dona sunt Spiritus sancti, triumphatum de diabolo esse, vt amplius in eos potestatem non habeat, qui ad Christi regnum atque Rempublicam pertinent; sicuti deuicti hostes, non ab ipso tantum Imperatore & Duce, sed à tota Republica victi censebantur, & subiugati. Si nunc diabolus credentes vincit, nostra ignauia vincit, vt in præcedentibus ostensum est.

## EVANGELIVM DOMINICÆ V.

POST PASCHA.



**A**MEN, amen dico vobis: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modò non petistis quicquã in nomine meo. Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Hæc in prouerbis locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in prouerbis loquar vobis,

*bis, sed palam de Patre annuntiabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non est opus tibi vt quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi.*

PERICOPÆ moralis huius Euangelij.

1. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* De Orationis admirabili virtute & vario effectu, & que conditionibus bonæ orationi requisitis.
2. *Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo.* De virtute & efficacia nominis Iesu Christi, ad orationis effectus consequendos.
3. *Ipse Pater amat vos quia vos me amastis.* De amore Dei erga nos, propter nostrum erga Christum amorem.

1. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*

**L**oc<sup>o</sup> moralis de orationis admirabili virtute & efficacia. Christus Redemptor, non solum in hoc Euangelio, sed in hoc vno sermone post cœnam vltimam cum Apostolis habito, iam quartò hanc promissionem facit, & nunc quidē cum magna asseueratione, dicens: *Amen, Amen, Si quid petieritis, &c.* sed & in alijs Euangelijs antea non semel inculcauerat: *Petite & accipietis, querite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis.* Quemadmodum Helias à discipulo suo Helizeo discessurus, dixit ei; *Postula à me quod vis vt faciam tibi, antequam tollar à te;* volens aliquod ei charitatis suæ monimentum relinquere: sic Redēptor noster, ex hoc mundo discessurus ad Patrem, hoc Ecclesiæ suæ nobilissimū donum, & quæ medicamentum generale aduersus omnis generis mala, reliquit; vt, nomine eius inuocato, omnia à Deo impetraremus. Ampla promissio, maximum beneficium, ingens thesaurus. Sed vt eius fructum capiamus bene debet intelligi, & postea studiosè exerceri. Vt hæc Christi amplissima promissio infallibiliter adimpleatur, multa ex parte nostra requiruntur. Primū, vt petētes aliquid Deū non nisi in nomine Saluatoris petamus. Ait enim, *Si quid petieritis in nomine meo.* Petere au-

Orationis virtus.

1oā. 1. 4. 15. 6. 16.

Matth. 7.

Typus.

4. Reg. 3.

1. Orationis  
cōditio, petere  
bona & saluta-  
ria.

tem

Tract. 73. in  
Ioan.

Epist. 121.

Iacobi 4.

Matt. 7.

Tract. 102 in  
Ioan.

Epist. 121.

Constitut. monast.  
cap. 2.

Apophtheg-  
mata.

Plutarch. in  
Grec. Apoph.

Va. or. Max. lib.  
7. cap. 2.

Volaterran. Ar-  
thropol.

Epist. 121.

Apo phtheg-  
ma.

Epist. 10.

Simile.

Serm. 53 de  
verb. Dom.

Exempla.

Gen. 30.

tem in nomine Saluatoris, est ea tantum petere, quæ ad salutem nostram faciunt, aut ad Dei gloriam. *Quicquid petimus* (ait Augustinus) *aduersus utilitatem salutis, non petimus in nomine Saluatoris.* Rursum, *Non petimus in nomine magistri, quicquid petimus præter regulam ipsius magisterij,* ait idem Augustinus, id est, præter eam formam, qua nos docuit orare, quæ Orationem vocamus Dominicam. *Ad hæc enim formam omnia quæcunque rectè peti possunt, referuntur.* Petenda igitur quæ bona sunt, quæ salutaria, quæ ad Dei gloriam conducibilia. *Petitis* (ait diuus Iacobus) *& non accipitis, eo quòd male petatis, ut in concupiscentias vestras insumatis.* In Euangelio signanter Christus dixit: *Pater vester, qui in calis est, dabit bona petentibus se.* Sed & hoc loco quum dicit Christus, *Si quid petieritis,* illud solum intelligit, quod ad vitam æternam pertinet, in cuius comparatione alia omnia nihil sunt, ut Augustinus in hunc locum dicit. Et alio loco multis verbis docet, nihil temporale à Deo petendum, nisi in ordine ad vitam æternam. Quod & his verbis docet diuus Basilius: *Munificentissimus & augustissimus est Rex noster, & indignè fert, quando cunque quis exiguum aliquid à se petit; multo magis, si ea petimus quæ minimè conueniunt.* Per illud ex Alexandri Magni amicorum numero, quum filia suæ dotem petisset, 50. talenta accipere iussit. Dicente illo, decem satis esse, *Tibi* (inquit Alexander) *accipere, sed mihi nequaquam satis est dare.* Non nisi bonà à Deo petèda potuerunt & ethnici videre. Socrates dicere solebat: *A dys immortalibus nihil ultra petendum, quàm ut bona tribuerent, quia ij demum scirent, quid vnicuique bonum esset.* Celebratur & illud Menedemi Philosophi dictum: *Laudabilius est optare quod deceat, quàm assequi quod optes.* Cui simile est quod Augustinus scripsit. *Non tam miserum est non adipisci quod velis, quàm adipisci velle quod nõ oporteat.* Videndum ergo in primis, ut orationis obiectum sit bonum, finis laudabilis, intentio pura. Quod & his verbis eleganter Seneca docuit: *Sic viuere cum hominibus, quasi Deus videat; sic loquere cum Deo, quasi homines audiant.* Ne videlicet quid inhonestum petas. Si infans ac mentis inops, ab amico suo ensẽm postularẽt; profectò, si verus amicus est, eum omnibus modis negabit. Multa à Deo petimus, nobis futura noxia, si cõcedantur. Vnde Augustinus: *Multa Deus concedit iratus, quæ negat propitius.*

Rachel vxor Iacob dilecta, ira ardentè filios habere desiderabat, ut viro suo diceret: *Da mihi liberos, alioquin moriar.*



riar. Deus ei duos concessit, sed in partu secundi, animam efflauit. Rebecca vxor Isaac, & per se, & per virum suū magna cum importunitate prolem à Deo flagitabat. Sed quum ad partum ventum esset, duobus in ventre pugnantibus, tanto mœrore confecta fuit, vt diceret: *Si sic mihi futurum erat, quid necesse erat concipere?* Nihil ergo proflus tēporale à Deo petendum, nisi sub beneplacito diuinæ voluntatis. *Cum verò, quæ Deus laudat (ait Augustinus) quæ Deus precipit, quæ Deus in futuro seculo promittit, ab eo petitis, securi perite.* Atque hæc vna Orationis necessaria conditio est, ne fortè dum placare Deum volumus, magis irrite mus, ea petendo, quæ cupiditatis nostræ argumenta, aut vanitatis indicia, aut denique ma-  
 litiolentia testimonio sint.

Altera Orationis necessaria in primis conditio est, vt Deo acceptus & amicus sit, qui orat. Loquitur hîc Christus Apostolis suis. *Si quid, inquit, petieritis.* Non dicit, *Si quis petierit.* Credentibus in Christum, & amantibus eum, hæc promissio datur. Sic alibi apertius ipse nos docuit: *Si manseritis in me (per fidem) & verba mea in vobis manserint (per executionem) quodcumq; volueritis, petetis, & fiet vobis.* In statu peccati mortalis nullas exaudiri orationes, manifestè Scriptura docet: *Cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam vos. Manus enim vestra sanguine (id est, peccatis) plena sunt. Qui declinat aurem suam, ne audiat Legem, oratio eius erit execrabilis.* In huius rei typum, in veteri Lege nemo immundus potuit ad tabernaculum accedere, aut vlium sacrificium offerre, cuiuscunque demum generis immunditia esset, nisi prius sanctificatus. Enim verò quum Deus ratione amicitia piorum vota exaudiat, qui mortaliter peccando amicitiam cum Deo dissoluit, nec dignus, nec idoneus est qui audiatur. Hoc enim perinde est (ait sanctus Basilius) ac si quis postquam filium alienigenam vnicè dilectum occidisset, ille manus adhuc filij sanguine cruentas ad patrem porrigeret, veniam ab eo postulans.

An non enim æquum erat, vt saltem manus cruentas prius abstergat? Quolibet peccato mortali Filium Dei iterum cruciugis. Ablue cruetas manus, antequam Deo Patri eas orando porrigas. Chrysostomus verò sic argumentatur: *Tubet Apostolus, vt coniuges non se fraudent inuicem, nisi fortè ex consensu, vt orationi vacent. Tu verò ab immaculato honorabilis conuubij lecto consurgens, times ad orandum Deum accedere, à diabolico lecto veniens, audes Deum inuocare?* Contentio, superbia,

2. Conditio In statu g: a iæ.

Ioan. 15.

Esaiæ 1.

Prou. 28.

Typus.

Leuit. 22.

D. Tho. con. gen. 1. 3. ca. 96.

In com. in cap. 1. Esa.

Simile.

Hom. 52. in Mattheum.

bia, odium, libido, quoduis peccatum lethale, diaboli lectus sunt, quo mediante in corde tuo residet. Deinde, quàm indignum hoc est! Si stercore aut luto manus sordatas haberes, velles ita sordibus orare? Minimè, inquis. Ergo manus abluis, & cor non purgas? Si quis tibi supplicans, manibus lutulentis pedes tuos teneret, non modò non exaudires, verum etiam calcibus illum à te expelleres. Sic repellit Deus impios orantes. Præterea prodesse talis oratio numquam potest.

*Simile.*

*Simile.*

Sicut nullum in vulnere valet medicamentum, si sit intus ferrum; ita nihil proficit illius oratio, in cuius pectore lethalis manet peccati affectus. Sic enim peccatoris oratio exauditur, ut Publicani in Euangelio, etsi nondum reconciliati & amici, tamen deposito omni peccati affectu. Deinde peccatores exaudiuntur à Deo ex sola eius liberalitate & gratia, non ex pacto promissionis huius Euangelicæ. Sola iustorum oratio hac promissione gaudet, & apud Deum ex merito & iustitia impetrat. Animal immudum in veteri Lege quod prohiberetur offerri, vèdi tamè potuit, & pretium eius offerri. Sic poenitentis oratio non meretur quidè, sicut nec cæteri poenitentis actus, nondum iustificati; pretium tamen horum actuum, quod est legitima dispositio acceptat Deus. Certè qui cum affectu peccati orat, opponit sibi nubem, ne transeat oratio, ut Scriptura loquitur. Sicut enim nubes solis radios impediunt, ne ad nos vsque penetrent, etiam si fenestræ aperiuntur; sic peccatum diuinæ gratiæ obstaculum est, etiam si per orationem cordis fenestra aperitur. Tota oratio Dominica ostendit impium à Deo non exaudiri. Quo ore, qua fronte dicet impius, *Pater noster, qui es in calis*; quum præcepta Dei transgrediendo, eius filius amplius non sit? Si enim nec discipulus Christi est, nisi qui fecerit ea quæ præcepit Christus, multo minus filius aut frater erit. Quo ore, qua fronte dicet impius, *Sanctificetur nomen tuum*; qui nomen Dei ipse blasphematur? *Propter vos (impios) blasphematur nomen meum inter Gentes* Quo ore, qua fronte dicet, *Adueniat regnum tuum*; in quo Christus per gratiam non regnat, qui non diligit aduentum Domini, in quo peccatum regnat, contra illud Apostoli: *Non regnet peccatum, in mortali corpore vestro?* Quo ore, qua fronte dicet, *Fiat voluntas tua*; qui in omnibus tacit voluntatem suam, ambulans post concupiscentias suas, & non faciens voluntatem Domini Dei sui? Quo ore, qua fronte dicet, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*; qui pauperi

*Typus.*

*Leuit. 27.*

*Thren. 4.*

*Simile.*

Oratio Domini non nisi iustorum.

*Ioan. 13.*

*Rom. 2.*

*Rom. 3.*

esurien

esurienti panē, quum potest, non frangit suum? Quo ore, qua  
 fronte dicet, *Dimitte nobis debita nostra*; qui non facit quod  
 sequitur, *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*; & in ipsa  
 oratione sua inuenitur mendax, & pactum à Deo cum pec-  
 catore institutum ipse primus violat? Quo ore, qua fronte  
 dicet, *Et ne nos inducas in tentationem*; quādo ipse diuitias ap-  
 petit, (*qui autem volunt diuites fieri, incidunt in tentationem &* 1. Tim. 6.  
*laqueos diaboli*) ipse tota die concupiscit, & tentationes sibi  
 innumeras accersit, vinum ingurgitando, *in quo est luxuria*; li-  
 tes prosequendo, in quibus est contentio; honores ambiendo,  
 in quibus est superbia; similtates exercendo, in quibus est  
 malcuolentia; diuitias congregando, in quibus est auaritia?  
 Quo ore, qua fronte dicet, *Libera nos à malo*; quum ipse non  
 abstineat à malo, sed quotidie perpetret malū culpæ, & me-  
 reatur malum pœnæ? Tota ergo oratio Dominica ab impio  
 prolata, sibimet contradicit; ideoque nihil apud Deum impe-  
 trat, sed eum magis irritat. Iustus in Scriptura dicit: *Dirigatur* Psal. 140.  
*oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Incensum in thuri-  
 bulo positum; nisi ei ignis admoueatur, odorem nō effundit.  
 Oratio ex ore prolata, nisi ardor charitatis in corde eam ac-  
 cendat, non habet apud Deum odorem suauitatis. Sed & pi-  
 nus quæ thus profert, arbor est rectissima. Animus qui orat,  
 debet esse ab omni peccati obliquitate liberrimus. *Deus e-*  
*nim voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum* Psal. 144.  
*exaudiet.* Lapis quidam, dialcorides dictus, quā plurimas  
 legitur in se habere virtutes: qui tamen in ore hominis mor-  
 tui inclusus, eas omnes amittit. Sic oratio gemma multarum  
 virtutum pretiosissima est: sed si in ore peccatoris Deo mor-  
 tui reponatur, eas omnes deperdit. Hanc absurditatem oran-  
 tis impij in sua impietate persistentis, Propheta his verbis ex-  
 ponit: *Verterūt ad me tergum, & non faciem: & in tempore tri-*  
*bulationis sua dicent: Surge, & libera nos.* Sed Deus illis respō-  
 det: *Vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi?* Cupiditates cuiusque, quas  
 sequitur, dij eius sunt, quibus solis seruit. *Surgant & liberent*  
*se in tempore afflictionis tuae.* Hæc impio Deus. At sese emen-  
 dantibus, dicit: *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogita-* Esaiæ 1.  
*tionum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè.* & quæ  
 sequuntur: *Et venite, & arguite me, dicit Dominus.* Bias Pri-  
 enæus, nauigās cū sceleratis, quum exorta tempestate illi deos  
 suos inuocarent: *Tacete, inquit, ne dij vos nebulones hinc nauiga-*  
*re sentiant.* Indicauit homo ethnicus, impiorum prece magis  
 irritari Deum, quā placari.

3. *Conditio,*  
*Attentio.*  
*Matth. 7.*  
*Simile.*  
*Chrysof. hom. 5.*  
*de incomprehensib.*  
*Dei nat.*

*Distractiones*  
*naturales.*  
*S. Tho. 2. 2. q. 83.*  
*ar. 13.*

*Exodi 17.*  
*Typus.*

*Simile.*

*Enar. in*  
*Psal. 85.*

*Distractiones*  
*affectedæ.*

Tertia bonæ & efficacis orationis conditio est, ut cum affectu & attentione fiat. Petere enim est affectus & cordis proprium. Quare Christus in alio Evangelio *petere, querere, pulsare*, pro eodem posuit. Quemadmodum arbores, quæ radices altius miserint, quencumque ventorum impetum excipiunt, nec facile aut frangi, aut euelli possunt; sic orationes, quas animus de suo imo reddiderit, fortiter & validè affixæ efferunt sese in excelsum, nullaque distractione conuelluntur. Distractiones inter orandum partim ex naturæ fragilitate naturales sunt, partim ex ignauia nostra proficiscuntur, partim à Satana inducuntur. Mens quippe humana diu stare in alto non potest, sed infirmitatis suæ pondere citò in ima deprimitur. Quum oraret Moyses cõtra Amalecitas, quamdiu leuabat manus, vincebat Israel; sin eas paululum remisisset, superabat Amalec. *Manus autem Moysi erant graues: quare Aaron & Hur sustentabant eas ab utraque parte.* Cor hominis, in oratione maximè graue est. Quum sursum leuatur, vincit diabolum; quum ad tertia deprimatur, vincitur à diabolo. Sed à Christo sustentatur infirmitas nostra. Aues quum liberæ in arbore consistunt, quietæ sæpe sunt & tranquillæ: At in caueis inclusa nunquam quiescunt, sed semper euolare contendunt. Idem humano cordi contingit. Quum liberum est, nullisque certo negotio addictum, non patitur distractiones, nec perturbant aut distrahunt phantasmata: At quum certi alicuius negotij, & maximè orationis quasi cauea includitur, limitibusque & cancellis constringitur, quasi nitens in vetitum, cogitationum statim multitudine & varietate agitur, quiduis potiùs aliud animo voluens, quàm quod propositum erat, & ad quod se meditandum collegerat. De hac naturalis infirmitatis distractione sic scripsit Augustinus: *Desperandum ne est de genere humano, & dicendum ad damnationem pertinere omnem hominem, cui surrepserit aliqua cogitatio oranti, & interrupperit orationem ipsius? Si hoc dixerimus, quæ spes remaneat nõ video. Porro, quia est aliqua spes, dicamus ei: Latifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui. Quomodo eam leuaui? quomodo potui, quomodo tu vires dedisti, quia tu suavis ac mitis es Domine. Mitis es, tolerans me, quia quotiescunque ante te steti, tanta vana & superflua cogitaui, & vix unquam fixam & stabilem tibi orationem feci. Hac tu toleras, quia tu mitis es, & suavis, & multum misericors.* Hæc ille de distractionibus ex naturæ fragilitate ortum capientibus. Cæterum videndum iterum

iterum atque iterum, ne ad naturalem hanc quam Deus tolerat, accedat affectata, & ex nostra supina negligentia originem capiens distractio, quam Deus non tolerat, sed punit. De qua sic diuus Basilius; *Si conscientia tua te condemnat, tanquam qui negligentius rem tractes, & si in oratione aliud agens animo minus attento sis, cum possis omnem abs te repellere distractionem; videne praesidentior ausis consistere coram Deo, ne fiat oratio tua tibi in peccatum. Si vero propterea quod a peccato debilior factus, hoc a teipso impetrare non potes, quin interdum, dum oras, animo ac mente distraharis; euitare contra quantum potes, & ipse tibi met ipsi vim affer: & coram Deo stare perseuera, mentemque tuam in illum defixam tene, ipsamque ad seipsam aduoca. Si ita feceris, ignoscet tibi Deus, quoniam non ex contempione, sed ex infirmitate, eo modo quo par erat, coram Deo stare non vales. Hæc ille. Retinenda igitur, quantum fieri potest, in oratione attentio continua, si non in verbis singulis, saltem in sensu verborum; & si non in sensu toto, saltem in fine & intentione, à qua nunquam mens diuagari sic debet, quin eam virtute, vt minimum, et si non actu, perpetuo teneat. Omnis autem orationis finis & intentio, vel Deus ipse est, vel res Deo grata, pro qua Deum oramus. Quam sanè intentionem, idiotæ, orationis verba non intelligentes, habere possunt. At maximus in oratione distractionum author & instigator ipse diabolus est. Percontanti cuidam à fratre Aegidio, cur infestæ magis sint tentationes diaboli oranti, quam aliàs, respondit: Si quis litem alicui intendat coram iudice, modis omnibus is, in quem lis inferitur, in eam curam incumbit, ne contra ipsum sententia feratur ideoque aduersarium cum iudice loquentem, suamque causam ei commendantem, quantum poterit, interpellabit. Ita dæmones faciunt. Si loqueris cum hominibus, sermonem tuum non interruptent. Si autem ad precandum te conferas, animæ tuæ salutem curaturus, multa illorū experiris tela ignita in te conijci. Sermonem tuum cum Deo, qui & illorum, & tuus iudex est, miris artibus, varijs suggestionibus abrumperere saragent. Quod si propter illorum importunitatem ab oratione desistis, similis eris fugienti è prælio. Iam verò contra has omnes distractionum causas & pericula, vnum præstantissimum remedium est, quod tradit S. Basilius: *Certissime credat quisque Deum se ante oculos habere. Si enim principem aliquem virum qui alloquitur, inciuile putabit oculos ab illo deflectere indignum iudicabit oscitanter & dormitabundè cum**

Constitut. monastic. cap. 2.

Distraktionum author diabolus. Simile.

Remedium contra distractiones. In regul. breu. q. 201.

illo loqui, scelus nefarium esse non dubitabit, si interim de eo pro-  
 dendo cum alio tractet; quanto magis ab his in oratione caue-  
 bimus, & omnem somnolentiam excutiemus, omnem irreueren-  
 tiam deuitabimus, omnes turpes & alienas cogitationes longif-  
 simè arcebimus, si certò persuademur, Deum nos præsentem al-  
 loqui, quum oramus! Negligentiam nostram inter orandum  
 bonus ille Rex Ezechias condemnat, qui, Deum in templo  
 oraturus, primùm operatus est ipse sacco & cilicio: deinde  
 alios saccis operatos ad Elaiam Prophetam mittit, eius quoque  
 preces flagitans: mox ipse in templum ascendit, attentissimè  
 orans. Quid, quòd sacerdotes Baal nostram ignauiam con-  
 demnare possunt, qui quum inuocassent suum Baal *de mane  
 usque ad meridiem, clamantes voce magna, tandem etiam in-  
 cidebant se cultris & lanceolis, donec sanguine perfunderentur.*  
 Ce tè sacerdotes Romani, vt attentionem maximam serua-  
 rent, velato capite semper sacrificabant, & angustia facie-  
 bant, clamante interim præcone, *Hoc age.* Memorabile est,  
 quòd Alexandro Regi sacrificanti, vnus ex nobilibus pueris  
 thuribulum tenens, quum in eius brachium carbò ardens  
 delapsus esset, quo ita urebatur, vt adusti corporis eius odor  
 ad circumstantium nares perueniret, brachium tamen im-  
 mobile tenuit, dolorem silentio premeus, ne sacrificium  
 Alexandri aut excusso thuribulo impediret, aut edito gemitu  
 perturbaret. Væ nobis, qui ad minimum pulicis morsum  
 & orationem interrumpimus & in sacrificio hæstramus.

Qui orationis tempore distractiones vitare, & mentem  
 in Deo collectam habere vult, ante orandum meditari pau-  
 lisper debet, quid & quomodo velit orare, & cum appetitu  
 quodam spiritali ad orandum accedere. Qui ante horam  
 comestionis non ita se gessit, vel ieiunando, vel corpus exer-  
 cendo, vt cum appetitu accedat; profectò in mentis appetitum  
 verum non inueniet. Qui vult accipere pretiosos liquo-  
 res, debet vas paratum ad manum habere, quo oblatos acci-  
 piat, & non rùm demum vas querere; ne ferius querens, ex-  
 cludatur. Sic non inter orandum, sed ante orationem acuen-  
 dus & excitandus appetitus spiritalis est, qui attentionem  
 conseruet. Hoc est quod Scriptura dicit: *Ante orationem præ-  
 para animam tuam, ne fias sicut is qui tentat Deum.* quæ verba  
 alio in loco tractauimus. Huius attentionis hæc summa uti-  
 litas est, quòd quemadmodum in altum crescere arbor co-  
 gitur, quæ per ramos diffundi prohibetur; & quum riuos  
 fontium obstruimus, fluentia surgere ad superiora prouoca-  
 mus:

**Exempla.**

4. Reg. 19.

Esaia 37.

3. Reg. 18.

Macrob. Sa-

turn. lib. 3.

cap. 2.

Valer. Max.

lib. 3. cap. 3.

Aliud reme-  
 dium, præ-  
 paratio ad  
 orationem.

**Simile.**

Ecclesi. 12.

**Similia.**

mus: sic, sublatis externis animi euagationibus, sursum ascendere, ad superna ferri, ad Deum peruenire oratio cogitur. In hac attentionis inter orandum virtute excelluit sanctus Dominicus, qui nullo aut strepitu, aut tumultu, ab orationis attentione interrumpi potuit. Nocte quadam ante aram ad preces prostratum malus dæmon interturbare volens, grandem lapidem è tecto Ecclesiæ deiecit, idque eo impetu, vt tota Ecclesia eius casu circumsonaret. Vique adeo autem capiti eius propinquus fuit lapis, vt ruens capitium eius contingeret. Sed viro Dei nihil se penitus mouente, hostis terribiliter eiulans abscessit.

Alia adhuc, nec minùs necessaria Orationis apud Deum efficacis conditio est, vt sit assidua, perseuerans, & sine intermissione. de qua in alia Dominica ex proposito diximus; sed pauca hic addentur, vt Deus dabit. Inter alias perseuerantiæ in oratione causas, illo in loco explicatas, vnã breuiter perstrinximus, Deum idcirco assiduas à nobis orationes expectare, atque ita differre quod petimus, vt eo sæpius ad eum, sicut filij ad parentem *φιλόστοργον* & suorum amantissimum, recurramus. Sicut enim pater filiolum habens, cui vehementer indulget, & quem tenerè diligit, si pomum puero erogare vult, primùm se illud nolle dare, manum comprimens, simulat; puer verò, vt illius cupidus est, nunc digitum vnum, postea alium, at tandem omnes sua tenera manu aperit; cui in hac contentione posito, quasi que ploranti, manus pij parentis pomum dimittit; qui tandem lætitiæ & voluptate perfunditur, eo quòd filium suum tot modos, totque artes ad extorquendum pomum quærentem viderit: sic Deus Pater cum dilectis suis sæpè agit, in quos sua beneficia largiter conferre decernens, vult tamen vt ipsi vi quodammodo habita (est enim hæc vis amanti grata) plorantes, gementes, ac perseuerantes, ab eius quasi manibus ea extorqueant. Sic veterum Christianorum pietatem describit Tertullianus: *Coimus in cœtum & congregationem, vt ad Deum quasi manu facta precationibus, ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est.* Solent matres ac nutrices, vt filiorum ac paruulorum suorum in se amorem magis vel exerceant, vel probent, vel inflamment, sese ex composito in aliquo domus angulo abscondere, & plorantem interea paruolum, matremque querulis vocibus inclamantem, tene: è audire, & aliquandiu quasi surdis, sed verè amantissimis auribus au-

*Exemplum.*  
*In vita eius*  
*lib. 3. cap. 12.*

4. *Conditio*  
*Perseueran-*  
*tia.*  
*Dom. inf. Oct.*  
*Nat. Dom.*  
*text. 5.*

*Simile.*

*In Apolog.*  
*cap. 39.*  
*Simile.*

scultate: tandemque expansis vlnis ad paruulum accurrere, eumque milles deosculari. Planè sic Deus suorum preces ac lachrymas, quasi facie auersa, quasi obdormiens, quasi surdis auribus solet excipere; tandem verò vbi & eorum patientiam, & suam dilectionem satis exercuit, plena manu, etiam plus quàm petitur, elargitur. Sic cum muliere Chananaea, cum caeco clamante in via, cum Hemorrhoida in Euangelio Christus egit. Sed & huius rei crebra & illustria exempla iam alio in loco produximus. Quemadmodum quum nobilis & illustris vir, in aulam proficiscitur, vt aliquod à Rege munus obtineat, cuius praesentia Rex delectatur, & cui maiora, quàm petit, conferre in animo habet, petitionem huius nobilis Rex in multos dies differt, vt eum apud se diutius detineat: sic omnino Deus suorum electorum precibus gaudens, pietate delectatus, praesentia & colloquio (qui enim orat, cum Deo loquitur) frui cupiens, differt quod petitur, daturus abundanter. Quemadmodum verò in his omnibus exemplis, proteruus esset & improbus filius, qui recusante pomum patre, manumque comprimente, indignatus abscederet, & se non curare pomum dice: et; paruulus vix germanus & naturalis esset, qui absconditam ad tempus matrem, vel nutricem non inelamaret; nobilis parum ciuilis, imò superbus, & arrogans, & animi impotentis merito haberetur, qui Regis sui moram ac dilationem non ferret, sed primo die non exauditus, statim relicta aula, ad sua se reciperet: sic omnino proterui & improbi fideles sunt, filij non germani, sed adulteri, superbi quoque & arrogantes, valdeque importuni, qui nisi ad primam aut secundam precem à Deo impetrent, in precibus perseverare recusant. Magna obseruatione dignum est, quòd in hac causa parabolam de iniquo & proteruo iudice Christus introducit. Ait in Euangelio iniquus iudex. *Et si Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen, quia molestus est mihi hac vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens suggillet me.* Mira res, quòd Redemptor noster iniquissimo iudici seipsum comparat. Non patenti naturali (vt alio in loco facit) non alicui magnifico Principi, non cuius bono & honesto viro, sed homini scelesto, qui nec Deum, nec homines timebat, suam infinitam bonitatem comparat. Facit hoc, vt perseverantiam in oratione fortissimo argumento nobis persuaderet. Horrendum quippe esset, diuinam bonitatem iniquo & scelerato

Matth. 16.  
Luca 8.  
Matth. 9.

Simile,

Parabolæ vis  
de iniquo iudice.  
Luca 18.

Luca 11.



lerato iudice deteriorem aut crudeliorem esse existimare, quasi nō id Deus præstet, quod crudelis & impius facit. Sunt & aliæ bonæ ac legitimæ orationis conditiones, vt fides, fiducia, obedientia, humilitas; de quibus in alijs Euangelij iam per occasionem dictum est. Talis ergo oratio efficax apud Deum est. Talem orationem, tales preces laudar Scriptura, commendant Patres. Exempla Scripturarum collegit Chrysostomus his verbis: *Oratio caminum ignis tribus pueris extinxit. Oratio conclusit ora leonum, ne Danieli nocerent. Oratio Moysis seditionem compefcuit, Amalecitas deuicit, Deum iratum populo reconciliauit. Oratio Helia cœlos aperuit, ignem ad sacrificium, pluuias ad siccitatem terræ impetrauit. Oratio Cornelij cœlos penetrauit. Oratio publicanum iustificauit. Oratio Ecclesiæ Petri vincula resoluit. Oratio Paulo ostium Euangelij adaperuit.* Et, vt aliquos orationis particulares effectus obiter tangamus, Oratio plura sæpè impetrat quàm petit, & largiores Deus manus habet, quàm homines os, aut linguam, aut cor, iuxta illud Apostoli: *Potens est Deus omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus.* Et iterum: *Si reprehenderit nos cor nostrum (vt indignos omni fauore) maior est Deus corde nostro.* Exemplum habes in filio prodigo, qui id tantum patrem orans, vt faceret eum sicut vnum ex mercenarijs eius, factus est iterum filius eius, recepta stola prima & celebri cum conuiuio excipitur. Salomoni petenti à Deo sapientiam, non eam tantum concessit, sic vt similis ei sapiens nec ante eam fuerit, nec post eum surrecturus sit; sed etiam (ait illi Deus) hæc, quæ non postulasti, dedi tibi, diuitias scilicet & gloriam. Abraham orans, & dicens; *Vtinam Ismaël uiuat coram te;* responsum accepit non de Ismaële tantum, sed & de noua prole Isaac nec vt Ismaël uiuat tantum, sed vt augeatur ac multiplicetur valde, crescatq; in gentem magnam. Qui surdum & mutum ad Christum adduxerunt, rogabant tantum vt imponeret illi manum. At ille insolito & mirabili modo non hoc tantum facit; verum etiam mittit digitos in auriculas eius, expueris tangit linguam eius, suspiciens in cœlum ingemuit; dicit ei, Ephpheta, & sic demum sanauit. Rursum, Oratio fidem exercet, & egregie probat. *Omniem iustitiam quam facit homo (ait Chrysostomus) secundum suam potentiam facit, & de potentia sua profert; solam autem orationem secundum fidem suam facit, & ex fide sua profert.* Sic in omni petitione Christo facta, petentium fidem probat Christus; probatam; laudat; laudatam, remunerat.

*Orat. in regressu eius habita.*

*Oratio plus accipit quam petit.*

*Ephes. 3. 1. Ioan. 3.*

*Luca 15. Exempla.*

*3. Reg. 3.*

*Gen. 17.*

*Mar. 7.*

remunerat. Chananeæ dixit: *O mulier, magna est fides tua.* Centurioni dixit: *Non inueni tantam fidem in Israël.* Vide plura in Dominica 3 post Epiphaniam, & in Dominica Quinquagesimæ. Oratio charitatem auget. Vnde S. Augustinus; *Si amator Dei esse vis sincerissimis medullis, castiisque suspirijs ipsum deprecare, illi flagra illi inha.* Quæadmodum enim amantes assiduo cōgressu & frequenti colloquio magis ad mutuam amorem accenduntur; & sicut qui verè amici sunt, nihil libentiùs audiunt, quàm quum ab iis quos amant rogantur, eisque benefaciendi occasionem habent; & vicissim ab amicis & beneuolis vt audacter petimus, sic quo maiori cum fiducia petimus, eo vehementius amamus: eodem modo inter Deum & homines Dei amicos se res habet; qui certè non amici modò, sed & parentis in nos viscera gerit, pietatē ostendit. Imò omnem humanam amicitiam Dei in nos amor infinitè superat. *Ab hominibus* (ait Chrysostomus) *cum aliquid exposcis, & molestus omnino & onerosus videris: Deum verò, quando id non facis, offendis, & vt amplius tibi indignetur, accendis.* Oratio mentem mirabiliter illuminat, & diuina sapientia replet. Vnde D. Chrysostomus: *Quemadmodum qui cum sapientibus viris colloqui solent, propter assiduam consuetudinem breui sic transmutantur, vt illorum prudentiam referant: sic qui cum Deo colloquia miscent, ei sua vota deferentes, quanta sapientia, quanta virtute, quanta prudentia, quanta bonitate, quanta sobrietate, quanta morum equitate eos repleri necesse est!* Hinc magni illi viri ex sola oratione ad summam sapientiam prouecti. D. Antonius Eremita, S. Martinus, & S. Bernardus: qui illiterati quum essent, vt de S. Antonio scribit Augustinus, de S. Martino b Severus Sulpitius, de S. e Bernardo, vitæ eius in prima parte auctor, magis oratione quàm lectione profecerunt, & sacras scripturas intellexerunt. Oratio est contra omnis generis tentationes armatura fortissima. Sic Christus: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.* De hac D. Chrysostomus, *Quemadmodum ciuitas que muris cincta non est, facile venit in hostium potestatem; sic animam non munitam precibus, diabolus facile redigit in suam ditionem.* Nec vitia tantum repellit, sed admirabilem animo puritatem cõciliat oratio. Quemadmodum enim (ait Chrysostomus) qui cum Rege collocuti sunt, & ei familiares facti, non dignantur in contubernium venire mendicorum & abiectorum n homin: ita qui cum Deo fabulatus est, eisque sua vota protulit, nequaquam

Text 2. & 4.

Oratio fidè exercet.

Enar. in Psal.

85.

Simile.

Hom. 24. in

Matth.

Oratio illuminat.

De orando Deū, lib. 2.

a In prologo lib.

b de doct. Christ.

c Lib. 2. de vita

S. Mart.

Oratio armatura contra tentationes.

Simile.

Libro 2. de orando

Deum.

Ibidem.

Simile.

quaquam dignabitur mali & impij spiritus familiaritatem admittere, quod quisque facit qui voluptatibus seruit. Oratio in omnibus rebus afflictis maximam animo consolationem adfert. Si enim apud homines (ait Chrysostomus) suos quempiam casus dixisse, suamque calamitates narrasse, affert nonnihil consolationis, quasi difflatio quaedam malorum per ipsam narrationem ageretur; longe magis, si cum Domino illo communi agritudines animi tui communicaris, consolationem atque remedium capies. Ad hoc enim ipsum te Deus inuitat, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Vocat, obsequamur: inuitat, accedamus: offert se, ne respiciamus. Et sic quidem ex parte bonitatis diuinæ rem ostendit; paulo superius ex parte ipsius orationis, venusta comparatione idem declarat: Sicuti (inquit) frequentia nubium principio cælum offuscatur; ubi verò per crebras dimiserit stillas, iam & humore seposito, serenum cælum & dilucidum facit: sic mœror animi, dum intus versatur, caligine cogitationem nostram obducit; cum autem verbis orationis, & lacrymis quæ solent comitari orationem, foras versus euaporatus diffususque euanuit, plurimum iam inde splendoris afferri in animum solitum est, favore scilicet humanissimi & liberalissimi Dei, velut radio quodam in eius qui orat animum ingruente, ac luce afficiente latissima. Hæc ille. sed præter hos omnes effectus & fructus orationis, qui diligenter explicati ad frequens orandi studium auditores vehementer excitare possunt; admirabilis ille atque præcipuus est, ut quidvis à Deo, quod legitime petitur, impetret. Huius rei iam alio Euangelio exempla protulimus. Credenda sunt indubitanter Christi verba, dicentis: Quaecunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Et rursum: Omnis qui petit, accipit; & qui querit, inuenit; & pulsanti aperietur. In quæ verba D. Hieronymus: Si tibi non datur, ideo non datur, quia non petis. Fidelis Deus est, seipsum negare non potest: qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Fons bonitatis perennis est, manare non cessat. Non est abbreviata manus Domini, & sine poenitentia Dei dona sunt. Ideo nos vult sine intermissione orate, quia ipse paratus est sine intermissione dare. Omnes medici pecunijs, Deus autem sola oratione placatur. Ideo in scripturis oratio semper offerri Deo dicitur in odorem suauitatis. Nam sicut thymiana bene confectum, delectat hominem odorantem; sic oratio iusti suavis est ante Deum, ait Chrysostomus.

2. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo.

Oratio consolatur in aduersis  
Simile.  
In hom. 5. de incomprehensi. Dei natura.

Ibidem.  
Simile.

Oratio impetrat.

Matth. 21.  
Matth. 7.  
In com. ibid.

Iacobi 1.

Hom. 18. operum  
imperf. in Matt.  
Hom. 13. ibid.

Christi nomē.

**L**O C V s moralis de Christi Redemptoris nostri ineffabili erga nos bonitate, & nouo gratiæ beneficio, vt in virtute, fide, ac potestate nominis eius quiduis orando impetremus. Magna enim significatione adiecit hoc Christus: *In nomine meo.* Dabit quidem Pater celestis petentibus eum; sed in nomine Christi, si per Christum, & merita eius. Deum Patrem inuocamus. Sic paulo antè Apostolus suis dixit Christus: *Quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam.* Hoc longè antè in Spiritu præuidens Dauid, sic orat: *Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui.* Nempe Christi merita apud Deum perpetuò pro nobis intercedunt: *Accedit per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandū pro nobis. Hunc aduocatum habemus apud Patrem. Hic assistit vultui Dei, vt interpellet pro nobis.* Hoc nobis maximam inuocandi fiduciam adfert; hoc orationibus nostris admirabilem illam efficaciam conciliat, vt, quicquid petierimus, fiat nobis. *Noua hæc est (ait S. Cyrillus) inuocationis formula, veteribus pijs prorsus incognita, quia per Christum omne nobis bonum absolute concessum est. Qui enim Filium suum nobis donauit, quomodo non cum illo omnia nobis donauit? Per hunc habemus accessum ad gratiam istam in qua stamus.* Ioseph fratribus suis in terram Chanaan redeuntibus, in mandatis dedit, vt ad eum reuerti si vellent, omnino fratrem suum Benjamin secum adducerent: *Nisi fratrem vestrum Benjamin adduxeritis, non videbitis faciem meam.* Nisi quum ad Deum orando accedere volumus, & panem nostrum quotidianum petere, frumentum & cibum vitæ à Deo querere, Christum fratrem nostrum (sic enim & fieri, & nos vocare dignatus est) in oratione adduxerimus, nisi in eius nomine petierimus, non videbimus faciem Dei, nihil à Deo Patre orantes impetrabimus. In veteri lege tantam inuocandi fiduciam populus fidelis non habuit, quia in tanto nomine, tantæque virtute inuocare non poterant. Nomen Abraham, Isaac, & Iacob in oratione vsurpabant, iuxta illud ipsius Iacob: *Inuocetur super pueros istos nomen meum, nomenque patrum meorum Abraham & Isaac.* Aliquid hoc erat, quia tres isti amici Dei erant. Postea inuocabant Deum propter seruum suum Dauid: *Protegam urbem hanc propter me, & propter seruum meum Dauid.* Sed frequentissimus in oratione veterum sanctorum titulus creationis fuit. Sic Iob ad Deum orat: *Manus tue Domine plasmauerunt me totum in circuitu, & sic repente precipitas me? Memanto quæso quòd sicut lutum feceris me, & cætera quæ sequuntur*

Ioan. 14.

Psal. 83.

Hebr. 7.

1. Ioan. 1.

Hebr. 9.

In Ioan. lib. 11.

cap. 7.

Rom. 3.

Allegoria.

Genes. 43.

Matth. 28.

Veterum preces non fundabatur in Christo.

Genes. 48.

Esaia 37.

Iob 10.

sequuntur. Hoc etiã titulo Dauid Deum ad misericordiam prouocat: *Respice in vineam quam plantauit dextera tua.* Hoc titulo à Deo beneficia implorat: *Manus tua fecerunt me, & plasmauerunt me. Da mihi intellectum, vt discam mandata tua.* Hoc titulo Esaias Dei fauorem postulat: *Et nunc Domine Pater noster es tu, nos verò lutum; & factor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris Domine, &c.* Interdum verò etiã dilectionis titulo & argumento ad Deum sibi propitium reddendum utebantur. Apud Ieremiam: *Factus sum Israël Pater, ideo in misericordia reducam eos.* Apud Esaiam: *Tu Deus Pater noster & Redemptor noster, à seculo nomen tuum. Quare errare nos fecisti Domine de vijs tuis?* Atque hi quidem præclari tituli fuerunt, siue amicos, siue beneficia Dei respicias. Sed nouus nobis titulus inuocationis datus est, tanto veteribus excellentior, tanto efficacior, quanto excellit seruum & amicum filius naturalis vnigenitus, in quo Deo complacuit; & quantum creationis ac dilectionis titulum superat longissimè redemptionis beneficium: in quo vno splendidissimè elucet, tum Dei Patris ineffabilis amor, qui *sic dilexit mundum, vt Vnigenitum suum daret, &c.* tum Dei Filij inexplicabilis dilectio, qui *tradidit semetipsum pro nobis.* In hoc ergo nomine qui Patrem orat, propter talem Filium repulsam pati non potest. Hinc Ecclesia omnem suam orationem in hoc nomine terminat. De nominis Iesu virtute & efficacia in altero Promptuario diximus.

3. *Ipsè Pater amat vos, quia vos me amastis.*

**L**ocus moralis de amore Dei erga nos, propter nostrum erga Christum amorem; videlicet quoad eius augmentum & perfectionem. Primus enim Dei amor gratuitus est, quo prior dilexit nos. Hunc locum in Promptuario Catholico iam tractauimus. Porrò de Deo super omnia diligendo (qui locus hic tractari potest, vt Dei Patris amor erga nos, quanto à nobis studio quærendus, quanta cura retinendus sit, populus doceatur) in prima Dominica Quadragesimæ disputatum fusè est, & infra in alia Dominica magis disputabitur. De Christo à nobis multis nominibus diligendo (quod etiã non incommode in hæc verba explicari poterit, vt medium, quo Dei Patris amorem vel quæere vel conseruare possit auditor, moneatur) iam in alijs Euangelijs semel atque iterum differuimus.

Psal. 79.  
Psal. 118.  
Esai. 64.  
Ierem. 31.  
Eccles. 63.

Ioan. 3.  
Tit. 2.

In Circuncis.  
Domini.

Text. 10.  
Dom. 12. post  
Pent. text. 3.  
Suprà Dom. 4.  
post Epiphani.  
text. 3.  
Quinquages. text. 4.  
Palm. text. 2.  
Dom. 2. post Pascha, text. 1. & 6.  
Ioan. 15. & 16.

Ioan. 15. &amp; 16.



**C**um venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem neque me. Sed hæc locutus sum vobis, ut, cum venerit hora, eorū reminiscamini, quia ego dixi vobis.

## PERICOPE moralis huius Euangelij.

1. Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. De maiorum præmeditatione, ut minus mala sint.
2. Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. De frequenti Ecclesiæ Dei pericutione, & hæreticorum crudelitate, variisque persecutionis fructu.
3. Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem neque me. Contra ignorantiam Dei, rerūq; diuinarum, plurimorum à maiorum causam.

## 1. Hæc loquutus sum vobis, ut non scandalizemini.

Malorum præmeditatio.

**L**ocus moralis de malorum præmeditatione ut minus mala sint. Voluit Christus futuras Ecclesiæ persecuciones, futuras cuiuscunque iusti tribulationes longè antè prædicere; ut de illis nemo scandalizetur, id est nemo propterea fidei quam tenet, religionis quam colit, iustitiæ coram Deo quam exercet, aut tædio afficiatur, aut scandalum patiatur, aut villo mærore conturberetur. Magna Christi misericordia infirmitatem nostram tam valido præsidio communit, tam necessario subsidio alleuare voluit. Mala quippe præmeditata minus feriunt. Basiliscus, animal homini infestissimum, hoc habere dicitur, ut si prior hominem viderit, certam ei perniciem adferat; contra si prius videatur quam videat, nocere nequeat, sed vel pereat statim, vel in fugam se territus abripiat. Pulchrè eneca: Nisi quicquid fieri potest pro futuro habeas, das in te vires rebus aduersis, quas infregit quisquis prior vidit. Rursum alio in loco: Quia naturam oculis, non ratione comprehendimus, nec cogitamus quid

Simile.

P. Berchorius,  
Reduct. mor. lib.  
10. cap. 13.Lib. 1. cap. 11. de  
tranquil.  
Apophthegmata.

quid illa facere possit, sed tantum quid fecerit, damus hu- *Apophteg-*  
*ius negligentia poenas, tanquam novis territi, quum illa mata.*  
*non sint noua, sed solita. Elegantissimè quoque aliàs: Natur. qq. lib. 6.*  
*Qua alij diu patièdo leuia faciunt, vir sapiens leuia facit* *9.3.*  
*diu cogitãdo. Sic Anaxagoras Philosophus, quum illi renũtia-* *Epist. 77.*  
*ta esset & damnatio sua, & tñiorum mors, ad priº dixit, iam* *Laert. lib. 2.*  
*pridem tam aduersus illos qui damnauerant, quàm aduersum*  
*se, ex æquo naturam tulisse sententiam: ad posterius dixit; Scie-*  
*bam me genuisse mortales. Hoc in eo fecit philosophia, & per-*  
*petua humanæ fragilitatis meditatio. Hanc sapientiã Chri-*  
*stus hoc loco nos docet, varias & acerbas iustorum persecu-*  
*tionum prædicens (quas vel hodie maximè perſentiunt in*  
*multis locis Catholici Christiani) vt æquanimiùs eas fera-*  
*mus, si quod Redemptor noster clementer prædixit, nos di-*  
*ligenter præmeditatur. Habemus thesaurum istum in vasis*  
*ſictilibus. Vt quid in vase vitreo ferream soliditatem requiris?* *1. Cor. 4.*  
*Sapientes viri, vt mortis terrorem, qua nihil est terribilius,* *Simile.*  
*animo paulatim omnem eximerent, mortis perpetuam me-*  
*moriam aliquo artificio sibi proponebant. Sanctus Ioannes,*  
*Eleemofynarius dictus, Patriarcha Alexandrinus, iubet sibi* *Exempla.*  
*extrui monumentum, ei autem finem non imponi, sed sic im-* *In vita eius.*  
*perfectum relinqui: deinde eos qui præfecti erant operi,* *tom. 1. Sic.*  
*quum esset festum aliquod insigne, accedentes in conspectu*  
*omnium qui in mensa cõsidebant apertè dicere: Monumentum*  
*tuum Domine adhuc imperfectum est; iube ergo vt inem*  
*accipiat. Seuerus Imperator vnã sibi preparauit, in qua se-* *Dion Nicetas,*  
*peliretur; eamque ad se perlatam, manibus contrectare sole-* *in vita eius.*  
*bat ac dicere: Tu virum capies, quem totus orbis capere non*  
*potuit. Refert Herodotus, olim in Ægyptionũ epulis morem* *Lib. 2.*  
*fuisse, vt vnusquisque cadauer ligneum, sed maximè ad viuum*  
*effectum, singulis ostenderet, dicẽs: Tu hunc inuens pota, & o-*  
*blecta te, talis post mortem futurus Dicit Scriptura: Musica* *Eccli. 22.*  
*in luctu importuna narratio; flagella & doctrina in omni tempo-*  
*re sapientia. Pulchrè docet, tristibus quidem non esse inter-*  
*ponenda vana & inania oblectamenta: meditationem autem*  
*aut narrationem rerum tristium & aduersarum (quam fla-*  
*gellorum & doctrinæ vocabulo exprimit) nõquam esse im-*  
*portunam, imò omni tempore ad sapientiam instituere. Sic*  
*alibi: Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij.* *Eccli. 7.*  
*In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens co-*  
*gitat quid futurum sit. Certè quantum mala non præmeditata*  
*perturbent, & præmeditata vix moueant, pulchro exemplo*  
*docuit*

Plutarch. in lib.  
de irang. animi.  
Exemplum.

docuit Homerus. Vlyfsem enim introducit post 20. annorum  
absentiam domum reuerfum, repentinæ morti canis sui, qui  
eum agnouerat, moxq; casu extinctus fuit, acerbè illachry-  
mantem: vxori autem suæ flenti, toto die assedisse absque  
lachrymis. Vxoris quippe futuras lachrymas præcogitauerat;  
canis mortē nihil formidauerat. Valet hoc loco Scipionis  
illud memorabile dictum: *Stultum est dicere, non putāram.*  
Bonus dux, nauclerus, Imperator, viæ, nauigationis, & certa-  
minis pericula prædicit. Sic Christus hoc loco; ne tibi dicas  
non prædictum, caue.

Apophthe-  
gma.

2. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se  
obsequium præstare Deo.

Persecutiones  
Ecclesiæ.

**L**ocus moralis de frequenti Ecclesiæ Dei persecutione;  
sub prætextu pietatis. Ethnici quidem persecutores fe-  
rè omnes sic Christianorum nomen ac fidē acerbissimè per-  
sequebantur, vt suis, quos vocabāt, diis immortalibus se hac  
in re obsequium præstare, deorum suorum honorem &  
cultum vindicare arbitrarentur, & præ se ferrent. Sed Chri-  
stus hoc loco de illa Ecclesiæ persecutione loqui videtur,  
quā illi exercebunt, qui vnum verum Deum colere profiten-  
tur, qualis erat primū Indæorum in Apostolos, reliquosq;  
Christi discipulos, ac postea hæreticorū in Catholicos, quo-  
ties superiores & fortiores illi esse potuerūt, acerbissima per-  
secutio. Sic Augustinus hæc verba exponit: *Hoc de Indæis di-  
ctum debemus accipere, de quibus dixerat, Absq; synagogis faciēt  
vos. Nam martyres Christi, etiam si occisi sunt à Gentilibus, non  
tamen illi arbitrati sunt Deo, sed dijs suis falsis obsequium se præ-  
stare quum hæc facerent.* Et alibi contra Donatistas disputans  
Augustinus, putat in Indæorum persecutione impletum hoc  
esse: quia videlicet ante eius tempora rara fuit hæreticorum  
violenta persecutio: solusq; in Oriente Constantius, postea-  
que Valens, Arriani Imperatores ( de qua Valentis persecu-  
tione non incommodè etiam hæc verba intelligi posse agno-  
scit) Catholicos ferro & gladio persecuti fuerant. Sed Chri-  
sti verba, que admodū non ad solos Apostolos, sed etiam ad  
eorum successores, adeoq; omnes futuros fideles pertinent,  
quando de toleranda & expectanda persecutione eos monet  
ac docet; sic absque vllō dubio ipsa persecutio, de qua loqui-  
tur, de omni illa intelligitur, in qua veritatis hostes, sed pie-

Tract. 93. in Ioā.

Contra Fetil. lib.  
2. cap. 92.

tatis



tatis simulatores, veros veritatis cultores, non verbo tantum & fraude, sed ferro & gladio persequuntur. De qua duplici persecutione Gregorius: *Quale illud persecutionis tempus apparebit, quando ad peruertendam fidelium pietatem alij verbis scuiunt, alij gladiis! Quis enim etiam infirmus istius Lemiathar dentes non despiceret, si non eos per circuitum potestatum secularium terror muniret? Sed duplici contra eos calliditate agitur, quia, quod eis ab alijs blandientibus verbis dicitur, hoc ab alijs gladijs ferientibus imperatur.* Hæc ille. Et certè atrocior semper fuit hereticorum persecutio cõtra Catholicos, quàm ethnicorum contra Christianos. Conqueritur de hoc Eusebius, Vercellensis Episcopus; qui in carcerem ab Arrianis missus, ab omni suorum congressu & subsidio prohibetur: quã crudelitatem à nullo ethnico persecutore adhibitam fuisse affirmat. Iucundus, presbyter Arrianus, hortatur Genferichum Arrianum crudelissimum, vt Arbogastem, nobilem Catholicum, quem gladio tollere statuerat, diuersis cruciatibus, & lenta morte interimeret. Idem Arriani sacras virgines, adhibitis dorso & mammillis laminis ferro ignitis, torquentes, dicere eas iuebant, quòd Episcopi & Clerici Catholici cum eis concuberent: quam crudelitatem & sycophantiam ab ethnicis sub Maximino Imperatore didicerant, vt apud Nicophorum videre est. Iconomachi in frontibus, totoque vultu Catholicorum, super scamna illos extendentes & vincientes, quosdam Iambicos versus, ignominia plenos, insculpebant, cultris alijsque instrumentis adhibitis, vt in saxis sculpendis fieri solet. Beatus Fulgentius, Episcopus Ruspensis, cuius opera doctissima extant, quum prius Mauros fugisset persequentes, incidit in Arrianos, quorum crudelitatem immanem expertus, ad vicina prouinciæ suæ loca regreditur, eligens Mauros potiùs paganos habere vicinos, quàm molestissimos Arrianos. Sub Constantino Copronymo Iconomacho, plures martyres facti sunt, quàm sub cuiuspiã gentilis Principis persecutione, teste Sigeberto. Sub eodẽ tyranno, monachi quadraginta duo, truncatis naribus, barbique illitis pice combustis, in balnei fornice clausi, ibique fame consumpti, martyrio coronantur. Macedonius hæresiarcha, sub Constantio Imperatore, Catholicos in audito tormentorum genere cruciatos, occidit. Inter cetera, fidelium mulierum vbera inter labra arcarum compressa, dissecuit, & candenti ferro combussit. Euty-chitistæ Alexandrini, statim post mortem Martiani Imperatoris Catholici, Proteriũ Episcopum, & Patriarcham suum

Hæreticorum  
persecutio  
atrocissima.

In vita eius, apud Surium, 1. Augusti.

Exempla.

1. Vicfor lib. 3. de persecut.

2. VVandalica,

Histor. Eccles. lib. 7. ca. 26.

3. In vita S. S. Theodori & Theophani: 26. Decemb.

4. In vita eius apud Surium, tom. 1.

5. In Chron. anno 770.

6. In Martyrol. Rom. 12. Ian.

7. Ibid. 30. Mar.

8. Euvgr. lib. 2. cap. 9.

Catho

Catholicū, cum alijs clericis, tanta crudelitate occiderunt, vt viscera eius gustarent, & crudas carnes comederent, reliquū corpus per plateas vibis trahentes. Hunerichus, Arianorum Rex, vna vice clericos 4976. in desertum ablegauit, & laicis prohibītū, ne clerum sequerentur. Augustinus de suis Donatistis ira scribit *Quis Barbarus excogitare potuit, quod isti, vt in oculos clericorum nostrorum calcem & acetum mitteret, quorum mēbra etiam cetera plagis horrendis, vulneribusq; saucia- runt? de pradantur etiā domos, aliquas & incendunt, fructus aridos diripiunt, humidos fundunt: & talia ceteris cōminando multos rebaptizari compellunt.* Hæc ille. Hæc hereticorum nostri temporis quæ crudelitas, quanta barbaries, qualis immanitas in persecutione & occisione Catholicorum, maximè in Gallia & Anglia fuerit, recenti memoria omnibus compertum est, & extant de ea re tota libri, quos consulere, si vollet, Concionator poterit. Hi omnes, Christi discipulos interficientes, arbitrati sunt obsequium se præstare Deo. Hoc autem vno nomine huius generis persecutio nō solū est acerbissima, quia ex zelo religionis, sed non secundum scientiam proficiscitur, verū etiam periculosissima, quia furore religionis etiam Christianæ contra Christianos coloratur. Occultus hostis est, qui ideo caueri nisi difficillimè non potest. Ciuile bellum agit, quod sine sociorum sanguine nunquam terminatur. Fidem ipsam non sub nomine perfidiæ, vt paganismus & Mahometismus, sed sub fidei vocabulo impugnat. *Per verba Legis, Legem impugnant,* ait Ambrosius; *& fidem sine fide prætendunt,* ait Hilarius. Amicum se ostendit, & hostis est. Socium se dicit, & capitale bellum gerit. Sponsæ voces usurpat, & meretrix est. Christum loquitur Euangelium sonat, verbum Dei crepat: sed *lupus est in vestitu ouium,* vt per multa capita in altero Promptuario ostendimus. Omnes eius machinæ, astutia & dolus sunt. *Fur est & latro,* non iustus hostis. *Nequitia & astutia circumuenit in errorem,* veris & apertis armis non aggreditur. *Persecutor paganus* (ait Augustinus) *apertè sauit, vt leo; hæreticus insidiatur, vt draco. Ille cogit negare Christum, iste docet. Ille ingerebat violentias, iste insidias. Aduersus illum opus erat patientia, aduersus hunc opus est vigilantia.* Hæc ille tunc, in pace Ecclesiæ. At nobis hodie, maximè Anglis Catholicis, non solūm vigilantia, sed etiam patientia opus fuit, ab annis iam triginta sub hæreticorum tyrannide laborantibus. Est hæc igitur persecutio grauissima. Tota nihilominus hæc persecutio

9.  
Vistor lib. 2. de  
pers. VVand.

Epist. 122.

In com. ad  
Tit. 3.  
In lib. ad Con-  
stant.

Dom. 7. post  
Pentec.

Ioan. 10.  
Ephes. 4.  
En arr. in  
Psa. 32.

tio siue à paganis, siue ab hæreticis, & ipsi Ecclesiæ utilis est, Persecutio Ec-  
 & eos, qui persecutionem patiuntur, beatos facit, &, vt beati clesis utilis.  
 fiant, diuinum remedium in promptu habent; quæ tria, tri- Simile.  
 bus verbis expediam. Sicut vrbes & arces, hostiũ finibus pro- 1. Quoad mo-  
 ximæ, & limitrophe, armis & rebus bello necessariis munitis- res.  
 simæ semper sunt; quæ verò in medio regni cõsistunt, negli-  
 guntur, & si qua munimenta habent, rubigine consumpta &  
 fordata iacent: sic Ecclesiæ, circumlagentibus hæreticis pro-  
 ximæ, contra eas diligenter se mununt. Verbum dei accu-  
 ratiùs tractant, disciplina censuram strictiùs obseruant, vt  
 non vituperetur ministerium ipsorum; can. è ambulat, quia  
 dies mali sunt: at vbi alta pax est, tota armatura Ecclesiastica  
 rubigine consumpta iacet. Denidia rubigo, auaritiæ lurum,  
 superbiæ & ambitionis muscus, ignorantia somnus omnia  
 occupat. Sic se rem suo tempore habuisse sanctus Cyprianus  
 his verbis agnoscit: *Dominus probari suam familiam voluit; &* Serm. 5. de lep-  
13.  
*quia traditam nobis diuinitus disciplinam pax longa corruerat,*  
*iacentem fide, & penè dixerim dormientem, censura celestis ere-*  
*xit. Studebant augendo patrimonio singuli, non in sacerdotibus*  
*religio deuota, non in ministris fides integra, non in operibus mise-*  
*ricordia, non in moribus disciplina* Hæc ille multa que alia po-  
 puli Christiani dedecora, quæ in pace Ecclesiæ coaluerant,  
 recenset; vt causam subsequenti persecutionis ostenderet.  
 Nec aliter diuus Bernardus: *Olim prædictum est, & nunc tem-* Serm. 33. in Cõt.  
Esaia 38.  
*pus impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissi-*  
*ma. Amara priùs in nece Martyrum, amarior post in cõflictu hæ-*  
*reticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Intestina*  
*& insanabilis est plaga Ecclesiæ, & ideo in pace amaritudo eius*  
*amarissima.* Hæc illi Patres quoad mores & vitæ agendæ ra-  
 tionem, quæ in pace Ecclesiæ flaccescit & dormitat. Idẽ do-  
 cet Augustinus de doctrina hædei. *Hæreticorum (inquit) inquietu-* 2. Quoad do-  
Arrianam fidei.  
*tudine, vt Scripturas vigilantius perscrutemur, vnde, ne oculi*  
*Christi noceant, illis possit occurri, cãquam de somno ignauis, no-*  
*stra excitatur industria. Ita per multiplicem gratiam Saluatoris,* Epist. 105.  
*etiam quod inimicus in perniciem machinatur, Deus conuertit in*  
*adiutorium.* Hæc ille. Rursum alibi: *Multa ad fidem Catholicã* In lib. de vera  
relig. cap. 8.  
*pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine agitantur, vt*  
*aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius; & in-*  
*telliguntur clariùs, & instantiùs prædicantur, & ab aduersario*  
*mota quæstio, descendi existit occasio.* Hæc ille. Sed & ipsa occisio  
 Catholicorum, quam libenter exercent hæretici, ipsius Ec-  
 clesiæ non solum decus & ornamentum, sed etiam salus &  
 incremen

incrementum est. Sic enim & Deus clarificatur, & fides illustratur, & credentium constantia confirmatur, & vacillantium infirmitas roboratur. *Sanguis enim Martyrum, semen est Christianorum: & granum cadens in terram, ubi mortuum fuerit, multum fructum affert.* Sanè sicut fermentum, quod amarum est, pani saporem conciliat: sine quo, insipidus esset; sic Ecclesia, nisi aliquo tribulationis fermento misceatur, insipida & flaccida euadet.

*Tertul. in  
Apolog.  
Ioan. 12.  
Simile.*

*Lib. 9. cap. 10. in  
Lucam.  
Simile.*

Appositè Ambrosius: *Sicut vinea, dum ligatur, erigitur, & recisa non minuitur, sed augetur: ita sancta plebs, dum erigitur; dum humiliatur, attollitur; dum reciditur, coronatur.* Et sic quidem persecutio hæreticorum, etsi asperrima & periculosissima, ipsi tamen Ecclesiæ, Deo omnia electis cooperante in bonum, non est semper perniciosa, sed plerunque salutaris.

*Persecutio  
ferentibus  
v. illis.  
Mart. 5.  
Simile.*

Potro eos, qui in ipsa persecutione maximè patiuntur & interficiuntur, beatos inprimis esse, non solum vox cœlestis clarè pronunciauit, dicens: *Beati estis, quum vos persequuti fuerint,* &c. verum etiam ipsa ratio manifestat. Quemadmodum enim cum quis flumen aliquod in cymba traiecit, qui cymbam impellit, transitum facit expeditiorem & breuiorem; sic qui varijs tormentis iustos interficiunt propter veritatem, expeditissimam illis in cœlis viam parauerunt, quasi cymbam impulerunt, ut ad portum felicitatis æternæ quàm celerrimè peruenirent. Ideo diuus Cyprianus, accepta mortis sententia, *respondit, Amen, Deoque gratias egit.* Sic & alij innumeri martyres fecerunt, adcoque hodie in Anglia multi. Edmundus Campianus, Societatis Iesu Theologus, accepta in Anglia, pro fidei confessione, mortis sententia, cecinit statim, *Te Deum laudamus.* De hac persecutionis & tribulationis felicitate in alia Dominica diximus.

*Exemplum.  
Pontianus in  
passione eius.*

*Domin. 3. post  
Pascha, text. 1.*

Illud pluribus explicandum, quàm præsens & paratum remedium omnes qui pro Christo, pro fide, pro veritate patiuntur. Hæc est perpetua Spiritus sancti consolatio, de qua in hoc sermone suo ultimo toties loquitur, & in alia Dominica nos aliqua diximus, quæ & hic locum habent. Sed nunc pauca adiciuntur, donante Deo. Quem diuini Spiritus virtus inhabitat, ille aduersus acerba omnia, etiam mortem ipsam, animo semper inuictò stat. Qui longum iter pedester facere vult, emit calceos duplici aut triplici solea confutos, ut magis ex ferro quàm ex corio confecti videantur: paucorù tamen dierum labore detriti rumpuntur. Qui auem  
nudis

*Simile.*

nudis pedibus iter facit, quo plus ambulat, eo durio-  
 rum obducit, pedumque eius corium magis obdurefcit. Ra-  
 tio discriminis est, quia corium calceorum, est corium mor-  
 tuum; pedum verò, viuum. Sic omnes, quorum animi forti-  
 tudo ex corio viuo confiftit, id est, ex virtute Spiritus sancti,  
 quo magis affliguntur, eo fortiores & constantiores fiunt.  
 Peccatores autem peccato mortui, & quorum tota animi  
 virtus non nisi humana est, naturæque peccatricis & cor-  
 ruptæ, vt debilis est, sic facile deterritur, & quibusuis affli-  
 ctionibus succumbit, citòque corrumpitur. Nempe Spiritus  
 sancti consolatio, quasi fons quidam est certarum virtu-  
 tum, quæ omnes inuictum pectoris robur adferunt, videlicet  
 fidei, spei, charitatis, quæ Spiritus sancti dona sunt. At fides  
 adfert in tribulatione gaudium & pacem animi. Vnde Apo-  
 stolus: *Deus repleat vos omni gaudio & pace in credendo.* Sic  
 Eunuchus accepta doctrina fidei, *ibat per viam suam gaudens.*  
 Hæc fides est *thesaurus ille absconditus* (à sapientibus) *in agro*  
 (Ecclesiæ & vineæ Dominicæ) *quem qui inuenit homo* (per  
 Euangelij prædicationem) *abscondit* (in corde suo) *& præ gau-*  
*dio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet* (id est, paratus  
 omnium potiùs, quæ habet, iacturam facere, quàm illo ca-  
 rere) *& emit agrum illum, adiungit se vineæ illi, vt sit palmes*  
*in vite qui Christus est, caput Ecclesiæ suæ.* Zelus enim &  
 dilectio fidei facit, vt interfici se potiùs ab hoste fidei fidelis  
 patiat, idque perlibenter, quàm vt fidem suam neget. Alia  
 virtus Spiritus sancti spes est, quæ maximum in animo gau-  
 dium generat, vt *spe gloria, in qua gloriatur fidelis,* omnia pro  
 Christo ardua gaudenter ferat. *Spe gaudentes,* ait Apostolus;  
 quia proprium spei est, animum incredibili gaudio perfun-  
 dere. Charitas verò altera eadèmq; primatia Spiritus sancti  
 virtus adhuc magis hoc facit; quia *valida est vt mors dile-*  
*ctio,* id est, ipsam mortem vincit, eaque superior est, vt alio in  
 loco plenius dictum est. Hæc ergo sancti Spiritus dona, quasi  
 fontis perenniter fluentis riuus, cordibus fidelium infusa, per-  
 petua eos consolatione & lætitia spiritali replent, vt sem-  
 per in Domino gaudeant, scientes, quia *sive viuimus sive mo-*  
*rimur, Domini sumus.* Hi sunt chori castrorum, de quibus in  
 Canticis dicitur: *Quid videtis in Sunamite* (id est, in pacifica  
 sponsa Christi) *nisi choros castrorum?* Enimuero quid choro  
 siue choreis cum castris exercitus? Chorus enim, canentium  
 congregatio est; castra pugnantium. Sed iustus in pugna  
 cantat, quia diuini Spiritus gaudio repletus, omnia etiam

Spiritus san-  
 cti consola-  
 tio triplex.

1. Fides.  
 Rom. 15.

Act. 5.

Matth. 23.

2. Spes.  
 Rom. 5. & 15.

3. Charitas.  
 Cant. 8.

Cant. 7.

aduersissima gaudenter perfert. Hæc videlicet est cifra Regis nostri, quam non intelligunt, nisi qui amici eius sunt, tristitia cum gaudio tolerare. Quam cifram aperuit, quum diceret: *Dico vobis amici mei*. Arcanum meum vobis reuelo, & rationem secreteram, qua scribere, meamque voluntatem patefacere soleo: *Nolite timere eos qui corpus occidunt*. Non est cum timore, sed cum gaudio excipienda mors pro nomine meo illata.

Luca 12.

3. *Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem neque me.*

Ignorantia rerum diuinarum causa peccatorum.

Dom. Quinquages. text. 5.  
Dom. 2. post Pascha, text. 5.  
Epist. 119.  
Similia.

Locus moralis contra ignorantiam Dei, rerumque diuinarum, plurimorum peccatorum causam. Ideo enim improbi persequuntur bonos, & hæretici Catholicos, ideo improbi & hæretici homines fiunt, quia Deum ignorant, quia veritatem rerum diuinarum non tenent. Cacitatem cordis peccatorum fontem esse, Christi que notitiam & cognitionem vnicuique credenti esse necessariam, iam alijs in locis ostensum est, quæ huc omnia referri possunt. Nonnulla tamen addemus, prout Deus dabit. *Scientia Dei, est machina per quam structura charitatis assurgat*, ait Augustinus. Colere & amare quem ignoras, non potes. Zelus sine scientia, est vehemens cursus in deuium, in quo quanto curris velocius, tanto à via aberras longius, & peccas absurdius. Et si ferrum in fornace vehementer accenderis, tamen nisi appposito malleo formes & ducas illud, nullam nouam formam accipiet. Voluntatis zelum ducere debet rectum iudicium. Cæca enim voluntas est, & ab intellectu duci ac formari debet. Rusticus, ignorans Regem, transit per eum quasi per familiarem, forte & detrudit eum, si transitum impedit. Sic multi impingunt in Deum & offendunt, nescientes Deum & mandata ac voluntatem eius, & beneficia ab eo accepta, & præmia ab illo bonis repromissa, penalesque malis destinatas. Rusticus in pago eductus, habet quandam confusam Regis notitiam, quod valde diues ac potens sit. Sed si ei præterea dicatur, quod Rex habet potestatem castigandi malefactores, & euehendi ad honores omnes ei bene seruiantes, incipiet multo magis Regem & timere & amare, eique in omnibus obedire & placere. Eodem modo se res habet in exacta Dei & Domini nostri cognitione. Quam multi putant se cognoscere Christum, qui tamen actiones eius, & passionem, doctrinam

1.

2.

3.

4.

doctrinam & beneficia vel penitus ignorant, vel nisi confusè norunt! *Nesciunt neque intellexerunt; in tenebris ambulant.* Psa. 81.  
 Puderet vnumquemque nostrum, vel certè pudere oportebat, vocari studiosum, medicum, theologum, iurisperitum, textorem, factorem, aut qualemcunque opificem, nec ea scire quæ ad huiusmodi artem aut vocationem pertinent. Pudeat similiter Christianos nescire Christum. Imò tanto magis pudeat, quanto Christianus non ab arte, sed à fide nomen habet; & non ob lucrum, sed ob salutem hoc nomen gerit. Certè nos Christiani *Spiritum, qui ex Deo est, accepimus, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.* 1. Cor. 1. Ephes. 1. Et ad Ephesios Apostolus: *Det vobis Deus Spiritum sapientia in agnitionem Christi, ut sciatis quæ sit spes vocationis eius.* Incumbit ergo cuilibet Christiano, vocationis & professionis suæ spem, scopum, & finem cognoscere; mediæque ei à Deo ad hunc finem donata scire. Neque est quòd quisquam se excuset, quòd Deum aut diuina cognoscere nequeat. Non enim accurata Dei in se aut fidei in principijs suis cognitio hinc requiritur, sed beneficiorum Dei erga nos, mandatorum, promissionum, comminationum scientia, qualem Catechismus Catholicus, & ordinaria verbi Dei prædicatio tradit. Diogenes, dicenti cuidam quem ad sapientiæ studium hortabatur; Non sum idoneus philosophiæ; *Quid igitur viuas,* inquit, *si nulla tibi rectè viuendi cura est?* Non enim ad hoc viuit homo, vt viuat tantum, sed vt discat rectè viuere. Natura gignit dociles ad virtutem, non doctos. Queamadmò dum bonus luctator est, non qui omnes numeros nexulque perdidicit, quorum vsus sub aduersario rarus est, sed qui in vno se aut altero bene & diligenter exercuit, & eorum occasiones intentus spectat: sic bonus ille Christianus est, qui Deum & eius voluntatem, quantum ad salutem satis est, rectè perdidicit. Qui scit quantum victoriæ satis est, is multa scire censendus est. Hoc tamen in vtroque discrimen est, quòd in illo genere, omnibusque humanis artibus & scientijs, ad curiositatem magis facit, quàm ad vtilitatem; in causa fidei & salutis, in Dei rerumque diuinarum cognitione, nihil cognoscitur quod non sit vtile & salutare. Est omnino Dei, eiusque beneficiorum, omnibus, qui salui esse volunt, cognitio necessaria. Quàm diu Ioseph vixit, & recens esset memoria beneficiorum eius in Ægypto, quæ tanta erant, vt eum sua lingua Salvatorem mundi Ægyptij vocarent, bene erat filijs Israël, totique cognitioni Ioseph in

*Apotheca-*

*gma.*

*Laert. lib. 7.*

*cap. 1.*

*Simile.*

*Seneca lib. 7.*

*cap. 1. de be-*

*neficijs.*

*Exemplum.*

Exod. 1.

*Ægypto: At ubi surrexit Rex nouus in Ægypto, qui nesciebat Ioseph, mirabiliter affligi ab Ægyptijs filij Israël cœperunt.*

Exemplum.

Tanti interest, Dei beneficia scire & nescire. Quum Moyses à Pharaone peteret dimitti populum, vt Domino Deo suo sacrificaret, non obediuit Pharao, quia nesciebat Dominum

Exodi 5.

1. Cor. 2.

aut potentiam eius. *Quis est (inquit) Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam vos? Nescio Dominum.* Apostolus de Iudæis dicit: *Si cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent.* Sic peccatores, si cognoscerent quòd lethaliter peccando, Dominum gloriæ iterum crucifigunt ( vt Aposto-

Hebr. 6.

lus affirmat) profectò nunquam id facerent. Si cognosceret peccator quòd in omni vitioso amore idololatriam committit, amorem alicuius creaturæ Creatori præponens, non ita sæpe & impudenter peccaret. Excitare seipsum vnusquisque debet, vt præter Dei beneficia, omnibus communia, quæ in se priuatim Deus contulit innumera naturæ & gratiæ donâ, identidem recolat, recolendo cognoscat, cognoscendo se minimè ingratum ostendat. Sic Dauid: *Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius.* Propter hoc Catechismus Catholicus, Scripturæ sacræ, explicatio verbi Dei, anniuersariæ solennitates in Ecclesia,

Psal. 103.

*ne volumine temporum (ait Augustinus) ingrata subrepat obliuio.* Ex ignorantia Dei, rerumque diuinarum, omnia pro-

De ciuit. Dei,  
lib. 10. cap. 4.

manant peccata, maximè bonorum persecutio; de qua hoc loco Christus: *Mundus enim, quod suum est, amat; & quæ sua sunt, optimè cognoscit.* De Spiritu sancto, id est, de donis eius dixit Christus: *Mundus eum non potest accipere, quia non videt eum, neque scit eum.* Quæ terra sua sponte producit, nemine colente exuberanter profert. Quæ non ex se producit, sed

Iam. 15.

Ioan. 14.

feminari in ea oportet, non sine maximo & vario labore producit, eaque satis parè. Est enim illis quasi nouerca, quæ nunquam mariti filios ita fouet ac suos quorum mater est. Mundus mundanos, quasi filios suos & germen naturale, omni honore prosequitur. Fios verò, qui ex diuino semine in eo nascuntur, & Spiritus sancti cultura ac gratia fouentur, odit, prosequitur, interficit. Nescit enim eos, pro exoticis & peregrinis habet.

Simile.



**S**I quis diligit me, sermonem meum seruabit, Ioan. 14.  
& Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.  
Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonē quem audistis, non est meus, sed eius qui me misit, Patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis, priusquam fiat; ut, cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

PERICOPÆ moralis huius Euangelij.

1. Qui diligit me, sermonem meum seruabit. De Deo diligendo, eiusque dilectionis virtute & efficacia.
2. Et Pater meus diligit eum. De amicitia Dei, quæ ex mandatorum Dei obseruatione comparatur.
3. Et ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. De dilectionis diuinæ firmitate & stabilitate.
4. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. De bono pacis quam Christus nobis reliquit, meruit, dedit.
5. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. De falsa mundi pace.
6. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. De animi fortitudine, fiducia, patientia in rebus aduersis seruanda.
7. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. De assidua diaboli circa mortem cuiusque vexatione.

1. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.

**L**Ocus moralis de efficacia & virtute dilectionis Dei. Dilectionis vim tantam esse Christus dicit, ut ad bene operandum, ad mandata Dei seruanda sit efficax. Christus enim sermonis seu verbi sui vocabulo, omnia præcepta, &

omnem de moribus doctrinam intelligit, iuxta frequentem Scripturæ phrasim, quæ omnia Dei præcepta numero singulari sæpè effert; vel propter excellentiam, quasi vix verbi aut mandati nomen mereatur: nisi quod à Deo, vel in ordine ad Deum, & potestate à Deo ordinata præcipitur: vel propter facilitatem, quia diligenti Deum, Dei mandata quasi vnus sermo, & vnum verbum esse videtur. Vnde postea de malis dicit Christus; *Qui non diligit me, non seruat sermones meos*; in plurali loquens, quia non diligenti Deum, Dei mandata & nimis multa & grauiã videntur, sicuti pigro & proteruo puero, quæuis data lectio proluxa est: vel etiam propter vnã charitatem, *in quo vno sermone* (ait Apostolus) *tota lex recapitulatur*. Sic de Dei mandatis loquuntur amici Dei: *Quomodo dilexi legem tuam Domine? Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo*. Et iterum: *Latum mandatum tuum nimis*. Et rursum: *Ignitum eloquium tuum nimis, & seruus tuus dilexit illud*. Sic de Moyse & Aaron dicitur: *Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis*. Secundum rerum Hebraicarum scriptores, sexcenta & tredecim erant in lege Dei præcepta. Et tamen hæc omnia vnũ vocantur, sicut & Christus hoc loco omnia sua præcepta vnũ sermonem vocat, quia diligentibus, & de diligentibus loquitur. Est hic igitur locus de amore erga Deum, eiusque admirabili vi & efficacia differendi. Deum supra omnia amandum esse, in alia Dominica iam explicatum est, & in Promptuario Catholico hic locus moraliter tractatus est. Hic tamen in argumento tam necessario & salubri plura dicentur. In veteri lege præcepit Deus, vt omne primogenitum, tam de homine quàm de pecoribus, illi offerretur, vel pretio redimeretur: omnium quoque frugum & fructuum terræ primitias sibi offerri voluit. *Qua* in re, cor nostrum ei deberi, docere voluit. Est enim cor primum quod in homine generatur, vt Medici tradunt, & vltimum quod in homine moritur, vt experientia docet. Primitias ergo nostras & primogenituram Deo dare, est cor nostrum, totumque cordis affectum Deo tribuere. In cuius etiam rei typum, in veteri lege primogeniti Sacerdotes erant, & diuino cultui mancipati. Hinc in Scriptura dicitur: *Præbe fili mi cor tuum mihi*. Non caput, non manum, non pedem, non cætera membra, sed omnium membrorum principium, radicem, & vitæ humanæ fontem, qui cor est, dari sibi Deus postulat. Aues venaticæ, quæ ex præda victitant, vultur,

accipiter,

*Rom. 12.**1. Cor. 11.8.**Psal. 98.**Petr. Galat. libr.**11. cap. 4. de ar-**can. cath. fidei.**Domin. 1. Qua-**drag. text. 10.**Exod. 22. & 25.**Allegoria.**Allegoria.**Galen. libr. 6. de**usu partium.**Albertus de ani-**malibus, libr. 9.**tracta. 2. cap. 4.**Typus.**Proverb. 23.**Simila.*

accipiter, aquila, capta præda, ante omnia cor petunt, euiscerant, deuorant. Quod in illis naturæ instinctus facit, propter cibi auaritatem; hoc in Deo immensa sua bonitas facit, propter nostræ salutis desiderium: qui dicere in Scripturis non dubitauit: *Delicia mee, esse cum filijs hominum.* Hac de causa Zelator in Scripturis Deus dicitur. *Non habebis Deos alienos coram me,* id est, nihil ut principale tuum bonum amabis præter me. *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes.* Qui zelotypia laborat, suspicione plenus est, omnia ipsa suæ vestigia, dicta, facta obseruat, ad omnem in domo strepitum, ad omnem ingressum & egressum vigilat, fingit se interdum exire, moxque domum repente redit, ut videat quid uxor agat: quam si cum alio amatore deprehendit confestim expoliat, omnia illi data pretiosa munitia auert, & vel domo expellit, vel interficit iratus. Sic Deus animam, sibi fide & charitate desponsatam, zelo prosequitur ardentissimo; non quidem cum humanæ perturbationis vicio, sed prorsus incommutabilis atque tranquillus, effectum zeli ostendens, omnia dicta & facta nostra obsequens, quod agnouit Dauid, dicens: *Prouidebam Dominum semper in conspectu meo: à dextris est mihi ne commouear.* Interdum quoque fingens se longius ire, & quasi dormiens in nauicula cordis nostri, quum tamen (ut alibi explicatum est) cor eius vigilet in nobis semper: cum aliis verò creaturis fornicantes seuerissime puniens, iuxta illud: *Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* Et apud alium Prophetam: *Filiorum illius non merebor, quia filij fornicationum sunt.* Et Moyses adhortans populum ut in Dei dilectione maneat, hanc rationem subdit: *Deus enim vester, ignis colax, & Deus zelans.* De hoc Dei zelo Dionysius Areopagita: *Audebimus id vere dicere quod Author ipse omnium, propter excellentem quandam rerum omnium amoris & amatoria bonitatis magnitudinem, quasi extra se sit, dum ad omnia quæ sunt, multiplici providentia ratione pertingit: illi quæ se immiscet, & à supremo illo statu, quo supra omnia eminet, ad quandam quasi cum rebus societatem se illis communicando descendit, seque demittit.* Hinc fit ut zelotem illum theologi nostri appellent, quia vehemens est ad ea quæ sunt amanda, & zelo quodam amatorio erga res afficitur. Hæc ille. De quo paulo clarius sic S. Augustinus: *Zeli diuini nomine, eius significatur providentia, qua nullam à se animam impudè fornicari sinit. Sicut enim ea quæ dicitur ira Dei, non perturbatio mentis est, sed potentia vindicandi; sic zelus Dei non cruciatus quidam*

Prouerb. 8.

Exodi 20.

Simile.

Psal. 13.

Psal. 72.

Ose. 2.

Deuter. 4.

De diuinis nomin. cap. 4.

par. 1.

Contr. à Adinam.

cap. 11.

*animi est, hominibus communis, sed tranquillissima sincerissimaque iustitia, qua nulla anima beata esse finitur, falsis opinionibus, prauisque cupiditatibus corrupta.* Hæc ille. Deus igitur cor hominis vult, amari vult. *Ignem*, (inquit Christus) *venire mittere in terram* (qui certè hodie in Apostolos è cælo cecidit) *& quid volo, (nisi vel potius, quàm volo, quantum desidero, nam illud τὶ Græcum vtrumque sonat, & posterius*

Luca 12.

Dei munera vt  
eum diligam?

Simile.

1.

Simile.

2.

Ecceſ. 15.

Pſal. 48.

Luca 20.

3.

Genes 3.

4.  
Amoris Dei  
incitamenta.

magis) *vt ardeat?* Ad hunc Dei amorem infinita nobis Deus dedit quæ nos incitarent; sicuti qui puellam nobilem diligit, innumera ei munera mittit, vt amorem eius in se proprouocet. Creauit nos, vt naturæ ductu eum amaremus, sicuti filius naturaliter amat patrem. Si quis nobis medicus aut chirurgus vnum os fractum restituat, maximè si gratuito id facit, in perperuum ei nos deuinctos profiteamur. Ecce Deus totum quod sumus, nobis dedit, quum nihil essemus. Deinde ad similitudinem suam nos creauit, vt amicitia ratione eum amaremus. Morum enim similitudo amorem conciliat. Quando omnia Deus creauit, antequam hominem conderet; omne genus naturæ singulis quibusque creaturis dispersit. Vitam vegetatiuam plantis, arboribus, mineralibus dedit. Vitam animale sensitiuam pecoribus, auiibus, piscibus largitus est. Spiritualem Angelis impartiuit. Homini ergo quid superest? quid daturus es Domine? Dabo (inquit Dominus) ei libertatem, vt, quicquid ei placuerit, faciat. *Deus enim ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Apposuit illi aquam & ignem: ad quodcunque voluerit, porrigit manum suam.* Si terrenis tantum se dare vult, & illis solis sustentari vt arbor, erit arbori similis, ad nihil utilis, nisi ad ignem. Si sensuum delectationem sequi vult, erit tanquam brutum, *comparatus iumentis insipientibus.* Si rerum spiritualium contemplationi vacat, eleuabitur ad dignitatem Angelicam, & erit *Angelis Dei æqualis.* Ideo ex parte libertatis fecit nos Deus ad imaginem suam, vt ea rectè vtentes, perueniamus ad similitudinem & fruitionem eius. Deinde non nostra tantum sed & omnia alia creatura clamat ad nos, vt amemus Deum: quia omnia propter nos facta sunt, & in vsum nostrum. Nostris enim primis parentibus dictum est: *Replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus que mouentur super vniuersam terram.* Post hæc omnia, clamat perpetua Dei gubernatio, conseruatio, prouidentia; clamant singula Dei in vnumquemque beneficiæ; clamat

clamat fortissimè Redemptio per Christum facta; clamat ipsa Dei immensa bonitas, & infinita Maiestas, amore infinito digna ( si enim homines quos nunquam vidimus, & à quibus nullum beneficium vel accepimus, vel expectamus, amamus tamen, & videre cupimus propter nominis celebritatem quam ex aliqua virtute adepti sunt; quàm infinitè magis Deum, in quo omnis virtus, sapientia, fortitudo, velut in abyſſo & fonte exuberantissimo, cuius minimæ guttulæ sunt, quicquid in homine cernimus, etiam propter se solum amandus à nobis esset? ) clamant innumeræ utilitates amantibus Deum propositæ, clamat inexplicabile beatitudinis præmium, eidem certissimè repositum, Deum nobis esse super omnia diligendum. Accedit ad hæc omnia præcepti obligatio, salutis necessitas, ipsa denique naturæ humanæ propensio & inclinatio. Præcipit Deus, & ideo præcipit, quia *Dominus Deus noster est, fortis & zelotes, vt cum toto corde, tota anima, tota virtute.* id est, integrè, dulciter & fortiter diligamus. Cogit salutis necessitas, quia *si vis ad vitam ingredi, serua mandata: qui autem diligit me, seruat sermonem meum.* Urget naturæ inclinatio, quia non sic rapido & violento cursu flumina terræ vniuersa in mare currunt, nec vllis repagulis, ne eò fluant, cohiberi possunt, quàm animus humanus beatitudinem desiderat; cuius appetitus, quum finis rationem habeat, & naturalis est, & necessarius, & fortissimus. Quale tamen hoc monstrum est, vt inter tot & tanta quæ ad Dei amorem nos prouocant, instigant, impellunt, quæuis tamen nœnia, quælibet voluptatula hunc cursum impediatur, & nos à Deo auertat? Maximè quum præter hæc omnia ignis de cælo hodierna die in corda nostra delapsus est, & *misit Deus in corda nostra Spiritum Filij sui, in quo clamamus Abba Pater,* id est, in quo & per quem facti filij Dei, affectum filialem induimus, clamantes Abba Pater; Pater mi, Pater mi, quid me vis facere? Dicit Apostolus, nos *signatos esse Spiritus promissionis sancto,* id est, accepisse, vt signaculum quoddam cordis nostri, Spiritum sanctum repromissum. Et sponſus in Canticis sponſæ dicit: *Pone me vt signaculum super cor tuum.* id est, sicut ego cordis tui sigillum. Quod alicuius sigillo signatur, ostenditur res esse illius propria, cuius est sigillum. Si ergo præter & ultra omnia illa amoris nostri erga Deum incitamenta, iam etiam Dei Spiritus effusus in nos abundè, videlicet *per charitatem diffusam in cordibus nostris,* sigillauit corda nostra; profectò illi soli appropriati iam sumus, illum

Simile.

Eccles. 30.

Matth. 19.

10. an. 14.

Galat. 4.

Ephes. 1.

Cant. 8.

Simile.

Tit. 2.

Rom. 4.

solum amare debemus, illi soli cor nostrum dare oportet. Hoc hodierna nos solemnitas docet. Ideo quod Christus de dilectionis vi & efficacia Apostolos in vltima ante passionem concione docuit, hoc hodie legendum proponit Ecclesia.

*Spiritus S. cur datus.* Ad Dei amorem illa quae enumerauimus omnia, multaque alia quae non attingimus (nec attingere possumus, quia nescimus) vehemente quidem incitant. Sed vt nulla nobis relinqueretur excusatio, diuini Spiritus ardor corda fidelium praeterea ad hunc Dei amorem hodie datus accendit.

*Simile.*

Opera & vasa fictilia, quamuis singulari artificio elaborata, fabrefactaque sunt, adhuc ad suae perfectionis complementum in fornacem vt mittantur opus est, vt ibi decocta splendorem firmitatemque accipiant. Ex aliis antedictis documentis ad Dei amorem animis nostris concipiendum satis edocti & formati fuimus. Sed nunc accepto Spiritu sancto nouum splendorem, robur nouum accepimus, vt simus vasa in honorem, cultui diuino consecrata, & obsequio mancipata. Figurae quae sunt in fenestra vitreae depictae, & colores earum, si sol non irradiat, liturae potius & maculae videntur, quam effigies aliqua bene formata. Sic omnia diuini amoris documenta, a quocumque argumento sumpta, nullam diuini amoris effigiem viuam animo representant, sed obscura videntur, & turda narratio, nisi diuini Spiritus splendor & lux gratiae animum irradiet, nouaque luce per undat, atque calore accendat, & documenta illa, & figuras pulcherrimas clare videat & intelligat: eiusque intellectus, ad Deum amandum incitetur. Atque haec de Deo diligendo.

*Simile.*

*Dilectionis efficacia.*

Nunc huius dilectionis efficaciam vide. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Si vnusquisque nostrum interrogetur an diligit Deum, confidenter respondebit se diligere. Sed *probatio dilectionis est exhibitio operis.* Hinc diu<sup>s</sup> Ioannes: *Hac est Charitas Dei, vt mandata eius custodiamus: & mandata eius graua non sunt.* nempe habenti charitatem, sine qua omnia sunt difficillima. Apostoli, ante acceptum Spiritum S. ad omnia trepidabant. Vna ancillula Petrum, qui fortissimus videbatur, ita perterritus, vt Christum abnegaret & abiuraret. Ad tormenta bellica, prius quam ignis applicetur etiam pueri intrepidè accedunt, & plaustra hinc inde rotant & vertunt vt volunt: at verò quando ignis apponitur, etiam viri fortissimi retrocedunt, alij fugiunt, nullus accedere audet. Hominem sine charitatis igne, vtcumque aliarum virtutum praesidiis ornatum, minima quaeque tentatio deiicit, & loco

*Ioan. 1.*

*Simile.*

mouet;

mouet: diligentem Deum nihil perturbat. Moysè holocau- *Typus.*  
 stum primum in deserto super altare tabernaculi offerente,  
 ignis è caelo descendit, qui holocaustum consumpsit. Hunc  
 ignem in posterum Hebræi semper conseruauerunt & fouerunt,  
 vsque ad Babylonicæ captiuitatis tempus; qui ad tempus ex- *2. Machab. 1.*  
 tinctus, miraculo renixit, vt in libris Machabæorum narra-  
 tur. Sine hoc igne nullum Deo sacrificium fiebat. Hic ignis  
 tam diu in veteri populo asseruatus est, quàm diu lex ipsa vi-  
 guit. Eodem nunc modo ignis diuinæ charitatis hodie caelo  
 dilapsus, corda primorum credentium accedit & inflamma-  
 uit, & illorum perpetuo ministerio omnibus credentibus in  
 lauacro regenerationis impartitur, ac per manus impositio-  
 nem vberius confertur, qui omnia nostra opera bona, omnia  
 sacrificia spiritualia sursum alcédere, facilia & iucunda esse,  
 Deoque acceptissima facit. Hinc illa vox in Psalmis: *Locu-  
 tum est os meum in tribulatione mea: Holocausta medullata of-  
 feram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis.* *Psal. 51.*  
 hoc est. In omni difficultate virtutis, & tentatione graui, offe-  
 ram tibi cor amore plenum & affectuosum, ideoque quod-  
 uis bonum opus exequar. Ossa arida & absque medullis, aut *Similia.*  
 vitiosa nux, vile & ridiculum munus facerét. Opera sine cha-  
 ritate, vitiosæ nuges & ossa arida sunt, in quibus magna est  
 difficultas, & nulla utilitas. Finge strenuum adolescentem ac  
 nobilè, illustris puellæ amore captum: nihil est quod iubenti  
 puellæ recusabit. Simulatares cum aliquo hostiles exercet.  
 Roget puella vt aduersario ignoscat, & cum eo in gratiam  
 redeat, si eius amore potiri velit: confestim obtemperabit.  
 Nec iubenti tantùm parebit, sed præterea quicquid illi gra-  
 tum fore intelliget, hoc iniussus exequetur. Certamina ludi-  
 cra instituet: veltè, quam illa volet, induet: cantilenis no-  
 cturnis aures demulcebit: nulli non vel labori vel sumptui  
 parcat. Et vbi amor Dei est, nõne eisdem effectus producet?  
 Sanè multo maiores. De hoc enim amore dictum est: *Valida  
 vt mors dilectio,* quæ verba alibi explicuimus. Certè amor Dei  
 tam efficax est, vt effectus potiùs quàm affectus dici debeat. *quàm affectus.*  
 Plus enim facit quàm afficit. Ratio est, quia omnis alius a-  
 mor non nisi humanus affectus est, & ex naturæ virtus pro-  
 fectus: at Dei amor, in pectore Christiano ab ipso Deo infi-  
 tus est, diuini Spiritus donum est, ignis celestis est, vnde mul-  
 to efficacius operatur. Hinc S. David: *Cor meum & caro mea* *Psal. 83.*  
*exultauerunt in Deum viuum.* id est, cum gaudio & iucundi-  
 tate animi, in Dei obsequium omnes suas cogitationes &  
 actiones

Typus.

actiones conuerterūt. Arca fœderis, quam Leuitæ super humeros portabant, ingentis erat ponderis, tum propter ligna Setim, & cælaturam auri solidi extrinsecus & intrinsecus;

Num. 4.

tum etiam propter alia illi adiuncta, ad eius vel ornamentum vel munimentum, vt in libro Numerorum apparet. Sed non absque miraculo cum facilitate ingenti, quoties castra mouerentur, illud Leuitæ portabāt. Typus erat eius quod Chri-

Math. 11.

Simile.

stus dixit: *Iugum meum suauis est, & onus leue.* Vt autem fiat leue, sola facit dilectio. Stellæ cæli, quæ semper fulgidæ sunt, primo diluculo sanguineæ interdum apparent, propter vapores interiectos. Omnia iustitiæ opera, ieiunium, eleemosyna, ignoscere inimicis, stellæ sunt perfulgidæ; sed animo vel terrena vel seipsum nimis amanti videtur sanguinea, aspera, ingrata, difficilia. Sicut equorū biga maximum onus etiā currēdo ferunt, propter rotas quibus onus imponitur; sic ardua virtutis opera propter charitatis rotā facilia fiunt. Quum à

Exemplū.

Moyse in terram Chanaan exploratores mitterentur, Iosue quidem & Caleph facilem suis fratribus Chananæorum victoriam promiserunt. Erant enim Dei amantes & obsequentes filij. Dicebant ergo: *Ascendamus, & possideamus terram,*

Num. 13.

*quoniam poterimus obtinere eam. Alij verò qui fuerant cum eis, dixerunt: Nequaquam ad hunc populum possumus ascendere, quia fortior nobis est.* Hoc est discrimen inter diligentes Deum, & non diligentes. Quare Deus postea diuersam de

Num. 14.

utroq; sententiā tulit. *Nullus eorum qui detraxit mihi, intuebitur terram. Seruum meum Caleb qui plenus alio spiritu secutus est me (spiritu amoris & obedientiæ) inducam in terram hanc quam circuiuit, & semen eius possidebit eam.* Diligentes Christum, seruabūt sermonem eius, & eos introducet in regnum cæleste. De hac dilectionis efficacia dixit Esaias: *Qui sperant in Domino, (sine amore sperat ab alio bonum nemo) mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquila, current, & non laborabūt; ambulabunt, & non deficient.* Quem locū alibi tractauimus. Si fortè ianua dum aperitur, & clauditur, strepitum facit & stridorem, cardines eius oleo inunge, & cessabit stridor. Si executio mandatorum Dei difficilis tibi videtur, nec

Esaias 40.

Simile.

sine stridore & murmure id aggredi potes, oleo charitatis intellectū tuum ac voluntatem, qui operationū tuarū cardines sunt, inunge; & cessabit difficultas. Appositè D. Basiliius: *Qui amore carnali ardet, parietes & domos audacter ascendit, & contra ipsos districtos gladios fertur insanus, ac nisi solito cultu incedens perfrui amore possit, omisso illo sordidum assumit; deni-*

In lib. de vera  
Virginitate.

Simile.

*que*



que ut voluptate potiatur, humi serpere non recusaret. Sic qui Deum veraciter diligit, parietes carnalis propinquitatis, & parentum, aut quas habet domos, transilire, & si ferat occasio, ad martyrii gladios currere; ac nisi consueto habitu viuens amore aeterno frui possit, ignobiliorem assumere, plurimamq; mundi improperia tolerare optabit, ut Deo fruatur. Hæc ille. Sicut orbis cælestes & sidera duplicem habet motum; vnum raptū & diurnum, eumq; velocissimum ex vi primi mobilis; alterum proprium, eumque tardissimū: sic animi motus in homine duplices sunt; vnus est naturæ proprius, qui non nisi tardissimè in bonum fertur; alter ex vi supernæ gratiæ, qui rapidissimè ad virtutem trahit. Qui enim dixit, *Trabe nos post te*; statim subiicit: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Nā vt aqua igni admota, non solum calorem, sed & motum atque agilitatem igni naturalē participat; sic anima diuini spiritus igne attacta, & charitate inflammata, non solum incalescit amore virtutis, sed & actiuosa est ad opus virtutis capessendū. Quare quod Dauid dixit; *Lex Domini immaculata*, conuertens animas; hoc de charitate Dei exponit D. Bernard. *Charitas* (inquit) *conuertit animas, quia facit voluntarias; & est immaculata, quia nihil sibi de suo retinere consuevit*: sed vt ait Apostolus, *omnia suffert, omnia sustinet*. Sic bonum fructum affert in patientia.

Simile.

Cant. 1.

Simile.

Psal. 59.

Epist. 12.

1. Cor. 13.

## 2. Et Pater meus diligit eum.

Locus moralis de amicitia Dei, quæ ex mandatorum obseruatione cōparatur. Dicit enim Christus fore, vt qui eū diligit, eiusque sermonem seruat, à Deo Patre diligatur. Imensum hoc est, & maximum beneficium. Quis enim rem tantam vel sperare ausus esset: nedum petere? Dauid tantum orat; *Nō auertas faciem tuā à me, nec declines in ira à seruo tuo*; nō ausus maiora petere. Multum enim est, Deum habere misericordem. Latro in cruce nihil aliud petijt, nisi vt Dominus eius memor esset. *Domine* (inquit) *memēto mei*. Multum enim est, esse in memoria Dei. Sed maius est diligi à Deo. Pro magna laude & felicitate Abraham commemorat Iacobus, quod *Amicus Dei appellatus est*, vt apud Esaiam Prophetam legitur. Moyses quoque, quo nemo magis pro Dei obsequio laborauit, hanc singularem prærogatiuam habuisse legitur, quod *locutus est ei Deus facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum*. quibus verbis nihil aliud significatur, quā quod

Amicitia Dei.

Psal. 26.

Lucæ 23.

Iacobi 2.

Esaiæ 41. 8.

Exodi 33.

Moyfi

- Rom. 5.* Moyſi cum Deo ſingularis quæ interceſſerat familiaritas & amicitia At nunc poſtquam *abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitia accipientes, in vita regnabimus per unum Jeſum Chriſtum;* factum eſt, ut omnes in Chriſto renati, quotquot eum diligimus, cuiuſq; ſermones ſeruamus, ſimus amici Dei, dilecti à Deo Patre. Sic Paulus fideles vocat. *Omnibus qui ſunt Roma dilectis Dei.* Ei hoc ſenſu Corinthijs ſcribit: *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Filij eius Jeſu Chriſti Domini noſtri;* id eſt, in amoris & dilectionis illius ſocietatem & communionem qua Filium ſuum dilexit; qua *gratificauit nos in dilecto Filio ſuo*, id eſt, gratos nos, & amicos ſibi fecit Deus Pater, propter dilectum Filium ſuum, eo quòd nos diligimus Filium ſuum, & ſermonem illius ſeruamus. Hic eſt ille eximius amor, hæc noua per Chriſtum cum Deo amicitia, nouæ gratiæ neceſſitudo intima, quam in hoc Euangelio Chriſtus omnibus veris Chriſtianis promiſit, dicens: *Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & manſionē apud eum faciemus.* Hæc omnia firmæ amicitia, ætæque neceſſitudinis teſtera ſunt, & notæ certiffimæ. Quid autē Dei amicitia beatius? De humana amicitia cum magno applauſu dictum eſt: *Qui amicitia ex hominibus tollit, ſolem è mundo tollere videtur.* Atqui ut innumera ſunt & commoda, & ſolatia, & adiuueta, & ornameta, quæ ex huius ſolis præſentia, ſplēdore, calore, nō homines tantum, ſed & omnes alię creaturæ, tam animatæ quàm inanimatæ, capiunt: ita innumera ſunt animæ humanæ bona, ſolatia, emolumenta, quæ ex hac Dei amicitia accipit. Apoſtolus dicit: *Qui adhaeret Domino, vnus cum eo ſpiritus eſt.* Quæ ætior coniunctio, quæ coniunctior neceſſitudo cogitari poteſt? Amicorū hæc maxima coniunctio eſt, ut ſit inter eos anima vna, & cor vnū. Atqui ita ſe Deus amantibus eum communicat, ut vnus cum illis ſpiritus fiat, vnus cor, vna voluntas. Hoc eſt quod Chriſtus Patrem in terris orauit, & *exauditus eſt pro ſua reuerentia. Non pro eis (Apoſtoliſ præſentibus) rogo tantum, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me* (hoc eſt, pro omnibus Catholicis, qui per verbum Eccleſiæ, & ſucceſſorum Apoſtolorum credunt in Chriſtum) *ut omnes vnus ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis vnus ſint.* Vnum certe, non natura, ſed voluntate; non ſubſtantiaæ æqualitate, ſed amicitia ſimilitudine; non ex æterna generatione, ſed ex temporali dilectione; denique non cum Deo, ſed in Deo. Hæc eſt

est amicitia iustorum cum Deo. *At si Deus pro nobis, quis contra nos?* Quòd si in humanis, amico *fideli nulla comparatio*, Rom. 4.  
amicitiæ Dei quæ potest esse æstimatio? Vide Christi, quum Eccli. 6.  
in terris esset, humanam quandam amicitiam, & ex ea con-  
ijce diuinam. Dicit D. Ioannes: *Diligebat Iesus Martham, & Exemplum.*  
& sororem eius Mariam, & Lazarum. Quare Lazaro decum- Ioan. 11.  
bente, mittunt ad Christum sorores eius, & dicunt: *Ecce, quem  
amas, infirmatur.* Postea quoque Christo moram faciente, &  
Lazaro iam defuncto, dicit Apostolis suis Christus: *Lazarus  
amicus noster dormit.* Deniq; ad monumentum defuncti Lazari  
accedens, *lachrymatur Iesus.* Quo viso, dicunt qui astabāt  
Iudæi: *Ecce, quomodo amabat eum.* Hæc omnia certa erāt ami-  
citiæ cuiusdam inter Christum & Lazarum signa. At Chri-  
stus hunc amicum vide quomodo amauerit. Crescente La-  
zari miseria, creuit Christi amicitia. Audita eius infirmita-  
te, dicit eis qui nuntium attulerant: *Infirmus hæc non est ad  
mortem, sed pro gloria Dei.* Laborant multum iusti, laborat  
Ecclesia: sed Deus, qui amat eam, pro sua prouidentia infir-  
mari eam patitur, non ad mortem aut interitum, sed ad Dei  
maiores gloriam. Intellecta ex sua sapientia Lazari morte,  
statim in Iudæam proficiscitur, contradicentibus Apostolis, &  
dicentibus: *Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare; & iterum  
vadis illuc?* & de mortuo dicit: *Amicus noster dormit.* Amicum  
vocat, non quia amat, sed quia amatur. Multos peccatores,  
sed per Christi gratiam conuertendos, amicos Deus vocat,  
non quia Deum amant, quum sint in peccatis suis mortui;  
nec quatenus in peccato iam sunt, quod odit Deus; sed qua-  
tenus eorum futura conuersio non minùs Deo præsens est,  
quã status peccati ex nostra cognitione præsens; & quia à  
Deo ex futura cōuersione amantur. Sic dixit Christus: *Alias Ioan. 10.*  
oues habeo qua non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adduce-  
re. Oves suas vocat, non qui sic erant, sed qui sic futuri erant.  
Postea ad tumulum venit Christus, fœret quatruiduanus La-  
zarus. Nunc quidem erat tempus, vt Christi amicitia cessaret  
si humano more mutabilis esset. Sed lapidem tolli iubet, &  
Lazarum foras prodire facit. Talis est erga nos Dei amici-  
tia. Nec infirmos, nec mortuos, nec quatruiduanos deserit, sed  
in quouis peccati statu ad gratiam & pœnitentiam peccato-  
res vocat. Quòd si erga peccatores tam propitijs Deus est,  
non quia sunt sed quia erunt per conuersionem amici Dei;  
quanto magis erga iustos liberalis & munificus erit, qui iam  
per

Amicitia Dei per dilectionem Christi, & obseruationem mandatorum eius amici eius facti sunt! *Diliget eos*, id est, multa noua dilectionis signa & argumenta ostendet. Qualia hæc sunt: Eorum orationes exaudire. *Quicquid petieritis in nomine meo fiet uobis*. In omni tribulatione eos consolari. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*. In omni tētatione eos liberare. *Non patietur uos tentari supra id quod potestis, sed dabit cum tētatione prouentum*. In omni necessitate eis subuenire. *Nunquam uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem*. Ex omni occasione eorum fructum quærere. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Omni consolatione & gaudio eorū corda replere. *Deum spei repleat uos omni gaudio, & pace in credendo; ut abundetis in spe & uirtute Spiritus sancti*. Multa sapientia eorum mentes illuminare. *Secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in uobis in omni sapientia & prudentia*. Magna uirtute & potentia super malignos spiritus illustrare. *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet*. Vnde paganus insultans Tertullianus ait: *Subiecta est Christianis diuinitas uestra, & à quolibet iussus Christiano dæmon se dæmonem profitebitur*. Propter hæc & alia dilectionis, amicitia, & familiaritatis cuiusque intimæ iustorum in hac uita cum Deo argumenta, sic in statu gratiæ Deus, Sanctorum Deus uocatur, sicut in Lege ueteri, Deus Abraham, Isaac, & Iacob, qui amici Dei erant, uocabatur. Sub Leone I. Imperatore, Iudæus quidam archisynagogus, cum duobus filijs, tanquam seditiosus captus, & equuleo impositus, clamat: *O Deus sancti Sergij, adiuua me*. Quia autem hæc uoces fictè uidebantur & hypocriticè prolata, ad ignem tanquam blasphemus damnatur. In ignem coniectum, duo quasi albi equites eum illæsum custodierunt, donec à populo extraheretur. Is statim baptizatus, Sergij nomen accepit, & Ecclesiam suis sumptibus ædificauit in honorem SS. Martyrum Sergij & Bacchi. Mercator quidam Ægyptius, necdum Christianus, in periculo naufragij exclamauit: *Deus Martini, eripe nos*; ut in uita sancti Martini narrat Seuerus Sulpitius. Tres ciues falsò seditionis accusati, & in extremum discrimen capitis adducti, liberati fuerunt, clamantes: *Deus Nicolai libera innocentes, sperantes in te*: & quidem ita, ut iudex, repentino terrore percussus, temerarij sui iudicij ueniam peteret. Cuidam puero pastori ouium quærenti, quum canes non haberet, si lupo ei ouem auferret, quid faceret, ioco responsum est, ut nomine magistri

gistri sui Patris Norberti (erat vir ille ordinis Præmonstratensium Pater ac fundator, maxima sanctitate conspicuus) præciperet, ne auderet eam deuorare, vel lædere. Id quum postea puer senex faceret, & post ouem, quam lupus rapuerat, in clamaret, vt nomine magistri sui eam deponeret, lupus ouem illæsam deposuit, illæque in caulam reportauit. In Prato spiritali varia exempla videre licet, quomodo feræ seuissimæ sanctis Eremitis non secus obediens & morigeræ fuerint, quàm primo parenti in statu innocentiæ, quum amicus Dei esset, extiterunt. Sic Deus amicos suos in hac vita diligit, & diligendo honorat. Diogenes sic ratiocinabatur: Omnia deorum sunt. Dijs autem amici sapientes sunt. Amicorum omnia communia. Omnia ergo sapientum sunt. Æschines pauper auditor Socratis, cæteris discipulis munera ei offerentibus Nil, inquit, dignum te, quod dare tibi possum, inuenio. Itaque do tibi, quod vnum habeo, me ipsum, & rogo vt boni consulas. Cui Socrates Qui ni tu magnum munus dederis, nisi fortè paruo tæstimes? habebō itaque curæ, vt te meliorem tibi reddam quàm accepi. Quanto magis, qui Deo se totos per dilectionem dant, ab eo meliores fiunt. & beatiores?

Laërt. lib. 6.

Sen. de benef. lib. 1. cap. 7.

### 3. Et ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

**L**ocus moralis de dilectionis diuinæ firmitate & stabilitate. Deus enim quos diligit, & cum quibus amicitiam semel contraxit, ita perfectè diligit, vt, quantum ex ipso est, dilectionis vinculum nunquam abrumpat. Idcirco Christus non contentus dixisse, *Pater meus diligit eum*; adiecit: *Et ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* id est, in eo habitaculum nostrum, & sedem fixam ponemus. Sic alibi: *Ego sto ad ostium, & pulso. Si quis aperuerit mihi, intrabo, & canabo cum illo*: id est, cum eo manebō, & pernoctabo, & quiescam. Sic alia Scriptura: *Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem, &c.* Dei Spiritus haud dubiè, siue ad nos veniat, siue non veniat, semper requiescit, nec vllō motu perturbatur. Sed requiescere in corde pio dicitur, quia & libenter illic est, & stabiliter ibi permanet. Sic Christus iterum discipulis suis: *Manete in me, & ego in vobis.* id est; Nisi me prius deseratis ego vos non deseram. Hoc sensu charitas Dei vocatur ab Apostolo *vinculum perfectionis*, id est, vinculum perfectissimum; quia *charitas nunquam excidit*: & ex parte Dei insolubile vinculum est; quia *sine pœnitentia sunt dona*.

Dilectionis diuinæ firmitas.

Apocal. 3.

Esaia 66.

Ioan. 15.

Coloss. 2.

1. Cor. 13.

Rom. 10.

Pars Hyemalis.

T

votatio

*Esaiæ 66.*

*vocatio Dei. Quoties Dei amicitia deperditur, vitio nostro fit, iuxta illud: Iniquitates vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis. Ille ergo verè Deum diligit, & Dei mandata verè seruat, in cuius pectore Deus inhabitat, nō in eo qui ad tempus amat, & in tempore tentationis ab amore recedit. Vnde beatus*

*Hom 30. super Euang.*

*Gregorius: In quorundam corda venit Deus, & mansionem non facit, qui per compunctionem quidem Dei respectum percipiunt, sed tentationis tempore hoc ipsum, quod compuncti fuerant, obliuiscuntur. Et paulo post: Ille verè Deum amat, cuius mentem dilectio praua ex consensu non superat. Nam tanto quisque à superno amore depellitur, quanto inferius delectatur. Quemad-*

*Simile.*

*modum enim vapor, quanto magis à terra extollitur per virtutem solis, tanto magis ab ipso sole clarificatur: sic iustorum animæ, quanto plus affectus suos à terra, subleuant, tanto magis à diuino splendore illustrantur. Promittit ergo hoc loco Christus, vt qui eum diligit, eiusque sermonem seruat, ad perfectam cum Deo coniunctionem, ad perfectam charitatem, veniente ad eum & permanente cœlesti gratia, perducatur. Charitas enim Dei in nobis suos habet gradus,*

*Aug. tract. 3. in epist. Ioan.*

*suaque incrementa. Nam in quibus nata est per Sacramentum regenerationis, nutritur per bona opera, vt nutrita roboretur, roborata perficiatur. Quemadmodum homo suas*

*Simile.*

*habet ætates, suaque incrementa, vt primum paruulus sit, ab alio prorsus dependens; deinde adolescens, seipsum vel ad bonum, vel ad malum inclinet; mox vir sui iuris factus, ac demum ad alios regendos aptus existat: sic in Dei amore se res habet. Primum Deus nos prior diligit & à peccato emancipat; deinde ad sui amorem nos excitat; mox excitati, bonorum operum fructus facimus, fratres diligimus. Dei mandata seruamus: ac deinum, veniente ad nos ac manente diuino Spiritu, etiam animampto Christo ponere, si res ferat, parati sumus. Hæc est perfecta charitas. Sic manet in nobis*

*Manere Deū in nobis, quid. Simile.*

*Dei Spiritus. Augetur quippe charitas, & manet Deus in nobis, ex ipso vsu & exercitio charitatis. Sicut enim calor à corporibus nostris procedens, vestes quibus induimur calefacit, & ipsæ vicissim vestes calefactæ calorem corporis naturalē tinentur & conseruant: sic omnino opera charitatis à*

*Simile.*

*Dei Spiritu nos diligente, & ad nos veniente, excitata, ipsam illam charitatem nobis infusam tinentur & augent, & vt in nobis Deus firmiter maneat, efficiunt. Nam vt in artibus humanis frequens & seruens exercitatio artis, peritum facit,*

&amp; vt

& vt dici solet, magister vsus rerum est; sic charitatis à Deo infusæ habitus actibus frequentibus & vehementibus augetur atque intenditur, non quidem effect. uè, vt in habitibus acquisitis; sed profectò meritoriè: iuxta illud Augustini: *Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur perfici, comitante non ducente, pedissequa non prauia voluntate.* Epiſt. 106.

#### 4. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.

**L**ocus moralis de varia pace quam Christus nobis reliquit, meruit, dedit; de pace cum Deo, cum conscientia, cum proximo. Quæ singula in alijs Dominicis iam iterum atque iterum tractauimus: maximè Dominica in Albis, super illa verba, *Pax vobis*. Vbi etiam, in quibus alijs Dominicis hæc singulæ materiæ tractatæ fuerint, leuor inueniet. Hic tamen loco proprio, quædam addemus Pax Christi quam sit quædam animi ordinata concordia, cum Deo, cum proximo, cum seipso; tantum bonum est, vt eam Christus sua pretiosa morte specialiter procurauerit, *faciens pacem* (ait Apostolus) & *utraque vnum*, tideo statim post resurrectionem eam Apostolis suis dedit, dicens, *Pax vobis*: vt in ipso exordio Incarnationis suæ Angeli gaudenter hanc hominibus pronunciauerint, cantantes, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Vbi illud, & significat, quia, Dicunt enim ideo Deum glorificandum, quia iam pacem bonæ voluntatis dabit hominibus, vt præclare Gregorius Nyssenus hunc locum exponit. Nempe tanta res hæc pax est, tantum homini bonum, tam singulare & excellens Dei donū, vt in eo præ cæteris Deus gloriatur. Nam quem admodum Rex plurium regnorum, melioris regni Rex dicitur, vt Hispaniæ Rex, tacito Neapolitano, Siciliæ Lusitanique regno; sic Deus tanti pacem æstimat, vt *Deus pacis* ab Apostolo passim appellatur. Et apud Esaiam dicit: *Ego Dominus faciens pacem*. Pacis iippe nomine, quæ omnia bona continentur: iuxta illa verba Iacob ad filium Ioseph: *Ito, & vide, an fratres & pecora sint in pace* id est, an omnia bene se habeant. Ad quod noranda est frequens illa apud Paulum conuersio: *Deus pacis, & pax Dei*. Aliquando enim dicit *Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum* (id est, cuius bonum quantum sit, comprehendi vix potest) custodiat verba vestra. Aliquando aliter: *Pacem habete, & Deus pacis erit vobiscum*. Hæc conuersio docet, quod vbi pax est, ibi Deus est: & vbi Deus est, ibi pax est. Romani iuxta capitolium

De pace Christi.

Dom. 3. Quædrag. text. 3. Text. 1.

Pax Christi.

Ephes. 2.

Luca 1.

In serm. de Nat. Dom.

Simile.

1. Cor. 14.

2. Cor. 11.

1. Theſſ. 5.

2. Theſſ. 3.

Esa. 45.

Philip. 4.

2. Cor. 13.

suam extruxerunt templum Pacis, omnium tota vrbe vastissimum, vt eius adhuc hodie ruinæ loquuntur: quia indicabant, beneficio pacis stare Rempubl. bonum pacis esse omnium laborum ac bellorum finem: in pace denique omnia bona contineri. In arca Noë erant vniuersa animalia sed quam natura essent fera, crudelia, indomita; quam diu in arca erant, mitia mansueta & pacifica fuere. Quam diu in Ecclesiæ arca, & in domo Dei manere volumus, pacem colere, & vnanimes in domo esse debemus. Dicit Propheta: *Inquire pacem, & persequere eam.* Ne expectes vt in domum tuam veniat. Multis precibus eam à Deo petere, magno studio eam adipisci, & adeptam retinere debes. Venator quum leporem persequitur, non satis habet quòd canis currat: currit & ipse, ac vociferatur fortiter, quousque tandem assequatur. Quanto pax lepore pretiosior, tanto nos & per bona opera currere, & per assiduas preces ad Deum vociferari debemus, non contenti prædicatorum hortatibus, qui, veluti canes bene vocales hanc pacem nobis denunciant, & docendo inveniunt atque delignant. *Iustitia, & pax osculate sunt,* ait Propheta. Dux sorores coniunctissimæ sunt. Vna sine altera non habetur. Sed prior est iustitia bonorum, quam soror senior; postea pax cum Deo, cum conscientia, cum proximo. Apostolus idcirco semper præmittit gratiam paci, non pacem gratiæ, *Gratia vobis & pax,* in omnibus ferè epistolis. Non autem vnquam dicit, *Pax vobis & gratia.* Prius enim cessare peccata, & incipere iustitia debet, quam hac pace in Christo frui valeamus. Tota doctrina Christi ad hanc pericopen reducitur, & in hoc epilogo terminatur. *Hæc, inquit, locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis.* Sic fleuit super Ierusalem conuerti nolentem, & dolet super omnes peccatores ab hac pace alienos, dicens: *O si cognouisses & tu, & quidem in hac die visitationis tuæ, quæ ad pacem tibi.* Tempus visitationis nostræ est vita præsens, in qua ad pacem inuitamur.

5. *Non quomodo mundus dat, ego do vobis.*

**L**ocus moralis de falsa mundi pace, quem in Dominica 3. Quadrages. text. 3. & in Domin. 3. post Pascha, text. 2. explicatum vide.

6. *Non turbetur cor vestrum, neque formidet.*

**L**ocus moralis de animi fortitudine, fiducia, patientia in quibusuis rebus aduersis trinitè retinenda. Quæ locum, vel

*Allegoria.*

*Psal. 33.*

*Simile.*

*Psal. 34.*

Iustitia pacem præcedit.

*Iuan. 16.*

*Luca 19.*

Animi fortitudo & fiducia.



vel potius quæ loca, in varijs iam Euangelijs tractauimus. In Dominica 4 post Pascha, ad illa verba *Tristitia impleuit cor vestrum*. quæ tota explicatio huc referri potest, vt ad locum magis proprium. In Domin. 2. post Aduentum, text 9 In Dominica 4 post Epiphaniam, text. 1 & 4. In Dominica 4 Quadragesimæ, text. 2. & adhuc alijs in locis: vt nihil hinc addere opus sit. Illud vnum addi potest, de huius fortitudinis & fiducia medio, quod Christus hoc eodem sermone expressit, dicens: *Creditis in Deum, & in me credite*, id est, in Deum fiduciam habete, & in me, vt non turbetur cor vestrum, quod illis verbis præmiserat. Sic apud Esaiã: *Iuxta est qui iustificat me: quis contradicet mihi? Stemus simul Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce Dominus Deus auxiliator meus est, quis condemnat me?* Sic Paulus: *Si Deus nobiscum, quis contra nos?* Sic Dauid: *Dominus protector meus; à quo trepidabo?* Sic Iob: *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Sic in hoc Euangelio subiunxit his verbis Christus: *Audistis quia ego dixi vobis, vado, & venio ad vos.* id est, non abero à vobis vquam. Et rursus paulo post: *In mundo pressuram habebitis; sed*

Dom. Pascha,  
text. 4.

Dom. in A'bia

text. 1.

Ioan. 14.

Esaiã 50.

Rom. 5.

Psal. 26.

Iob 17.

Ioan. 16.

Tract. 103.

in Ioan.

Similia.

Ad Paulam de  
obitu Blesilla.

In vita eius,  
apud Surium,  
rom 6.

Mortuorum  
animabus in-  
sidiatur dia-  
bolus.

7. *Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.*

**L**ocus moralis de assidua diaboli circa mortem cuius-  
que vexatione. Quia breui futurum erat vt Christus

morti traderetur, docet, diabolus suas tunc partes acturum, & quidem more solito, in postremo agone versantem omnia eius dicta & facta discursurum, vt aliquid inueniat, vnde accuset, transiuntque animæ ad Deum impediatur. Sed dicit hic Christus: *In me non habet quicquam*, videlicet, quod vel minimè reprehendat. Nihilominus tamen in ipso egressu

Ioan. 19.

anima à corpore clamauit Christus; *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*; vt nos doceat idem studiosè facere, propter acerrimos tunc diaboli insultus, & insidias molestissimas. De quo etiam Dauid in persona Christi dixit:

Psal. 21.

*Erue à frænea Deus, animam meam, & de manu canis unicam meam: salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam.* Nempe hæc omnium etiam sanctissimorum virorum præcipua cura fuit, vt post egressum animæ

Homil. 7. in lib.

Iudicium.

è corpore, eius ad Deum transitus à dæmone non impediretur. Qua de re sic Origenes: *Mihi si concederet Deus, vt proprio sanguine diluerer, morte pro Christo suscepta, securus ex isto seculo discederem: vt veniens ad animam meam de hac vita exeuntem princeps huius mundi non inueniret quicquam, & sanguinis mei profusione sapiretur, nec auderet in aliquo criminari animam meam cruore suo dilutam.* Hæc ille. Sanctus An-

In vita eius  
apud Surium,  
tom. 2 pag. 701.

selmus, vir doctissimus, de ea re sic scribit: *Animam cum de corpore exit, mox inimici eius, maligni spiritus, qui iam in corpore degentem per anfractus vitiorum sicut canes leporem persecuti sunt, crudeliter adsunt, parati eam quasi prædam rapere, & in mortem æternam præcipitare.* Sanctus Antonius (vt in eius vita indubitatus author scribit Athanasius) hanc visionem habuit. Eleuatis in cælum oculis, vidit quendam longum atque terribilem, caput vsque ad nubes attollentem. Vidit etiam pennatos quosdam volare cupientes ad cælum, atque illum extensis manibus prohibere transitum: è quibus alios apprehensos elidebat in terram, alios frustra retinere contēdens, dolebat supra se ad cælestia transuolare. Statimque ad eum vox facta est, dicens: *Animaduerte quod vides.* Tunc cœpit intelligere animarum esse contensum, & diabolum prohibentem, qui & sibi retineret obnoxios, & Sanctorum quos decipere non poterat, cruciaretur volatu. Sancta Ma-

Apud Surium,  
tom. 1. pag. 399.

crina, diui Basilij soror, virgo sanctissima, in hora mortis sue sic orabat: *Ne impediatur inuidus iter meum.* In vita sancti Martini, Turonensis Episcopi, sic legimus: *Instante morte, viso humani generis hoste; Quid (inquit) astas cruenta bestia? Nihil in me funeste reperies.* Ea in voce animam Deo reddidit.

In vita eius  
per Greg. Nyssæ.  
Seu Sulpitium in  
vita eius.

Diuus

D. Bernardus in grauissima ægritudine, & morti proximus, sic ad Abbatem Bonauallis scribit: *Orate Saluatorem ut te-  
pestium iam exitum non differat, sed custodiat. Curate muni-  
re votis calcaneum nudum meritis, ut is qui insidiatur, inuenire  
non possit unde figat dentem, & vulnus infligat.* Sanctus Eu-  
stratius nobilissimus martyr, quum ad supplicium extre-  
mum, post multa tormenta, duceretur, sic Deum orauit: *Et  
nunc, Domine, tegat me manus tua, & veniat super me miseri-  
cordia tua. Quoniam conturbata anima mea, & tristis est dum  
egreditur de hoc corpore: ne forte mala inimici potestas ei occur-  
rat, & eam impediatur in tenebris, propter peccata quæ à me in  
vita facta sunt per ignorantiam. Sis mihi propitius Domine, &  
ne videat anima mea tenebricosum vultum malorum demonum,  
sed eam accipiant Angeli tui lucidi.* Sanctus Eligius, Nouio-  
mensis Episcopus sanctissimus, in extremis positus sic Deum  
orauit: *Aperi mihi properanti ianuam vite, & principes tene-  
brarum non occurrant mihi, nec conturbent me potestates aeris  
huius, sed clemens dextera tua protegat me, & potentia defen-  
dat me.* S. Nicolaus Tolentinus, cuius nunc festum Romana  
celebrat Ecclesia, morti proximus, sanctissimæ Eucharistiæ  
viaticum petens, hanc causam addit: *Vt tanto viatico muni-  
tus, non deficiam in via, ad patriam cœlestem profecturus; &  
si ob demerita mea improbus Belial, hostis meus, mihi occurrerit,  
possim fidenter dicere, Dominus mihi adiutor, & ego despi-  
ciam inimicos meos.* S. Elzearius, Comes illustis, sed vir san-  
ctissimus, & qui cum vxore nobili perpetuam virginitatem  
coluit, in mortis articulo vide vt à dæmone horribiliter ve-  
xatus fuerit. In agone positus, vultū præ se tulit valde terri-  
bilem, & sub conflictu exclamauit: *Magna est demonum vis, sed  
eam penitus enervarunt virtus & merita Incarnationis & Pas-  
sionis Dominica.* & post paululum rursum exclamat: *Plonè vi-  
ci.* Post aliquantum temporis spatium cum ingenti clamore  
dixit: *Totum me diuino iudicio committo.* His dictis repa-  
tus est vul.º eius, &c. S. Melana, nobilis & sanctissima femi-  
na, cuius fortitudinem admirabilem S. Hieronymus laudat  
morti vicina sic Deum orat: *Præbe mihi iter ad te absque vlla  
perturbatione. Ne me retineant huius aeris mali demones.* S. Si-  
meon di.ºtus Salus, quia sub stulti specie sanctissimè vixit,  
iam hora mortis appropinquante, sic vnicum quem habebat  
amicum, scæ sancti cœlicum, Ioannem diaconum alloqui-  
tur: *Curam gere anima tua, ut possis transmittere absque vlla  
tepestate principes tenebrarum harum. Scit enim Dominus, me*

*Episto. 310 & in  
vita eius lib. 5.  
cap. 2.*

*In vita eius  
apud Surium,  
tom. 6. pag. 391.*

*In vita eius  
per S. Audouen  
lib. 2. cap. 33.  
apud Surium,  
tom. 6. pag. 675.*

*In vita eius  
tom. 5. pag. 175.*

*In vita eius  
cap. 33. tom. 5.  
pag. 349.*

*De obitu Ble-  
silla.*

*In vita eius  
apud Surium,  
tom. 1. pag. 753.*

*In vita eius  
tom. 4. pag. 23.*

*magno vexari metu & sollicitudine, donec ab eorum sanctia fuerit liberatus. Quid, quod huius rei curam etiam B. Virginem sollicitam & anxiam tenuisse scribit in speculo historiali Vincentius Beluacensis? Quod si sanctissimæ tot ac tantæ personæ hunc extremum dæmonis conflictum ita exhorruerunt; quid miseris nobis statuendum erit, quorum tota vita peccatum frequens, rara pœnitentia, exilis iustitia est? Amplificare hunc locum pius concionator poterit, ut ad peccati fugam, & vitæ sanctius instituendæ curam, auditores suos grauiter adhortetur.*

*Promptuarij moralis in Euangelia Dominicalia  
partis Hyemalis Finis.*

A P P R O B A T I O.

Promptuarium hoc Morale super Euægelia Dominicalia rotius anni, Authore Magistro nostro THOMA STAPLETONO, nihil à sana doctrina alienum, sed multa ad mores in melius formandos vtilia & accommodata complectitur. Quare non modò tutò, cæterùm & vtiliter typis mandari posse iudico.

*Ego Balthasar Seulin, Ecclesie Collegiate D. Amati  
Decanus, necnon librorum Censor ordinarius.*

INDEX

# INDEX TEXTVVM

## E V A N G E L I C O R V M,

ex quibus loca moralia in Promptuario Dominicali eruuntur, cum nota cuiusque Dominicæ, in qua tractantur, iuxta ordinem quatuor Euangeliorum, & Capitem cuiusque.

Dominica prima Quadragesimæ.

1. **D**VCTVS est Iesus à Spiritu in desertum, *Math. 4.*  
vt tentaretur à diabolo.
2. Et cùm ieiunasset quadraginta diebus, &  
quadraginta noctibus.
3. Accedens tentator, dixit ad eum.
4. Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.
5. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod  
procedit de ore Dei.
6. Si Filius Dei es, mitte te deorsum. angelis enim suis  
mādauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.
7. Non tentabis Dominum Deum tuum.
8. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.
9. Vade Satana.
10. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.

Dominica 3. post Epiphaniam.

1. Leprosus veniens adorabat eum. *Math. 8.*
2. Domine, si vis, potes me mundare.
3. Et ait illi Iesus, Vide nemini dixeris.
4. Sed vade, ostende te Sacerdoti.
5. Et offer munus quod præcepit Moyses.
6. In testimonium illis.
7. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus.

8. Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum,  
 9. Filij regni eijcientur in tenebras exteriores.  
 10. Illuc erit fletus & stridor dentium.

## Dominica 4. post Epiphaniam.

12. Motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula  
 operiretur fluctibus.  
 12. Ipse autem dormiebat.  
 13. Et suscitauerunt eum, dicentes : Domine, salua nos,  
 perimus.  
 14. Qui timidi estis modice fidei?  
 15. Tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est  
 tranquillitas magna.

## Dominica 2. Aduentus.

- Matth. 11.*  
 1. Ioannes in vinculis.  
 2. Mittens duos ex discipulis suis ad Iesum, ait.  
 3. Euntes, renuntiate Ioanni.  
 4. Que audistis & vidistis.  
 5. Pauperes euangelizantur.  
 6. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.  
 7. Illis autem abeuntibus, coepit Iesus dicere de Ioanne.  
 8. Quid existis in desertum videre?  
 9. Arundinem vento agitatum?  
 10. Hominem mollibus vestitum?

## Dominica 5. post Epiphaniam.

- Matth. 13.*  
 1. Qui seminauit bonum semen in agro suo.  
 2. Cum autē dormirent homines, venit inimicus homo.  
 3. Venit inimicus eius, & superseminauit zizania.  
 4. Vnde ergo habet zizania?  
 5. Inimicus homo hoc fecit.  
 6. Serui autem dixerunt, Vis imus & colligimus ea?  
 7. Ne fortē colligentes zizania, eradicetis & triticū.  
 8. Sinite vtraque crescere vsque ad messem.  
 9. Colligite zizania, & colligate ea in fasciculos, ad  
 comburendum.

Dominica

I N D E X.

Dominica 6. post Epiphaniam.

10. *Simile est regnum calorum grano sinapis.*
11. *Cum autem creuerit, maius fit omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cali habitent in ramis eius.*
12. *Simile est regnum calorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina satis tribus, donec fermentatum est totum.*

Dominica 2. Quadragesimæ.

1. *Duxit eos in montem excelsum seorsum.* *Matth. 17.*
2. *Et transfiguratus est ante eos.*
3. *Bonum est nos hic esse.*
4. *Faciamus tria tabernacula.*
5. *Ipsam audite.*

Dominica Septuagesimæ.

1. *Exiit primo mane, hora tertia, sexta, nona, & circa vndecimam.* *Matth. 20.*
2. *Conducere operarios in vineam suam.*
3. *Misit eos in vineam suam.*
4. *Illi autem abierunt.*
5. *Quid hic statis tota die otiosi?*
6. *Quia nemo nos conduxit.*
7. *Voca operarios, & redde illis mercedem suam.*

Dominica in ramis Palmarum.

1. *Dicite, quia Dominus his opus habet.*
2. *Venit Rex tuus tibi mansuetus.* *Matth. 21.*
3. *Sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.*
4. *Ei imposuerunt super eos vestimenta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.*
5. *Turba autem que precedebat & que sequebatur, clamabant, dicentes: Hosanna filio Dauid.*
6. *Hosanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Dominica Paschæ.

1. *Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome.* *Marc. 16.*
2. *Eme*

2. Emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.
3. Et valde manè, vna sabbathorū, veniūt ad monumentū.
4. Dixerunt ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem.
5. Surrexit, non est hic.
6. Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro.

Domin. infra Octauam Natalis Domini.

Luca 2.

1. Mirantes super his quæ dicebantur de illo.
2. Ecce hic positus est in ruinam multorum in Israel.
3. Et in resurrectionem multorum in Israel.
4. Et in signum cui contradicetur.
5. Quæ non discedebat à templo, seruiens die ac nocte.
6. In ieiuniis & obsecrationibus.

Domin. 1. post Epiphaniam.

7. Ascendentibus illis Hierosolymam.
8. Secundum consuetudinem diei festi.
9. Remansit puer Iesus in Hierusalem.
10. Et non cognouerunt parentes eius.
11. Descendit cum eis, & erat subditus illis.
12. Et mater eius cōseruabat omnia verba hæc in corde suo.

Dominica 4. Aduentus.

Luca 3.

1. Anno quintodecimo imperij Tiberij Cesaris.
2. Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariae filium in deserto.
3. Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.
4. Rectas facite semitas eius.
5. Omnis vallis implebitur.
6. Omnis mons & collis humiliabitur.
7. Erunt praua in directa, & aspera in vias planas.

Dominica Sexagesima.

Luca 5.

1. Cùm turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Iesum.



2. Clamabat, dicens: Qui habet aures audiendi, audiat.
3. Semen est verbum Dei.
4. Quod secus viā, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum.
5. Qui supra petra, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent, quia ad tempus credunt. & in tempore tentationis recedunt.
6. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ, eunt suffocantur.
7. Quod autem in terram bonam, hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent.
8. Et fructum afferunt cum patientia.

## Dominica 3. Quadragesimæ.

1. Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum.
2. Quidam ex eis dixerunt: In Beelzebub, principe demoniorum, eicit dæmonia. Luca 11.
3. Omne regnum in se diuisum desolabitur.
4. Quum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet.
5. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat.
6. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.
7. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

## Dominica Quinquagesimæ.

1. Ecce ascendimus Hierosolimam, & consummabuntur Luca 23.  
omnia quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis.
2. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur.
3. Ipse verò multo magis clamabat: Fili David, miserere mei.
4. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se.
5. Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt videam.

## Dominica 1. Aduentus.

Luca 23.

1. Erūt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentiū, præ cōfusione sonitus maris & fluctuum, &c.
2. His fieri incipientibus respicite. Scitote quia prope est regnum Dei.
3. Calū & terra trāsibunt, verba autē mea non trāsibunt.

## Dominica 3. Aduentus.

Ioan. 1.

1. Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es?
2. Confessus est, & non negauit: & confessus est, quia non sum ego Christus.
3. Ego vox clamantis in deserto.
4. Dirigite viam Domini.
5. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?
6. 7. Medius vestrum stetit, quem vos nescitis.
8. Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere.

## Dominica 2. post Epiphaniā.

Ioan. 2.

1. Vocatus est Iesus & discipuli eius ad nuptias.
2. Dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent.
3. Dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier?
4. Quodcunque dixerit vobis, facite.
5. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt vsque ad summū.
6. Omnis homo bonum vinum primū ponit, & postea deterius: tu autem seruaſti vinum optimum vsq; adhuc.

## Dominica 4. Quadragesimæ.

Ioan. 6.

1. Vnde ememus panes, vt manducent hi?
2. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt: vt vnusquisque modicum quid accipiat.
3. Cū gratias egisset, distribuit discumbentibus.
4. Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.
5. Colligerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.
6. Cū cognouisset quiddā vēturi essent vt raperent eum, & fa

& facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus.

## Dominica Passionis.

1. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ioan. 8.
2. *Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.*
3. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? respondit Iesus: Ego demonium non habeo.*
4. *Ego gloriam meam non quero: est qui querat, & iudicet,*
5. *Si ego gloriam meam quero, gloria mea nihil est.*
6. *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum. Dixerunt ergo Iudaei: Nunc cognouimus quia demonium habes, &c.*
7. *Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum.*
8. *Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.*

## Dominica 2. post Pascha.

1. *Ego sum pastor bonus.* Ioan. 10.
2. *Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis.*
3. *Mercenarius autem videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, quia mercenarius est, &c.*
4. *Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas.*
5. *Et oves mea cognoscunt me.*
6. *Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, & animam meam pono pro ouibus meis.*

## Dominica Pentecostes.

1. *Qui diligit me, sermonem meum seruabit.* Ioan. 14
2. *Et Pater meus diligit eum.*
3. *Et ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*
4. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.*
5. *Non quomodo mundus dat, ego do vobis.*
6. *Non turbetur cor vestrum neque formidet.*
7. *Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.*

Domi

## I N D E X.

## Dominica 3. post Pascha.

Ioan. 16.

1. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos.
2. Mundus autem gaudebit.
3. Tristitia uestra vertetur in gaudium: & gaudium uestrum nemo tollet à vobis.

## Dominica 4. post Pascha.

4. Quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor uestrum.
5. Expediit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos.
6. De iustitia verd, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.
7. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

## Dominica 5. post Pascha.

8. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.
9. Usque modò non petistis quicquam in nomine meo.
10. Ipse Pater amat vos, quia vos me amastis.

## Dominica 6. post Pascha.

11. Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini.
12. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium prestare Deo.
13. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem neque me.

## Dominica in Albis.

Ioan. 20.

1. Cùm esset serò die illa.
2. Stetit in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis.
3. Cùm hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.
4. Quorum remisseritis peccata remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.
5. Thomas, vnus de duodecim, non erat cum eis quando venit Iesus.

INDEX

INDEX SCRIPTURARVM

QVÆ IN PRIMA PARTE HVIVS

Promptuarij moralis aliquo modo elucidatur.

- P**ater mi, curvus & auriga Israël. 241 4. Reg. 5.  
 Frater sui draconum, & socius struthionum. 421 Iob 30.  
 Preparationem cordis eorum audiuit auris tua. 539 Psal. 9.  
 10. Ignis, & sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum. 196  
 In Domino confido: quomodo dicitis anima mea, transmigra in montem sicut passer? 332  
 18. Inquinatae sunt viæ illius in omni tempore: auferuntur iudicia tua à facie eius. 13  
 23. Qui non accepit in vanum animam suam. 223  
 44. Sagitta tua acuta: populi sub te cadent in corda inimic. Regis. 457  
 68. Eripe me de luto, vt non infigar: libera me de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aqua, neque absorbeat me profundus: neq; urgeat super me puteus os suum. 313  
 72. Si dicebam, Narrabo sic: nationem filiorum tuorum reprobaui. Existimabam vt cognoscerem: hoc labor est ante me, donec intrem in Sanctuarium Dei. 207  
 Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. 598  
 76. Sagitta tua transeunt: vox tonitruui tui in rota. 8  
 90. Vt custodiant te in omnibus viis tuis. 378  
 Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. 618  
 Cum ipso sum in tribulatione. 404  
 93. Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis, qui fingit labore: in precepto? 895  
 118. Confige timore tuo carnes meas.  
 126. Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam, deritis qui manducatis panem doloris. 336.  
 136. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? 4  
 Beatus qui allidit paruulos tuos ad petram. 39  
 Prouerb. 4. Iustorum semita quasi lux splendens, &c. viarum impiorum tenebrosa. 87  
 6. Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & discite sapientiam: quæ cum non habeat ducem, neque præceptorem neque principem, parat in aestate cibum sibi, &c. 280  
 Veniet tibi pauperies quasi vir armatus. 281  
 Pars Hyemalis. V Septimum

- Septimum odit anima eius : eum qui seminat inter fratres discordias. 553
12. Cogitationes iustorum iudicia , consilia impiorum fraudulenta. 564
21. Vir impius procaciter obfirmat vultum suum : qui autem rectus est , corrigit viam suam. 245
- Equus paratur ad diem belli : Dominus autem salutem tribuit. ibidem.
23. Quando sederis cum principe , diligenter attende quae sunt posita ante faciem tuam , & statua cultrum in gutture tuo , si tamen habes in potestate animam tuam. 442
24. Per agrum hominis pigri transiui , & ecce totum replentur vrtica. 91
- Eccles. 9. Nec opus , nec ratio , nec sapientia , nec scientia erunt apud inferos , quò tu properas. 133
11. Nescis quid magis oriatur , hoc aut illud : & si utrumque simul , melius erit. ibid.
- Cant. 1. Nolite considerare quòd fusca sum , quia decoloravit me sol. 88
3. Ascensum purpureum media charitate constravit. 397
8. Valida est sicut mors dilectio. 101
- Eccles. 3. Qui amat periculum , peribit in illo. 306
5. Non ventiles te in omnem ventum : esto firmus in via Domini. 518
14. Beatus vir qui in sapientia morabitur , & qui in iustitia sua meditabitur , & qui in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei , &c. 145. 257. 258
18. Ante orationem prepara animam tuam , ne fias sicut is qui tentat Deum. 626
- Via impiorum complanata est lapidibus. 64
- Ego quasi terebinthus extendi ramos meos , & rami mei horis & gratia. 259
- Hoc secundum hoc visio somniorum. 598
- non est tentatus quid scit? 362
- Substantia iniustorum sicut fluvius siccabuntur , & sicut tonitruum magnum in pluvia personabunt. 527
- ais. 1. Erit fortitudo vestra ut favilla stupa , & opus vestrum quasi scintilla. 248
5. Vineam facta est dilecto meo in cornu filio olei : & sepiui eam , & lapides elegi ex illa : plantavi vineam electam , edificaui turrim in medio eius , torcular extruxi in ea. 219
28. Manda remanda , expecta reexpecta , modicum ibi , modicum.

<i>cum ibi.</i>	444
40. <i>Dirigite viam Domini.</i>	63
55. <i>Non sunt via vestra via mea.</i>	64
58. <i>Quasi tuba exalta vocem tuam.</i>	449
63. <i>Torcular calcavi solus, &amp; non erat de gentibus vir mecum.</i>	220
<i>Ierem. 13. Nec vos potestis bene facere, quum didiceritis malum.</i>	311
<i>Ezech. 3. Venter tuus comedet, &amp; viscera tua implebuntur volumine isto.</i>	334
<i>Adherere faciam linguam tuam palato tuo, &amp; eris mutus.</i>	418
13. <i>Ipse adificabat parietem, illi autem limiebant eum luto absque paleis.</i>	428
<i>Osee 4. Peccata populi mei comedent.</i>	241
<i>Zachar. 11. Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti: quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non queret, &amp; contritum non sanabit, &amp; id quod stas, non enutriet, &amp;c. O pastor &amp; idolum, derelinquens gregem. Gladius super brachium eius, &amp; super oculum dexterum eius.</i>	577
<i>Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.</i>	375
<i>Mitte te deorsum.</i>	378
<i>Statuit eum super pinnaculum templi.</i>	378
7. <i>Nolite proyicere sancta canibus, &amp;c.</i>	24
<i>Qui audit &amp; non facit, similis est stulto qui adificauit domum suam super arenam, &amp;c. vsque ad finem parabola.</i>	113
8. <i>Domine, si vis, potes me mundare.</i>	172
<i>Ibi erit fletus &amp; stridor dentium.</i>	190
11. <i>A diebus Ioannis Baptiste vsque adhuc.</i>	18
<i>Venite ad me omnes qui laboratis &amp; onerati estis, &amp; ego reficiam vos.</i>	90
<i>Iugum meum suauis est, &amp; onus meum leue.</i>	ibid.
13. <i>Habenti dabitur, &amp; abundabit. Non habenti autem, etiam quod habet, auferetur ab eo.</i>	165
<i>Simile est regnum cœlorum grano sinapis.</i>	250
<i>Quod cum creuerit, maius sit omnibus oleribus.</i>	253
<i>Vt volucres cœli habitent in ramis eius.</i>	257
<i>Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina, satis tribus, donec fermentatum est totum.</i>	260
20. <i>Qui exijt primo mane cōducere operarios in vineam suam.</i>	268
21. <i>Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur, super quem vero ceciderit, conteretur.</i>	116

23. Alligant onera grauia, & imponunt ea humeris aliorum. 22
25. Date nobis de oleo vestro. Ite potius ad vendentes, & emite vobis. 282
- Intra in gaudium Domini tui. 293
- Marci 9. Habete sal in vobis, & pacem habete. 78
- Luca 1. Daturum se nobis, vt sine timore inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illis in sanctitate, &c. 98
3. Regnabit in domo Iacob in eternum. 511
- Facite fructus dignos penitentia. 65
- Omnis vallis implebitur. 90
8. Qui habet aures audiendi, audiat. 299
9. Qui vult venire post me, tollat crucem suam quotidie, &c. 16. 86
11. Cum immundus spiritus exierit ab homine, perambulatur per loca inaquosa, quarens requiem: & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, &c. que sequuntur. 228
- Inuenit eam scopis mundatam & ornatam. 228. 438
12. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptijs. 225
- Faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis. 294
- Dico vobis amici mei. 17
- Ignem veni mittere in terram. 101
13. Contendite intrare per angustam portam. 36
23. Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? 9
- Ioan. 1. Ego vox clamantis in deserto. 62. 63
4. Videte regiones quia albae sunt ad messem; & qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam eternam: vt & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis. Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. 220. 221
10. Pastor qui intrat per ostium, proprias oves vocat nominatim, & educit eas, & ante eas vadit. 572
- Ego cognosco oves meas. 579. & seq.
- Et cognoscunt me mea. 583. & seq.
11. Ego sum resurrectio & vita. 119
12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. 415
16. Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos. 608. & seq.
- De iustitia vero, quia ad Patrem vado & iam non videbitis me. 612. 613
- De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. 616. 617
17. Sed & pro eis qui per verbum eorum credituri sunt in me. 76



- ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te: ut &  
 ipsi in nobis unum sint. 654
- Rom. 1. Qui veritatem in iniustitia detinent. 616
3. Legem ergo euacuamus per fidem? absit. 91
6. Si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul &  
 resurrectionis erimus: hoc scientes, quia vetus noster homo simul  
 crucifixus est, ut destrueretur corpus peccati. 117
8. Quid oremus sicut oportet, nescimus. 172
- Quod impossibile erat Legi in quo infirmabatur per carnem,  
 Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de  
 peccato damnauit peccatum in carne. 97
- Creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertate gloria  
 filiorum Dei. 294
13. Nunc propior est nostra salus, quàm cum credidimus. 225
1. Cor. 1. Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod  
 infirmum est Dei, fortius est hominibus. 554
- Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filij eius Iesu  
 Christi Domini nostri. 654
2. Ego me nihil arbitror scire, nisi Iesum Christum, & hunc cru-  
 cifixum. 554
6. Qui adhæret Domino, vnus spiritus est. 654
8. Qui existimat se aliquid scire, nõdum cognouit quomodo oportet  
 eum scire. 492
2. Cor. 1. Non omnes reuelata facie gloriam Domini specularantes,  
 in eandem imaginem transformamur à claritate in clarita-  
 tem, tanquam à Domini Spiritu. 403
4. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro cir-  
 cumferentes. 342
- Vt vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. 86
5. Charitas Christi urget nos, astimantes hoc, quoniam si vnus  
 pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. 341. 587
6. Omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter  
 vos. 550
9. Qui administrat semen seminanti, & panem ad manducan-  
 dum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & auget  
 incrementa frugum iustitiæ vestræ, ut in omnibus locupletati  
 abundetis, &c. 462
- Gal. 6. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. 101
- Ephes. 3. Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit  
 longitudo, & latitudo, & sublimitas, & profundum. 555
6. State succincti lumbos vestros in veritate, & induiti loriceam  
 iustitiæ, & calceati pedes in præparatione Euāgelij pacis. 334

- Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostra, configuratum corpori claritatis sua. 400. 401
4. Gaudete in Domino semper. 606
- Coloss. 2. Expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. 618
3. Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terrã. 401
1. Timot. 1. Soli Deo honor & gloria. 141. 493
5. Qui domesticorum suorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. 191
6. Radix omnium malorum cupiditas. 320
- Hebr. 3. Videte ne fortè sit in aliquo vestrum cor malum incredulit. 277
- Si tamen initium substantia eius vsque ad finem firmiter retineamus. 195
- Donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. 277
6. Crucifigit sibi metipso Filium Dei, & ostentui habet. 350
12. Contemplantes ne quis desit gratia Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur. 223
13. Ut cum gaudio hoc faciant, non gementes: hoc enim non expedit vobis. 183
- Iacobi 1. Postulet in fide, nihil hesitans. 172
- Patientia perfectum opus habet. 337
5. Ploreate, & ululate in miseris vestris, &c. quia vestimenta vestra à timeis comesta sunt. 43
1. Petri 1. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicem diligite attentius, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei viui, & permanentis in æternum. 221
4. Tempus est ut iudicium incipiat de domo Dei: & si iustus vix saluabitur, peccator & impius ubi parebunt? 594
- Charitas operit multitudinem peccatorum. 133
2. Petr. 2. Si refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri Iesu Christi. 113
1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet; & non potest peccare, quoniam ex Deo est. 212
- Apocal. 3. Cænabo cum illo, & ipse mecum. 268
- Vtinam esses aut frigidus aut calidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. 116
- Nescies qua hora veniam ad te. ibidem.

INDEX ALPHABETICVS  
LOCORVM MORALIVM;

QVAE IYXTA TEXTVS

*Euangelicos in hoc Promptuario Morali,  
super omnes Dominicas Partis  
Hyemalis, latè tractantur  
& explicantur.*

A.



- BYNDANTIA iniquitatis. Dominica 5.  
post Epiphaniam, tex. 4.  
Acceptio nulla personarum in obediendo.  
Domin. 1. post Epiph. text. 5.  
Acedia. Domini. Septua. tex. 5. vide ignauia.  
Adolescentes prædicatores verbi. Domini. 4.  
Aduentus, text. 1.  
Aduentus Christi secundus terribilis. Domi 1. Aduen. tex. 1.  
Adulatores. Domin. 2. aduent. tex. 7.  
Ædificatio proximi. Domin. 6. Epiph. text. 3.  
Affinitas carnalis in spiritualibus nulla. Domini. 2. post Epi-  
phaniam, tex. 3.  
Ambitionis peccatum. Domin. 3. Aduent. text. 6.  
Amicitia Dei. Domin. Pentecostes, text. 2.  
Amor Christi erga nos. Dominica Palmarum, text. 2. Domi.  
2. post Pascha, text. 6.  
Amor noster erga Christum. Dom. 2. post Pascha, text. 6.  
Amor Dei erga nos. Domin. 5. post Pascha, text. 3.  
Amor Dei super omnia. Domin. 1. Quadrag. text. 10.  
Amor mundi. Dominica 1. Quadrage. text. 3. Domin. 4. post  
Pascha, text. 2.  
Amor sui. Domin. 1. Quadrag. text. 10.  
Amor rerum cœlestium. Domin. 2. Quadrag. text. 4.  
Animi fortitudo. Dom. Paschæ, tex. 4. Dom. Pentecost. tex. 6.  
Animarum transitus à diabolo impeditur. Dom. Pent. tex. 7.  
Attentio in audiendo verbo Dei. Domin. Sexag. text. 1.  
Auaritiæ idolum. Domin. 1. Quadra. text. 8.  
Auditores verbi Dei infructuosi. Domini. 3. Quadrag. text. 7.  
Domin. Sexage. text. 4.  
Audiendi verbi Dei necessitas. Domin. Sexage. tex. 3. Dom. 3.  
Quadrag.

Quadragesimæ, text. 7. loco 2. Domini. Passio, text. 2. vtilitas,  
 Domini. Sexage, text. 3. feruor. Dom. Sexage, text. 1.

B.

**B** Achanalium abusus in capite ieiunij. Dominica Quin-  
 quagesimæ, text. 1.

Beatitudo æterna. Dom. Septua. tex. 7. Domi. 2. Quadr. tex. 2.

Benedictio mensæ ante cibum. Dom. 4. Quadra. tex. 3.

Boni seruantur in medio malorum. Dom. 5. post Epiph. tex. 8.

Bonorum operum necessitas. Dom. inf. Oct. Nat. Dom. tex. 4.

Dom. 1. post Epiph. tex. 1. Domini. 2. post Epiph. tex. 4.

Dom. 3. post Epiph. tex. 9. Dom. 5. post Epiph. tex. 2. Domini.

Septuagæ, text. 2. 3. 5. Dom. 4. post Pascha, text. 3.

C.

**C** Arnalis propinquitatis in rebus spiritualibus nulla. Do-  
 minica 2. post Epiph. tex. 3.

Carnis voluptates & curæ suffocant verbum Dei. Dominica  
 Sexage, text. 6.

Cæci omnes peccatores. Domini. Quinquag. tex. 5.

Cælestium rerum amor. Dom. 2. Quadrage, tex. 4.

Charitatis officium. Dom. 4. Quadrage, tex. 8.

Christianismus verus. Domini. 2. Aduent. text. 6. Domini. infra  
 Oct. Natiuit. Dom. text. 2.

Christianorum negligentia. Dominica 5. post Epiph. tex. 2.  
 Vide Vocatio.

Christiani hominis notæ. Dom. 2. post Pascha, tex. 4.

Christus imitandus. Dom. inf. Oct. Nat. Dom. tex. 4. inuocā-  
 dus in necessitatibus fratrum. Dom. 2. post Epiph. tex. 2.

& in nostris. Domini. 3. post Epiph. text. 3. amandus vt Rex  
 noster. Domini. Palma, tex. 2.

Christi amor erga nos. Dom. Quinquage, tex. 2. Dominica 2.  
 post Pascha, text. 1. & 6. cognitio necessaria. Dominica 2.  
 Pascha, text. 5.

Cognitio Dei necessaria. Dom. 2. post Pascha, tex. 5.

Conductio in vineam Domini. Dom. Septuag. text. 6.

Confessionis peccatorum sacramentalis necessitas, vtilitas,  
 Dom. 1. Post Pascha, text. 4.

Consolationes iustorum. Dom. 4. post Epiph. tex. 5. Dom. 3.  
 post Pascha, text. 3.

Confortia bonorum. Domini. 6. post Epiph. tex. 3. Domini.  
 1. post Pascha, tex. 5.

Consuetudo peccati. Domini. Sexage, text. 5.

Consuetu-

- Consuetudines Ecclesiæ seruandæ. Dom. 1. post Epiph. tex. 1.  
 Contritio cordis, pœnitenti necessaria. Domin. 4. post Pascha, text. 1.  
 Conrumeliæ ferendæ. Domin. Pass. tex. 3.  
 Coniuualis sobrietas. Dom. 2. post Epiph. tex. 1.  
 Cooperatio nostra ad Dei beneficia accipienda. Domini. 2. post Epiph. tex. 5.  
 Cor durum. Dominica Sexage. text. 5. bonum & optimum. Ibidem, text. 7.  
 Corporis reuerentia externa. Dom. 3. post Epiph. tex. 1.  
 Corpora humana quatenus in diaboli potestate. Domini. 3. Quadrage. text. 1.  
 Cultus Dei omnibus communis. Domin. Palma. tex. 5. Dom. Paschæ, text. 2.  
 Crucis gloria. Dom. 1. post Pascha, text. 3.  
 Curæ vitæ præsentis abdicandæ. Dom. Sexage. tex. 6.

## D.

- D**emoniaci quo ad animam. Dom. 3. Quadra. tex. 1.  
 Dæmon. Vide diabolus.  
 Detractionis vitium. Dom. 3. post Epiph. tex. 2.  
 Deuotio voluntaria. Domi. 1. post Epiph. tex. 1. Dom. Passio. text. 3. Dom. Palm. text. 3.  
 Dei prouidentia. Vide Prouidentia Dei.  
 Dei iustitia, ultio, vindicta. Vide, Iustitia Dei.  
 Deus colendus. Vide, Cultus Dei.  
 Dei amor. Vide, Amor Dei.  
 Deus diligendus super omnia. Vide, Amor Dei super omnia.  
 Dei misericordiæ fidendum, Vide, Fiducia.  
 Dei ignorantia, malorum omnium causa. Dominica 2. post Pascha, text. 5. Dom. 6. post Pascha, text. 3.  
 Dei dilectio seruat mandata. Domi. Pentecost. tex. 1. amicitia. ibidem, text. 2.  
 Dei apparet obliuio. Dom. 4. post Epiph. tex. 2.  
 Deus constantes adiuvat. Dom. Quinquag. tex. 4.  
 Diaboli potestas super corpora humana. Dominica 3. Quadragesimæ, text. 1.  
 Diaboli vexatio circa mortem. Dom. Penteco. text. 7. pugna cum eo necessaria. Dom. 5. post Epiph. tex. 5. eius vigilantia ad nocendum. Domin. 5. post Epiph. tex. 3. & 5. potestas imminuta. Dom. 4. post Pascha, text. 4.  
 Diabolus tentator. Dom. 1. Quadra. tex. 3. eius tentantis astutia. Ibid. tex. 4. & 6. quomodo vincitur. Ibid. tex. 7. & 9.

Difficultatibus non cedendum. Dom. *Quinquag.* text. 3. & 4.

Domin. *Palma.* text. 4.

Diffidentia peccatum. Dom. 4. *Quadra.* text. 2.

Dilatio virtutis. Dom. *Sept.* text. 4. Dom. 1. post *Pascha.* text. 4.

Dilectio Dei. Vide, *Amor Dei.* Dei dilectio.

Dilectionis diuinæ stabilitas. Domin. *Pentecost.* text. 3.

Duitiæ cur spinæ, & cur fallaces. Dominica *Sexagesimæ.* text. 6. loc. 2.

Doctores mali. Dom. 2. *Aduent.* text. 4.

Dominorum officium erga seruos. Dominica 3. post *Epipha.* text. 7.

Duritia cordis. Dom. *Sexag.* text. 5.

## E.

**E**cclesiæ consuetudines seruandæ. Dom. 1. post *Epiphan.* text. 2. eius persecutio. Dom. 6. post *Pascha.* text. 1.

Eleemosynæ retributio. Dom. 4. *Quadra.* text. 5.

Exemplaris vitæ utilitas. Dom. 6. post *Epiph.* text. 3.

Externa reuerentia. Dom. 3. post *Epipha.* text. 1.

## F.

**F**emineus sexus deuotus. Domin. *Paschæ.* text. 1.

Feruor colendi Deum. Dom. *Palm.* text. 4. dominica *Paschæ.* text. 3.

Fides pars orationis. Dom. 3. post *Epipha.* text. 2. eius constantia. Dom. 2. *Aduent.* text. 9. Dom. 6. post *Pascha.* text. 2. eius exultæ virtus. Dom. 6. post *Epiph.* text. 1. eius excellentia, incrementum, & effectus. *Ibid.* text. 2. Diabolum vincit. Dom. 1. *Quadragesimæ.* text. 9.

Fiducia in Deum circa difficultates. Dom. *Quinquage.* text. 3. circa Dei prouidentiam. Dom. 1. *Paschæ.* text. 4. Dom. 1. post *Pascha.* text. 1. Domin. *Pentecost.* text. 6. circa Dei misericordiam & bonitatem. Domin. 4. post *Epipha.* text. 4. Dom. 4. *Quadrag.* text. 1.

Fortitudo animi. Dom. 2. *Aduent.* text. 9. Domin. *Quinquagesimæ.* text. 3. & 4. Dom. *Paschæ.* text. 4. Dom. 4. post *Pascha.* text. 1. Domin. *Pentecost.* text. 6.

Fratrum necessitates Christo commendandæ. Domin. 2. post *Epiphan.* text. 1.

## G.

Gaudia æterna. Dominica *Septuagesimæ.* text. 7. Domini. 2. *Quadrag.* text. 2.

Gloriæ fuga. Dominica 3. *Aduentus.* text. 2. Dominica 3. post *Epiphan.*

Epiph.tex.3. Domin.4. Quadragesimæ, text. 6. Domin.  
Passionis, text. 5.

Gloria æterna. Vide, Gaudia æterna.

Gratię vocem nõ audientium pœna. Dom.3. post Epiph.tex.9.  
Dom.5. post Epiph.tex.2. Dom.4. post Pascha, text.3.  
eius rectus vsus. Dom.3. post Epiph.tex.6. eius semen. Do-  
minica 5. post Epiph.tex.1.

Gratitudo erga Dei beneficia. Dom.3. post Epiph.tex.5. Dom.  
Palmarum, text.5.

Gula. Dominica Sexagesimæ.tex.6. loco 3.

## H.

**H**æreticorum crudelitas. Domin.6. post Pascha, text.2.

Honorũ mutabilitas. Dominica 2. Quadra.tex.3. Dom.  
Palmarum, text.6.

Humiliatis virtus, necessitas, merces. Dom.1. Aduent. textu. 8.  
Domina 4. Aduent. text.6. Dom.3. post Epiph.tex.8. Dom.  
Palm.tex.3.

## I.

**I**actantia siue ostentatio operum suorum. Vide, Vana glo-  
ria.

Ieiunij Quadragesimalis rectus vsus. Dominica 1. Quadra-  
gesimæ, text.2.

Ieiunium cum oratione. Dom. inf. Oct. Nat. Dom. text.6.

Ignauia in persecutione. Dominica Septuag. text.5.

Ignorantia Dei, omnium malorum causa. Dom. 6. post Pas-  
cha, text.3.

Impiorum pax falsa. Dominica 3. Quadragesimæ.tex.4. iudi-  
cia vana & contemnenda. Dominica 3. post Epiph.tex.10.  
Dominica 5. post Epiph. text. 9. condemnatio. Domin. 4.  
post Pascha, text.3.

Incarnationis Filij Dei beneficium. Domia. infra Oct. Nat.  
Dom.tex.1.

Inferni pœnæ. Domin.3. post Epiph.tex.10. Dom. 5. post Epi-  
phan.tex.9.

Iniquitatis abundantia. Dom 5. post Epiph.tex.4.

Iniuriæ non vlciscendæ. Dom. Pass. text.8.

Inuidia virtutis. Dom.3. Quadrag. text.2.

Ira. Dominica Pass. text.3 & 7.

Iudicij extremi terror. Dom.1. Aduent. text.1. Dom. 5. post E-  
piph.tex.9. Dom.4. post Pascha.tex.4.

eius hora cur incerta. Dom. 1. Aduent. text. 2. expectatio  
certa. Ibidem, & text.3.

I N D E X.

- Iudicium temerarium de proximo. Dominica 3. Quad. tex. 1.  
 Dom. Pass. tex. 6.  
 Iustitia Dei. Dominica 3. post Epiph. tex. 10. Dominica 4. post  
 Pascha. tex. 3. & 4.  
 Iustitia Dei contra peccatores. Domin. 3. post Epiph. tex. 6.  
 Dominica Pass. tex. 4.  
 Iustorum consolatio. Dominica 4. post Epiph. tex. 5. Domin. 3.  
 post Pascha, tex. 3.

L

- L** Achrymæ, peccatorum remedia. Domin. 4. post Pascha,  
 tex. 1.  
 Laus iustorum etiam in hac vita. Dominica 2. Aduen. text. 8.  
 humana inconstans. Dominica 3. Aduent. tex. 5.  
 Laudis cupido abdicanda. Dom. Pass. tex. 5. Vide, Vana glo-  
 ria.  
 Liberalitas circa Dei cultum Dominica Paschæ, tex. 1.  
 Liberalitatis erga proximum fructus. Dominica 4. Quadra-  
 gesimæ. tex. 5.  
 Lingua maledica. Domin. Pass. tex. 3.  
 Luxus vestimentorum. Dom. 2. Aduent. tex. 16.

M

- M**aledicti vitium tolerandum. Domin. Pass. tex. 3.  
 Maleuolum iudicium. Dominica Pass. tex. 6.  
 Mali Doctores. Vide, Doctores mali.  
 Malorum præmeditatio. Dom. 6. post Pascha, tex. 3.  
 Mali tolerantur vt fiant boni. Dominica 6. post Epiph. tex. 7.  
 Mali tolerantur propter bonos admixtos. Ibid. tex. 8.  
 Mandatorum obedientia integra. Dominica 2. post Epiph.  
 tex. 4. Dominica 2. Quadrag. tex. 5. Dei amicitiam parit.  
 Dominica Pentecost. tex. 1.  
 Meditatio beneficiorum Dei. Dominica inf. Oct. Nat. Dom.  
 tex. 1. Dom. 1. post Epiph. tex. 6. Dom. Sexag. tex. 7.  
 Memoria passionis Dominicæ. Dominica Quinquagesi.  
 text. 1.  
 Mensæ benedictio ante cibum. Dom. 4. Quadr. tex. 3.  
 Merces laborum æterna. Dom. Septuag. tex. 6. & 7. Domin. 2.  
 Quad. tex. 2. eadem. quantus virtutis stimulus. Ibid. tex. 7.  
 Mercenarius pastor. Dom. 2. post Pascha, tex. 3.  
 Misericordiæ opera erga proximum. Dominica Palm. text. 1.  
 Modestia in sui commendatione. Dom. 2. Aduen. tex. 3.  
 Moderatio in potestate. Dom. Pass. tex. 8.  
 Morientium animæ à diabolo vexantur, Domin. Pent. tex. 7.

Mulie



- Mulierum deuotio. Dom. Pasche. tex. 1.  
 Mundi iudicium fallax. Dominica 3. Aduen. tex. 1. inconstan-  
 tia & vanitas Dom. Palm. tex. 6. gaudia fluxa, mixta, tur-  
 pia, Dom. 1. Quadr. tex. 8. Dom. 3. post Pascha, tex. 2.  
 Mundi amor noxius. Dominica 2. Quadr. tex. 3. Dom. 4. post  
 Pascha, tex. 1.

## N.

- N**ecessitatibus refugium Christus. Dominica 4. post E-  
 piphaniam, textu. 3.  
 Necessitatibus non cedendum. Vide, Difficultates.  
 Negligentia Christianorum circa salutem. Dominica 5. post  
 Epiph. tex. 2.  
 Nominis Iesu efficacia. Domin. 5. post Pascha, tex. 2.

## O.

- O**bedientia Dei mandatis integra. Dominica 1. post E-  
 piph. tex. 4. Dom. 1. Quadrag. tex. 5.  
 Obedientia Superioribus quibusuis præstanda. Dominica 1.  
 post Epiphaniam, tex. 5.  
 Obedientia pars orationis. Dom. 3. post Epiph. tex. 2.  
 Occasio peccati cauenda. Dominica 4. Aduen. tex. 2.  
 Opera misericordiae. Vide, Misericordiae opera  
 Operum iactantia. Vide, Vanagloria.  
 Operum bonorum necessitas. Dom. Septuag. tex. 2.  
 Opera in vinea Domini quæ. Dom. Sept. tex. 3.  
 Orandi assiduitas. Dom. inf. Oct. Nat. Dom. tex. 5.  
 Oratio cum ieiunio. Ibidem, tex. 6.  
 Orationis partes duæ. Dom. 3. post Epiph. tex. 2.  
 Orationis virtus, & variæ conditiones. Dom. 2. post Epiph.  
 tex. 2. Dom. 5. post Pascha, tex. 1.  
 Oratione ad Christum confugiendum. Dominica 4. post E-  
 piphaniam, tex. 1.  
 Otiositas & ignauia. Dom. Sept. tex. 5.  
 Otiosi & vagi auditores verbi. Dom. Sexag. tex. 4.  
 Otij mali, fructus pessimi. Dom. 5. post Epiph. tex. 3.

## P.

- P**arentum de liberis cura. Dom. 2. Aduen. textu. 2. Dom. 1.  
 post Epiph. tex. 3.  
 Parentibus in Dei cultu non obediendum. Dominica 1. post  
 Epiph. tex. 4.  
 Passionum Christi gloria. Dom. 1. post Pascha, tex. 3.

- Passionis Dominicæ memoria. Dom. Quinquagesimæ, text.  
1. circumstantiæ, tex. 2.
- Pastorum cura erga suos. Dom. 2. Aduen. tex. 1. pascere debet  
verbo & opere, ibidem, tex. 4. charitas eorum duplex. Do-  
minica 2. post Pascha, tex. 2. malorum defectus. Ibid. tex.  
tex. 3. constantia & fortitudo. Dom. 2. Aduen. tex. 9.
- Patientia in aduersis. Dominica 4. post Pascha, tex. 1. Dom.  
Pent. tex. 6.
- Patientia ad virtutis executionem necessaria. Dominica Se-  
xagesimæ, tex. 8.
- Paupertas spiritus apta doctrinæ cęlesti. Dominica 2. Aduen-  
tus, textu 5.
- Pax cum Deo & proximo. Dominica 3. Quadragesimæ, tex.  
3. falsa impiorum. Ibidem, tex. 4. & Dom. Pentecost. tex. 5.  
Christi nobis relicta. Dom. 1. post Pascha, tex. 2. Dom. Pen-  
tecost. tex. 4.
- Peccati perfectum exterminium. Dom. 3. Quadrag. tex. 5. re-  
cidiua. Ibidem, text. 6. turpitudine & enormitas. Dominica  
Passionis, tex. 1. consuetudo. Dom. Sexag. tex. 5. pericula ca-  
uenda. Dom. 1. Quadrag. tex. 6.
- Peccatoris cęcitas. Dom. Quinquag. tex. 5.
- Peccatorum cōfessio Sacramentalis. Dom. 1. post Pascha, tex. 4.
- Persecutio Ecclesię. Dom. 6. post Pascha, tex. 1. fructus. Ibid.
- Persecutio personalis declinari potest. Dom. Pass. tex. 9.
- Persecutorum fidei & pietatis cęcitas & ignorantia. Domin.  
6. post Pascha, textu 2.
- Perseuerantia in bono. Dom. 2. post Epiph. tex. 6. Dominica  
Quinquag. tex. 3. & 4.
- Personarum acceptio. Vide. Acceptio personarum.
- Pietas in Deum. Dom. Paschæ, text. 2.
- Pœnitentię vis & efficacia. Dom. Paschæ, tex. 6.
- Pœnitentię prædicatio. Dom. 4. Aduen. text. 3.
- Pœnitentis verecundia & timor. Dom. 3. post Epiph. textu 8.  
Dom. 1. post Pascha, tex. 4.
- Potestatis moderatio. Dom. Pass. tex. 8.
- Prædicatoris officium. Dom. 3. Aduen. tex. 3. Vide, Doctrina,  
& Doctores, & Pastores.
- Præparatio ex parte nostra. Dom. 3. Aduen. tex. 4. Dom. 2. post  
Epiph. tex. 5.
- Præsumptio cauenda. Dom. 1. Quadr. tex. 6.
- Prodigalitatis vitium. Dom. 4. Quadr. tex. 4.
- Proximorum necessitates Christo commendandæ. Dom. 2.  
post

- post Epiph.tex.2.  
 Proximi ædificatio. Dom.6. post Epiph.tex.3.  
 Prouidentia Dei circa necessaria. Dom.4. post Epiph.tex.2.  
 Dom.1. Quadr.tex.5. Dom.4. Quadr.tex.1. Circa salutem  
 humanam. Dom. Sepruag.tex.1.  
 Pusillanimitatis vitium. Domin.4. Aduen.tex.5.

## R.

- R**ecidua peccati. Dom.3. Quadr.tex.6.  
 Reconciliatio cum Deo perfecta. Dom.3. Quadr.tex.5.  
 Reconciliatio fraterna. Dominica 3. Quadr.tex.3. Dom. Pass.  
 tex.3. Dom.1. post Pascha, tex.2.  
 Regeneratio per Christum. Dom. inf. Oct. Nat. Dom.tex.3.  
 Resurrectionis Dominicæ fructus. Dom. Paschæ, tex.5.  
 Reuerentia corporis externa. Dom.3. post Epiph.tex.1.

## S

- S**acerdotium honorandum. Dom.3. post Epiph.tex.4.  
 Dominica 4. Quadrag.tex.4.  
 Semen bonum legis & gratiæ. Dominica 5. post Epiph.tex.1.  
 Sobrietas in conuiujs. Dom.2. post Epiph.tex.1.  
 Solitudinis bonum. Dom.4. Aduen.tex.2.  
 Sollicitudines huius vitæ refecandæ. Dom. Sexag.tex.6.  
 Spirituale iudicium. Dominica 3. Aduen.tex.7.  
 Superbia. Vide, Humilitas, Vana gloria, Ambitio.

## T.

- T**emporalium amor inordinatus. Domin. Sexag. tex. 6.  
 Dom.2. Quadr.tex.3. Dominica 4. post Pascha.tex.2.  
 Tentationi non cedendum. Dom. Quinquag.tex.3. & 4.  
 Tentationes necessariae, sed non quærendæ. Dom.1. Quadr.  
 tex.1.  
 Tentator noster diabolus. Ibidem, tex.3.  
 Tentationis diabolicæ victoria. Ibid.tex.7. & 9.  
 Tribulatio iustorum. Dominica.2. Aduen.tex.1. Dom.3. post  
 Pascha, tex.3.  
 Tribulatio varias utilitates adfert. Dominica 4. post Epiph.  
 tex.1. eius exitus beatus. Domin.3. post Pascha, tex.5. illam  
 Deus consolatur. Dominica 4. post Epiph.tex.5.

I N D E X.

Tristitia (nisi ob solum peccatum) inutilis. Dominica 4. post Pascha, tex. 1.

V.

Vana gloria. Dom. 3. Aduen. tex. 2. Dom. 3. post Epiph. text. 3. Dom. 4. Quadr. tex. 6. Dom. Pass. tex. 5.

Verbum Dei audiendum. Dominica Pass. tex. 2. frequenter. Dom. Sexag. tex. 1. atten: è. Ibidem, tex. 2. necessario & utiliter. Ibidem, text. 3. diligenter retinendum. Ibidem, text. 7. Dom. 3. Quadr. tex. 7.

Vestimentorum luxus. Domin. 2. Aduen. text. 10.

Via virtutis. Dom. 2. Quadr. tex. 1. per Christum recta & facilis. Dom. 4. Aduen. tex. 7. eius odium. Dom. 3. Quad. tex. 2.

Via recta. Dom. 4. Aduen. tex. 4.

Virtutis via. Ut supra, Via virtutis.

Vinea Domini quomodo excolenda. Dom. Sept. text. 3.

Vitæ sollicitudo abijcienda. Vide, Sollicitudines.

Vitæ exemplaris aedificatio. Dom. 6. post Epiph. text. 3.

Vltio Dei aut vindicta. Vide, Iustitia Dei.

Vocationis conseruandæ studium. Dom. 3. post Epiph. text. 9.

Voluntaria deuotio. Dom. 1. post Epiph. text. 1.

Z.

Zelus animarum. Dom. 2. post Pascha, text. 2.

Zelus iustorum contra peccata. Domin. 5. post Epiph. text. 6.

F I N I S.



h. l. 9. hist. eccl. c. 25. primus Constantius sacrificare Dæmonis profus prohibuit, aras autem eorum non sustulit, mādato promulgato, vt deorum fana clausa essent, ne ab aliquo adirent, idē filij eius fecere: sed Theodosius legem tulit, vt deo fana diruerentur. Teste igitur Nicophoro, simulacra, & studeorum deiiciebantur, frangebantur, & comminuebantur: ita quoque sunt imperatoriæ leges, quibus Pagani in Christianam, & Christianam religionē contumeliosi, & iniurij pecuniæ pœnis, atque etiam bonorum publicatione multarentur. Decimooctauo Quæritur, An liceat Christianis Principibus unè permitttere Saracenorum ritus? Respondeo, ex parte licet, ex parte verò non licere. Si ritus sint ita superstitiosi, vt nec iam sectæ, quam superstitiosè profitentur, congruentes sint, itaquam eos tolerare Christianum Principem decet: quia, & Christiana religione, & ab eorummet secta, quamuis impia, non alieni. Si tamen sint ipsorum proprij, nec à veteri, & antiqua professione discrepent, permitti, & tolerari possent ad plura, & priora mala euitanda; nimirum ad communem pacem Reipublicæ tuendam, ad dissidia, & odia profliganda, ad expeditionum, & eorum conuersionem. Nam cum eorum vana, & superstitiosa secta, tota vndique erroribus scateat, ac sceteat, facilius, citius, & commodius possunt hac ratione confutari.

*De Paganis. Cap. XXIV.*

Primo Quæritur, quosnam Ecclesiastici Scriptores Paganos appellent: Sciendum est, Hebræos Gentium nomine appellatos, consueuisse omnes eos, qui erant alieni instituti, & aliorum rituum, & rituum, alterius legis, & generis: quo modo item etiam erant soliti vocare Barbaros quotquot Græci natione erant. Sacri igitur Scriptores Paganos appellare cœperunt Idolorum cultores. Quæres quando Paganorum nomen cœperit in Ecclesiâ introduci, & quare Idolorum cultores sint dicti. Non dubitari non potest, Paganorum nomē in Ecclesia vsurpatum esse tēporibus Christianorum Imperatorum, Constantini, Iouiniani, Valentiniani, Theodosij, Gratiani, Arcadij, & Theodorij. Vnde apud Augustinū, Optatū Mileuitanū, Orosium, Hieronymum, Philastrium antiquos scriptores frequenter legimus eos hoc nomine vocatos. Porro Philaster libro de Hæresibus capite 3. Paganos dictos fuisse putat à Pagano quodā hominis, quē ait fuisse filiū Deucalionis, & Pyrrhæ, regem potentem, & inelytū, & proinde tanquam Deum habitum, nomen profectò est, si ab eo rege sunt dicti Pagani, quo pacto tempora paulo ante cōmemorata Idolorum cultores nuf-

estati, & iurisdictioni subiecti cogi queant, vt fidem Christi recipiant. Minimè, vt colligitur ex c. de Iudæis. c. qui sincera. d. 45. & c. sicut, de Iudæis, & docet S. Th. 2. 2. q. 10. a. 8. cuius sententia est, cōmuni consensu recepta, cum enim credendi actus sit voluntarius, ac liber, quempiã ad Fidem adigi minimè patitur. Nec solum Christiana fides à vi omni atq; coactione debet esse aliena, sed etiam absque metu mortis, seruitutis, carceris, suppliciorum, aut similibus malorum suscipienda est, nec enim vsquam legimus cuiquam hæc mala ideo incussa fuisse, vt ad fidem, & religionem Christianam traheretur.

Quares, An muneribus, & donis, officiis, & obsequiis Infideles ad fidem, allici possint? Respondeo, iure posse, cum id nihil humane voluntati derogat, aut libertati. Ex quo inferitur posse fidelem fœminã, remoto quolibet iure humano scripto, cum Pagano cōuenire, ea conditione: Te in virũ accipiã, si sacro baptisate initiabere. Princeps item, tuta conscientia suam fidẽ obligat, ea conditione, vt qui baptismum susceperint, à certis tributis, vectigalibus, & oneribus sint immunes. Præterea, si qui fuerint rei capitæ, eadem conditione, & pactione possunt vita donari. Neque enim in his vlla vis inferitur. Nec Simonia crime contrahitur, quoniam temporale commodum pro re spirituali non datur, sed officiis, Pagani voluntatem, & animum conciliamus, & ad id, quod alioqui iure diuino præstare deberet, nobis deuincimus, & ad suã salutis studium, & amorem inducimus.

Tertiò Quæritur, An iidem Pagani iure compellantur ad Euangelium audiendum? Quidam arbitrantur, eos minimè ad id posse compelli, eam ob causam, quòd Euangelij auditio ad Fidem amplectendam per se directò tendit: sed ad credendum adigi nequeunt, ergo nec ad audiendum compelli. Cæterum alij putant, eos cogi ad audiendum iure posse, quoniam eo factum tantum curatur, & efficitur, vt sacris diuini verbi concionibus intersint, nec enim rectè inde concludas, eos proinde ad credendum compelli. Mihi sanè hoc probabile apparet: atque huic sententiæ fidem faciunt, quæ extant pontificiæ constitutione, quibus præcipitur Iudæis, vt certò quoda hebdomadæ die conuocati, aliquem Theologum doctorem, alium vè idoneum virum audiant. Id iussit Gregorius XIII. in constitutione, quæ sic incipit: Sancta Mater Ecclesia, & ante eum Nicolaus III. aliam ediderat, qua iubebat, nunciari Euangelium Iudæis, & eos ad audiendum conuocari.

Quartò Quæritur, An Pagani, Iudæi, vel Saraceni ex opprobriis, omniq; Christianorũ ditione iure expelli, & eiici queant? ea tamen lege, & conditione, vt si remanere velint, Christi mini religionem, & factis imbuantur, & sancto baptisate

*Siluest. in  
verbo In-  
dæus, q. 6.  
ex c. caue,  
8. quæst. 1.*

quibus hæc abolerentur. Nam, vt cõstat ex Codice Theodosiano. l. 2. & 4. & 6. & sequenti Tit. De Paganis sacrificiis, & templis Constantinus Magnus præcepit l. 4. vt Idolorum fana clauderentur. Et l. vltima Theodosius, & Valentinianus imperarunt omnia fana, & delubra diruerentur, & alij Imperatores interceperunt Paganis sacrificiis, & ritibus vanis, & superstitiosis. Et in Conc. 5. Carth. can. 15. decretum est, vt patres peterent ab imperatore, vt quæcũque residuæ essent superstitiones gentiliũ, omnino deleterentur, siue in lucis, siue in arboribus, siue in simulacris. Paulo etiam supra tradidimus Greg. XIII. Constitutionẽ editisse, in qua Iudæis multis rebus interdixit: quæ Cõstitutio non solum contra Iudæos, sed generaliter cõtra Infideles quoslibet edita fuit. ¶ Ex quibus omnib. patet, posse Paganos legib. Principis Christiani, cuius ditioni, & imperio subiiciuntur compelli, vt vnum Deum reuerentur, Idolorũ cultum abiiciant, leges, & iura naturæ custodiant, nihil denique in contemptum Christianorum, & rerum sacrarũ audeant perpetrare. Nam hoc ipso, quod Christiani Principis ditioni subiecti sunt, quemadmodum cogi possunt eas leges seruare, quæ ad commune Reipublicæ bonũ, videlicet salutẽ, tranquillitatẽ, & pacem pertinent; quoniam interdici eis potest, ne noctu arma deferant, ne tributa denegent, ne iura perfringant, ne promissa violent, ne frumenta extrahant, ne adulteria, homicidia committant: sic etiam adstringi possunt ad germanũ, & verum cultum vni Deo bonorũ omniũ auctori deferendũ, ad Idola è medio tollenda, ad iura naturæ cõseruanda. Cæterum Christiani prohibentur in Paganos irruere, aut bona diripere priuata auctoritate. l. Christianis. C. de Pagano, quæ lex lata est, ab Imperatoribus Honorio, & Theodosio. Sexto Quæritur, An Princeps Christianus, videlicet Imperator Rex, Romanus vè Pontifex ius habeat, & potestatem inquirendi, & animaduertendi in Paganos sibi nõ subiectos, ea ratione quod infideles sunt? Hanc quæstionẽ tractat Couarr. in regul. l. 1. tit. 1. cap. 1. §. 1. o. n. r. Hostiensis Augustinus Anconitanus, Gratianus, Pelagius, Oldradus, quibus videntur assentiri Ioann. de Beas, Panormitanus, Albertinus, & alij Canonici iuris interpretes, quos omnes citat Couar. loco citato, tradiderunt, Ecclesiam non habere contra Infideles agendi, si generalẽ eius in totum terrarum orbem sibi à Christo Domino potestatem traditam recitent, & negligant. Censent enim illi Christum Dominũ, vt hominem, ius, & potestatem in omnes terrarũ nationes, & gentes Deo præcepisse, quemadmodũ ipse dixit: Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra: & hæc auctoritatem Petro tanquam Vicario in terris Vicario, eiusque successoribus reliquisse, & proinde posse Romanorũ Pontificem Principi Christiano vices inquiri, & animaduertat, propter





Signt.<sup>n</sup> Tom

Est. 43

Tab. 2

Nim. 26

STAPLE

MONUMENT

MORALE

